179

16.a.3-16.

Nº 1
9-II2

GRANADA
A
20
59

011840043

del Collegio dela Compañia de Jesus de Granada

38

# DECISIONES GVIDONIS PAPAE. IC. CLARISSIMI, ET SVMMI OLIM PER GALLIAM PRACTICI, PER EVNDEM IN CONSILIO PARLAMENTI Delphinatus, cuius Præſidem egit, ſingulari iudicio collectæ,

*EX PROTOTYPO MATTHÆI ANTONIANI I C. genuinæ integritati reſtitutæ.*

Cum vtiliſſimis ADDITIONIBVS tum veteribus, tum recentibus: Summarijs item, & INDICE luculentiſſimo.

*Omnia longè quàm anteà emendatiora.*



Francofurti ad Mœnum, Impenſis hæredum Sigiſmundi Feyrabendij.

*M. D. LXXXXI.*

7624

# SANCTISSIMO VOCANTIORVM, CAVARVM, ALLOBROgum, Tricaſtinorum, Tricoriorum, Montanorum, Delphinatuumque omnium Senatui

*MATTHÆVS ANTONIANVS, VOCONTInus æternam cum maieſtate, gloriam, optat.*



*RERVM omnium diuinus Plato atque actuum naturam inſpiciens, hoc vnum animaduertit, in omni ſermone ſuo de Reip. inſtitutione propoſito, infundendum animis Iuſtitiæ amorem: quoniam (opinor) ſine Juſtitia non ſolum Reſp. aut exiguus hominum cætus; ſed ne domus quidem parua cõſtare poßit. Sola enim eſt Iuſtitia, cuius per orbem ſparſa Numina, recto incurſu, ſplendidoque ordine omnia retinent. Vna eſt Iuſtitia, qua, ſi homines ratione (vti dubitant aliqui) à cætero animantium genere non differunt, eià plurimum diſcrepent. Itaque beati illi, qui relictis alijs huius vitæ inſtitutis, totos ſe Iuſtitiæ dediderunt. Ille eſt clauus, illa anchora, illi nerui, quibus dirigitur, retinetur, ſuſtentatur Reſp. Hic viri boni, qualis eſt iſte ordo, animi, ingenij, conſilijq́; ſui lumen oſtẽdunt. Illa eſt vna via, quam Heroes ſemel ingreßi, in ſempiternam Deorum vitã penetrarunt. PATRIAM QVIPPE IVSTITIA CONSILIISQVE REGERE, SVPRA OMNE HVMANVM EST. Itaque*

*ſancte Senatus, qui in Culàronæ tuæ ſuburbijs ortus, per moleſtiſſimorum laborum tramites in illud tandem perueni, vt de Iuſtitia reſpondeam, indignum fore putaui, ſi recenſitis aliorum monumentis, conſtupratam, conſpurcatamq; noſtram Iuriſprudentiam relinquerem. Extant SC. plus minus 6. centum, & 30. quæ quondam ex cætu iſto, venerandæ memoriæ Guido Papæ, quaſi flores collegerat. Collecta typis iam olim, neſcio quis, (bono opinor animo) mandauerat, quod non ſolum huic noſtræ, ſed alijs quoque Rebuſp. adiumento eſſe poſſent. Conatus hercle laudabilis, ſi nihil illi temeritatis ſubfuiſſet. Abſq; enim iudicio, lima, pondere, omnia quoquo modo hic vir coniecit in prælum: quaſi non quam recta, ſed quam multa nos legere, ac diſcere oporteat. hinc traduces orti multi: ſed qui boni ingenij vix ſitim complere poſſent: nã infinitos errores, falſitates, ſub tuo iuſto nomine contegebat illud opus. Cumque Deciſiones Gratianop. (ſic enim vulgo illud opus appellarunt) Alpes noſtros, Pireneos, Mediterraneum, Occidentẽ, atq; Iurã traieciſſet (habet enim liber ille Iuriſprudẽtiæ latentis præcepta integerrima, ſtyli, forenſiſq; ordinis munditiem, artis vero multam refert imaginem) prò nefas, pura & impura tulit. Cum igitur humaniſſimo munere in Oratorum tuorum me ordinem conſcripſiſſes, quod habui ſummum ſtudium, paulum reiectis cæteris, impendi legendo librum hũc, quem cum fere perlegiſſem, erroreſque non ferendos offendiſſem, cœpi ſcabra perpolire, repurgare. Quo in ſtudio cum me integerrimus, virtutis & literarum amantiſſimus Laurentius Rabottus, iſtius ordinis Conſiliarius, Ciuilis Pontificiique iuris peritiſſimus, literatorum porro amantiſſimus omnium, muſſitantem per ſenſiſſet, exemplari manuſcripto releuauit. Id ego cum illo contuli, quod Iacobi Iuntæ hæredes nouiſſime impreſſerant, adhibui & cætera, quæ me iuuare poterant. Denique illud præſtiti, quod exoptaram maxime: ſi non natiuum extaret Papæ opus, ſaltem verum vt extaret. Plus tribus errorum millibus expurgaui, dignum vidi, quod nunc tua conſulta referat. Accipe itaque Senatus ſancte (Sic te Liuius appellat) accipe Guidonem tuum, qui ſi nunc purus peruolat, quod ex te audiuit refert: ſi quid durum eſt reliquum, id non ſocordiæ meæ, verum imbecillitati, attribues: Gygis etenim annulum non quilibet homo geſtat. Culàronæ Gratianopolitanorum, Kalend. Sextilib. 1561*



# ANTONIVS RAMBAVDVS INGENVO CANDIDOQVE LECTORI SALVTEM.

Eſt enim veri boni à natura nobis ingenerata cupido, vt dicit Leonardus Aretinus, in Iſagogico in libros Morales Ariſtotelis, ad Galeotum edito. Et (vt alibi teſtificatur fons eloquentiæ Marcus Tullius) aliis quoque nati ſumus, & tantum quidem eſt in communem hominum ſocietatem conferendum, quantum quiſque & ingenio, & opere ac labore aſſequi valuerit. Quoniam (vt inquit Ariſtoteles, Princeps ille Peripateticorum) omne bonum quanto communius, tanto melius. Ideoque poſt lucubrationes meas, in pluribus & diuerſis Italicarum vniuerſitatum Gymnaſiis, ineunte adoleſcentia, luſtratis, peractas, & deinde ſeptennio in multis Academiis partium Franciæ, tum publice, tum priuatim legendo iura Ciuilia, & Canonica, fuiſſem profeſſus Gratianop. veniens nonnullorum precibus illic deuictus, à meatu in laicum directo greſſum cohibui: & in Delphin. vnde parentes mei digreſſi fuerant in illuſtri ipſius ſupremo Delphin. Conſiſtorio poſtulando ſedem ſtatui. Vbi quippe, dum à nonnullis requiſitus eſſem, vt deciſiones dicti inſignis Conſiſtorij, numero ſexingenta triginta duas, à quodam ſpectabili, Nobilique, & egregio Domino Guidone Papæ, Legum Doctore, & Conſiliario Delphinali, benemerito compilatas: iamq; pedetentim, vt autumauerim, vitio impreſſorum ſeu librariorum multis modis, atque innumeris mendis reſperſas emendarem, limaq; correctionis tranſcurrerẽ, ipſe profecto non ingenio fretus, ſed requiſitione pulſus, pariter & concitatus inſtinctu, inquam naturæ: quæ homines etiam hominum cauſa (vt ſupra innui) procreatos eſſe voluit, vt ſibi alterutrum, quacunque poſſent ratione, auxilio forent. Quamobrem ego Antonius Rambaudi, de genere Nobilium Rambaudorum de Monte Guardino, Vapicenſis diœceſis, Prouinciæ Delphin. inter iurium Profeſſores minimus, id opus aggreſſus ſum, interq; corrigẽdum quaſdam Apoſtillas vtiles, atque neceſſarias in locis opportunis addidi, breuiq; tempore hoc anno labente 1503. circa feſtiuitatem omnium Sanctorum, ad laudem Dei abſolui, quas commilitonibus meis forenſi, ac literaria militia Grationopoli militantibus, vna cum opere ipſo omni menda expurgato dedo, & conſecro: quaſque omnium iudicio corrigendas exhibeo. Idcirco, quæſo tu Lector, ne eas liuore oblatrandi, ſed amore ſtudendi ſedulo legas, atque perlegas: ſane quid beneuole perlectis iuuabit. Verum, & ſi quippiam in ipſis vel minus ſapidum, vel minus diſerte, aut parum eleganter dictum offenderis, hoc tua prudentia ſupplere curabis. In illis vero, ſi quicquam tibi aliquando quidem profuturum, ac frugi occurrerit, idipſum maximo, optimo Deo aſſcribas, & gratias agas, laudeſque referas ipſis præſtantiſſimis Profeſſoribus, eiſdem in additionibus prænotatis, qui nos ſuis glorioſis doctrinis illuſtrarunt.

# GVIDONIS PAPAE

## *CONSILIARII REGII, V. I. DOCTORIS, AD LECTOREM PRAEFATIO.*

*CVM hominis memoria[a] tam labilis[b] ſit, quod omnium habere memoriam, & nihil obliuiſci, potius diuinitatis, quã humanitatis exiſtat (vt inquit Imperator Iuſtinianus in l. 2. §. ſi quid. C. de veter. iure enuc. & not. in c. porrecta. extra de confirm. vti. vel inuti.) Ideo hoc attendens ego Guido Papæ, Legum Doctor, inter cæteros minimus, anno primo, quo fui aſſumptus Conſiliarius in Curia Parlamenti Delphi. videlicet, Anno Domini M.D.XL. præſens opus cõpilare inchoaui, pro mei memoria, laborisq́ alleuatione in futurum: & duxi in ſcriptis redigẽdum, prout infra per modum Quæſtionum, ritum deciſionum Rotæ Curiæ Romanæ inſequendo. Primo, caſus dubios in iure, magis ſingulares (prout occurrent) qui ex deliberatione dictæ Curiæ Parlamenti in iure determinabuntur, ſubiiciam. Secundo, caſus, quos vidi temporibus meis, & videbo in futurum in dicta Curia Parlamenti, & cæteris Curiis præſentis patriæ, de ſtylo & conſuetudine obſeruari, etiam ſubiungam: cum ſtylus & conſuetudo Curiarũ pro lege haberi debeant: vt eſt bonus text. de hoc in l. ſi quando. in fine. C. de iniuriis. & Inſti. de ſatiſd. in §. fin. & in l generaliter C. de reb. credit. & iureiur. & in authent. de Iudicib. § illo cuſtodiendo collato. 6. Ita dicit Rayn. de Sabanaco, in ſua repetitione l. more maiorum. ff. de iuriſd. omn. Iud. & Spec. in tit. de ſententia. §. iuxta. verſi. in ſumma. Et valet conſuetudo in his, quæ circa iudicia ſunt. C. de priuil. ſchol. l. fin. in princip. & alibi dicit Innoc. quod illud, quod fit ſecundum Conſuetudinem, dicitur fieri ſecundum ius. in c. cum veniſſent extra, de eo, qui mit. in poſſeſ. Quia conſuetudo eſt de iure ciuili. in §. ex non ſcripto. Inſtit. de iure nat. ita quod ſi feratur ſententia expreſſe contra ſtylum Curiæ, ipſa eſt nulla[c], ac ſi cõtra legem foret lata: cum vicem legis obtineat:[d] iuxta not. per Cyn. in l. 2. C. quando prouo. non eſt neceſſa. in 3. quæſtio. quod tenet dictus dominus Rayn. de Sabanaco, in d. l. more maiorum. Et quia etiam aliqua Singularia vidi, quæ temporibus meis occurrerũt, ipſa ſubiũgam in diuerſis paſſibus præſentis Libri pro memoria in futurum illorum, qui in libro hoc legere voluerint, quoniam omnia fructuoſa in futurum eſſe poterũt, tam Iudicibus, quam Practicantibus. Si quid tamen ſcripſero, quod non ſatis iuri Ciuili, & Canonico conueniat, id iuſtius Iudicantis ac melius Iudicantis iudicio ſubmitto, idque exemplo Auguſtini in 24. q 3. c. ſi habes de hac re ſententiam.*

a ¶ Memoria. *Quidnam ſit memoria, & quotuplex, vide dominum Albe. de Roſa. in verſic. memoria.*
b ¶ Labilis. *Maxime ſenis, quia homo primo læditur in memoria ſeneſcendo: vt per dom. Alb. de Roſate, vbi ſupra.*
c ¶ Ipſa eſt nulla. *Hoc intellige, quando conſuetudo fuerat articulata, & probata. alias ſecus, quia conſuetudo eſt incerta, cum ſit facti, & in facto conſiſtat. c. 1. de conſtit. lib. 6. Et ita intelligitur opinio Iaco. de Ra. alleg. per d. Cyn. in l. 2. in fi. quando prouo. non eſt ne. Et iſtud verum, niſi ipſa conſuetudo ſit generalis, vel notoria. de primo per do. Bald. in l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugi. in 1. col. in verſ. vel dic. de ſecundo per eundem dom. Bald. in l. generaliter. C. de Epiſcop. & Cler. in 1. col. in 1. oppo. ibi, iſtam etiam Theoricam.*
d ¶ Vicem legis obtineat. *Et ideo ſtylus, ſeu longæuus vſus cauſarum, poteſt allegari pro iure, vt no. Doct. Card. in Clem. ſæpe Deo. de verb. ſign. in §. & quia. in 6. nota.*

# DECISIONES SENATVS DELPHIN. OPERA ET INDVSTRIA CLARISSIMI. I. V. D. GVIDONIS PAPAE COLLECTAE.

## QVÆSTIO I.

*De materia poſſeſſorÿ in cauſis Eccleſiaſticis.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus quando ſit competens in Beneficialibus.*
2 *Petitorium & poſſeſſorium inter ſe nihil habent commune.*
3 *Iudex temporalis an poteſtatem habeat in Beneficialibus. Et an in clerum. num. 4.*

IN manibus magiſtri Cathalini Châterelli, Secretarij Delphin. mota fuit lis in dicta Curia Parla. inter Priorem Lancij ex vna parte, & Priorem ſancti Roberti ex altera, ad cauſam ſuorum prioratuũ ſuper poſſeſſorio, ſeu quaſi decem ſeſtariorum bladi, per dictũ Priorem Lancij exigi, vt aſſerit, ſolitorum à dicto Priore ſancti Roberti ſuper decimis ſuis, quas idem Prior percipit in parochia de Mendes, qui Prior ſancti Roberti in dicta cauſa oppoſuit declinatoriam fori, dicendo quod huic Curiæ Parla. non competit cognitio huius negotij, cum cauſa decimarum ſit mere ſpiritualis. Quæritur nunc, an dictus Prior ſancti Roberti bene opponat declinatoriam fori. Et videtur, quod ſic. vt tenet Ant. de But. in c. fin. de
1 iudic.† Sed contrarium dicendum videtur: quia
quando agitur ſuper poſſeſſorio, vel quaſi etiam
a in ſpiritualibus, *a* vel Beneficialibus cauſis. iudex
laicus eſt iudex competens, ſecundum opi. Vincen. quam recitat Io. And. in c. fi. extra, de iudi. Idem tenent Archi. & Inn. vt refert Anto. de But. in d. c. fin. Et eſt ratio, quia poſſeſſorium non eſt
b quid ſpirituale: ſed temporale: *b* vt dicit Archid.
in c. 1. de reſtitutione ſpoliatorum. lib. 6. Et do.
c Franciſcus de Zabarellis in cle. diſpẽdioſam. *c* de
iudicijs. & Guiliel. de Monte Lauduno in cle. 1. de cauſa poſſ. & proprietatis. Et videtur velle gl.
d *d* in c. literas. de iuram. cal.† Nec eſt inconue-
2 niens, quod, reſpectu eiuſdem rei, petitorium ſit
ſpirituale, & poſſeſſorium temporale, cum nihil commune inter ſe habeant, iuxta l. naturaliter. in §. nihil commune. ff. de acqui. poſſ. Et ideo in dicta cauſa per dictam Curiam fuit declaratum, & ordinatum, die 12. Mart. 1444. dictam cauſam non fore remittendam. Et ſecundum quod refert d. Pet. Papæ, patruus meus, in quodam ſuo conſilio, ſtylus Curiæ Parla. Regij. Pariſius in materia poſſeſſorij cauſarum Beneficialiũ, fundat intentionem ſuam ſuper hoc dicto Vincentij in caſu nouitatis, de quo caſu nouitatis tangitur plene per Ioan. Fab. in §. retinendæ. inſt. de. interdictis. & per Cyn. in l. ea l. C. de con. ob cauſam. & tetigi infra, q. 552. Et pro hac parte, ſecundum eundem d. Pet. Papæ, facit c. cauſam. lo. 2. extra, qui filij ſint legitimi. vbi Papa mandat iudicium poſſeſſorium relinqui regi Angliæ, pro cognitione ipſius poſſeſſorij habenda. Ad idem in ſimili fuit iudicatũ in dicta Curia Parl. die ſententiarum natalis d. 1455. inter duos presbyteros, videlicet inter Priorem Magdalenen. Gration. agentem ex vna parte, & Præpoſitum ſancti Antonij Gration. in poſſeſſorio reintegrandæ poſſeſſionis, ſuper quadam annua penſione, qua dictus Prior dicebat ſe ſpoliatum, per denegationem dicti Præpoſiti, quam ſentẽtiam recepit Io. Cabodi ſecretarius Delph. & tunc d. Ludouicus de Laual. gubernator Delphi. fuit præſens in prolatione dictarum ſententiarum. Ad idem fuit iudicatum in hac Curia in quadam alia cauſa, inter perſonas eccleſiaſticas in poſſeſſorio reintegrandæ rei ſpiritualis, puta, decimarum, 1459. prout habetur infra, q. 207. Ad idem cognoſcit dicta Curia Parlamenti de poſſeſſorio retinendæ in Beneficialibus, etiã inter duos presbyteros, vt vide infra, q. 85. circa etiam hoc vide, quæ plenius dixi in 49. conſ. meorum. De poſ-
3 ſeſſorio autẽ† adipiſcendæ in Beneficialibus non
conſueuit hæc Curia cognoſcere: quia plus habet petitorij, quam poſſeſſorij, & plus ſpiritualitatis, quam temporalitatis. Per quæ ſequitur
4 incipiens quæſtio:† Vtrum iudex temporalis ha-
beat poteſtatem ſuper clero, vel in rebus ſpiritualibus. vide tres caſus. in c. tua. lo 1. extra, de decimis. in gl. De hoc etiam vide, quæ plene ponit Io. Ferra. in tit. Forma opponendi contra iudicem ſuſpectum, in gloſſ. ſuper verb. nec fuiſſe iudicem competentem. Vide etiam in 72. conſil. meorum. Corroborantur pręmiſſa reſcripto Papali extracto per me à regiſtris Curię Regiæ Lug. Cuius tenor ſequitur de verbo ad verbum: Martinus epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam, apoſtolicæ ſedis æqua & circũſpecta prouiſio quorunlibet iura, & tranquillitatem cõfoueri ſatagens. ¶ Cum veriſimiliter timetur, ne cupiditas improba ſe à vetitis abſtinere neſciẽs ſtatutis, & ordinationibus à ſe huiuſmodi prodeuntibus laxato freno rationis abutatur, nunc per prouiſionis debitæ remedium: nunc vero per opportunæ declarationis officium nititur obuiare. Dudum ſiquidem prouide conſiderantes, quod licet clerici eccleſiaſticæque perſonæ, qui ſuas cauſas & querelas in his præcipue, quæ de iure vel cõſuetudine ad forum

eccleſiaſticum pertinere noſcuntur: eo tamen derelicto, ſecularibus iudicijs ſe ſubmittere, ſeu partes ſibi aduerſas ad forũ de iure vetitum, cõuenire vel trahere præſumebant, grauibus proinde pœnis tam ſpiritualibus, quam temporalibus, etiam iure diſponente, alligarentur. Pœnas tamen ipſas non ſine propriȩ ſalutis periculo, ſæpius habere videbãtur in cõtemptum. Nos qui, ex debito paſtoralis officij, ſalutẽ quærimus ſingulorum, ſuper his opportune prouidere volentes, authoritate apoſtolica, per alias noſtras literas, ſtatuimus & etiam ordinauimus, quod quicunque ex clericis, & perſonis eiſdem decætero reus talis præſcriptionis exiſteret, niſi à præmiſſis deſiſteret, omni commodo conceſſionum, & gratiarum, ſibi à ſede prædicta conceſſarum, omnino careret, ipſeq; in graues tunc expreſſas, & alias iuris pœnas incurreret, prout in dictis literis plenius cõtinetur. Cum autem ſicut pro parte, chariſſimi in Chriſto filij noſtri, Caroli regis Francorum illuſtris, nuper nobis fuiſſet expoſitum, quod à nonnullis vertitur in dubiũ: an per huiuſmodi noſtram cõceſſionem, derogare voluerimus iuri & iuriſdictioni regiæ, præſertim in cauſa poſſeſſorij retinendæ poſſeſſionis, ſuper ſuis eccleſijs & Beneficijs eccleſiaſticis ſuorum regni Franciæ, & Delphin. Vien. Per quam iuriſdictionem præfatus Rex ſibi aſſerit licere, in omni caſu etiam iuridice tueri poſſeſſores. Nos ad omnis ambiguitatis tollendum dubium, ſuper his opportune prouidere volentes, eiuſdem regis in hac parte ſuis ſupplicationibus inclinati, authoritate apoſtolica tenore prȩſentium declaramus, noſtræ intentionis nõ fuiſſe neque eſſe per dictam, aut quancunq; aliam conſtitutionem eidem regi, & eius regiæ iuriſdictioni, per quam (vt aſſeritur) tam rex, quam ſui progenitores, ſuper huiuſmodi poſſeſſorio à tanto tempore, citra quod de eius contrario memoria hominum non exiſtit, conſueuerunt cognoſcere, & in aliquo derogari voluiſſe, aut velle quoquomodo, ipſoſq; regem & iudices, decernẽtes partes moleſtatas ſuper earũ conſeruatione, ad ſuorum Beneficiorum poſſeſsionem ipſius regis auxiliũ implorantes, dummodo in contemptum iuriſdictionis, & libertatis eccleſiaſticæ, vt partes ſibi aduerſas in rebus eccleſiaſticis diutius perturbarent, hoc non fecerint, pœnas in dicta noſtra conſtitutione contentas nullatenus incurriſſe, aut debere incurrere, quouis modo. Per hoc autem nullũ ius ſeu iuriſdictionem, in præmiſſis, cognoſcendi, eidem regi de nouo acquiri volumus, ſed antiquum, ſi quod habeat, tãtummodo conſeruari. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, conſtitutionis, & voluntatis, infringere, & ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotẽtis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, Kal. Maij, pontificatus noſtri anno 12. Barth. de monte policiano, Steph. garnerij. De materia dictæ bullȩ, vide, quæ ſcripſi plene infra, quæſtione 552. Iuxta hanc materiam quæro, an in Beneficialibus ſit licitum redimere pecunijs, vel alia re vexationem ſuam? dic, quod ſic, quando quis habet plenum ius canonice, & eſt in poſſeſſione Beneficij, nec tunc cõmittit ſimoniam. cap. dilectus, extra, de ſimonia. Quod ſi non haberet plenum ius in re: ſed ad rem, puta, in gratijs expectatiuis: tunc non eſſet licitum redimere vexationem, nec etiam, ſi haberet plenum ius in Beneficio, nec eſſet adeptus poſſeſſionem: nã nec eo caſu pecunijs poſſet redimere vexationẽ, quia tunc nõ redimeretur ſolum vexatio: ſed & poſſeſſio, ſecundum Innoc. Hoſtiẽ. Ioan. Andr. & Ant. de Butrio. in c. ad aures. extra, de ſimonia. licet gloſſ. vt refert Archi. in cap. decimas. lo 2. 16. quæſtione 6. teneat contrarium, & male vt dicit d. Mart. de Laude in ſuo tract. de conſcientia.

a ¶ In ſpiritualibus. *Et qualiter poſſit agi poſſeſſorio in ſpiritualibus, vide dom. Fel. in c. ſicut. in princ. de re iudicata.*

b ¶ Sed temporale. *Et quod poſſeſſorium in Beneficialibus non ſit ſpirituale, ſed temporale: vide plene iſtum, conſil. 78. incip. circa proceſſum, in quo ventilatur. num. 3. ver. & ipſe pater. & conſil. 78. incip. quod coleta. nume. 1. verſ. conſtat enim. & nume. 4. verſ. nec obſtat.*

c ¶ Et d. Zab. in cle. diſpen. *In 5. col. in 3. oppo. 10. quæſt. Et d. Bald. in l. ſi de proprietate. C. ſi à non comp. iudic. in pe. col. verſ. quæro, nunquid poſſeſſorium. qui ita dicit ſentire glo. in alleg. c. diſpendioſam.*

d ¶ Et videtur velle gloſ. *In verſ. rebus ſpiritualibus. ibi, & not. &c. in qua ſe fundat dom. Car. Zaba. dicens eam eſſe notabilem.*

## QVAESTIO. II.

*De commiſſione protocolorum notariorum defunctorum.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex poſſitne protocola & libros notarij defuncti, cuilibet committere.*

2 *Notarius vt poſſit alterius notarij defuncti protocola, redigere in formam, quæ, & quot requirantur.*

3 *Hæres notarij an poſſit groſſare notam, ſine mandato Iudicis.*

4 *Commiſſio Iudicis, ad formandam notam notarij defuncti, qualiter fiet.*

MORTVO Ioanne de leyſido, notario habitatore, & iuridicabili mandamenti Fabricarum, iudex dicti loci fabricarum, commiſit papyros, & protocola dicti Ioannis, duobus notarijs, & cuilibet ipſorum, vt in formam debitam redigerent, quo peruento ad noticiam iudicis Viennenſis & terræ Turris, ipſe iudex voluit de nouo alijs cõmittere dicta protocola, prætendens, quod ſibi tanquam iudici Delphin. ſpectat cõmittere dicta protocola, &
1 non dicto iudici Fabricarum. † Modo quæritur, ad quem



ad quem pertineat datio commiſſionis dictorum protocolorum? Et videtur, quod dicto iudici Fabricarum, per text. in c. cum P. tabellio. ibi, authoritate iudicis ordinarij, &c. extra, de fide inſtrumẽ. cum ſecundum libertates generales præſentis patriæ Delphin. maxime in 29. cap. dictarum libertatum iudices adbannaretorum ſint iudices ordinarij: quia habent merum, & miſtum Imperium, & omnimodam iuriſdictionem. Et ita fuit appunctuatum per dictam
2 Curiam Parlamenti. † Sed iuxta hæc quæro, quæ debeant ſeruari, ad hoc, vt notæ ſeu protocola alterius notarij prædefuncti, poſſint per alium notarium groſſari? Dic, quod ſex principaliter de iure requiruntur. Primo, quod fiat ad partis poſtulationem, cuius intereſt. Secundo, quod authoritate iudicis fiat. Tertio, quod per tabellionem groſſetur ſeu exemplificetur. Quarto, quod fideliter fiat. Quinto, quod in formam publicam redigatur. & hȩc probantur in d. cap. cum P. tabellio. Sexto, quod vocentur hi, quorum intereſt, id eſt, quos res tangit: iuxta cap. chartæ. 3. quæſt. 9. & cap. cum dilecta. extra de confirm. vti. vel inutili. & quod not. in c. ſignificauit, &c. Alber. de Teſt. & in capit. Abb. in §. ad hæc autem. ver. præterea, ſecundum Innoc. & Hoſt. de verb. ſignifi. & præmiſſa omnia videtur notare Hoſt. in d. cap. cum P. tabellio. Et ſi nota aliter groſſetur, non facit fidem, vt plene not. per Hen. Bohic. in d. cap. cum P. tabellio. Sed de ſtylo, & conſuetudine præſentis Curiæ Parlamenti, & aliarum Curiarum, huiuſmodi patriæ Delphin. talis ſolennitas non ſeruatur in omnibus: quia tales groſſationes notariorum fiunt per notarios, ad hoc commiſſos, abſque partis euocatione, niſi eſſet nota alicuius debiti, alias groſſata: quia tunc pars vocari conſueuit, prout ita ſem-
3 per vidi fieri & ſeruari. † Sed an hæres a notarij
a poſſit groſſare notam, ſine commiſſione iudicis? dict. Pan. doctor nouiſſimus. in d. cap. cum P. tabellio. dicit, quod ſic. & Ludouicus Pontanus, dictus de Roma, idem etiã tenet in quodam ſuo conſilio. Sed ſtylo Curiarum ſeruatur
4 contrarium. † Sed qualiter formabitur cõmiſſio de talibus notis groſſandis: ponit formam Specul. in tit. de inſtru. edi. in §. oſtenſo. verſi. illud, &c. Sed quid ſi non conſtet de commiſſione notarij, qui groſſauit notam alterius notarij prædefuncti, & pars non opponat, an iudex debeat adhibere fidem tali groſſæ? vide, quæ plene ſcripſi infra, quȩſt. 404. De hac materia etiam plene ſcripſi infra, quæſt. 19.

a ¶ An hæres. *Vide de hoc clarius per dom. Alex. in l. ſi quis. ff. de eden. in §. cogentur. in 2. col. poſt me. verſ. Item not. ſecundum Barth. & co. ſe. vbi videtur tenere contra Abb. & cum ſtylo Curiarum. de quo hic Guido facit mentionem.*

* *Tu adde quod notarius, cui facta eſt generalis commiſſio de publicando protocola notarij defuncti, poteſt publicare non citata parte: quoniam ad eum non pertinet citatio: tamen remanet nõ citatis facultas opponendi, ne publicatio noceat eis. vt no. cõcludit Pau. de Caſt. in conſil. 195. incip. viſis. col. 1. ver. ſed ſi illa in 2. parte conſil. Et adde Barth. in l. Gallus. §. idem credendum. de lib. & poſth. vbi tenet, quod notarius, cui ſunt commiſſa protocola alterius notarij prædefuncti, debet exemplare & abbreuiare prout iacet in protocolo, & dicit quod ita de conſuet. vtimur.*

## QVAESTIO. III.

*De aſſenſatoribus iurium Delphinalium.*

SVMMARIVM.

1 *Arrendamenta, & iura Delphin. an ſint locationes, & venditiones.*

ASSENSATOR magnarum gabellarũ de Roma, vel alterius tributi Delph. ceſſauit ſoluere theſaurario Delphin. in aliquo terminorum, firmam ſiue penſionem annuam, an poterit ſibi tolli talis firma ſiue ar-
a rendamentum? text. quod ſic, a in l. vectigalia. §. nondum ſolutis. ff. de public. & vect. & commiſſis. quod ſecus eſt in priuato, vt ibi dicit glo. & ita fuit deciſum in d. Curia Parlamenti, in cauſa Leonis de Ambroſijs, arrendatoris magnarum
1 gabellarum Delph. † Sed an talia arrendamenta ſint locationes, vel venditiones, vt per caſum ſuperuenientem debeat fieri remiſſio penſionis: vide Bart. in l. cotem ferro. §. dominus. ff. de pub. & vect. & ibi plene. De liberamentis iurium & emolumentorum Delph. quæ fiunt ad incantum publicum: & de tertiamento, quod in talibus arrendamentis fieri ſolet, vide, quæ plene ſcripſi, infra, quæſt. 536. An tales arrendatores vtantur iure fiſci, vide infra quæſt. 208.

a ¶ Quod ſic. *Et ſi non poteſt ſoluere, propter hoc non liberatur cedendo bonis, arg. C. qui bo. cede. poſſ. l. propter honorem. & ibi doct.*

## QVAESTIO IIII.

*De ſolutione pedagij.*

SVMMARIVM.

1 *Vectigal non ſoluendum pro qualibet re, ad vſum proprium.*

PRo rebus, quæ vehuntur ad vſum proprium cuiuslibet priuati, non debetur vectigal. l. vniuerſi. C. de vectig. & commiſſis. & not. gl. in l. publica. in §. de rebus. in gl. fi. ff. eod. tit. & vide c. ſuper quibuſdam. cum gloſſ. ſuper verbo, pedagia, vbi notabiliter. extra, de verb. ſign. in
1 antiquis. † Sed quid ſi aliquis cauſa domus faciendæ vel reficiendæ, aliquid faciat vehi & conduci, an iſtud dicatur ad vſum proprium, vt non debeatur vectigal, ſiue pedagium? ſuper hoc opinando famoſus legis doctor, dom. Stephanus Guilonis præſidens patriæ Delphin. allegauit gl. in d. l. vniuerſi. in gl. fin. in fin. quæ videtur
a dicere, quod non, a & ita ibi cum gl. pertranſit Salic. qui de hac quæſtione nihil dicit. & ita fuit conclu-

conclusum in camera conſilij pro quodam
raſello, quem traduci fecit Balmeta, dominus
Suzæ ſupra Rhodanum, ad dictum locum Suzæ
pro reparationibus dicti loci, vt aſſerebat. Si in
foro conſcientiæ pedagium poſſit fraudari, vi-
de in ſingularib. meis in §.regulariter.& 65.conſ.
meorum.

a ¶ Quæ videtur dicere, quod non. *Id eſt, de re, quæ portatur cauſa faciendæ vel reficiendæ domus, debetur vectigal. & hoc innuit text. in l. vniuerſi. dum certas res excipit, vult de omnibus alijs, non exceptis, vectigal deberi.*

## QVÆSTIO V.

*De contributione in ſubſidijs Delphin. pro ijs rebus, quæ alibi poſſidentur.*

SVMMARIVM.

1 *Ciuis an poßit compelli pro re qualibet, etiam alibi ſita, ad contribuendum. diſtin. num. 2.*
3 *Contribuere an quis teneatur pro reſtauratione loci, in quo poſſeßiones habet.*

NVNQVID ſi præſenti ciuitati Gration.
1 indicatur collecta, † poterit aliquis ciuis
huius ciuitatis cõpelli pro rebus, quas
alibi in Delphin. habet? Videtur quod nõ, iuxta
a notata in l.1.*a* in glo.fi.C.de mulie.& in quo lo-
b co.lib.10.& videtur text.in auth. de eccleſ. tit. *b*
in §. ad hoc ſanximus. quidam tamen dicunt cõ-
tra. d. glo. per text. in l. reſcripto.§.ſciendum.in
fi. ff. de mu.& hon. Quia collecta indicitur per-
ſonæ pro patrimonio: ergo vbicũque ſint res, ſe-
quuntur perſonam: arg.C. de impo.lucr. l.1.§.1.
Tu dic ſecundũ Dyn.& Pe.de Bella Pertica, quod
inſpicitur ſeu attenditur cauſa, ex qua indicitur
collecta: nam ſi indicitur principaliter propter
vtilitatẽ iſtius ciuitatis, vtpote, quia litigat pro
ſuis vtilitatibus, aut alijs ſuis negotijs conſeruã-
dis: & tunc tantum patrimonium, quod ibi, &
non, quod eſt alibi, tallietur. ſic intelligitur dicta
2 glo. in l.1.C.de mulie.lib. 10. † Si vero indicitur
propter aliud, puta, quia dominus noſter Delph.
mandat ſibi dari per illam ciuitatem: & tunc cre-
do, quod talliari debeat, etiam pro rebus ſuis, a-
libi in Delph. ſituatis: quia videtur indici perſo-
næ pro rebus. & ideo res conditionantur ſecun-
dum perſonam. ar. C. de tributis. in leg.2. & 3. ita
etiam concludit & tenet Barth. in d. le. 1. de mu-
lier. & in quo loco. Et ita ſecundum hanc diſtin-
ctionem fuit concluſum in Camera Conſilij ſu-
per quadam ſupplicatione, oblata pro parte Frã-
ciſci Coques, qui fuit talliatus in mandamento
Goncellini pro certis bonis, quæ ibi ſibi obue-
nerant ex ſucceſſione Iacobi ſui fratris, licet ibi
manſionem ſuã tunc non faceret. Et de hac ma-
teria collectarum & munerum, vide, quæ ſcripſi
infra, q.87. Et ibi tetigi de octo quæſtionibus hãc
materiam, cõcernentibus tam de iure, quam de
3 cõmuni obſeruantia, in hac patria Delphin. † Sed
iuxta hæc quæro, indicitur collecta in aliquo lo-
co pro reparatione & fortificatione, an, non ibi
habitantes, debeant contribuere pro poſſeſſio-
nibus, quas ibi habent. vide, quæ dixi infra, q.7.
Sed qui ſunt illi, qui debent eſſe exempti vel non
exempti à contributione ſubſidiorum Delphin:
vide quæ plene dixi infra, q.376. cum 28. quæſtio-
nibus ibi ſequentibus.

a ¶ L.1. *Vide ibi do. Bart. plenius loquen.*
b ¶ De eccleſiaſticis tit. *col.10.*

## QVÆSTIO VI.

SVMMARIVM.

1 *Pactum legis commiſſoriæ qualiter fiat in pignoribus.*
2 *Pactũ legis commiſſoriæ, an in pignoribus iuramento firmetur.*
3 *Pactum de redimenda re pignori data, an valeat.*

PACTVM legis commiſſoriæ valet in vendi-
tionibus, vt l. cõmiſſoriæ. cum ſimilib. C. de
pactis inter empt. & vendit. ſed per quæ verba fi-
at tale pactum in venditione: ponit glo. extra, de
pignor. in cap. ſignificante. Sed quia in pignori-
1 bus reprobatur in l.3. C. de pact. pignor. † Quæro
qualiter tale pactum fiat in pignorib. dic, quod
hoc modo, ſi debitor pecuniam mutuatã infra
certum tempus, non ſoluerit, habeat creditor
rem emptã pro pecunia mutuata: vt dicit gl. in l.
ſi fundus. §. fi. ff. de pig. ſuper verbo, æſtiman. & in
l.1. C. de pac. pig. Et quod dixi reprobari tale pa-
ctum in pignoribus, hoc verũ, niſi fiat poſtea ex
a interuallo, *a* quo caſu valet tale pactũ, vt l. cuius.
ff. de pig. acti. quod intellige ad excipiendum, nõ
ad agendum. vt not. Barth. in l. quamuis pactum.
ff. de ſolut. & lib. Et iſtud pactum legis commiſſ.
b in pignoribus *b* reprobatur, per d.l. 3. C. de pact.
pig. Sed ſi dicatur, quod ſi debitor infra certum
tempus pecuniam mutuatam, non ſoluerit, ha-
beat creditor rem emptam iuſto pretio, quod
tunc termino adueniẽte æſtimaretur, valet iſtud
pactum, vt in d.l. ſi fundus. §. fi. ff. de pig. & repro-
batur dictum pactum legis cõmiſſoriæ, in pigno-
2 ribus iure ciuili. † Sed iure canonico videtur, ꝙ
c iuramento firmatur, *c* talis inualidus contractus
quo ad obſeruantiam iuramenti, per dictum c.
ſignificante. extra, de pign. & dicit Hum. de Bo-
uenco in authen. ſacramenta puberum. C. ſi ad-
uerſus venditionem, in ſua repetitione. Et ita, ꝙ
dictum pactũ legis commiſſoriæ in pignoribus,
iuramento firmatur, quo ad obſeruantiam fuit
concluſum in Camera Conſilij Parlamenti die
11. mẽſis Septembris, anno 44. in cauſa diffinita
inter nobilẽ Guidonem Reymũdi alias Vacho,
agentem ex vna parte, & dominum Rupis ſupra
buxum in manibus Io. de Lilieris ſecretarij Del-
phin. Sed aduerte: quia licet valeat tale iuramen-
tũ quo ad obſeruantiam iuramenti: non tamen
valet vt conualidet contractum, ſuper quo vide,
quæ plene dixi in 80. conſiliorum meorum, &
plenius in 81. ipſorum meorum Conſiliorum:





3 Sed † iuxta terminos huius materiæ quæro, ali-
quis à me accepit pecuniam mutuo, non dato pi-
gnore: ſed adiecto pacto, quod ſi nõ ſoluerit in-
fra tale tempus, talis res ſit mihi empta: an valeat
tale pactum. tex. videtur, quod ſic, in l. fi. in prin.
ff. de contrahen. empt. & vendit. Sed aliter circa
hoc dixi in tractatu de contractibus, qui ſapiunt
vſuram, & qui vſurarij dici poſſunt, vel non in §.
ſed iuxta hæc quæro, &c. de hac materia pactorũ
legis commiſſoriæ, vide Bald. in feudis in tit. de
feudo dato in vicem legis commiſſoriæ: in prin-
cip. & ibi videbis multas quæſtiones. De pacto
legis commiſſoriæ & addictionis in diem, vide
Barth. in l. fin. ff. de do. Et an in pacto legis com-
miſſoriæ, & addictionis in diem, debeãtur laudi-
mia, vide, quæ ſcripſi infra, quæſtione quadrage-
ſima octaua.

a ¶ Interuallo. *Idem tenet dominus Abb. in c. ſignificante, in 2. colum. de pignor.*

b ¶ In pignoribus. *Tu vide de hoc plene iſtum, cõſil. 79. incip. viſa ad plenum, per totum. cum duob. ſeq. conſil.*

c ¶ Iuramento firmatur. *Idem tenet Bald. in l.1.C. de pact. pign. in ver. tamen canonico. & idem Bart. in l. Seius & Augerius. ff. ad l. Fal. idem tenet Fed. de Sen. in. ſuis conſ. Io. An. tamen ( vt dicit Bal.) tenet contrarium in add. Spe. de renun. & concl. ad quem videndũ remittit. Tu vide do. Alex poſt Bald. in l. fin. C. de pact. pign. vbi videtur tenere cum domino Guidone Papa, autore noſtro.*

* *Tu adde Phi. Cor. in conſil. 133. incip. viſo copio. colum. 2. ver. hic dicimus. in 1. volum. Paulus de Caſt. in conſil. 144. incip. pactum iſtud. in ſecunda parte cõſiliorum.*

## QVÆSTIO VII.

*De contributione in reparationibus caſtrorum & villarum.*

SVMMARIVM.

1 *Habens poſſeßionem in aliquo territorio, contribuere debet pro munitione loci.*
2 *Forenſes adſtringanturne ad ſoluendum integrum vintenum, pro loci, in quo poſſeßiones habent, reparatione.*

HABENTES † poſſeſſiones in aliquo
territorio, ibi debent contribuere pro
1 fortificatione caſtri aut villæ: licet ibi
non foueant domicilium: vt videtur textus in l.
2.C. de muneribus patrimonialibus, lib. 10. ibi,
ab omnibus ſubeunda ſunt. Et voluit iſtud dice-
re glo. in l. fin. ſuper verbo, ab omnibus. C. eod.
& in d.l. 2. quæ ſic eã intelligit. Idẽ voluit dicere
gloſſ. in rubr. eod. titu. in fin. dum dicitur, & hæc
etiam alienigenis. ita etiam tenet Bal. in l. ſi fun-
di vſusfructus. ff. de vſufruc. Iſtud tamen modifi-
catur per ordinationem, dudum factam per do-
minum Carolum de Boiula recolendæ memo-
riæ, tunc gubernatorem præſentis patriæ Delph.
ſecundum quam ordinationem habentes poſ-
ſeſſiones in alieno territorio, ibi contribuunt in
reparationibus locorum, tantummodo pro di-
a midio ſolido & dimidia libra, *a* quæ ordinatio eſt
regiſtrata in Camera computorum Delphin. &
ſeruatur in hac Curia Parlamenti in iudicando:
quia etiam rex Carolus ſeptimus, dictam ordi-
nationem approbauit, & mandauit obſeruari de
menſe Aprilis, 1434. & litera eſt inſerta in char-
tularijs Cameræ, conſilij Delphin. Et à contribu-
tione in talibus nullus excuſatur, ſit nobilis, vel
plebeius: ideo textus, vbi ſupra, dicit, ab omnib.
Et pro hoc bene facit l. munerũ. §. patrimonio-
rum. ver. Sed & eos. ibi, dum dicitur neque vete-
ranus, aut miles, aliusue, qui priuilegio aliquo
ſubnixus eſt: nec pontifex excuſatur. ff. de mu.
& hon. facit l. ad inſtructiones. C. de ſacroſanct.
eccleſ. ita dicit glo. poſita ſuper verbo, ab omni-
bus. in dicta l. fi. de muneribus patrimonialibus.
libro 10. C. Et ita ſeruat ſtylus præſentis Curiæ
Parlamenti, prout ſemper vide etiam quo ad ec-
cleſiaſticos, vt ſcripſi infra, quæſtione 78. Ego er-
go dicerem, quod in locis, caſtris, & villis, in qui-
b bus ſolui conſueuit vintenum, *b* pro fortifica-
tione loci, quod habitantes in loco ſoluere de-
beant integrum vintenum: iuxta etiam l. omnes
2 prouinciarum rectores. C. de operi. publ. † At
vero forenſes pro poſſeſſionibus, quas ibi ha-
bent ſoluere debent dimidium vintenum, vigo-
re dictæ ordinationis, dudum factæ per dictum
dominum Carolum de Boiula: niſi aliter ſe ha-
beret conſuetudo, prout ſe habet in aliquibus
locis, vbi ſoluitur indiſtincte ab omnibus inte-
grum vintenum. Et de hac materia vinteni, vide,
quæ plene dixi infra, quæſtione 372.

a ¶ Pro dimid. ſol. & dimid. lib. *Id eſt, vbi inhabitantes loci, occaſione fortificationis caſtri habent ſoluere vnum ſolidum, vel vnam librã, ibi alienigenæ habentes in loco poſſeßiones, ſoluunt tantummodo dimidium ſolidum, & dimidiam libram: vt in calce huiuſce quæſtionis innui videtur, ibi, an vero foren. &c.*

b ¶ Vintenum. De *vinteno loquitur iſte infra, quæſtione 372. & plenius conſilio ſuo primo. num. 1. verſic. quo ad. prim. volum.*

## QVÆSTIO VIII.

*De annua penſione impoſita ſuper re, quæ non poteſt penſionem ſupportare.*

SVMMARIVM.

1 *Annua penſio, ſuper furno aßignata, an furno minuto nihilominus integra peti poßit.*

DOMINVS Humbertus Delphinus, Vi-
1 ennenſis † fundator in parte conuentus
Saletarum, inter cætera dedit dicto cõ-
uentui pro ſuſtentatione dominarum moniali-
um, videlicet decem libras annuas, ſuper cenſa
furni Turriſpini: ſed non promiſit de euictione:
nec facere tantum valere: poſtmodum dictus

conuentus dictas decē libras pluribus annis per-
cepit, ſuper illa cenſa furni prædicti: ex poſt pro-
pter mortalitates, vel alias, populus, ita fuit di-
minutus, quod de dicto furno non reperiuntur
anno quolibet ad incantum, niſi quatuor, aut
quinque libræ, ideo petit dictus cõuentus quod
deeſt, ſuppleri à Domino noſtro Delphino, an
a bene petat? dixi, quod ſic, per l. Lucius Titius. *a*
ff. de alimentis & ciba. leg. & tenet Ioannes Fa-
bri in leg. ſi quis argentum. in princip. C. de do-
nationibus. Et ita fuit concluſum, anno 1438. &
die ſeptima menſis Iulij, in Camera conſilij dictę
Curiæ Parlamenti.

*a* ¶ Lucius Titius. *Vbi videtur Car. idem tenere in verſic. quæro pone teſtator. in quantum ibi dicit, quod ſi fructus fundi, de quo percipiuntur alimenta, relicta à teſtatore ſuper illo fundo, non ſufficiunt, ad alimenta, debent dari alimenta integra. De hoc etiam tangit Cyn. in l. ſi quis argentum. C. de donat.*

## QVAESTIO. IX.

SVMMARIVM.

1 *Cuſtodiæ, vulgo gardæ, Delphinales, an ſequantur tertios poſſeſſores & ſint onera realia.*

QVIDAM homo Voyronis dum reco-
gnouit Domino noſtro Delphino, vnũ
bichetum frumenti pro garda, quem
promiſit, & conuenit ſoluere annis ſingulis, in &
ſuper bonis ſuis. Cõtingit quod heres dicti reco-
gnoſcentis, ſe voluit exonerare à ſolutione dictę
gardæ, aſſerendo, quod nulla bona recognoſcen-
tis poſſidebat, ſed per multos tenementarios
poſſidebãtur, petendo propterea dictum biche-
tum frumenti peræquari ſuper ipſis poſſeſſioni-
bus à tertijs poſſeſſis. Quæritur an bene petat?
videtur, quod ſic: quoniam pro tributo Princi-
pis compelluntur ad ſoluendum tertij poſſeſſo-
res, etiam pro tempore præterito, iuxta l. Impe-
ratores. ff. de public. & vectigal. & l. fin. C. ſine cē-
1 ſu vel reliquis. † Contrarium tamen eſt veritas,
in caſu iſto, cum illa garda debeatur ex contra-
ctu cognoſcentis, & ſic actione perſonali, quæ
non ſequitur fundum neque fundi poſſeſſorem:
iuxta l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebellia. & videtur ca-
ſus. ff. de contrahen. empt. l. fin. in fine. Non ob-
ſtant iura, ſupra in contrarium alleg. quia lo-
quuntur, in tributo Principis, quod debetur à le-
ge: & ſic eſt onus reale: hic autem loquitur in o-
nere, quod debetur ex contractu: & ſic non af-
ficit rem, vt dicatur onus reale: ideo non ſequi-
tur quemlibet poſſeſſorem: ita dicit Dyn. in dic.
l. Imperatores. & not. per Ioan. Fabr. inſtit. de
a ſeruit. *a* Et ita fuit concluſum per Dominos Par-
lamenti in Camera Conſilij, dicto anno & die
12. Septemb. Et deciſum, quod dictus hæres re-
cognoſcentis dictam gardam ſoluat. bene ta-
men fateor, quod dicto hærede in futurum exi-
ſtente non ſoluendo, vel non apparente alio hæ-
rede, fiſcus poterit agere etiam actione perſona-
b li contra tertium poſſeſſorem in ſubſidium: *b*
iuxta ea, quæ dicit Sal. poſt gloſſ. in l. 2. C. de hæ-
red. vel actio. vend. In ſolutione primi contrarij
vel hypothecaria etiam agere poterit contra ter-
tios poſſeſſores, etiam non diſcuſſo principali ex
priuilegio fiſci, iuxta ea, quæ habentur in l. Moſ-
chis. ff. de iure fiſci. quod ſecus eſſet in priuato,
iuxta authen. hoc ſi debitor. C. de pignor. Sunt
tamen certi caſus, in quibus actio perſonalis, e-
tiam inter priuatos, ſequitur fundi poſſeſſorem.
De quibus ſcripſi plene infra, quæſtione 476.

*a* ¶ Inſtit. de ſeruit. *Videlicet circa prin. in ver. ad hoc. Et Spec. 4. parte. tit. de loc. §. nunc aliqua. ver. 54. iuncto verſic. 56.*

*b* ¶ In ſubſidium. *Imo videtur non ſolum poſſe agere actione vtili ſubſidiaria contra tertium poſſeſſorem, ſed etiam actione directa reſultante ex vi conſuetudinis Delphin. quæ obtinet tertium poſſeſſorem rei, ſuper quæ cenſus ſine penſione impoſitus eſt, poſſe compelli ad recognoſcendum & ſoluendum, licet nũquam ſoluerit, neque recognouerit, vt infra, quæſtione 42. Plus dico, quod fiſcus etiam de iure communi, poterit agere contra tertium poſſeſſorẽ actione directa: vt l. ius emphyteutici. C. de fun. patri. lib. 11. Et quod ideo debet appellari in ſcriptis, & cauſa inſeri in appellatione, hoc eſt verum in primo caſu, puta, quando iudex pronunciat ſe eſſe iudicem competentem. Secus autem ſecundo caſu: quia tunc poteſt appellari viua voce, & ſine expreſſione cauſæ grauaminis, & in hac ſpecie verificatur dictũ domini Bald. in addi. Spec. tit. de appell. 2. parte. in 7. col. verſic. an quando. Illud vero, quod dicit eod. tit. 12. col. verſic. iudex. vendicat locum in primo caſu, & in omni interlocutoria, nõ expiratiua iuriſdictionis, habente vim diffinitiuæ. Ratio diuerſitatis eſt, quia per exceptionem cauſæ nulla fit iniuria iudici: contra c. vt debitus. extra, de appell. cum ſe non iudicem eſſe non pronunciet. ad hæc nota per dominum Pan. in cap. peruenit eod. tit. de appell.*

## QVAESTIO. X.

*Si iudex ſe pronunciet iudicem competentem vel non, an talis pronunciatio ſit interlocutoria.*

SVMMARIVM.

1 *Appellare ne liceat à competentia iudicis.*
2 *Appellatio à competentia iudicis, an ſit interlocutoria.*
3 *Pronunciatio ſuper exceptione dilatoria, an ſit interlocutoria.*
4 *Sententia ſuper exceptione peremptoria, an ſit interlocutoria.*
5 *Sententia ſuper impoſitione ſecundi decreti, eſt interlocutoria.*

1 SI IVDEX † pronũciet ſuper cõpetẽtia,
vel incõpetẽtia, id eſt, ſe iudicẽ, vel non
iudicẽ cõpetẽtem, à tali pronunciatio-
ne poteſt appellari, etiam de iure Ciuili, vt not. in
auth. habita. C. ne filius pro pa. & ponit Bald. in
l. 2. C. de epiſc. aud. Sed an talis † pronunciatio ſit
2 interlocutoria? Saly. in l. poſt ſententiam. C. de
ſen. & interlo. om. iud. dicit, quod ſic, & quod eſt
magni



magni effectus, & ꝙ ideo debet appellari in ſcri-
ptis, & cauſa inſeri in appellatione: aliter appel-
latio erit deſerta. c. cordi. de app. lib. 6. Et ita fuit
concluſum, anno domini 1445. de menſe De-
cemb. in diffinitione proceſſus domini Charlia-
3 ci, & Dionyſij Seruoys de Cyriaco. † Sed iuxta
hoc quæro, an pronunciatio, quæ fit ſuper exce-
ptione dilatoria, ſit interlocutoria. Dic, quod
ſic, ſecundum Archi. in c. cum dilectus. in fi. & in
4 c. cupientes. de elec. lib. 6. † Sed quid de pronun-
ciatione ſeu interlocutoria, quæ profertur ſuper
exceptione peremptoria, an ſit interlocutoria?
Dic, quod ſic. vt dicunt doct. in d. c. cum dile-
ctus. & probat cle. cum à repulſione. de appell.
5 Similiter ſententia, lata ſuper † interpoſitione
ſecundi decreti, eſt interlocutoria, vt dicit Odo-
fre. in auth. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi
opor. De materia interlocutoriarum ſententia-
rum plene tetigi in notabilibus meis, & in 66.
conſil. meorum in primo dubio. Sed an Iudex
procedendo ſuper negotio principali, videatur
ſe pronunciare iudicem competẽtem? dic, quod
ſic, vt dixi in 84. conſi. meorum. Et ſi non appel-
letur intra ſtatuta tempora, de quibus dixi infra,
q. 436. ſententia tranſit in rem iudicatam, etiam
ſi reuera non eſſet iudex competens, vt not. in l.
eius, quæ. ff. de appel. recipiend. vel non. & in c.
paſtoralis. in prin. de reſcrip. niſi doceatur de fal-
ſitate reſcripti. c. ſuper literis. extra de reſcr. hoc
ponit Pau. de Caſt. in ſua repet. l. 1. ff. de iudic. Sed
quid ſi iudex, vt ſuſpectus recuſetur, & nihilomi-
nus procedat ad vlteriora cauſæ, an proceſſus e-
rit nullus vel annullandus, vide Bartol. in l. quia
poterat. ff. ad Trebellia. ibi, quæro, &c. Sed an
a ſint alij caſus, *a* in quibus iure ciuili appelletur ab
interlocutoria? Dic, quod ſunt multi, quos ſcri-
pſi infra. q. 75.

*a* ¶ Sed an ſint alij caſus. *Vide dom. Bart. l. ante ſententiæ. C. quo. app. non recip. & poſt eum domi. Bald. in l. ſi clericus. C. de epiſ. aud.*

## QVÆSTIO XI.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ſuper deſertione appellationis, eſt interlocutoria.*
2 *Sententia, lata poſt deſertionem appellationis, an ſit nulla.*
3 *Pronunciationes, latæ poſt in executionem ſententiæ, ſintne interlocutoriæ.*

1 VTrum † ſententia, lata *a* ſuper deſertione ap-
a pellationis, ſit interlocutoria. Bal. quem ſe-
quitur Saly in l. ſi præſes. C. quo. & quando iud.
dicit, quod talis ſententia eſt interlocutoria. idẽ
tenet Henri. Bohi. in c. in literis. extra, de off. de-
leg. & Ioan. Andr. in gloſſ. clem. fi. de appella. idẽ
tenent dom. doct. Tholoſani in ſuis deciſioni-
bus. q. 42. & q. 280. idem etiã tenet Pet. Iac. in tit.
de cõſt. pec. in fi. Et licet d. doct. aliter nõ decla-
rent, tamen cum de hac materia altercaretur, &
opinaretur inter dominos de Parlam. in Camera
Conſilij, do. Io. Baiulli. vtriuſq; iuris doctor, cõ-
ſiliarius Delphi. in d. Curia Parlamenti, ſic duxit
in hac materia diſtinguendum: quia dicit ipſe,
aut pronũciatur ſuper deſertione appellationis,
interpoſitæ à ſententia interlocutoria, & tunc
pronunciatio ſuper deſertione dicitur etiã inter-
locutoria, quia nõ imponit finem negotio prin-
cipali. Et hoc caſu appellari debet in ſcriptis, iux-
ta c. cordi. de app. lib. 6. Et cauſa rationabilis in-
ſeri: vt ibi. & probatur in c. dilecto. de ap. Aut di-
cit ipſe, pronunciatur ſuper deſertione appella-
tionis, interpoſitæ à ſententia diffinitiua, & tunc
talis pronunciatio ſuper deſertione appellatio-
nis, cenſeri debet ſentẽtia diffinitiua, cum ex ta-
b li deſertione imponatur finis cauſæ principali, *b*
& tunc ſufficit appellare viua voce, ſicut à quali-
bet ſententia diffinitiua. Quæ diſtinctio do. Io.
Baiulli placuit aliis Dominis de Parlamento, ibi
tunc exiſtentibus, tanquam iuri & rationi con-
ſonans. Et ſecundum dictam diſtinctionem fuit
concluſum in quadam cauſa, diffinita in manib.
Io. de Liliers ſecretarij Delph. inter Iordanum
Agarini de Buxo appellantem, & Pontium Gi-
rardi appellatum. & ita expoſt fuit ſeruatum in
iudicando. & de hoc infra tangitur, in ſeq. 12. q. in
fin. de hoc etiam tetigi infra, q. 220. in fin. ¶ Iux-
2 ta hæc quæro, † an ſententia, lata poſt deſertio-
c nem appell. ſit nulla? *c* Bal. quod ſic, in feud. in ti-
tul. quo tempore miles inueſtituram petere de-
beat. §. fi. in fi. idem etiã tenere videtur Io. And.
poſt Hoſt. in c. penul. de app. in cle. in glo. fi. item
an ſententia, lata ſuper deſertione app. habeat
vim diffinitiuæ, & an ab interlocutoriis, haben-
tibus vim diffinitiuæ debeat in ſcriptis appellari,
3 dicam infra, in ſeq. 12. q item, † an pronunciatio-
nes, quæ fiunt poſt ſententiam in executionem
ſententiæ ſint interlocutoriæ? Dic, quod ſic, ex
mente Bart. in l. 2. ff. de app. recip. Et tenet ex-
preſſe Petrus Iac. in tit. de actione in factum ex re
iud. in §. ſed quid erit præſes, vel alter iudex mix-
tum, &c. in fi. ibi. Licet ſecus ſit, cum appellatur
à diffinitiua, &c. de hoc quoq; tetigi in 69. conſi.
meorum, circa ſecundum quæſitum, & in ſingul.
meis. An ſententia, lata ſuper nullitate proceſ-
ſus iudicis à quo, ſit interlocutoria? ſcripſi infra
quæſt. 16. & q. 220.

*a* ¶ Vtrum ſentẽtia, lata ſuper deſertione appellationis, ſit interlocutoria? *Dicẽdum videtur, quod ſententia, lata ſuper deſertione appellationis, interpoſitæ à grauamine, illato in cauſa, eſt mere interlocutoria. Sed ſententia, lata ſuper deſertione appellationis, interiectæ à diffinitiua, aut vim diffinitiuæ habente, non eſt mere interlocutoria: ſed habet vim diffinitiuæ ſententiæ. Ro. dec. 429. fuit dubitatum. in no. Eſt tamen reuera interl. c. ſua. §. cumq;. ibi. interlocutus fuerit. extra, de appella. in antiquis.*

*b* ¶ Finis cauſæ principalis, *Licet enim ſentẽtia cauſam fere totam determinet: tamen non ſequitur, quãdo interloc. dummodo incidat, in c. principali. vt. no. gl. 1. in l. intra vtile. ff. de mino. & Rot. deciſio. 125. ſententia. in antiquis. & hoc quãtum ad effectum. c. cum ceſſante. eo. tit. & c. cordi. eo. tit. lib. 6. Sed quo ad hoc, vt*

*cle.appell.eo.tit.non habet locum.& etiam quo ad ter-
minorum obſeruationem,ſicut à diffinitiua, huiuſmo-
di pronunciatio habet vim diffinitiuæ.Rota deciſio.13.
ſi iudex.iuncta 85.ſi à ſententia. in no. & ſic eſt quod-
dam medium inter puram interlocutoriam.Non enim
eſt pura interlocutoria,quia non expectat aliam ſentē-
tiam diffinitiuam,poſt ſe non pure diffinitiua, quia nō
eſt lata ſuper negotio principali,ſed ſuper proceſſu : vt
in addit.deci.85.præd.*

c ¶ Sit nulla. *Vide de hoc iſtummet, conſil.ſuo 10. in-
cip.in præſenti cauſa appellationis.num.5.ver. debetis
tamen vos domini.vol.1.conſ.28.& conſ.154.incip.de
anno Domini.nu.1.ad primum. ibi præterea videmus
totam deci.infra.in anti.& deciſ.q.234.*

## QVAESTIO XII.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum iudicis de ſoluendo:eſt interlocutoria.*
2 *Interlocutoria quando habeat vim diffinitiuæ.*
3 *Appellatio ab interlocu.habente vim diffinitiuæ,quomodo fie-
ri debeat.*
4 *Sententia,ſuper deſertione appellationis lata , an habeat vim
diffinitiuæ.*
5 *Præceptum iudicis,præcedente cauſæ cognitione , an habeat
vim diffinitiuæ.*
6 *Sententiarum tria ſunt genera.*

1 PRÆCEPTVM iudicis de † ſoluendo, eſt inter-
locutoria ſenten tia,ſecundum Spec.in ti. de
inſtr.edi.§. nunc vero aliqua. ver. ex his autem
quæritur,&c.& alibi dicit gl. quod omne præce-
ptum,quod facit iudex ad cauſam, eſt interlocu-
toria,in auth.de litig. in princ. ſuper verb.inter-
locutionibus.Sed habet illud præceptum,de ſol-
uendo,vim diffinitiuæ.l. creditor. §. ſi iuſſus. ff.
de app.& not. Henric. Bohic. in c.literis. de of-
fic.deleg.& Ioan.Andr.cap.peruenit.lo.2.de ap-
pel.Et Bartol.in l.quod iuſſit. ff. de re iud. & no.
Spec.in tit.de confeſ.in §.penul.ver. ſi. licet ipſe
Spec.in tit.de ſen.in §.2.ver.eſt quoq; tertia ſpe-
cies,&c.dicat,quod eſt quædam tertia ſpecies in-
ter interlocutoriam & diffinitiuam. Vbicunque
2 † enim interlocutoria parat præiudicium nego-
a tio principali *a* tunc interlocutoria dicitur ha-
bere vim diffinitiuæ , ſecundum Bartol. in leg.
Titia.ff.de accuſ.& in l.eius,qui. ff. de appel. de
quo etiam dixi in 69.89,& 124.conſil. meorum.
Aduertendum tamen: quia ſi fiat præceptū con-
tra non confeſſum,vel non conuictum , non va-
let præceptum iudicis.no.Inno. in c. cum veniſ-
ſent.de in integ.reſtit.ſuper verbo , inhibitione,
&c.& Specul.in tit.de ſentent.§. iuxta.verſic. in
3 ſum.not. † Sed an ab interlocutoria , habente
vim diffinitiuæ ſententiæ, ſufficiat appellare vi-
b ua voce,vel,an debeat appellari in ſcriptis? *b* Io-
annes Monachus in cap.cupientes. §. quod ſi ve-
ro per viginti dies.de electio.lib.6. dicit , quod
debet appellari in ſcriptis. Et dixi in 70. conſil.
4 meorum. † Sed an ſententia ſuper deſertione
appel.lata,habeat vim diffinitiuæ? Bar. quod ſic,
in l.2.C.de epiſc.aud.in 14.q.& in l.cum Titia.ff.
de accuſat. Circa tamen hoc eſt aduertendum:
quia ſi appellaretur à ſententia,ſuper deſertione
c lata , *c* quæ ſecundum Bart. habet vim diffiniti-
uæ,vt ſupra proxime dixi, ſeruanda eſſet diſtin-
ctio domini Io.Baiuli.ſupra in præcedenti queſt,
enarrata:qui facit differentiam de appellatione,
emiſſa ab interlocutoria , vel à diffinitiua:vt pri-
mo caſu appellari debeat in ſcriptis, ſecundo ve-
d ro caſu ſufficiat appellari viua voce. *d* An inter-
locutoria , lata ſuper attentatis in præiudicium
e appellationis habeat vim diffinitiuæ.*e* vide,quę
dixi in tractatu meo de app. q.121. An à ſenten-
tia , lata ſuper poſſeſſorio, debeat in ſcriptis ap-
pellari? Dic,vt ſcripſi infra , q.37. de materia in-
terlocutoriarum ſententiarum plene ſcripſi in
notabilibus meis,fol.158.& ſequ. An præceptum
5 iudicis,† præcedente cauſæ cognitione , habeat
vim diffinitiuæ,dic,quod ſic,ſecundum Spec. in
tit.de actio.ſeu peti.in §. ſuper actione ſeu peti-
tione.in ver. ſed qualiter formabit libellum. &
in ver.cæterum.& in verſicu. fin. Sententiarum
6 tria † ſunt genera: quia vna eſt interlocutoria,a-
lia diffinitiua,& alia miſta : & vocatur iſta miſta,
quia habet vim diffinitiuæ partim , & vim inter-
locutoriæ etiam partim : vt plene de iſtis tribus
proſequitur Angel. de Aret. ff.de re iudicat. ſu-
per rub. De ea quoque re dixi in 38. 69. conſil.
meorum. An interlocutoria , quæ habet vim dif-
finitiuæ,poſſit contrario imperio reuocari, dixi
in ſingularibus meis.

a ¶ In negotio principali. *vt pote ſententia, lata ſu-
per peremptoria exceptione,quæ ob.cle.fin.in gl.in ver.
repulſione.in fin.de appell.*

b ¶ In ſcriptis. *Vide iſtum conſi.69.incip.pro declara-
tione.num.5.verſ.ad quintum.*

c ¶ An ſententia ſuper deſert.lata. *Immo videtur,
quod à tali ſententia non poſſit appellari,per ea,quæ di-
cit do.Arch.2.q.6.in c.ſi quis appell. §. ſunt etiam. &
eſt ratio:quia deſertor appellationis , eſt contumax in
non veniendo,ſed contumax non appellat.l. 1.C. quo.
ap.non reci.& ibi doct. de quo per do. Bartol. in l.fin.
ver.venio ad quintam.ff.de in integ.reſtitu. Ergo vi-
detur , quod ab huiuſmodi ſententia non poſſit appella-
ri.do.Bal.in l.2.C.de epiſc.aud.in pen.col.verſic alte-
rius.114.*

d ¶ Secundo vero caſu ſufficiat appellari viua vo
ce. *Dicēdum videtur vtrobiq, cū aſſertione cauſæ gra-
uaminis,in ſcriptis fore appellandum. nam ſententia,
lata ſuper deſertione appellationis, etiam à diffinitiua
interpoſitæ,non videtur cenſeri diffinitiua ; ſed inter-
locutoria habēs vim diffinitiuæ.Rota deciſio.437.fuit
dubitatum.in no.quia lata ſententia ſuper exceptioni-
bus,non poteſt dici diffinitiua,cū de natura diffinitiuæ
ſit,ſuper principali,non ſuper exceptionibus.do.Bal.in
l.antepen.in verſic.quæro.C.de ſent.ex breui. reci.ſed
deſertio appellationis non eſt negotij principale: immo
de illa excipitur,& eſt exceptio peremptoria. Ro.deciſ.
125.ſententia,in antiquis.Veruntamen tenet dominus
Archi-*



*Archidiaconus formaliter. quod quādo pronunciatur,
aliquem non potuiſſe appellare,propter aliquā exceptio-
nem peremptoriā,quæ obſtabat , interlocutoria eſt: ſed
quando iudex pronūciat ſuper app.interpoſita à diffin.
tunc eſt bene diffinitiua : quia fertur ſuper principali,
& controuerſiæ finem imponit.Et dicit,quod huiuſmo-
di interlocutoria,per quandam conſequentiam , habet
vim diffinitiuæ.non tamen quod quando appellatur à
tali interlocutoria,habēte vim diffinitiuæ,debet cauſa
rationabilis in appel.exprimi:aliter non valet.vt in c.
cupiētes.de ele.li.6.in 8.col.in verſ. quid ſi pronūciat.*

e ¶ Vim diffinitiuæ. *Vide Rotam deciſ.13.ſi iudex.in
no.& 215.ſententiæ.in an.*

## QVÆSTIO XIII.

*De ratiſicatione.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio , inſtituta à non habente mandatum , infra quod
tempus debeat ratiſicari.*
2 *Ratiſicationis vſus,& tempus.*

EGo retuli anno prædicto, & die 20. menſis
Decembris, in Camera Concilij proceſſum
cauſæ appellationis,vertentis coram eodem cō-
ſilio,in manibus Ioannis de Liliers,inter Micha-
elem Raueti appellantem ex vna parte,& nobilē
Gulielmuū & Eymarū de Mallobecco , fratres.
Ex cuius tenore apparet , quod Petrus Lauague-
rij , aſſerto procuratorio nomine dicti Raueti,
appellationem corā iudice appellationū totius
Delphinatus ; nomine dicti Raueti, introduxit,
quo tempore introductionis idem Lauaguerij
non erat procurator dicti Michaelis Raueti. Sed
poſtea per duos menſes,dictus Raueti ratificauit
dictam introductionem appellationis , & nō in-
fra 40.dies , qui dantur ad introducēdum appel-
lationem coram iudice appellationum,ſecundū
ſtatuta Delphinalia : ideo in diffinitione dictæ
1 cauſæ fuit quæſitum: An † dicta appellatio coram
iudice appellationum nomine dicti Michaelis
Raueti,introducta ſit , & cenſeri debeat deſerta.
Et ego primo opinando iuxta ritum dicti con-
ſilij , quia dictum proceſſum reportaui , dixi di-
ctam appellat.fuiſſe deſertam: quia dictus Raue-
ti illam introductionem nō ratificauit , infra di-
ctum tempus ad introducendum appellationē
a introductam: *a* & allegaui in ſim li,l. bonorum.
ff.rem ra.hab. quia illud ratificari debet infra tē-
pus,quo fieri & peti poteſt: vt in d. l. bonorum.
vt legitur & no.in c.quia Ioannes,12. q.5. & facit
quod in ſimili not.per glo.c.quam ſit. ſuper ver-
2 bo,petere,in fin.de elect.lib. 6. vbi ſi quis † ami-
cus meus ſine mandato meo , confirmationem
meæ electionis petierit , quod debeo ratificare
infra tres menſes , infra quos dictam confirma-
tionem petere tenebar : alias non valet ratifica-
tio,vt ibi.facit etiam quod dicitur de ap.facta in-
fra decem dies : quia ſi quis à ſententia , contra
me lata, appellauerit meo nomine,debeo talem
ap.ratificare infra ipſos decem dies , infra quos
appellare debebam,vt dicit Hoſt.in ſumma in ti.
de ap. in §. quis poſſit. aliter non valet ratifica-
tio. ratio,quia permittendo labi tempus , mihi à
iure vel ſtatuto conceſſum ad aliquid faciēdum,
ſi infra id tempus nō faciā, vel etiam infra ipſum
tempus ratum non habeam, videor iuri meo ſal-
tem tacite renūciaſſe. Ideo fruſtra conor per ra-
tificationem redire ad id , cui ſemel renunciaſſe
videor. C.de rebus credi.l. ſi quis iuſiuran. & C.
de condi.inſer.l.vlt.& ff.qui ſatiſ.cogan.l.de die.
§.vlt. Et notatur per Dyn. in c. ratihabitio. de
re.iur.li.6.Et ita propterea fuit tunc concluſum
per dominos dictam appe.dicti Michaelis Raue-
ti fore deſertam , & diffinitiue pronunciatū die
ſententiarum tunc prolatarum. Et ſimiliter ite-
rato fuit iudicatum,anno 1458. de menſe Septē-
bris,in manibus Antonij de Molena,cōtra Clau-
dium Bilionis , alias Roſerij de Manardo: quia e-
ius appellationem , introductam per Ioan. Gui-
donis,non ratificauit infra tempus ſtatutum, li-
cet bonam cauſam foueret in negotio principa-
li. De materia introductionis appellat. vide, quæ
dixi infra,q.25.& q.336. Circa hanc materiam ad-
uerte:quia forſitan non eſt neceſſe,quod hoc ca-
ſu ratificetur introductio appellationis: quia ex
quo ipſe aſſertus procurator , introducendo ap-
pellationem,portat inſtrumentū appellationis,
præſumitur habuiſſe mandatum eam introdu-
cēdi coram iudice appellationum : ſicut in ſimi-
li videmus , quod quis tradendo inſtrumentum
debiti, videtur data poteſtas exigendi debitum,
in tali inſtrumento contentum: vt not. gloſſ.in
l.fin.C.de pac.conuen.tam ſuper dot. &c.quam
ibi ſequitur Barto. Iuxta hanc materiam quæro,
propoſita materia nullitatis contra ſententiam
an currant 10. dies, qui dantur ad appellandum?
Barthol.quod ſic, in l. ſi expreſſim. ff. de appel-
lat. Et Iacob. Butr.in l. 1. C. quando prouocar.
non eſt neceſſe. de quo etiam ſcripſi in 17. con-
ſil.meo.

a ¶ Introductam. *De hoc , ſcilicet quod appel.non ha-
bentem poteſtatem ratificari , facta debeat infra tem-
pus ſtatutum ad appe.iſtum conſi.124.incip. circa ma.
proceſſus.num.6.verſ.ad ſextum.*

## QVÆSTIO XIIII.

***An cap.ſi.de teſta.in clem.ſeruetur in Curia
Parlamenti.***

SVMMARIVM.

1 ***Teſtes alij debeantne examinari in cauſa appellationis , ſuper
eiſdem articulis traditis in prima inſtantia.***

LIcet inter doctores,qui in iure Ciuili ſcripſe-
runt,in l.per hanc. C.de temp.appell. ſint va-
riæ opi. Et poſuit Pet.Iaco.in tit.In cauſa appella.
a Libellus poſt titulū de conſti.pecu.*a* & in gl. Niſi
ad reprobationē.in auth.atqui ſemel. C.de pro-

bat

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

b bat. *b* vtrum in † cauſa appellationis ſuper eiſdẽ
1 articulis, traditis in prima inſtantia, teſtibus ex-
aminatis, & per partes didicitis teſtificatis, de-
c beant *c* alij teſtes ſuper eiſdem, vel ſimilibus, aut
contrariis examinari. de quo in ſingul. meis. Ta-
men de ſtylo præſentis Curiæ Parlamenti ſerua-
tur opinio dicentium, quod non debent teſtes
ſuper eiſdem, vel ſimilibus, aut directe contra-
d riis, *d* in cauſa appellationis examinari. & hoc ti-
more ſubornationis teſtium. iuxta c. fraternita-
tis. extra de teſtib. & recitat gl. in auth. at qui ſe-
mel. ſupra allega. Et ita vidi ordinare de menſe
Aprilis, anno 1445. in manibus Ioannis Botuti
in cauſa remiſſionis, vertentis inter Abbatem
de Boſſodono ex vna parte, & homines de Gro-
tis ſuper bedali. qui ſtylus corroboratur diſpoſi-
e tione Clementinæ finalis, de teſtib. *e* In multis
tamen locis ſeruãtur opiniones legiſtarum, quia
immo in ſecunda inſtantia poſſunt teſtes ſuper
eiſdem articulis examinari, vt refert Baldus in li-
bro feud. titul. Si de inueſtitura inter dominum
& vaſallum lis oriatur. circa mediũ. de quo ple-
nius tetigi infra, q. 476. De hac materia ſcripſi
etiam infra, quæſtione 347. Sunt tamen multi
alij caſus ſpeciales, in quibus teſtibus publicatis
& didicitis teſtificatis, alij teſtes admittũtur, qui
caſus enumerantur per Spe. in tit. de teſtib. §. ſa-
tis vtiliter. Sed an poſt publicationẽ didicita te-
ſtificata, poſſint alij teſtes ſuper nouis & diuerſis
articulis examinari. Odofre. dicit, quod ſic. in d.
auth. At qui ſemel. C. de probat. qui etiam alle-
gat. l. pe. eo. idem dicit Bar. quando articuli non
ſunt contrarij, ſed diuerſi in l. cum furti. ff. de in
lit. iurando.

a ¶ Poſt ti. de conſt. pec. *Scilicet immediate ſituat.*
b ¶ C. de prob. *Debuit enim allegare verſ. Item eſt notandum. ibi, ſecundum ſpeciale in cauſa appell.*
c ¶ Debeant. *id eſt, poſſint.*
d ¶ Cõtrariis. *Videlicet de directo. Nam indirectam contrarietatem bene licet probare per teſtes, poſt atteſtationes didicitas, vt in cle. teſtibus. de teſt. & ibi glo. in ver. directo.*
e ¶ Cle. fina. de teſtib. *Tu vide de hac materia iſtum conſ. 35. incip. appellatio. nu. 1. verſ. & ideo. & conſ. 100. incip. admitti debent. in princ.*

## QVAESTIO XV

***Stylus Curiæ ſancti Marcellini non extenditur ad inſtrumentum, ex quo non oritur obligatio.***

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones tres admittuntur.*
2 *Ablatiuus abſolutus, demonſtrat contractum conditionalem.*
3 *Diſpoſitio conditionalis, vt dignoſcatur.*
4 *Exceptiones tres tantum, quando admittantur.*

SECVNDVM ſtylum Curiæ Delphi. S. Mar-
a cel. *a* aduerſus compulſorias à dicta Curia,
1 ſuper inſtrumento † obligatorio ad vires & ſub-
miſſiones dictæ Curiæ confecto, non admittun-
tur, niſi tres exceptiones. videlicet, falſi, ſolutio-
nis, & nouationis, ita quod alij remedio non ſit
locus. Contigit, quod in dicta Curia nobiles Lu-
douicus de Balma, & Antonia de Salucis coniu-
ges, impetrauerunt compulſorias ſuper quodam
inſtrumento, ad vires dictæ Curiæ ſumpto, pro
ſumma mille florenorum pro prima ſolutione
ſex milium florenorum, contra dominum prin-
cipem Aurayce: qui dominus princeps nullã ex
dictis tribus exceptionibus oppoſuit: ſed oppo-
ſuit inter alia, quod contractus, contentus in di-
cto inſtrumento, ex quo petebantur dicti mille
floreni, eſt conditionalis, videlicet ſi d. domina
ratificaret dictum contract. infra tũc proximum
feſtum ſancti Ioãnis Baptiſtæ, per verba ibi adie-
2 cta. *Au cas toutefoys*, &c. quia ille † ablatiuus abſo-
b lutus *b* addit & demonſtrat contractum condi-
tionalem: iuxta l. à teſtatore. ff. de condi. & de-
monſtrat. & l. ſi quis ita. §. ſi duo. ff. de ſtatu libe.
cum ſimilibus. Præterea, dicit Barto. in l. quibus
diebus. in §. fin. ff. de cond. & demon. quod quan-
do dubitatur de verbis, an faciant modum vel
cõditionem, & poteſt tacite vel expreſſe apparere
de mente diſponentis, quod voluerit primo a-
liquid fieri, quam commodũ conſequatur, tunc
3 † diſpoſitio detegitur conditionalis, ſicut in caſu
iſto; quia princeps Aurayce primo voluit ratifica
tionem fieri, quã ſoluere dictos mille florenos
petitos. Quod patet: quia debebat fieri dicta ra-
tificatio in proximo tunc feſto beati Ioannis Ba-
ptiſtæ. & ſolutio dictorũ mille flore. debebat fie-
ri per dictum dominum principẽ Aurayce, po-
ſtea in feſto natalis Domini, tunc proxime ſe-
quenti, & ſic fuit promiſſio facta per dictum do-
minum Principem de ſoluendo, conditionalis,
videlicet, ſi dicta domina primo ratificaret: quæ
ratificatio nõ fuit facta infra dictum terminum
præfixum. Et ſic cum non fuerit adimpleta con-
ditio, non fuit orta actio, nec obligatio. iuxta
§. ex conditionali. inſtitut. de verborum obliga-
tione. cum ibi notatis. Sic etiam videmus, quod
defectus conditionis impedit trãslationem do-
minij, & poſſeſſionis. vt in l. qui abſenti. §. 1. ff. de
acquiren. poſ. Iſta fuerunt oppoſita coram dicto
iudice ſancti Marcellini: licet diuerſimode & per
alias rationes, qui iudex ſeu eius locum tenens
in ordinatione, per eum in cauſa facta, iſta ad-
mittere noluit: ſed præfixit dicto principi termi-
num præciſum, ad opponendum alteram dicta-
rum trium exceptionum, ſecundum dictum ſty-
lum, alias quod concederet præciſas. A qua or-
dinatione appellauit dictus dominus princeps
ad dominũ iudicem appellationum totius Del-
phin. qui dominus iudex partibus auditis, pro-
nunciauit dictum dominũ principem ſine gra-
uamine appellaſſe. ideo iterato appellauit dictus
dominus princeps ad Curiam Parlamenti. Quæ
partibus auditis, viſis actis primæ, ſecundæ, &
tertiæ inſtantiarum, pronunciauit & cognouit
per



per iudices à quo, male fuiſſe pronunciatum. Ea
c ratione, *c* quia licet ſecundum ſtylum, nõ admit-
tantur, niſi tres exceptiones iam dictæ, videlicet,
4 falſi, ſolutionis, & nouationis. † Hoc eſt verum,
quando cõpulſoriæ ſunt impetratæ ſuper inſtru-
mento obligatorio: vt legitur in ſtylo ipſius Cu-
riæ. Et cum ſtylus loquatur tantum de inſtrumẽ-
to obligatorio patet, ibi, dum dicit, quod tantũ-
modo tres admittuntur exceptiones, &c. Sic e-
nim ibi præſupponitur, quod de ipſo contractu
ſit nata actio, cum exceptio ſit actionis excluſio,
vt iuribus vulgatis. Sed dictum inſtrumentum,
ad iuſtificationem dictarum compulſoriarũ pro
parte dictorum coniugum, productum, non eſt
in illa parte obligatorium, cum dicta adiecta cõ-
ditio non fuerit adimpleta. iuxta dictũ §. ex con-
ditionali. Igitur iudex primæ inſtãtiæ ſancti Mar-
cellini, debuit dictam oppoſitionem admittere,
cũ ipſe ſtylus loquens de obligatorio inſtrumen-
to, non debeat extendi ad alium caſum non ex-
preſſum, videlicet ad inſtrumentum non obliga-
torium, iuxta l. 1. in §. ſi is, qui nauem. de exerci-
toria. maxime ille ſtylus rigoroſus, iuxta c. odia.
de reg. iur. lib. 6. Et licet Bar. in l. 1. in §. 1. ff. quod
vi aut clam. quẽ ſequitur in hoc Saly. in l. ita pu-
dor. C. de adulte. videatur velle, quod per iudices
à quo, bene fuerit ordinatũ & proceſſum per ver
ba dicti ſtyli, ibi: ita tamen, ꝙ alteri remedio nõ
ſit locus. poteſt tamen reſpõderi, vt ſupra, quod
ille ſtylus loquitur de cõtractu, ex quo oritur ob-
ligatio, & per conſequens actio: non autẽ de cõ-
tractu, ex quo non oritur obligatio, nec actio: ſi-
cut in hoc contractu cõditionali: ita fuit cõclu-
ſum in diffinitione dicti proceſſus in manib. Bo-
tuti, anno 1445. De materia dicti ſtyli S. Marcelli-
ni, vide in quodã alio caſu. infra. q. 181. & q. 309.
& 19. & dixi plenius in tract. de liter. compulſo.

a ¶ Secundum ſtylum Curiæ. S. Marcel. *Tu vide de hoc ſtylo iſtum conſ. 241 inci. ſpectabiles domini. nu. 10. verſ. eſt etiam attendendum.*
b ¶ Ablatiuus abſolutus. *No. quod ablatiuus abſolute poſitus reſoluitur in conditionem. d. Bal. in l. 1. in 2. no. ver. ſic quæro nunquid in contractibus. C. quãdo licet ab emp. diſce. & do. Bar. in l. ab emp. in 2. no. per tex. in ver. reſtitutis his. ff. de pa. vbi dicit, quod in contractibus non diſponunt: ſed aliquando in vltimis voluntatibus vim diſpoſitionis habent.*
c ¶ Ea ratione. *No. quod vltra exceptiones in ſtatuto comprehenſas, admittitur exceptio conditionis nõ adimpletæ. No. quod ſtatutum non excedit proprium caſum: etiam ſi ſtatutum non habet aliam rationem, niſi quia ita placuit ſtatuenti. Ita ſentire videtur do. Bald. in l. & ſi dotis. in 1. col. ver. quæro quid in ſo. vero: ibi. ex quo not. C. de iure dotium.*

## QVÆSTIO XVI.

***Sententia, lata per iudicẽ appellationis ſuper nullitate ſententiæ iudicis à quo, eſt interlocutoria.***

SVMMARIVM.

1 *Sententia, quid in propoſito themate.*
2 *Sententia Iudicis appellationum, eſt interlocutoria.*

a IVDEX *a* appellationum ſententiam &
proceſſum iudicis à quo, pronunciauit
nullam ex eo, quia lis non fuit in proceſ-
ſu primæ inſtantiæ conteſtata, per reum ſuper o-
cto florenis, petitis in petitione actoris, à qua
ſentẽtia iudicis appellationum, fuit appellatum
ad dictam Curiam Parlamenti, nõ in ſcriptis, ſed
viua voce: ideo fuit dubitatum, ſi dicta appella-
tio ſit deſerta: quia in ſcriptis non fuit appellatũ.
Pro cuius dubij deciſione, præmitto, quod licet
quælibet ſententia, quæ diffinit illud, de quo eſt
contentio inter litigantes, poſſit, large ſumpto
1 vocabulo, dici diffinitiua. Tamen in materia † i-
ſta diffinitiua ſententia, proprie eſt, quæ diffinit
& dirimit negotium primum, in petitione dedu-
ctum. de quo principaliter inter partes eſt alter-
catum, vt probatur in l. poſt ſententiam. C. de
ſen. & interlo. om. iud. & ff. de re iu. l. 1. ita dicit
2 notabiliter Saly. in d. l. poſt ſententiam. † Sed di-
cta ſententia iudicis appellationum à quo, non
dirimit negotium primum in petitione dedu-
ctum, de quo principaliter inter partes eſt alter-
catum: quia ex quo ſententia & proceſſus fuerũt
pronũciati nulli originaliter, actor poteſt dictos
octo florenos, per eum in prima inſtantia peti-
tos, iterato petere. Igitur eſt dicta ſententia iudi-
cis appellationum interlocutoria, & non diffini-
tiua. Pro quibus etiam faciunt notata per Ioan.
Monachum in c. cupientes. §. quod ſi per viginti
dies. de electione. lib. 6. & per gloſſam in cle. pri-
ma, de ſequeſt. poſſ. & fruct. Præterea videmus
quod ſi per lapſum termini ſit perempta inſtan-
tia, & iudex abſoluat reum ab obſeruatione iudi-
b cij, *b* quod talis ſententia nõ erit diffinitiua: ſed
interlocut. vt dicit Bald. in l. 2. C. de epiſ. aud. Ra-
tio, quia ſemper remanet primæua actio, de qua
inter partes principaliter diſceptatur. Ex quib.
propterea ſequitur neceſſarie, dictã appellatio-
nem à ſententia iudicis appellationũ, eſſe deſer-
tam. Cum ab ipſa ſententia, quæ eſt interlocuto-
ria, nõ fuerit in ſcriptis appellatum, iuxta diſpo-
ſitionem. cap. cordi. de app. li. 6. ita dixi ſuper ap-
pellatione Ioannetæ Iulianæ introducta in dicta
Curia, contra Laquetum Lanchillem centure-
rium Gratio. in manib. Io. de Liliers. Et propte-
rea eidem Ioannetæ tunc per dictum Parlamen-
tum fuerunt denegatæ literæ citatoriæ, & inhi-
bitoriæ. Idem fuit iterato iudicatum in hac Cu-
ria Parlamenti, de quo etiam vide infra. q. 220.
Sed quid de ſententia, lata ſuper deſertione ap-
pellationis, an ſit diffinitiua vel interlocutoria,
vide, quæ dixi ſupra. q. 11. Sed an ſententia per iu-
dicem primæ inſtantiæ lata, ſuper nullitate pro-
ceſſus, ſit interlocutoria, vide, quæ ſcribuntur
infra. q. 220. & 69. conſil. meorum.

a ¶ Iudex. *Vide de hac materia Bald. in Marga. ver. 96. & Bald. in l. cum minorem. 1. col. C. ſi aduerſus rem iudi. Bart. in l. ſi præſes. C. quomodo & quando iudex. Et hoc verum, ſi appellatũ fuit ab interlocutoria, alias*
eſſet

*eſſet diffinitiua. vt not. deci. 335. fuit dubitatum. Not. pronunciatio, quæ fit non ſuper principali, ſed aliquo emergenti vel incidente, cenſetur interlocutoria: non autem diffinitiua. Spec. 2. parte in tit. de ſent. §. 1. in verſic. interlocutoria.*

b ¶ Ab obſeruatione iudicij. *Tu vide de hoc plene iſtum conſil. 69. incip. pro declaratione. num. 1. verſ. ad primum. ibi. facit etiam pro hoc ratio.*

*¶ *Nota, quod pragmatica ſanctio concordat iuri communi. Nam prag. ſanctio dicitur in cauſa, in conſiſtorio principis vētilata: & conſtitutio principis. cauſa cognita, ſuper ea facta. gloſſ. in verſic. pragmaticam. in c. peruenit. 101. di. & ibi Aret. Prag. enim eſt quod facit imperator cum conſilio procerum. C. de no. C. compo. §. fin. Et C. de pala. l. non aliter. lib. 12.*

## QVÆSTIO XVII.

SVMMARIVM.

1 *Reſcripta Papalia, Conqueſtus, vulgariter nuncupata, hodie ſublata ſunt per pragmaticam ſanctionem.*

ANNO ſupra proxime dicto, & die Veneris
15. Decembris, in cauſa ſupplicationis Bon-
thoſij, contra conſules præſentis ciuitatis Gra-
tionop. in manibus de Plaſtro Secretarij. Delph.
fuit per dominos meos Curiæ Parlamenti Del-
1 phini cognitum, & declaratum, † quod reſcripta
Papalia, vulgariter appellata conqueſtus, ſunt
contra pragmaticam ſanctionem. in decreto de
Cauſis: quia tollunt ordinariam iuriſdictionem
contra diſpoſitionem dicti decreti, De cauſis. Et
fuit propterea inhibitum dictis conſulibus, ne
tali reſcripto vtantur. Aduerte præterea, quia
dicta pragmatica ſanctio, poſtea de anno curren-
te domini Milleſimo quadringenteſimo ſexa-
geſimo ſecundo, & die vigeſima octaua menſis
a Ianuarij, fuit reuocata *a* per dominum noſtrum
Ludouicum regem Francorum. vt etiam ſcripſi
infra, q. 103. in fine. & q. 18. infra proxime.

a ¶ Reuocata. *Vide extrauagan. Sixti quarti, quæ intitulatur, concordia inter Pa. & Regem Franc.*

## QVAESTIO XVIII.

*De Conſeruatoribus priuilegiorum Apoſtolicorum.*

SVMMARIVM.

1 *Conſeruatores priuilegiorum, non ſunt hodie reuocati per pragmaticam ſanctionem.*
2 *Sanctiones conſeruatoriæ, ſunt permiſſæ de iure communi.*
3 *Creditores, an poſſint coram conſeruatore trahi.*

IN Cauſa ſupplicationis coram nobis in Curia
Parlamenti vertente, in manibus Ioannis Ioſ-
fredi, inter ciues Viennæ, ſupplicātes ex vna par-
te, & dominos Decanum, & Cap. eccleſiæ ſancti
Mauritij eiuſdem ciuitatis, ex altera, qui domi-
nus Decanus & capitulum dictos ciues & habita-
tores Viennæ, in cauſam traxerunt coram domi-
no officiali, præſentis ciuitatis Gratianop. tan-
quam conſeruatore ſuorum priuilegiorum, à
ſummis pontificibus eiſdem temporibus retro-
actis conceſſorum. fuit 10. die menſis Nouem-
bris dicti anni, proxime deſcripti, declaratum &
1 pronunciatum, iudices † conſeruatores talium
a priuilegiorum non eſſe hodie ſublatos, *a* ſeu re-
uocatos per pragmaticam ſanctionem, per ver-
b ba *b* in decreto. De cauſis. ibi vel priuilegio co-
gnitionem habent, &c. Ideo fuerunt licentiati
dicti Decanus & Capitulum, cum nihil attentaſ-
ſent contra pragmaticam ſanctionem per verba
c in ipſo decreto. De cauſis, *c* & condemnati in
eorum expen. dicti ciues Viennæ. Sed reſtat re-
ſpondere ad declarationem, factam in cauſa do-
mini Ioannis Bonthoſij, de qua ſupra, q. 17. in
qua fuit declaratum, reſcripta Papalia, vulgari-
ter conqueſtus nuncupata, eſſe cōtra pragmati-
cam ſanctionem: ad quæ poteſt pluribus modis
reſponderi. Primo, quod dicto conſeruatori pri-
uilegiorum per ſummos pontifices, & dictis do-
minis decano & capit. literæ conſeruatoriæ fue-
runt conceſſæ ante pragmaticā ſanctionem, quę
conſeruatorię antea conceſſæ ſecundū pragma-
ticam ſanctionem tolerantur, vt patet ibi, vel pri
uilegio cognitionem habent, &c. illud verbum,
habent, denotat tempus dictæ pragmaticæ ſan-
ctionis. Sed hęc ſolutio non eſt generalis, quo ad
conſeruatorias, quæ impetrantur poſt pragmati-
cam ſanctionē: ideo poteſt aliter reſpōderi, quod
pragmatica ſanctio & decreta cōſilij Baſilienſis,
in ipſa pragmatica ſāctione incorporata, omnia
reducunt ad ius commune, maxime in dicto de-
creto, De cauſis. vt ibi clare apparet. Sed conſer-
2 uatoriæ † ſunt permiſſæ de iure communi, vt le-
gitur & notatur per Spec. & Ioan. Andr. in addit.
d in tit. de iud. deleg. *d* & in cap. & ſi principalis. de
reſcrip. in cle. in capit. fin. de off. deleg. lib. 6. Sed
iſtud reſcriptum, conqueſtus vulgariter appella-
tum, non eſt de iure cōmuni, ſed cōtra ius com-
mune: quia tollit ordinariam iuriſdictionē: igi-
tur reſtringendum tanquā odioſum. & ſic deci-
ſio, de qua ſupra, in 17. q. & iſta nō ſunt contrarię,
ſed diuerſæ. De materia conſeruatorū, & de qui-
bus cognoſcere poſſunt, vide Ioan. Andr. in no-
uella. in cap. fin. de off. deleg. libr. 6. & in addit. ad
Spec. in tit. de off. deleg. §. excipi poteſt. Et vide,
quæ dixi in hac materia conſeruatorum. infra. q.
247. quia in bullis talium cōſeruatorum priuile-
giorum dicitur, quod conceduntur talia priuile-
3 gia contra iniuriātes, &c. † An per illa verba poſ-
ſint trahi creditores corā tali conſeruatore? Dic,
quod ſic. quia retinēdo debitum, creditori iniu-
ria fit. vt dicit Specul. in ti. de inſtr. edit. in §. nūc
vero aliqua. verſicul. de hoc autem quæritur. *e*

a ¶ Non eſſe hodie ſublatos. *Quia vigore pragmaticæ ſanctionis confirmantur iudices, de priuilegio Ro. Pont. cognitionem habentes.*

b ¶ Per verba. *Supple, vt probatur.*

c ¶ In decre-

c ¶ In decreto de cauſis. *Poſito poſt exordium, in verſ. qui attendentes.*

d ¶ In tit. de iudic. deleg. *§. fin. in verſ. item quod non eſtis. & ibi habetur, cum iudex & conſeruator differant, item & quis conſeruator eſſe poteſt, & cuius, & de officio. Et idem dominus Bald. in addit.*

e ¶ De hoc autem quæritur. *Qui eſt verſ. 72.*

## QVÆSTIO XIX.

*De abbreuiatura Notarij, &, an atteſtatoria fidem faciant in iudicio.*

SVMMARIVM.

1 *Abbreuiatura notarij, an fidem faciat. & num. 2.*
2 *Regiſtrum notæ an faciat fidem.*
4 *Inſtrumento, prothocollone potius ſtandum.*
5 *Prothocollum debet exhiberi, ſi inſtrumentum de falſo redarguatur.*
6 *Prothocolla debent remanere penes hæredem notarij.*

VALENTINVS Baquelarij, condu-
cens cauſam nobilis Claudij Gri-
maudi, vt procurator eius non pro-
duxit eius mandatum ſeu procura-
torium in publica forma: ſed ſolum produxit at-
teſtationem notarij, qui tale mandatum recepiſ-
ſe dicebatur, & atteſtabatur talis notarius, quod
anno & die talibus, & corā teſtibus recepit pro-
curatorium talis, in quo eſt dictus Valentinus
1 procurator nominatus, & ſe ſubſignauit: † vtrū
probet talis atteſtatio. Dixi, quod non: quia licet
abbreuiatura notarij probet & fidem faciat, vt
poſſit in publicam formam redigi, ſeu leuari, ta-
men nō facit fidem, vt poſſit in iudicio effectua-
liter eius tenor exequi: in authen. de fide inſtr. in
a §. oportet. *a* & l. fi. circa mediū. C de aſſeſſo. hoc
etiam tenet Bar. in l. contractus. C. de fide inſtru.
2 in 1. col. Ad † hoc enim vt inſtrumentum in pub-
licam formam redactum, probet, multa requi-
runtur, de quibus plene per glo. in l. generali. C.
de tabul. lib. 10. & illa eadem requiruntur inter-
ueniſſe in Prothocollo, ſcheda vel abbreuiatura,
ad hoc vt fidem faciant, vt not. Cyn. in d. l. con-
tractus. & Bal. eodem. titulo, ſuper rubr. & Ioan.
And. in add. ad Specu. in tit. de inſtrum. edi. in §.
vidēdo. De hoc not. Accurſius & Bart. in l. ſi quis
ex argentarijs. §. ſi initium. ff. de edend. Et ita fuit
determinatum in die ſentētiarum, in vigilia Ra-
mipalmarum. 1447. & proceſſus nullus pronun-
ciatus, defectu ſufficientis poteſtatis dicti Valē-
tini in manibus Ioannis de Vourey. ſecretarij
Delphin. in proceſſu inter ipſum nobilem Clau-
dium ex vna parte, & conſules Aualonis ex alte-
3 ra. † Sed an regiſtrum notæ *b* faciat fidem, vide
b Innocent. *c* in c. 1. extra, de proc. Si prothocol-
c lum & inſtrumenta producantur, cui ſtandum
erit? dic, quod prothocollo. l. Sempronius. ff. de
4 leg. 2. † Si inſtrumentum de falſo redarguatur,
5 † prothocollum debet exhiberi. ita dicit Bar. in
l. fin. C. de fide inſtrum. & in leg. vbi. C. de falſis.
iuncto §. illud. in auth. de tabel. col. 5. ibi bona
gl. & Bart. in d. l. Sēpronius Proc. De prothocol-
lo ſcripto, & non recitato, vide legem 11. §. 1. ff.
de legat. 3. & Iac. de Bell. in d. auth. de tabell. † I-
6 tem prothocolla debent remanere penes hære-
dem notarij: in auth. de defen. ciuit. §. quæ vero
aguntur. collat. 3. Item de ſcripturis, quę reperiū-
tur in lapide monumentorum, vide, quæ ſcripſi
infra, quæſt. 582. in fi. Si hæres notarij poſſit groſ-
ſare inſtrumenta ſine commiſſione, vide, quæ
ſcripſi infra, q. 118. De materia prothocolli etiā
tetigi ſupra, q. 2. & infra, q. 404. & in ſing. meis.

a ¶ In §. oportet. *Vbi non habetur de hoc, nec in iuribus ſequentibus per dominum Bart. ſed tangitur per d. Bald. & plene pro do. Cy. in l. contractus. de fide inſtrument.*

b ¶ An regiſtrum notæ. *Vide iſtum conſil. 74. inci. circa diffinitionem enim 3. verſ. tum & tertia.*

c ¶ Inn. *Dicit Inno. quod facit fidem: ſed aduerte, quod loquitur in alio caſu, puta, ſi in archiuo alicuius perſonæ, quæ poteſt facere ſcripturā, reperitur aliquod ſcriptum in quo continentur certa geſta. Et talis ſcriptura apud ſedem apoſtolicam vocatur regiſtrum, & facit fidem quo ad geſta, quæ in ea referuntur.*

## QVÆSTIO XX.

*Acta in cauſa appellationis.*

SVMMARIVM.

1 *Acta in cauſa appellationis quis debeat producere, appellans, an appellatus?*
2 *Appellationes ab interlocutoria ſunt omnes ſublatæ, niſi in caſibus iure permiſſis.*

NVNQVID appellans teneatur in cauſa
appellationis, ſententiam probare iniu-
ſtam, ex cauſa: puta, quia nō fuit lata per
legitimas probationes: an vero appellatus de-
beat contrarium probare? Super hoc multa iura
1 ſunt pro & contra. Veritas eſt iſta, † quod ſi reus,
qui appellans eſt, fuerit condemnatus, actor ori-
ginaliter debet probare ſentētiam iuſtam. Nam
reus eo ipſo docet eam iniuſtam, ſi non appareat
iuſta. ¶ Si vero reus fuerit abſolutus, actor appel-
lans debet probare iniuſtam, oſtendendo, quod
in prima eius inſtantia probauerit ſuam inten-
tionem. Et ita dicit Gulielmus de Monte Lau-
duno in Clementina finali, de appell. ſequitur
a Spec. in tit. de ſent. in §. final. in verſ. ſed nunquid
b app. *a* & ſuper hoc vide Salicetum in l. hi, qui. *b* C.
de appellatio. Et præmiſſa procedunt, quando
appellatur à diffinitiua. Sed ſi appellatur ab in-
terlocutoria, ſemper appellans, ſiue ſit originali-
ter actor, ſiue reus, ſemper debet in cauſa appell.
acta producere, ad iuſtificādum eius appellatio-
nem eſſe iuſtam. ita ſeruat ſtylus præſentis Curiæ
Parlamenti, & aliarum Curiarum, præſentis pa-
triæ Delph. de hac materia etiam plene tetigi in-
2 fra, q. 436. Tamen † hodie ſunt ſublatæ appella-
tiones ab interlocutoria, niſi in caſibus à iure ci-
uili permiſſis: vide, infra, q. 75. Sed quomodo fi-



eri de-

eri debeat condemnatio expenſarum, in cauſa appellationis, vide, quæ dixi in q. 137. Et quis acta producere debeat in cauſa appellationis, ſuper ſtat. Si quis per literas. vide, quæ dixi in apparatu meo ſtat. in glo. ſuper appellatione ceſſante. ibi, ſed qualiter procedat iudex.

a ¶ In verſ. ſed nunquid appellans. *Vbi dicit, quod actori incumbit probandi onus, in cauſa, cui etiã in principali incumbit.* ¶ *Nota, quod actori originali in cauſa app. ſemper incumbit onus probandi ſententiam, in prima inſtantia latam, fuiſſe, & eſſe iuſtam, ſi pro eo, vel iniuſtam, ſi contra eum latam prætendat. & ideo vtrobiq; ad iuſtificationem ſuæ intentionis debet producere acta, vbi appellatum extitit à diffinitiua: ſecus ab interlocutoria, quia tunc appellans indifferenter producere habet acta, ad edocendum de viribus ſuæ appellatio. vide omnino d. Bal. in addi. ad Spec. in tit. de appel. in ſecunda addit. 7. col. in verſ. quæritur quis debet probare.*

b ¶ Hi qui. *Vide Bar. in d. l. hi, qui. & in l. 1. ff. ſi tutor vel cur. appella. & hanc diſtinct. Barth. approbat Paul. de Caſt. in d. l. hi, qui. inquantum ad ipſum Bart. remittit.*

## QVÆSTIO XXI.

*De mutatione perſonarum.*

SVMMARIVM.

1 *Libellus debet dari, quando mutatæ ſunt perſonæ de iure.*

1 DE iure quando ſunt mutatæ perſonæ, † debet dari libellus: per ea, quæ dicit Spc. in tit.
a de exec. ſent. §. breuiter. in verſ. ſed eum. *a* & facit extra, de iud. in c. quia. 5. & ibi per Ioannem And.
b *b* Et ita etiam ſeruat ſtylus præſentis Curiæ Parlamenti, vt videmus quotidie, in cauſis inchoatis per compulſorias, ſi perſonæ ſint mutatæ, & pars rea petat ſibi libellum offerri: Curia Parlamenti ordinat offerri libellum per actorem, &c. an vero iudicium recta trãſeat de patre in filium hæredem: vide, ff. de oper. lib. l. ſi operarum. ibi, ſi inſtantia cauſæ poſſit cedi. Et in ſingularibus meis.

a ¶ In verſ. ſed eum. *Ibi licet loquatur, quando petitur executio ſententiæ: tamen facit in arg. eius, quod hic dicitur de compulſorijs: quia literæ præciſæ, quæ ſuper compulſorijs conceduntur, obtinent vim & autoritatem rei iudicatæ: vt patet in ſtatutis Delphi. ſub rub. de literis compulſorijs & præciſis concedendis, in 4. c. eiuſdem rubricæ, quod incipit, ſin autem reus.*

b ¶ Per Ioan. And. *In 1. col. verſ. perſonalis.*

## QVÆSTIO XXII.

*Tempus redimendi pignora incipit currere ex die addictionis, quæ fit in vltimo incantu.*

SVMMARIVM.

1 *Tempus datum ad redimendum pignus, à quo die currat.*
2 *Poſſeßio, an transferatur iure ipſo abſque reali traditione.*
3 *Habens poſſeßionem realem, an præferatur habenti ciuilem.*

1 FVIT inter nos in Camera Conſilij dubitatum, in deciſione cuiuſdam cauſæ, vtrũ † tempus datum ſecundum ſtatuta Delphin. ad redimendum pignora, currat à die realis miſſionis, in poſſeſſionem rei incantatæ: vel à die addictionis, quæ fit in vltimo incantu per præconem, per traditionem calami, plus offerenti. Et videtur primo, quod illud tempus redimendi, deberet currere à die realis traditionis, videlicet, miſſionis in poſſeſſ. per verba ſtatuti, ibi dum dicitur, A die liberationis numerandos. illud enim verbum liberationis, debet intelligi in ſuo potentiori ſignificato, in leg. 1. ff. ſi ager vectigal. &c. Quia illa traditio calami, vel baculi, quæ fit per præconem de nullo, operatur ſaltem quo ad tranſlationem poſſeſſ. vt dicit Hoſtien. in ſum. in titul. de cauſa poſſeſſ. in ver. ſed quid ergo ſi vendas. & ibi dicit, quod errant fatui notarij, qui dicunt tradi poſſeſſionem per traditionem calami. idem etiam ſentit Dynus de reg. iur. c. beneficium. verſ. Tertio poſſet quæri, &c. Dic. etiam dominus Iacobus de Godablo officialis præſentis, officialis Grationop. prout ab eo audiui, quod lex, quoties *a* duobus. C. de rei vend.
a non haberet locum in emptore, qui primo poſſeſſionem fictam per precariũ habuerit, ſed quæ realem traditionem habuerit per verbũ ibi traditum, &c. vt etiam ſcripſi infra, quæſtio. 112. Pro quo etiã facit tex. in l. 1. §. ſi prædia. C. de ſuffrag. ibi, ſequatur traditio corporalis, &c. & ibi dicit Bald. per dictum text. quod non ſufficit ficta traditio, vbi realis requiritur. & ſic videretur illud tẽpus redimendi, debere currere à die realis expeditionis, videlicet miſſionis in poſſeſſionem tantummodo: ſed contrarium ſeruant ſtylus & conſuetudo dictæ Curiæ Parlamenti, videlicet, quod illud tempus computetur à die liberationis in vltimo incantu per præconem factæ, per traditionem calami: & dicitur ſeu dici debet emptor, cui factum eſt tale liberamentum, verus emptor ad incantum, ac ſi à domino emiſſet. per
2 l. non eſt mirum. ff. de pignor. actio. † eſt verus poſſeſſor talis rei, ſibi liberatæ, abſque alia reali traditione, quæ de conſuetudine & de mente dicti ſtatuti, quæ conſuetudo & ſtatutum poſſunt hoc operari, vt transferantur poſſeſſiones ipſo iure, abſque reali apprehenſione: vt notat Innocent. in c. 2. de conſuetu. & vocatur ciuiliſſima poſſ. de qua non fit mentio, niſi in vno loco in gl. c. 2. de conſuetudine. & dicit alibi Innoc. in ſimili in c. cum noſtris. de conceſ. præb. quod licentia data vtendi re, haberetur pro quaſi poſſeſſio. & quæritur poſſeſſio. Ita dicit Bald. in l. final. C. de ſacroſ. eccl. & pro hac parte facit, quod nota. per gloſſ. in d. c. 2. de conſue. vbi dicitur, quod per traditionem annuli, transfertur poſſeſſio, & dominium. Idem per traditionem modicæ terræ in manu, vt ibi. facit etiam l. clauibus. ff. de cõtrah.
3 empt. & vend. l. 1. C. de donat. † Sed eſt aduertendum:



dum: quia etiam habens poſſeſſionem realem, non præfertur habenti ciuilem, ſi habens ciuilẽ, fuerit primo inueſtitus per dominũ directum: vel ecõtra, vt dixi infra, q. 81. Sed iuxta hoc quæro, ſi iſtud tempus redimendi, currat contra minorem, quomodo ſubueniatur eiſdem minoribus. vide, quæ ſcripſi infra, q. 31. Si res minoris vel alterius vendatur cum ſubhaſtatione, nõ poteſt allegari deceptio, vltra dimidiam iuſti precij. in
b l. 1. *b* C. de prædi. curi. lib. 10. Si fatalia currant contra minores. vide in 38. conſ. meorum.

a ¶ L. quoties. *Eſto memor, vt videas dom. Iaſon. de May. illas quindecim fallentias ſeu limitationes, quas ponit in illa l. quoties. quia valde elegantes.*

b ¶ In *l. 1. Illa l. facit in argum. vt ibi no. d. Bar. quod decretum operatur, ne quis conqueri poßit de deceptione, vltra dimidiam iuſti pretij, ſed de minore ibi non videtur intelligi, imo de maiore tantum: vt in l. 1. & ibi gl. 1. C. de prædi. minor. & in l. ſi quidem. & ibi gl. in ver. reſtat. C. eo. tit.*

## QVÆSTIO XXIII.

*In executione iudicati non ſeruatur ſtylus Curiæ, iudicis requirentis: ſed ſtylus præſentis patriæ Delphinalis.*

SVMMARIVM.

1 *Iudicati executio quem ſtylum obſeruet.*
2 *Iudex requiſitus an poßit cognoſcere, de viribus ſententiæ iudicis requirentis.*
3 *Conſuetudo loci, in quo quis conuenitur, an ſit obſeruanda.*
4 *Locus debeatne inſpici in iure ſcripto ſeruando.*

1 SI per literas † requiſitorias Curiæ Parui Sigilli Montiſpeſſulani, aut alterius Curiæ Regis Franciæ, patriæ Prouinciæ, vel Sabaudiæ, aut cuiuſcunque alterius iudicis, executio iudicati in præſenti patria Delphin. fieri requiratur, fiat executio ſecundum ſtatuta Delph. & non ſecundum ſtylum Curiarum iudicum requirentium, licet debitor fuerit ſubmiſſus cõpulſioni, & ſtylo Curiæ iudicis requirentis, ita ſonat ſtylus huius Curiæ Parlamenti: licet forte de iure dici poſſit, quod talis executio iudicati, deberet fieri ſecundum ſtylum & ſtatuta loci, iudicis requirentis, vbi iudicium agitur: iuxta no.
a per gl. in l. 2. *a* de eman. libe. † An iudex requiſitus
2 poſſit recognoſcere, de viribus ſententiæ iudicis requirentis: vide, quæ dixi in q. 419. & q. 74.
3 † An autem conſuetudo loci, in quo quis conuenitur, ſit ſeruanda, vide gl. & doct. & d. do. Iuſt. in
4 l. 1. ſuper verb. quos. C. de ſumma trinit. † An & quando locus debeat inſpici, in iure ſcripto ſeruando, vel in conſuetudinario, vide plene per doct. in l. ſuperuacuam. C. de temp. in integ. reſtit. &c.

a ¶ L. 2. *Vult allegare gl. 1. in l. 1. C. ſed pro ſtylo Parlamen. Delph. facit tex & glo. 2. in l. extra territorium. ff. de iur. om. iud.*

## QVÆSTIO XXIIII.

*Aſſertio, facta per venditorem in inſtrumento, quod res moueatur de emphyteoſi alterius, ſi probet reſpectu domini directi, &c.*

SVMMARIVM.

1 *Venditor, an conſtituatur in bona fide, ſi rem quam vendit, francam & liberam aſſerat, falſo tamen.*
2 *Ignoranti quomodo ſubueniatur.*

QVISPIAM vendidit aliquem fundum certo precio; aſſerendo in inſtrumento venditionis moueri dictum fundum de emphyteoſi, & directo dominio domini Prioris de Connexa, ad cauſam ſui prioratus, rogans ipſum d. Priorem tunc abſentem; quatenus eundem emptorem retineat, & inueſtiat de dicto fundo, modo dictus dominus Prior, qui præſentialiter facit recipi recognitiones ſuas, vult compellere dictum emptorem, ad ſibi recognoſcendum dictum fundum, prætextu dictæ aſſertionis, in d. inſtrumento venditionis per dictum vẽditorem adiectæ: quia ipſe dominus Prior aliter directum dominium probare non poteſt, aſſerẽdo ſe perdidiſſe ſuam recognitionem. Dubitatum fuit inter nos in Camera Conſilij, an dictus Prior bene moueatur. Et concluſum fuit, quod ipſe Prior male mouebatur: quia ex illa ſimplici aſſertione facta per venditorem, non probatur eius aſſertum dominium directum, niſi haberet alias probationes, iuxta ea, quæ tenet Spec. in tit.
a de emphyt. §. nunc aliqua. verſi. 74. *a* Et pro hoc facit l. fi. in fi. ff. de contra. emp. & vend. etiam, quia emphyteuſis probatur per ſcripturam: vt not. gl. c. 1. de cenſib. in 6. vbi gl. enumerat 28. ca-
1 ſus, qui debent per ſcripturã probari. † Sed quid ſi venditor rem, quam vendit, aſſerat eſſe francã, vel moueri de dominio directo alicuius: licet, nõ ſit verum: an ex tali aſſertione conſtituatur emptor in bona fide? credo, quod ſic; per l. bonæ fidei emptor. ff. de ver. ſig. & l. bonæ fidei poſſeſ. ff. de acq. rer. dom. & etiam ex iuſta credulitate, vel ignorantia cauſatur bona fides. l. ſi ego. §. item Iulianus. ff. de Public. Et ſequitur effectus, quod ipſe emptor excuſatur à commiſſo, ar. l. 1. §. dies. & §. ſi aduerſus. ff. quãdo appellan. ſit. & in l. an-
2 nus. ff. de calum. † Sed an ipſo iure, vel per reſtitutionem in integrum ſubueniatur ignoranti: Cyn. in l. 2. C. de iur. emphyte. & Dyn. in c. cum quis. de reg. iur. & Bar. in l. cum filius. §. in hac. ff. de verb. oblig. dicunt, quod non ipſo iure, ſed reſtituatur in integrum. Saly. tangit de hac materia in l. non minus. C. de accuſa. De illo, qui vendit rem, credens eſſe allodialem: vide, infra, quæſtione 305.

a ¶ Verſi. 74. *Niſi ipſe venditor probaret gerendo negotium Prioris, ea, quæ dicta ſunt ex certa ſcientia, nomine Prioris pepigiſſe, quo caſu tenetur Priori, rem ratam habenti, ſuo nomine geſtam. Actio eſt ex vendito,*

*cedere contra emptorem per actionem neg. geſtor. vt ibi dicit Specul.*

## QVÆSTIO XXV.

*An appellans non tenetur, niſi ſemel comparere coram iudice à quo, in petendo apoſtolos.*

SVMMARIVM.

1 *Appellantes teneanturne comparere, pro apoſtolis petendis, coram iudice.*

HOMINES mandamenti Nouachiæ in
Brianſoneſio, à quadã ordinatione pro-
lata, per iudicem Brianſonij ad vtilitatẽ
condominorum dicti loci Nouachię, appellaue-
runt in ſcriptis, vt in forma: & petierunt apoſto-
los à dicto domino iudice ſibi cõcedi: qui iudex
eiſdem aſſignauit certam diem, ad audiendum
eius reſponſionem: qua die comparuerunt dicti
homines, petendo apoſtolos & literas dimiſſo-
rias. Iudex iterato eis aſſignauit alium terminũ,
& effectualiter eis aſſignauit ſex terminos, ad au-
diendum reſponſiones, taliter, quod effluxerũt
quadraginta dies, qui dantur ad introducendam
appellationem coram iudice ad quem, ſecundũ
ſtatuta Delphinalia: tamen ipſe iudex in vltimo
termino conceſſit apoſtolos, & literas dimiſſo-
rias. Poſtea dicti homines introduxerunt eorum
appellationem, coram iudice appellationũ to-
tius Delphinatus: qui iudex in diffinitione cauſæ
pronunciauit, dictam appellationem eſſe deſer-
tam ex eo, quod dicti homines non introduxe-
runt intra quadraginta dies, iuxta ſtatuta Delphi-
nalia: qui computantur à die recitationis ſentẽ-
tiæ, qui homines à dicta ſententia appellauerũt
ad Curiam Parlamenti, & petierunt literas inhi-
bitorias, & citatorias cõtra dictos dominos No-
uachiæ. Dicti vero domini Nouachiæ dixerunt,
non eſſe admittendum, cum ſit deſerta. Ideo di-
cta appellatio cum proceſſu Curiæ appellatio-
num, fuerunt viſi ad plenum: & fuit deliberatum
in conſilio ſecundum maiorem partem opinio-
num, dominorum meorum in eodem conſilio
tunc exiſtentium, quod dicta appellatio erat de-
1 ſerta, ex cauſa ſupra declarata: quia † ipſi appellã-
tes non tenebantur comparere pro apoſtolis pe-
tendis, coram iudice Brianſonij: niſi ſemel in pri-
mo termino: & illa comparitio habebatur pro
conceſsione apoſtolorum, ſecundum dicta ſta-
tuta, nec tenebantur tantas dilationes expecta-
re: nec ad ipſum iudicem à quo redire: vt patet in
ſtatutis Delphi. ſub rubrica, ordo & modus pro-
cedendi coram ordinarijs, & deleg. iud. Delphin.
in 10. c. ibi, & ſi aliqua partium. in fin. Ad idem
probatur in alio ſtatuto Delph. ſub rubr. de app.
& quemadmodum ipſi apoſtoli petantur, & ap-
pellationes ipſæ introducantur, ibi: ſed, perinde
erit ac ſi apoſtoli fuiſſent per eum conceſsi, &c.
ſed debebant proptetea intra quadraginta dies
eorum appellationem corã dicto iudice appel-
lationum, introducere. Et ideo fuerunt eiſdem
appellantibus denegatæ literæ citatoriæ & inhi-
bitoriæ, die 20. menſis Maij. 1447. in manibus Io.
Ioffredi ſecretarij Delphinalis: cum nec etiam
de iure tenebantur dicti appellantes dilationes
expectare. iuxta cle. quamuis. in fin. de app. De
materia introductionis, ſi non introducatur ap-
pellatio tempore ſtatuto per iudicem à quo, an
ſit deſerta: vide, quæ dixi j. q. 341. & ſupra, q. 13.

## QVAESTIO. XXVI.

*An ſententia, lata contra principalem habeat promptam executionem contra fideiuſſorem.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia, lata contra principalem, an poſſit mandari executioni contra fideiuſſorem ſine nouo proceſſu.*

2 *Sententia, lata contra debitorem, mandatur executioni in bonis debitoris ſui.*

FVIT inter dominos meos in Came-
ra Conſilij dubitatum in deciſione
1 cuiuſdam cauſæ, † vtrum ſententia,
lata contra principalem, poſſit man-
dari executioni contra fideiuſſorem ſine nouo
a proceſſu. *a* Et ſuper hoc dominus Stephanus
Guillionis, præſidens pro deciſione puncti quæ-
b ſtionis dixit ſic, poſt Bar. *b* Aut loquimur in fide-
iuſſore iudicij, aut in fideiuſſore contractus. Si in
fideiuſſore iudicij, videlicet de iudicato ſoluen-
do, tunc fit executio contra fideiuſſorem abſque
nouo proceſſu. ita loquitur gloſſ. in l. fin. C. de
vſuris rei iudicatæ. quam gloſſ. ſequitur Iaco-
bus de Areti. argu. l. ſi quis. §. nummos. ff. de fi-
deiuſſ. Si autem loquimur in fideiuſſore contra-
ctus, tunc ſententia, lata contra principalem, nõ
habet paratam executionem contra fideiuſſorẽ:
ſed eſt opus alio proceſſu: vt probatur in l. grege.
§. 2. ff. de pigno. & in le. à ſententia. in prin. ff. de
appellationi. hoc etiam tenet Speculat. in titu.
de execu. rei iudic. in §. ſequitur. in verſicu. quid
ſi ſententia. idem Ioan. Andr. de iniurijs & dam-
no dato c. 1. lib. 6. & Cyn. in d. l. fi. C. de vſuris rei
iudicatæ. & Guil de Cun. in l. 2. §. final. ff. qui ſa-
tiſda. cogant, & ſunt verba Barth. in leg. 1 ff. iudi-
cat. ſolui. Et Alberic. de Roſate. in d. l. 2. §. fin. ff.
qui ſatiſdare cog. licet dom. Oldra. in l. fi. §. adij-
cientes. C. de his, qui ad eccleſias confugiunt. te-
neat contrarium, videlicet, quod vtroque caſu
ſcilicet in fideiuſ. iudicij, & in fideiuſſore contra-
ctus, ſententia, lata contra principalem, manda-
tur executioni contra fideiuſſorem. Primo dicit
2 ipſe † quia videmus, quod ſententia lata contra
debitorem, mandatur executioni in bonis debi-
toris ſui. vt l. 2. C. quando fiſcus, vel priuat. ergo
idem in fideiuſſore: Item, quia quæ ſtatuuntur
in bonis debitoris, videntur eſſe ſtatuta in bonis
fideiuſſoris: vt in d. §. adijcientes. & hoc verũ di-
cit ipſe Old. niſi fideiuſſor haberet euidentẽ ex-
ceptionẽ, quæ intentionẽ actoris eliderct: vt l. 3.
ff. ad exhib. & in c. veniens. extra, de teſtib. Et hæc
dicit ipſe, locum non habent in fideiuſſore de iu-
dicio ſiſti. quia ille reo condemnato liberatur:
Sed reſpectu illius membri, in quo omnes con-
cordant, videlicet, quod in fideiuſſore de iudica-
to ſoluendo fit executio cõtra fideiuſſorem abſ-
que nouo proceſſu, puto iſtud dictum verum, ni-
ſi eſſent mutatæ perſonæ: quo caſu debet primo
pars vocari in tali executione ſententiæ, & ſum-
maria petitio offerri, & de cauſa ſummarie
cognoſci per iudicem, per ea, quæ notat Spe-
culator in tit. de executione ſentẽtiæ. in §. breui-
ter. verſi. ſed ſecundum. Et tetigi de hoc vltimo
dicto, ſupra, quæſt. 21. An autem ſententia poſſit
mandari executioni contra tertiũ poſſeſſorem,
qui non fuit vocatus: vide Ioannem Fabr. inſtit.
de action. in §. omnium. in 5. quæſtione. & Cyn.
in l. 1. C. de aliena. iud. mutan. cau. facta, &c.

*a* ¶ Sine nouo proceſſu. *Vide de hoc per iſtum conſ. 212. incip. circa dubia mihi tranſmiſ. num. 2. ver. præterea, quia ſententia.*

*b* ¶ Poſt Bar. *De hoc vide ipſum Bar. ff. de fi. inſt. l. ſi pro eo. §. ſi numos. & in l. 1. ff. iu. ſol. vbi etiam vide Paul. de Caſt. tenentem quid contra, ſcilicet, an ſententia lata contra fideiuſſorem, fiat executio contra principalem. vide do. Alex. in d. l. 1. iudi. ſol. poſt. do. Bar. & Bal. Et ibi etiam quid in fideiuſſore, rem rat. habe.*

## QVÆSTIO XXVII.

SVMMARIVM.

*Pars vna petitionis ſi probetur, an pro illa parte probata, poſſit ſententia ferri in actione reali vel perſonali.*

1 *Actioni reali conuenientia, conueniunt & perſonali.*

IN manibus Ioan. de Vourey. ſecretarij
Del. nobilis Io. Bonifacij obtulit quen-
dam libellum contra quoſdam homi-
nes poſſeſſores quorundam bonorũ in pede di-
cti libelli deſignatorũ, agendo rei vendi. ſeu Pub-
liciana: qui tamen Io. Bonif. non probauit ſibi
pertinere, niſi partem tertiam dictorum bono-
rum: ideo in diffinitiua dicti proceſſus fuit dubi-
tatum, an ſententia poterat pro dicto Bonifacio
actore proferri, quo ad dictã tertiam partẽ pro-
batam, & ipſi rei abſolui ob rem non probatam,
pro alijs duabus partibus, nõ probatis. ſed licet cir-
ca hoc fuerunt variæ opiniones doctorum, & va-
riæ rationes hinc inde: tamen Bar. in l. ſi conſtã-
te. §. ſi bona mulieri. ff. ſol. mat. tenet quod pro
a illa tertia parte probata poteſt ſententia ferri *a*
pro actore. idem tenet Ioan. Fa. in §. quotiens. in-
ſtit. de inuti. ſtipu. idem Cyn. in l. 1. C. de lit. con-
b teſt. & in l. 1. C. de plus pet. *b* Et ita fuit iudicatum
in d. cauſa die ſententiarum ſancti Io. Baptiſtæ,
1458. Et dictus actor, quia plus petijt, quam pro-
bauerit, fuit in omnibus expenſis dictorum reo-
rum condemnatus. iuxta c. vnicũ, extra, de plus
1 peti. Et † quæ ſupra dicta ſunt de actione reali: i-
dem in actione perſonali: quia ſi quis petat cen-
tum, & nõ probet, niſi quinquaginta, poteſt ſen-
tentia ferri ſuper quinquaginta, vt eſt caſus ſe-
cundum Cyn. in l. apud. §. item quæritur. ff. de
doli exceptione. & vide in l. 1. C. de litis conteſt.
Sed qualiter hoc caſu debeat fieri condemnatio
c expenſarum, v de Pe. Ia. *c* in titul. de acti. ex loca-
to. §. cum, &c. Sed de illo, qui petijt minorẽ ſum-
mam, quam ſibi debitam. vide infra, quæſt. 177.

*a* ¶ Sententia ferri. *Sic etiam tenet Paul. de Caſt. in l. vnica. C. de plus.*

*b* ¶ Et in l. 1. C. de plus pet. *Parum ibi: ſed bene in alle. l. 1. C. de lit. conteſt. in verſ. vlti. quæritur. & ibi per d. Bal. in verſ. ſeptimo quæro.*

*c* ¶ Pet. Ia. *Eſt aduertendum, quod ipſe ſentit actori adiudicari debere expẽſas quo ad ſummam, in qua obtinet: quo vero ad ſummam, in qua obtinet reus, fore adiudicandas reo: & ſic vterq; ſecundum eum vincit, & vincitur: partim ſcilicet in principali, partim in expenſis. & pro opi. Pet. Iac. facit quod dicit d. Bal. C. de plus pet. in l. 1. in prima opp. verſ. ex iſta.*

## QVÆSTIO XXVIII.

*De negatoria actione.*

SVMMARIVM.

1 *Actio negatoria cui competat.*

2 *Poſſeſsione de præterito probata, non præſumitur ex ea dominium.*

3 *Agens negatoria, quid probare debeat.*

4 *Negatoriæ natura.*

IN diffinitione proceſſus hominum Coſtarum
darey agentium in negatoria contra homines
Albæripæ in mãnibus Ioannis de Lilieris ſecre-
tarij Delphin. exiſtentis, fuit facta per dominos
meos ibidem præſentes cõcluſio ſequens: vide-
licet, quod dicti homines Coſtarum darey agen-
tes in negatoria ſufficienter probauerunt, quaſi
dominium pratorum ſuorum, quibus prætẽde-
batur ſeruitus pecoris paſcendi, ex eo, quod pro-
bauerunt ipſa prata tenere & poſſidere tanquam
domini, & pro talibus haberi, & communiter re-
putari, per ea, quæ ponit gloſſ. in l. quidam in ſuo.
ff de cond. inſtit. & ita etiam tenet dominus Io.
de Ferrarijs ſuper forma libelli in actione nega-
toria, ſuper verbo, per quandam petiam prati,
a & cætera. ita etiam dicit ſub dubio forte *a* Io. Fa.
in §. omnium. in fin. inſtit. de actio. Et hoc ve-
rum in caſu iſto, in quo dominium venit in iudi-
1 cio incidenter. † Agebatur enim principaliter,
negatoria actione, quę competit domino fundi:
& dicit talis agens incidenter ſe dominum. In
hoc enim caſu & ſimilibus probata poſſeſſione
de præſenti, præſumitur dominus: vt no. gl. in l.
ſicuti. §. ſed ſi quæratur. ff. ſi ſeruitus vend. & pro-
batur in l. 1. iuncta ſua gl. ff. fami. erciſ. ita etiam
tenet Henr. Bohic. in c. forus. extra, de verb. ſig.
Secus enim ſi in iudicio veniret dominium, vel
quaſi, principaliter, tunc enim nõ ſufficeret pro-
bare poſſeſſionem. Sed deberent probari aliquæ
ex cauſis, ex quibus dominium de iure quæritur.
ita dicit Bart. de Saliceto in l. cum res. C. de pro-

ba.& no.Innoc.in c.Abbate. extra, de verbo.ſig.
& Bart.in l.ſi prius. ff. de noui ope. nunt. vbi tra-
ctatur materia negatoriæ. & Ioannes Ferrar. vbi
ſupra,& notanter dicitur, probata poſſeſſione de
2 præſenti, &c. † quia probata poſſeſſione de præ-
terito,non præſumitur ex ea dominium, ſecun-
dum Bart.& omnes doct.per le.& quæ nondum.
§.quod dicitur.ff.de pign. Et etiam eſt vnum ali-
ud ſingulare in hac materia negatoriæ: videlicet,
3 quod agens † negatoria, contra illum, qui eſt in
poſſeſſione, vel quaſi, debet probare talis agens
rem eſſe liberam: alias ſecus.ita dicit Spe. in ti.de
cauſa poſſ.& propriet.§. in confeſſoria. verſi.ſed
qualiter probabit de iure ſuo. Idem tenet Ioan.
Fa.inſtit.de act. §. æque. vbi late de hac materia
4 negatoriæ tangit.† Et nota circa hanc materiam
negatoriæ,quod ipſa negatoria, eſt illius naturæ,
quod agens,ſeu eam intendens debet negare ius
competere aduerſario.vt l.2.in prin.& l.loci cor-
pus.§.competit.ff.ſi ſer.ven.& in d.§.æque.inſti.
de acti. Et niſi aduerſarius probet ius ſibi com-
petere,debet ſuccumbere: vt dixi infra,q.407. &
de materia negatoriæ vide etiam infra,q. 631.

a ¶ Sub dubio forte. *Immo Io.Fa.tenet ſine dubio, quod hic dicitur: vt in verſ.quid ſi non probet.ibi, niſi ſeruitutibus,&c. Et ſic quod hic dicitur de probatione dominij,innuit habere locum in ſeruitutibus. Et dum ſubiungit,forte poſſet ſuſtineri,& c.loquitur in alio caſu extra materiam ſeruitutis. Et eſt menti commendandus & practicabilis,propter homines, qui licet per longiſſima tempora ſe geſſerunt pro dominis & poſſeſſoribus: tamen de titulo rei docere non valent.*

## QVAESTIO. XXIX.

*An Domini de Parlamento poſſint iudicare ſecundum conſcientiam.*

SVMMARIVM.

1 *Præfecti prætorio,ſecundum conſcientiam iudicant.*

IN ſuperiori conſiſtorio Curiæ Parlamē-
ti Delphinalis domini mei de Parlamē-
1 to cum ſint † iudices ſuperiores præſen-
tis patriæ Del. vicem præfecti prætorio obtinen-
tes, poſſunt iudicare ſecundum conſcientiam,
a iuxta ea, quæ ponit Barth.a in l.vna.C.vt quæ de-
ſunt adu. par. iu. ſuppleat. in fine ſui commenti,
ibi vel alius magnus iudex,&c. Et ſi aliter facerēt
peccarent, ſecundum Theologos: vt ibi refert
Bar. & debent attendere ad veritatem principa-
liter potius,quam ad ſubtilitatem, iuxta not.in
cle.paſto.de re iud & in c.ad apoſtolicæ. c. tit.li.
6.Et ita etiam vidi pluries obſeruari in deciſioni-
bus cauſarum. Et vide, quæ circa hoc dixi infra,
q.216. Alij autem iudices inferiores facere non
poſſunt: ſed ſolum debent iudicare ſecundū al-
legata & probata,iuxta l.illicitas.§. veritas. cum
ibi not.per glo. ff. de off.præſi.& ſi aliter faciunt,
b male faciunt: b vt plene not.per glo.in c. 1. extra.
de off.ord. in antiquis. niſi in aliquibus caſibus
ſpecialibus, in quibus iudex poteſt ſecundum
conſcientiam iudicare, vt not. per gloſſ. in l.lex
quæ tuto.C.de admini. tut.

a ¶ Iuxta ea,quæ ponit Bar. *Vide do. Cy. qui hanc materiam copioſius proſequitur in le. vna. C. vt quæ deſ.aduo.par.iu.ſuppl.in ver.pro hac q.*

b ¶ Male faciunt. *De hac quæſtione, an iudices debeant iudicare,ſecundum conſcientiam, vel ſecundum allegata & probata,poſt omnes per do. Fel. in cap.paſtoralis.de off.de leg. Et ibi vide ſeptem fallētias pulcherrime ordinatas.*

## QVÆSTIO XXX.

*Appellatio poteſt introduci verbo in Curia Parlamenti.*

SVMMARIVM.

1 *Statutorum interpretatio qualis eſſe debeat.*
2 *Stylus,eſt legitimus interpres ſtatutorum.*

DEBET appellatio introduci in Curia
a Parlamenti infra 30.dies,a alias appella-
tio eſt deſerta, ſecundum ſtatuta Del-
phinalia: non tamen ipſa ſtatuta expreſſe decla-
rant, quod debeat introduci realiter per exhibi-
1 tionem inſtrumenti appellationis fiendā.† Ta-
men ex ſtylo Curiæ Parlamenti interpretantur,
& declarātur ipſa ſtatuta, quod ſufficiat fieri ver-
bo, infra tempus introducēdi appellationes ſta-
tutum: dummodo poſtea termino præfigendo
per ipſam Curiam realiter exhibeatur, & trada-
tur ipſi Curiæ, aut in manibus ſecretarij cauſæ:
2 cui ſtylus † eſt legitimus interpres dictorum ſta-
tutorum,iuxta l.de quibus.ff.de legi.& ita ſeruat
hæc Curia Parlamenti. De materia introductio-
nis appellationis,vide,quæ dixi infra. q. 335. Et
de materia appellationum per diuerſas quæſtio-
nes,plene ſcripſi infra,q.436.

a ¶ Triginta dies. *Iſtud autem tempus videtur eſſe de iure,ſecundum opinionem H. vt l. præſes. gl.in ver. præſcriptum.C.de ap.Sed, vt in eadem eſt,finaliter dicitur tempus huiuſmodi eſſe arbitrarium. Et hanc opi. ſequuntur d.Bar.& Bal.in alle.l.præſes.& per tex.in c. perſonas.& c.oblatæ.& ibi do.Inno. in §. porro ſuæ. in c.1.in verſ.quæro vtrū. vbi notat ipſe dominus & alle. quod præſcriptio cōſuetudinaria vel ſtatutaria 30. annorum (vtpote odioſa) non currit pupillis. per l.ſicut. §.non ſexus.C.de præſ.30.vel 40.an. Subdens idem etiam in præſcriptione ſtatutaria,puta 10.annorū,ſubrogata loco præſcriptionis 30.annorū, quæ non currit pupillis, ſed adultis. ſiquidē & iſta eius loco ſubrogata currit cōtra hos,& non cōtra illos. Et ad hoc vide remiſſiones,quas facit ibidē do. Alua.in 2.col. in ver.quæro.cū gl.ibi, vtrū autē præſcript.ſed ad l.fi.C.in quib.cau.in int.reſt.non eſt neceſ.& per do.Bal.in l.omnes populi.ff. de iuſt.& iur.& in l.in contractibus. C. de non nu.pec Et per Inno.in c.conſtitutus.extra,de conſti.in q.pe Illud autem, quod dixi, quod præſcriptio ſtatutaria ſeu conſuet*



*conſuet.non currit pupillo,fallit, vbi ſtatutum ſeu conſuetudo diſponeret de adeundo infra certum tempus: vt videtur ſentire d.Paul.de Caſtr.in l.pupillorū. in ver. & iſta inueſtigatio eſt vtilis.C.de repu.hæred.*

## QVÆSTIO XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Tempus ſtatutorum ad redimenda pignora an currat contra minores.*
2 *Præſcriptio introducta ex ſtatuto,curratne contra pupillum.*
3 *Præſcriptiones legales an & quando currant contra minores.*
4 *Præſcriptio inchoata in perſona minoris, an currat contra minorem.*
5 *Minor adultus petens ſe reſtitui aduerſus lapſum temporis, an audiatur.*
6 *Creditore vendente bona pupilli, an requiratur eadem ſolennitas, quæ in pupillo vendente.*

SEcundum ſtatutum Delphi. ſuper reparatio-
ne executionis incantuū niſi debitor redimat
pignora infra tempora ibi declarata data ad redi-
mendum,poſtea nō auditur ipſe debitor per viā
appellationis,oppoſitionis, ſupplicationis, re-
1 curſus,aut cuiuſcunque remedij iuris. † Sed vidi
in Camera Conſilij dubitari, an illud ſtatutum
habeat locum in pupillo & adulto. Et quomodo
ſubueniatur eis circa diſpoſitionem dicti ſtatuti.
Inno.in cap.conſtitutus. extra, de in integ.reſtit.
dicit quod currit contra minorem: ſed reſtitui-
tur aduerſus lapſum temporis. quem ſequitur
Bart.in l.fin.C. in quibus cauſis in integrum re-
ſtitutio non eſt neceſſaria. idem etiam tenet do.
Oldr.de Laud.in d.l.fin.in quæſtione ibidem per
eum mota: dum quærit, pone quod ſtatutum eſt
in aliqua ciuitate vel conſuetudo, quod ſi agna-
tus meus vendat domum vel aliquam rem, poſ-
ſim repetere infra annum. Ego fui minor 25. an-
nis, ſteti per annum quod talem rem alienatam
non petij. Quæro vtrum illud tempus mihi cur-
rat? dicit ipſe do. Oldra. quod ſic,ſed reſtituitur.
& allegat d.c.conſtitutus. Sed Do. Bald.in feud.
in tit. qualiter poterat olim feudum alien. in §.
porro, ſiue de bona,videtur concludere, quod
2 † præſcriptio introducta ex ſtatuto, non currat
contra pupillum. Sed concordando doct. in hoc
paſſu, dic, quia aut loquimur in pupillo, & tunc
non currit tale tempus ſtatutorum, ſed remanet
ipſo iure illæſus.ita loquitur Bald. vbi ſupra. Aut
loquimur in adulto: & tunc currit tale tempus:
ſed reſtituitur ſecundum Innoc. & Oldr. vbi ſu-
pra. Et ita ſeruat hæc Curia Parlamenti in iudi-
3 cando † Sed quid in præſcriptionibus legalibus:
an & quando currant contra minores? Dic aut
loquimur de præſcriptione longi temporis 10.
vel 20.annorum, & illa non currit contra pupil-
lum,nec contra adultum, per d.l. fin. in quibus
cauſis in integ. reſtit. non eſt neceſſaria. quæ lex
etiam locum habet in adulto, ſecundum doct.
vt dicit dominus meus, dom.Ioan. de Graſſis.in
c.cum non liceat. extra de præſcriptionibus. in
recollectis meis, quæ ſub eo reportaui. Aut lo-
quimur in præſcriptione longiſſimi temporis,
30.vel 40. annorum, & tunc currit contra adul-
tum: ſed reſtituitur,vt ibi dicit d.dom. Ioan. de
Graſſis,qui ad hoc allegat d.l.fin. nam minor et-
iam adultus probat ſe læſum eo ipſo, quod pro-
batur curſus temporis,vt dicit Bart. in d.l.fin. in
quib.cau.&c.in fi.ſui commenti. Non autē cur-
rit talis præſcriptio longiſſimi temporis 30. vel
40.an.contra pupillum. Sed dormit durante pu
pillari ætate, vt dicit glo.in l.vna.C.ſi aduer. vſu-
cap.in glo.fi.l.fi.& Bart.in d.l.fin.C.in quib. cau.
&c.quod probatur in l. ſicut. C. de præſcriptio.
4 30.vel.40.an. † Sed quid ſi præſcriptio ſit incho-
ata in perſona maioris, an currat contra mino-
rem? Dic quamlibet temporalem, vel perpetuā
cœptam in perſonam maioris contra hæredem
minorem pupillum,vel adultum, currere: ſed da-
a ri reſtitutionem,ſi compleatur contra eum: a ex-
b cepta præſcriptione b 30.vel 40. annorum, quæ
ſuo odio in pupillo dormit: vt dicit gloſſ. not. in
dicta l.vna. C. ſi aduerſus vſucap. in gloſſ.fin. in
fine. Et ita ſecundum dictam gloſſ.in dict.l. vna.
fuit determinatum in cauſa diffinitiua, in dicta
Curia Parlamenti in manibus Ioannis Cabodi
ſecretarij Delphi.inter hęredes pupillos domini
Baſtide Meolani agētes,& hęredes nobilis Aliſiæ
Cochie,de qua materia vide etiam per gl.in d.l.
ſicut.ſuper verbo malitia.C.de præſcript. 30. vel
5 40.an. & quæ dixi infra, quæſt.435.† Sed quid de
minore adulto,qui non appellauit, & petit ſe re-
c ſtitui aduerſus lapſum temporis? vide Bart.c in d.
l. fin. C. in quibus cauſis, &c. & quæ dixi infra
6 quæſt. 141. † Iuxta hanc materiam quæro,credi-
tor vult vendere bona pupilli ſibi obligata,an re-
quiratur illa ſolennitas,quæ requiritur, ſi pupil-
lus venderet? dic quod non: vt l.ſi pupillorum.ff.
de reb.eor. Non enim vendit nomine pupilli,ſed
vendit iure ſuo rem pupilli.& ita tenet Barth. in
l. Papin.§.ſed neque impuberis.ff.de inoffic.teſt.
& ita ſeruatur de conſuetudine Curiarum præ-
ſentis patriæ, Delphinal. imo nec ſecundum ſta-
tuta Delphinalia reperitur aliter diſpoſitum in
minoribus,quam in maioribus, circa venditio-
nes fiendas in cauſa iudicati. Quid ſi res minoris
vel alterius vendatur ad incantum, an poſſit præ
tēdere ſe læſum? vide,quæ ſcripſi ſupra, quæſtio-
ne 22.in fin.& infra quæſt.435.

a ¶ Sed dari reſtitutionem,ſi compleatur contra eum. *Dic,quod ſi præſcriptio eſt inchoata cum maiore, & finita cum minore,maiore tamen pupillo, non eſt locus reſtitutionis.ſed ſi ſit finita cum minore pupillo, vel ſit cœpta cum minore, & finita cum maiori pupillo, tūc habet locum reſtitut. Ita ſentit d. Barth.in alleg.l.fin. in verſic. venio ad vltimam partem.*

b ¶ Excepta præſcriptione,&c. *vſq.* illic,& ita. *Iſta verba videntur abundare.*

c ¶ Vide Bart.in d.l.fi. *in ver. & pro hoc. vide quæſtionem 1.in 4.col.de reb.eo.qui ſub tute.vel cū ſine decre.non alie.vel ſup.*

## QVAESTIO XXXII.

*De repreſaliis quo iure permittantur, & qualiter in eis procedatur de iure & ſtylo Curiæ Parlamenti*

SVMMARIVM.

1 *Repreſaliæ non ſunt de iure ciuili aut canonico permiſſæ.*
2 *Cauſa non iuſta concedendi repreſalias quæ.*

a REpreſaliæ *a* quæ iure communi vocantur,pi-
b gnorationes,non ſunt de iure ciuili,*b* †aut ca
1 nonico permiſſæ:vt dicit text.in c. & ſi pignora-
tiones.de iniur.& damn.dato.lib.6.Sed bene iu-
re diuino permittuntur:vt in c. dominus noſter.
c 23.q.2.*c* quod capitulũ hodie remanet incorre-
ctum:vt dicit glo. in d. c. & ſi pignorationes.in
gl. ſuper verbo.concedi. in fi. idem etiam tenet,
quod iure diuino ſint permiſſæ. Bart. in tractatu
ſuo repreſaliarum,circa prin.& poteſt procedi ad
d conceſſionem repreſaliarum *d* ſeu marchæ,duo-
bus concurrentibus:primo, authoritate ſuperi-
oris:quia nulli licet ius ſibi dicere: vt iuribus vul-
gatis. Secundo,ex vera & iuſta cauſa:quia niſi cõ-
cederentur ex vera & iuſta cauſa, conceſſio eſſet
ipſo iure nulla. l. cum vero. §. ſubuentum.ff.de
fideicom.liberta.& l.1.§.hæc verba. ff. ne vis fiat
2 ei,qui.†Cauſa autem iuſta & legitima videtur eſ-
ſe ſi dominus aut princeps loci vel patriæ requi-
ſitus,iuſtitiam facere neglexerit. aut denegaue-
rit.vt d.c.dominus.& ita ſentit Inno.in ca.olim.
extra de reſtit.ſpol.& Cyn. in authen. habita. C.
ne filius pro patre. idem etiã videtur tenere ſan-
ctus Thomas de Aquino,vt refert Bart. in d. ſuo
tractatu circa principium. Et repreſaliis conceſ-
ſis poſſunt capi homines & ſubditi illius domi-
ni,qui iuſtitiam facere denegauerit aut neglexe-
rit,& bellum indici contra totam terram & om-
nes gentes,quæ ſubſunt ſibi,eorumq; bona quę-
cunque:vt late dicit Barth. in d. ſuo tractatu, in
8.q.principali.in princ. Et proceditur de iure ad
conceſſionem marchæ ſeu repreſaliarum abſq;
libelli oblatione, aut alio iuris ordine ſeu ſolen-
nitate:ſed attẽditur ſimpliciter, ſi cauſa propter
quam conceduntur, ſit iuſta: vt dicit Barth. vbi
ſupra in 4.q.princ.circa princip.Et ita ſeruat etiã
ſtylus Curiæ Parlamenti Delph. ſecundum quẽ
ſtylum proceditur ad conceſſionem repreſalia-
rum tribus additis, aut pluribus arbitrio Curiæ
ſimpliciter, abſque alio iuris ordine ſeu ſolenni-
tate.& ita vidi fieri & obſeruari. De materia re-
preſaliarum vide in auth. ſed omnino.C.ne vxor
pro marit.& in 175.con.meorum.

a ¶ Repreſaliæ. *Tu vide late de materia huius q. per iſtum conſ.175.incip.repreſaliæ conce.nu.1.ver.1.quia ſecundum doct.& conſil.209.incip.repreſalia. num.1. verſ.1.quia vt dicunt.& per totum.*

b ¶ De iure ciuili. *Vt in authent.vt non ſi.pi.§. 1.colum 5.& ibi.d.Bart.*

c ¶ c. Dominus noſter.24.q. 2. *Intellige, quod in caſu illius capituli,pignorationes,quas vulgaris loquela repreſalias nominat,etiam de iure ciuili & canonico permittuntur,videlicet quando ciuitas,ſub qua eſt perſona debitoris vel delinquens requiſita, denegat facere iuſtitiam.vt per do.Barth.in alleg.auth. vt non ſi.pig. & do.Archi.in alleg.c.& ſi pignorationes. circa princ. ibi,& non dicat quid,&c.pro intellectu d. c. dominus noſter.vide do.Io.in regula,non debet.in 4.col.in ver. 3.eſt.de regul.iur.lib.6.in Mercur.*

d ¶ Et poteſt procedi ad conceſſionem repreſaliarum. *Tu dic quod vltra iſta requiruntur monitio, ſentẽtia iudicis ipſius ſpoliãtis, fides de debito ſuper quo iuſtitia denegatur,comminatio de repreſaliis concedendis,citatio peremptoria, & quod debitum aſſertum ſit verum,alioquin repreſaliæ conceſſa non valeãt.do.Bal. in auth.& omnino.C.ne vxor.pro mar. & ibi dicit in pen.col.quod repreſaliæ committi non poſſunt,niſi præcedat citatio partis,per viam proteſtationis.Item, niſi fiat fides de iuſtitia denegata in foro debitorũ.Item niſi interponatur decretum ſuper inductione eorum.*

## QVÆSTIO XXXIII.

*An ſit neceſſe de iure aut ſtylo Curiarum, adire ſuperiorem domini iuſtitiam denegantis, antequam poßit procedi ad conceßionem repreſaliarum.*

SVMMARIVM.

1 *Repreſaliæ vt concedantur,an ſuperior ſit primo adeundus.*

1 SEd quæro,quid ſi Dominus vel princeps† de-
negans iuſtitiam,habet ſuperiorẽ, an ipſe ſu-
perior debeat primo adiri,& requiri,quod faciat
iuſtitiam ante,quam procedatur ad conceſſionẽ
marchæ ſeu repreſaliarum. Circa hoc Bart. in d.
ſuo tractatu,quæſt.1.circa prin.dicit, quod ſupe-
rior,ſi poſſit adiri,eſt adeundus ante,quã ad con-
ceſſionem repreſaliarum procedatur. Tamen
a quidquid ſit de iure, ſtylus *a* huius Curiæ Parla-
menti Delph. obſeruat oppoſitum, quod nõ a-
ditur ſuperior.Et ita etiam vidi de tempore meo
ſeruari in marcha conceſſa per Conciliũ Delph.
anno currente 1446. contra ſubditos ducis Sa-
baudiæ pro facto Barberij de Auolone.Et poſtea
de hoc anno currente 1448. contra eoſdem Sa-
baudienſes pro facto vocati Rochechinar; & ſi-
militer contra ducem Burgundiæ & eius ſubdi-
tos,pro facto d.Cap.dorat,quas marchas vidi e-
xequi & ſortiri effectum.Ac etiam idẽ de ſtylo &
conſuetudine Curiæ Delphin. Cabeoli ſeruatur
& ſeruari conſueuit tanti temporis ſpacio, quod
de contrario memoria hominis non exiſtit con-
tra epiſcopos Valentiæ,qui pro temporibus fue-
runt,& eorum ſubditos, contra quos officiarij
Delphin. Curiæ Cabeoli conſueuerunt conce-
dere marchas in defectu iuſtitiæ. Licet ſuperior
ducis Sabaudiæ,videlicet Imperator,& ſimiliter
ſuperior



ſuperior ducis Burgundiæ,videlicet rex Franciæ,
& ſimiliter ſuperior epiſcopi Valentiæ, videlicet
Papa,non fuerunt aditi,qui tamen poterant adi-
ri:qui ſtylus pro l.debet obſeruari:vt in c.licet he
ly.extra,de ſimonia,& in l.3.§.fi.ff. de teſt. Et ſi-
militer obſeruatur etiam in Curia Regia parui
ſigilli Montiſpeſſulani,prout vidi anno proxime
præterito in quibuſdam literis ab ipſa Curia par-
ui ſigilli emanatis,ad inſtantiam Guilleti guerræ
ciuis Valentiæ : in quibus literis concedebatur
marcha contra ſubditos domini ducis Sabaudiæ
pro ſumma 400.ſcutorum auri,nullo habito re-
curſu ad ſuperiorem ducis Sabaudiæ. Et qui Gil-
letus guerræ obtinuit literas executorias à domi
no gubernatore Delphin. & venerabili conſilio
Delph.per quas mandatum fuit ipſas literas mar
chiæ exequi in præſenti patria Delphin. contra
Sabaudienſes,&c. Quilibet vero officiarius non
poteſt concedere repreſalias,quia eſt ſolius prin-
cipis,vt dicit Ioan.Fer.in titu. forma libelli in a-
ctio real.in gl.ſuper verbo, iure domini, vel qua-
ſi.Sed conſuetudo ſeruat contrarium,vt patet ex
ſupra narratis,

a ¶ Stylus. *Iſte ſtylus conſonat iuri, quando ſuperior non niſi difficulter adiri poteſt, quia eſt valde diſtans, & pars eſt inops,vt per d.Ioan.de lign.tractatu repreſal.in cauſa materiali. 5. quæſt. vel quia adiri non expedit:quia plus expenderet, quam valet illud, de quo contenditur,vt dicit d.Pet.de Anch.in alleg c.1.in 2. colum.ibi,quandoq; copia,&c.*

## QVÆSTIO XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Repreſaliæ poſſunt concedi contra clericos.Et quomodo.*
2 *Repreſaliæ poſſunt concedi contra eum, cuius culpa conceduntur.*

a SEd accidit *a* modo de facto, quod Reue. in
Chriſto pater d. Ludouicus de Pictauia, epi-
ſcopus Vale.& Dienſis,debite trina vice per de-
bita interualla ſummatus, & requiſitus in iuris
ſubſidium,cum comminatione marchæ ſeu re-
preſaliarum per commiſſarios,inter quos ego e-
ram ab illuſtriſſimo principe domino noſtro
Delph.ſpecialiter ſuper hoc deputatus,remitte-
re domino noſtro Delphino Carolum de ſancto
Saturnino factorem Petri Thomaſſi de Aueni-
one:cum 1400.ſcutis auri falſo in pręſenti patria
Delphi. fabricatis: eidem Carolo deferenti re-
pertis pro debita iuſtitia miniſtranda: qui talem
remiſſionem facere recuſauit: licet penes ſe & e-
ius iuriſdictionem habeat dictum Carolum de-
latum cum dictis 1400. ſcutis auri conſtantibus
1 informationibus.†Modo ergo quæritur,an dicti
domini commiſſarij vigore eorum commiſſio-
nis ad conceſſionem marchæ, ſeu repreſaliarum
contra dictum dom. Epiſcopum, eiusque bona
b temporalia homineſque & ſubditos,*b* iuxta ſibi
comminata procedere iuridice poſſint? Et vide-
tur quod non.Primo,quia non fuit aditus ſupe-
rior dicti domini epiſcopi,qui debuerit adiri, ſe-
cundum Barth.vbi ſupra. Secundo, quia contra
clericos ad conceſſionem repreſaliarum proce-
di non poteſt: vt in d.c.& ſi pignorationes. de in-
iuriis & damno dato.lib. 6. Contrarium tamen
eſt veritas,quia imo dicti domini commiſſarij ad
conceſſionem dictæ marchæ contra ipſum do.
Epiſcopum procedere iuridice poſſunt: licet nõ
fuerit aditus ſuperior dicti domini epiſcopi:cum
non debuerit adiri de ſtylo dictæ Curię Parlamẽ-
ti Delphin.vt ſupra, in quæſt. 33. dixi. qui ſtylus
pro lege debet obſeruari : iuxta cap. licet Hely.
præalleg.alias,c.quam graui.de crimine fal. Nec
ob.c.& ſi pignorationes. in contrarium allega-
tum:quia loquitur quando ob culpam laicorum
ſunt repreſaliæ conceſſæ. Iſtam ſolutionem tra-
dit Bar.in d.ſuo tract.in 7.q.prin. circa medium,
ibi, quid ſi vnus epiſcopus non faciat iuſtitiam,
&c.Sed in cauſa de qua hic quæritur, repreſaliæ
non conceduntur ob culpam laicorum, ſed cul-
c pa dicti domini epiſcopi detentoris,*c* dicti Caro-
li & dictorum 1400 ſcutorum, qui debite requi-
ſitus remittere reum recuſauit, iuſtitiam dene-
gando.igitur,&c. Vel aliter & melius ſecundum
canoniſtas poteſt reſponderi, quod dictum ca.
non habet locum,nec pœna ibi ſtatuta: quando
videlicet conceduntur repreſaliæ contra clericũ
debitorem. Nam contra clericum debitorem
poſſunt concedi : & in executione marchæ talis
clericus debitor,cuius culpa ſunt conceſſæ, capi
poteſt & detineri abſq; metu pœnę. in d.c. ſtatu-
tæ. ita dicit Io. And.in d.c.& ſi pignorationes.in
glo.ſuper verbo, prægrauetur.circa fi. ibi, quid ſi
clericus principalis debitor,&c.Et hæc eſt cõmu
nis opin.quam ſequitur Io.Monach.Geminia.&
Gencellinus,in d. c.& ſi pignorationes. Sed di-
ctus dom.epiſcopus cenſeri debet debitor, quia
penes ſe habebat dicta 1400.ſcuta,conſtante ſua
confeſſione coram dictis dominis commiſſa-
2 riis facta.† Et poſſunt propterea repreſaliæ con-
d cedi contra eum, cuius culpa conceduntur, *d* e-
iusque bona temporalia ac ſubditos exequi, ſe-
cundum d.opin.canoniſtarum in d.c.& ſi pigno-
rationes. Et ita fuit concluſum poſſe de iure
fieri, anno Domini 1448. de menſe Octobr. in
Conſil. Grationop.in quo erant domi. Yuo Cy-
prianus Cancellarius domini noſtri Delphi. do-
mi. Ludouicus de Laual, gubernator Delphin.
dom. Stephanus Guillionis legum Doctor præ-
ſidens.domi.Matth.Thomaſſini in legibus licẽ-
do.Ioan.de Sizerino legum Doctor.do.Iacobus
de ſancto Germano,aduocatus dom. Ioan. Du-
ri procurator fiſcalis,& ego Guido Papæ.Et inde
die prima iuridica poſt feſtum omnium ſancto-
rum fuit marcha contra dictum epiſcopum & e-
ius ſubditos declarata. Et recepit proceſſum &
ſententiam inde latam Cathalanus Chanterel-
li,Secretarius Delphin. Et quæ conceſſio mar-
chæ ſortita fuit effectum: quia dictus Epiſcopus
reſti-

reſtituit prefato dom.noſtro.Delph.dicta 1400. ſcu.cum expenſis. Pater qui vadit ad viſitandum filium ad ſtudia non debet capi pro repreſaliis, vt dicit Io.de Puteo.in d.l.qui à latronibus. ff. de teſtamentis.

a¶ Sed accidit. *Vide de hoc Bald.in l.etiam. in 4.col. C.de excep.rei iud.& Io.de Ligna. in tract. repreſaliarum.q.2.in 4.parte.*

b ¶ Hominesq; & ſubditos. *Iſtud intelligas procedere in hominibus & ſubditis laicis, non autem in clericis, qui detineri non poſſunt: vbi etiam non eſſet locus pœnæ d.c.& ſi pignora. obſtante ſanctione canonis, ſi quis.16.quæſt.4.vt ſentit d.Ioan. An. in allegato capi. & ſi pignorationes.in gloſſ.quod eſſe non debet. Sed do. Pet.de An.dicit quod repreſaliæ poſſunt concedi & exerceri contra clericos, quando epiſcopus non facit iuſtitiam de clericis ſuis, & ad ſuperiorẽ non poteſt haberi recurſus: quia forte ille epiſcopus eſt tyrannus, vel ſchiſmaticus: nec obſtat c.& ſi pignorationes. quia loquitur, quando conceduntur propter delictum laic.ita ibi in 2. col.ver.3.*

c ¶ Epiſcopi detentoris. *Nam eo caſu pactum alienum, facit ſuum, per cõſenſum tacitum vel expreſſum. & pro hoc facit, quod dicit do. Archid.in allega. c. & ſi pignorationes, prope princ.ibi, quo caſu, &c.*

d¶ Culpa conceduntur. *Quibus ex cauſis concedantur repreſaliæ, late tradit Phil. Corne. in conſil.62. incip.clariſſimam.in 3. vol. & adde quod dixit Bald. in auth.& omnino in 3.colu.C.ne vxor pro mari.quod repreſaliæ (quia ſunt res arduæ) non poſſunt concedi per magiſtratum, niſi de conſenſu totius populi vel conſilij eum repræſentantis. allegat l.ſi quid extraordinarium.C.de lega.lib.10.*

## QVAESTIO XXXV.

*Iudicium minoris firmatur iuramento.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum minoris ſupplet ætatem.*
2 *Iuramentum ſuper alio libro, quam Euangeliorum an ſit validum.*

SI adultus conſtituit procuratores, licet generaliter in omnibus cauſis motis & mouendis,
1 †& ad ſancta Dei Euangelia iuret per eius procu-
a ratores geſta habere rata & non contrauenire a
notario ſtipulante, vt in forma: proceſſus nõ redditur nullus defectu authoritatis curatoris: quia iuramentum facit ſeu repræſentat eum maiorẽ ſicut in contractu: vt dicit glo.ſuper verbo, con-
b tractus.in fin.b quam ſequitur Barth.in auth.Sacramenta puberum.C. ſi aduerſus vendit. idem etiam tenet Pet.Iac.in tit.de actione tutelæ contraria.in 4.col.in verſ.item eſt notandũ. & Spec.
c in tit.de actore.ver. ſed quid ſi minor c vult.& ita ſeruat ſtylus dictæ Curiæ Parlamenti Delphinalis. Et fuit ita declaratũ in Conſilio die 4.menſis Septembris.1449.in manibus Io. Cabodi ſecretarij Delphi.in cauſa Margaretæ Imperatricis, contra Claudium Imperatoris. Sed quid vt ſupra
2 dixi, ſi minor iuret ad ſancta Dei Euangelia? †
Quæro quid ſi iurauerit ſuper vno alio libro, quã ſuper Euangeliis, an valeat iuramentum? dico quod ſic de conſuetudine: de qua conſuetudine habetur & notatur per gl. in authen. iuſiurandũ, quod præſtatur.in principio.col.2. De hac materia vide, quæ dixi infra, quæſtione 494.

a ¶ Non contrauenire. *Tu vide de hac materia in deciſi. Tholo.quæ.44.& infra, quæſt.494.*

b¶ Vt dicit gloſſ.ſuper verſic.contractibus. in fine. *Gloſſ.autem ſtat in terminis allegando pro & contra. Dominus Barth.amplexatur primam opi.gl.dicẽs minorem in iudicio intereſſe poſſe cum iuramẽto. dom. Odofre.Cyn.& Bald.tenent ſecundam opinionem gloſ. ſentientes conſtitutionem, ſacramenta puberum, in iudiciis locum non habere.*

c ¶ In verſic. ſed quid ſi minor. *Specul. ibidem. in fin. tenet contrarium, videlicet opinionem prædictæ gloſſ.*

## QVÆSTIO XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ immediate dependentes à Romana Eccleſia non gaudent præſcriptione centum annorum, ſicut ipſa Romana.*

VTrum eccleſiæ exemptę quę ſubſunt imme-
1 diate domino † noſtro Papæ & eius eccleſiæ
Romanæ gaudeant præſcriptione centum annorum, ſicut eccleſia Romana. Archid.in c.fin.de præſcript.in 6.recitat varias opiniones, & videtur reſidere in opinione, quod tales eccleſiæ ſubie-
a ctæa immediate eccleſiæ Romanæ, gaudent etiã
centum annorum præſcriptione, ſicut eccleſia Romana.idem etiam tenet Iaco. de bello viſu in authen.vt eccleſ.Romana præſcrip. centum annorum gaudeat. col. 2.Bald.tamen tenet cõtrarium, quod non debeant gaudere eadem præſcr. 100.ann.ſicut eccleſia Romana. in auth. quas actiones.C.de ſac.ſan.eccleſ.per tex. ibi, ſola Ro. eccl. gaudente ſpacio centum annorum. & ſecundum iſtam vltimam partem, quod non debeant gaudere eadem præſcriptione centum annorũ immediate ſubiectæ eccleſiæ Romanę, vidi concludi anno domini 1449. & die 5. menſis Septemb.in Conſilio in cauſa tunc deciſa inter fratres minores Chriſtæ agentes ex vna parte, & dominũ noſtrũ Delph: ſeu eius procuratorẽ fiſcalẽ ex altera ſe defendentem. De materia quantum tempus requiritur in præſcribendo contra alias eccl. vide, quæ ſcripſi plene infra, quæſt. 161.

a ¶ Quod tales eccleſiæ ſubiectæ. *Et ſciendum, quod aliquæ eccleſiæ ſunt ſubiectæ Papæ iure exceptionis, & bona eorum præſcribũtur iure communi. hic eſt Bald.in auth.quas acti.4.col.verſ.venio. C.de ſac.ſan. eccleſ.quia quo ad hunc effectum, non dicuntur res eccleſiæ Romanæ, alleg.not.per do. Archid.16.quæſt.4.c.*





*volumus.& in arg.ff.de leg.3.l. hoc legatum. Aliquæ eccleſiæ ſunt proprium patrimonium Romanæ eccleſ. & de horto ſiue menſa eiuſdem & ad eius proprietatem ſpectant, vt ſunt omnes eccleſiæ Marchiæ & Ferrariæ, & aliæ ſimiles, & res huiuſmodi eccleſiarum dicuntur eccleſiæ Rom.& gaudent præſcriptione 100. anno. glo. nota.in verſic.cum P.in authen. vt eccleſ.Roma.& idem eſt ſentiendum de omnibus locis ſpectantibus ad patrimonium beati Petri: vt pote ſunt iura & bona, quæ tenentur ab eccleſia Romana in feudum, quod eſt magni effectus, propter multos principes, qui ſunt inueſtiti de vtili dominio maioris partis patrimonij beati Petri.domi.Felyn.c.ad audientiam. 8. col. in verſic. amplia quarto.extra, de præſcript.*

## QVÆSTIO XXXVII.

*Super ſtatuto, ſi quis per literas in cauſa appellationis ad inſtar ſententiæ interlocutoriæ.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex à quo non debet executionem reintegrationis retardare.*
2 *Appellatio quam procedendi rationem requirat. Et an idem ſit in re mobili num.3.*
4 *Tertius an poſſit interuenire opponendo de dominio, vt impediatur reintegratio.*
5 *Regula, dolo facis, an & quando locum habeat in materia reintegrationis.*
6 *Spoliatus quibus caſibus non reſtituatur, ſi per partem opponatur.*

SI appelletur à reintegratione poſſeſſionis ex forma ſtatuti Delphin.incip. Si quis per lite-
1 ras, &c. †de ſtylo iudex à quo, non debet execu-
tionem reintegrationis retardare, ſed debet eam mandare executioni, pro quo bene facit, quod dixit Bal.in l.2.ibi, vltimo quæritur. C. de epiſc. audien. vbi dicit, quod appellatio in poſſeſſorio procedit: ſed non impedit executionem. Et propterea iudex ad quem appellatur, non debet impedire executionem talis reintegrationis, nec concedere literas inhibitorias reſpectu reintegrationis.iuxta l.vnam.C.ſi de mom. poſſ.fuerit appellatum: quæ loquitur etiam in poſſeſſorio recuperandæ: vt ibi dicit glo. debet tamen concedere literas inhibitorias reſpectu pœnæ declaratæ vigore dicti ſtatuti.& procedit ipſe iudex appellationum ad quem, ſicut in ſententia ab interlocutoria in duobus caſibus ſtatim infra declarat. Licet ſententia lata ſuper poſſeſſorio non ſit interlocutoria, ſed diffinitiua, vt dicit Barth.
a in l.poſt ſententiã.a C.de ſent.& interloc.omn.
iudi.& gloſſ.in c.cum ad ſedem. extra, de reſtit.
b ſpol.in gloſſ.fin.b Sed ex verbis & mente dicti ſta
tuti, ſi quis, &c. Et de ſtylo dictæ Curiæ Parlamẽti in appellatione, quæ ab eodem ſtatuto interponitur, non debet procedi quo ad aliqua ad in-
2 ſtar diffinitiuæ: † ſed ad inſtar interlocutoriæ ſen-
c tentiæ: c videlicet in duobus caſibus. Primus, vi-
delicet in eo, quod de ſtylo dictæ Curiæ Parlamenti non requiritur litis cõteſtatio. Secundus in eo, quod generaliter actor producere debet acta principalia: vt dixi ſupra quæſtione 20. Tamẽ
d de ſtylo Curiarum reus appellans d tenetur hoc
caſu producere. item etiam admittitur appellatio in ſcriptis, vel viua voce. De hac materia etiam ſcripſi in apparatu meo, quem ſcripſi ſuper ſtatuto. Si quis per literas.in glo. ſuper verbo, appellatione.
3 ¶ Sed iuxta premiſſa quæro, † an dictũ ſtatu-
tum habeat locum in re mobili ſeu ſe mouente? Videtur quod ſic. quia talia poſſidentur ſicut immobilia. per text.in l.rem, quæ.& in l.ſi rem.ff.de acquir.poſſeſſ.& not.Barth.in l.1.in prin.ff.vtrubi.de hoc etiam tetigi infra, quæſtione 212. An autem violentus poſſit excipere de dominio, & ſuper hoc dare libellum reconuentionalem? Barthol. quod non, in l. ſi quis ad ſe fundum.C.
4 an legem iuliam de vi. † Sed an tertius poſſit in-
teruenire opponendo de dominio, vt impediatur reintegratio? Bartho. & Cyn.quod ſic, in l.ſi quis.C.loc.& Henric. Bohic. in cap.cum veniſſent.in vlt.diſtin.in fin. extra de inſt. facit quod
5 no.Barth.in l.bona fides. ff. depoſi. † Vtrum &
quando regula, dolo petis, quod reſtituturus es, habeat locum in materia reinte.poſſ.vide Barth. in l.ſi quis conductionis. C. de locat. & cond.
6 Nota 26.caſus, †in quibus ſpoliatus non reſtitui-
tur, ſi per partem opponatur, quos not. Spec. in tit.de cauſa poſſ.& proprie.in §. fin. de materia d.l.1.C.ſi de momenta.poſſeſſ.fue.appella. vide, quæ ſcripſi in notabil. meis in §. de iure ciuili. & §.ſeq.

a¶ In l.poſt ſententiam. *Idem dicit in l.2.ff.quo.appell.recip.in 3.col.in ver.hoc præmiſſo.& glo.in l.vnica.C.ſi de mo.poſſ.fuerit appellatum.*

b ¶ In glo. fi. *Caue quia loquitur in alio caſu, videlicet, interdicto vnde vi, quaſi innuens interdicto retinendæ & adipiſcendæ, ſententiam latam fore interlocutoriam: ſed hoc verificatur, eo ſcilicet caſu, quo ageretur incidenter, propter aliud, non propter obtinendam victoriam diffinitiuam ſuper poſſeſſorio, vbi vero agitur principaliter ſuper poſſeſſorio, oblato libello, tunc ſententia ſuper poſſeſſorio lata, eſt diffinitiua: dicit Bal. in l.poſt ſententiam.in 3.colum.verſi.quæro an. de ſen. & interlocut.*

c¶ Ad inſtar interloc.ſententiæ, &c. *Vſque illuc,* de hac. *Ex his colligitur, quod ſententia in materia ſtatuti Delphin. videtur miſta: partim ſcilicet interlocutoria: partim vero diffinitiua. Interlocutoria, quia procedetur nullo libello oblato intra litis conteſt. & ſic iuris ordine non ſeruato. Diffinitiua, quia de poſſeſſorio nõ agitur incidẽter: ſed principaliter. Et ideo admittitur appellatio in ſcriptis, & viua voce, quod non habet locum in appellatione ab interlocutoria interiecta cum inſertione cauſæ, eſt appellandum in ſcriptis.c. cordi.de appell.li.6.*

d ¶ Reus appellans: *Quare autem appellans ab interlocutoria teneatur ad petitionem appellati producere acta principalis cauſæ: vide dom.Pet.de Anch.in c.cordi.in 2.col.in verſ.8.not.de appell.lib.6.*

## QVAESTIO XXXVIII.

*Statutum: Si quis per literas, &c. licet prohibeat appellationes non videtur prohibita cauſa nullitatis.*

SVMMARIVM.

1 *Grauato per ſuperiorem iudicem, an poſſit via nullitatis ſubueniri.*
2 *Spoliatus omnibus bonis, vel maiori parte, an poſſit à quocunque conueniri ante, quam reſtituatur.*

VErum, quia dictum ſtatutum Delphi. Si quis
1 per literas, †&c. remouet appellationem, de
nullitate nihil ſtatuendo. Quæro an via nullita-
tis poſſit per iudicem ſuperiorem grauato ſub-
ueniri ſuper reintegratione per iudicem inferio-
rem nulliter facta? Et credo quod ſic. quia cum i-
ſta ſint contraria, remoto vno, non cenſetur & a-
liud remotum. ff. de ſer. vr. præd. l. ſi domus. Et
hoc tenet in propria materia Sal. in l. fi. §. fi. ff. de
appell. vbi dicit, quod ſi remoueatur appellatio
virtute ſtatuti, non cenſetur nullitas proprie re-
a mota. *a* Facit etiam, quia ſi ex pacto partium re-
moueatur appellatio, non propter hoc videtur
ſublata via nullitatis. ita dicit Ang. de Are. in l. 1.
§. 1. ff. à quib. ap. non licet. Et ita vidi per Curiam
iudicando, determinari. & de hoc plene tetigi in
apparatu meo ſtatuti, Si quis per literas. ſuper
verbo, omni allegatione. An autem à ſententia
lata ſuper poſſeſſorio, poſſit appellari: vide plene
Henri. Bohic. in c. cum ad ſedem. extra, de reſtit.
2 ſpo. & quæ dixi ſupra in quæſt. præce. † Circa
hanc materiam ſpoliationis, quæro, an ſpolia-
tus omnibus bonis, vel maiori parte poſſit à
quocunque conueniri antequam ſit reſtitutus.
Dic quod non, iure canonico, per c. 1. de reſtit.
ſpol. lib. 6. & in c. frequens. de reſt. ſpol. ſecus iu-
re ciuili. Ita dicit Bartol. in l. ſi te bonis. C. de iur.
del.

*a* ¶ Non cenſetur nullitas proprie remota. *Et ratio eſt: quia appellatio eſt remedium reſciſſorium. Spec. 2. par. tit. de ſen. iuxta. 1. col. ver. vtrum autem appellans. Ideoq; ad id, quod nullum eſt, non refertur: cum ſeparatorum debet eſſe ſeparata ratio. l. ſi. & ibi do. Bar. ff. de cal. vide de hac materia pulchre differentem Io. Pet. de Fer. in forma libelli execu. ſen. diffi. gl. in 3. & 4. colu. ver. quid autem ſi in ſtatuto. & in ver. præcedenti, & ſequent.*

## QVÆSTIO XXXIX.

*De verbis, ſi ſine liberis, &c. an per illa verba cenſeantur liberi inuitati ex teſtamento in materia l. Lucius. la. 2. ff. de hæred. inſtit.*

SVMMARIVM.

1 *Liberi cenſeanturne admiſſi ad hæreditatem teſtatoris, per hæc verba, ſi hæres meus ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo Caium.*
2 *Liberi venientes ex teſtamento, reuocant alienata.*

DOctores in iure ciuili ſcribentes valde alter-
cauerunt, & varia dixerunt in illa dubia quę-
ſtione, qua quæritur, ſi teſtator in teſtamento
1 ſubſtituendo hæredi ſuo adiecerit illa verba: † Et
a ſi hæres meus decedat ſine liberis, *a* ſubſtituo
Sempronium. An liberi hæredis admittantur,
ex tacita mente ad hæreditatem teſtatoris, tan-
quam ſubſtituti ex teſtamento, vel ab inteſtato.
quia gloſſ. Rayn. Bartol. Io. de Imo. & quam plu-
res alij, in iure ſcribentes, dicunt in l. Lucius. la.
2. ff. de hæred. inſt. quod licet exiſtentia liberorũ
faciat deficere fideicommiſſum, iuxta l. filiusfa.
§. cum quis. ff. de leg. 1. & l. iubemus. circa fin. C.
ad Treb. quia ex præſumta voluntate videtur te-
ſtator eos voluiſſe præferre ſubſtituto: vt in d. l.
Lucius. & l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ.
cum ſi. Non tamen veniunt tales liberi ad bo-
na teſtatoris ex teſtamento: quia non videntur
ſubſtituti: ſed ab inteſtato veniunt, vt dicunt di-
cti Doctor. Hanc opinionem etiam ſequitur
b Bald. *b* in d. l. cum acutiſſimi. Idem etiam te-
net dictus Ioan. de Imo. in d. l. Lucius. circa prin-
cip. qui dicit hanc opinionem eſſe communem.
& reperio quod recolendæ memoriæ, do. Petrus
Papæ, legum doctor apoſtillando gloſſ. in d. l.
Lucius. dicit quod pro opin. gloſſ. eſt caſus in l.
ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb. ſic inducendo di-
ctum §. liberi, faciunt deficere fideicommiſſum:
c non tamen excludunt fiſcum: *c* & tamen ſi verũ
eſſet, quod eſſent ſubſtituti, & ex teſtamento ve-
nirent, excluderent fiſcum: ſaltem in omni, præ-
ter legitimam, in qua fiſcus veniret, & cauſam
haberet ratione confiſcationis bonorum depor-
tati: ſed omnia alia bona teſtatoris haberent filij,
ſi ex teſtamento venirent, cum pœna ſuos tantũ
authores ſequi debeat l. ſancimus. C. de pœnis.
¶ Sed quia verum eſt, quod ipſi non veniunt ex
d teſtamento: ideo fiſcus habet totum, *d* vt in d. §.
ex facto. Et pro hac parte, quod veniant liberi ab
inteſtato, bene facit tex. in l. 1. C. de pac. opinio-
nem ſequi videtur Goffredus de Salimaco, in d.
l. Lucius. & plenius tetigit in d. l. filius fa. in §. cũ
quis. ff. de leg. 1. & Pet. de Anch. lib. 6. in c. ſi pa-
ter. de teſta. Hanc opinionem ſequitur do. Lud.
Pontanus, dictus de Rom. in d. § . ex facto. & di-
cit hanc eſſe communem opin. Sed Iac. de bello-
viſu, & Iord. Brixi, qui hanc quæſtionem diſputa-
uerunt, & quam plures alij in iure ſcribentes di-
cunt contrarium, quod imo veniunt liberi ex te-
ſtamento. Idem tenet Alb. de Roſa. & idem Sa-
lyc. in l. 1. C. de condit. inſer. ſiue loquamur in
ſuis, ſiue in extraneis. Et quod d. l. Lucius. cum
ſua materia, locum etiã habeat, quando teſtator
inſtituit etiam extraneos: tenet Ang. de Peru. vt
refert do. Io. de Imo. in d. l. Lucius. & ibi dicit,
quod iſtud eſt menti tenẽdum. Idem etiam dicit
Salyc. in d. l. 1. Sed de ſtylo & obſeruantia Curiæ
Parla-



Parlamenti Delph. ſeruatur in iudicando opin.
glo. Bar. & Rayn. & aliorum dicentium quod ta-
les liberi non veniunt ex teſtamento. Ita dicit ibi
do. Petrus Papæ per d. §. ex facto, & pro hac par-
te, quod veniant liberi ab inteſtato, bene facit
e tex. in l. 1. C. de pact. Niſi vt alibi dicit Bar. *e* ex ta-
cita mente teſtatoris ipſi liberi cenſeantur gra-
uati: vt ſi teſtator diceret: Si filius meus deceſſe-
rit ſine liberis vel liberi ſine liberis: bona mea
deueniant ad talem: ex quibus verbis cum videa-
tur liberos grauaſſe de reſtituendo, liberis libe-
rorum videtur eos tacite ſubſtituiſſe hæredi ſuo.
ita dicit Barth. in l. centurio. in quæſt. vlt. tertiæ
quæſtionis principalis, quæ incipit: Quæro vlte-
f rius, quid ſi teſtator, *f* &c. ff. de vulg. & alleg. Bart.
l. denique. in §, interdum. ff. de pecu. lega. Et hãc
opinionem Bart. in hoc ſequitur Pet. de Anch.
in c. ſi pater. de teſtamen. in 6. Et faciunt pro hoc
vltra eum, l. ad rem. & l. ad legatum. ff. de procur.
& Ioan. Ferrarij videtur idem ſentire in titul. for-
ma libelli, quo agitur ad reſtitutionem fideiuſſ.
g *g* ſuper verbo, compendioſæ: in 10. colum. ibi,
rurſus quæritur, in primo membro ſuæ diſtin-
ctionis, licet alia ratione, quam Barth. Idem etiã
ſicut Barth. tenet Angel. de Aret. in d. l. Lucius.
in 22. col. Et hæc limitatio Barthol. fuit dudum
ſeruata in diffinitione proceſſus Baroniæ, domi-
ni quondam Saornonis ventilati & diffiniti in
Curia Parlamenti, inter filias ipſius quondam
domini Saornonis, agentes ex vna parte, & do-
minum noſtrum Delphinum hæredem dicti do-
mini Saornonis reũ ex altera. & ſimiliter in cau-
ſa arbitrali inter dominam Clarimontis ex vna
parte, & dominos Vinayci & Vatileni fratres ex
altera, diffinita per ſententiã arbitralem per Cu-
riam Parlamenti Romanis: vbi ipſa Curia Parla-
menti tunc reſidebat, latam de menſe Martij,
1453. in manibus Ioannis Goffredi Secretarij
Delphin. In cuius cauſæ arbitralis diffinitione
fuit etiam ſeruata dicta opinio gl. Rayn. Bart. &
ſequacium in dict. l. Lucius. Similiter etiam fuit
ſeruata hæc opin. gl. Ray. & Bart. in cauſa diffini-
ta in dicta Curia Parlamẽti inter nobilem Clau-
dium Coſtani agentem ex vna parte, & dominũ
Bochagij reum ex altera, de anno Domini 1456.
in ſentẽtijs natalis Domini. Similiter etiam fuit
hæc opinio ſeruata, 1457. de menſe Iunij in cauſà
diffinita in dicta Curia in manibus Ioan. Roſſeti
Secretarij Delphinalenſis, inter nobilem Claud.
Coſtani agentem, & dominum Anton. Valerij,
2 & eius fratres reos ex altera. † Et hæc opinio gl.
ſancte & iuſte ſeruatur: quia magnæ eſt authori-
tatis: nec ab eius opinione eſt recedendum in iu-
dicando: vt dicit Iaco. Butr. in le. 1. §. videamus.
C. de rei vxor. actio. & in l. 2. C. qui pro ſua iuriſ-
dictio. maxime vbi opinio gloſſ. eſt (prout in ca-
ſu iſto) corroborata alijs opinionibus Doctorũ
famoſorum: vt ſunt Rayn. Barth. & ſequaces. Et
vtile eſt iſta ſcire: quia ſi liberi venirent ex teſta-
h mento, reuocarent alienata. *h* alias ſecus iuxta
authen. res; quæ. & l. fi. C. commu. de legat. De
materia d. l. Lucius. etiam tetigi infra, quæſtione
531. & quæſtione 184. & ibi vide aliqua ſingularia
in hac materia, quæ alibi forte non reperies ita
plene tractat. De hac materia etiam tetigi in ſin-
gularibus meis, in §. ſi teſtator dicendo, & 32. cõ-
ſil. meorum.

*a* ¶ Si ſine liberis. *In quantum hic quærit an per hæc verba in ſubſtitutione appoſita, ſi ſine liberis, &c. cenſeantur libri inuitati ex teſtamento in materia. l. Lucius. la. 2. ff. de hæredib. inſtit. vide iſtum conſil. ſuo 22. incipiente, viſo caſu præmiſſo. numero 3. verſi. viſo ergo, quod dicta ſubſtitutio. volum. 1. & conſil. 25. incipiente. viſo teſtamento Petri. nume. 1. verſic. & ſi quiſpiam. eod. volum. & conſil. 27. incipien. aduertãt. nume. 2. verſicu. & ſi aduerſo. & conſil. 228. incip. indubitanter. num. 2. verſic. ad ſecundum. Tu adde quid importet prædicta clauſula, ſi decedat ſine liberis, ſubſtituo Sempronium. Alex. in conſil. 330. incip. viſo titu. col. 3. verſ. 13. in 2. volum.*

*b* ¶ Bald. *In 3. col. verſi. ſed nunquid. Et idem Bald. in alleg. l. Lucius. ff. de hæred. inſtit. tenet hanc opinionem, dicens quod ratio illius eſt, quia illa verba, ſcilicet & ſi hæres meus, &c. ſunt enunciatiua conditionaliter prolata, quæ non inducunt diſpoſitionem: vt ff. eod. tit. l. ex facto. & ibi dom. Bart.*

*c* ¶ Non tamen excludunt fiſcum. *Hoc eſt verũ quo ad dimidiam partem: quando nõ ſunt curiales vel decuriones. quo caſu excludunt fiſcum in totum: vt ff. de bon. dam. l. 1. C. eod. titul. l. fina. hodie autem de iure nouiſſimo indifferẽter excludunt fiſcum vſq; ad tertium gradum, vt in authen. bona damna. C. de bo. præſcript. ſeu. ban.*

*d* ¶ Ideo fiſcus habet totum. *Iſtud intellige ſecũdum ea, quæ dixi in proxima apoſtilla. illa tamen modo non obſtant, quo minus militet ratio illius. §. ex facto, hæc inducta ad corroborationem opinionis gl. in dict. l. Lucius. Nã ratio illius §. remanet. facit quod dicit dominus Innoc. in cap. nouit. 3. colum. in ver. Theodoſius extra, de iud.*

*e* ¶ Niſi vt alibi dicit Bart. *Tu vide de hoc iſtũ conſil. 125. incip. conſilium pro nobili Bona. num. 1. ver. 1. ex teſtamento. & ver. ſed quid dicemus. lib. 1. conſil. & ſeq. incip. ſi nobilis Io. Pilari. num. 1. ver. ad primum.*

*f* ¶ Quæro vlterius, quid ſi teſtator, &c. *in 9. col.*

*g* ¶ Ad reſtitutionem fideiuſſ. *Vult allegare Ioan. Fer. in forma libelli quo agitur ex ſubſti. in gl. compendioſe. 13. col. verſic. rurſum quæritur. qui verſiculus ſituatur in 3. articulo ſuæ diſtinctionis.*

*h* ¶ Reuocarent alienata. *Ita dicit Bart. in prædicta l. Lucius. in fine. de hæred. inſtit.*

## QVÆSTIO XL.

SVMMARIVM.

1 *Dominus comparens in iudicio, cum aliquo, quem aſſerit eſſe ſuum procuratorem, videturne eum procuratorem conſtituiſſe in tota illa cauſa.*

QVÆRITVR in iure de quæſtione, ſi quis in iudicio in cauſa ſua comparẽdo cum aliquo dicendo ſic: cõparet Titius

actor, vna cum Petro Bellionis eius procuratore, an videatur eum procuratorē conſtituiſſe in tota illa cauſa: vt valeant acta non conſtito de alio procuratorio ſiue mandato. Innoc. in c. cū in iure peritus. extra, de of. dele. & Henric. Bohic. in c. pe. de re. iu. in diſt. ſi. quos ſequitur Bal. in l. licet. a C. de proc. videtur dicere quod ſic. *a* Tamen Sal. in l. non ideo minus. C. eo. ti. videtur velle, quod nō valeāt geſta, niſi in præiudicium domini, qui cum tali comparuit. Sed eximius iuris vtriuſque doctor dom. Anton. Bouerij, vicepræſidens Del. dicit, quod non videtur conſtitutus procurator quoquomodo, cum ſi eſſet procurator, & dominus in cauſa comparet, cēſeretur eum reuocaſſe: b *b* vt in c. pe. in §. fi. de procuratoribus. lib. 6. Sed hæc ratio ſua non videtur procedere: quia textus ibi loquitur in caſu, in quo dominus cōparebat ſine procuratore. Tamen ſeruatur in Curia Parlamenti, c *c* quod præſentia domini comparentis in iudicio cum tali ſuo aſſerto procuratore non operatur, vt videatur eum procuratorem ſuum in cauſa illa conſtituiſſe, niſi expreſſe conſtituat procuratorem: inſequendo opinionem Salyc. d vbi ſupra etiā propter ſtatuta Delphinalia: *d* quæ diſponunt, quod procuratores producāt in cauſa e ſua procuratoria, *e* &c.

a ¶ Videtur dicere, quod ſic. *Pro hac opinione facit, quod licet procurator non habeat mandatum, & ſine eo agat, vel cōueniatur, dominus ſcit & patitur, videtur dediſſe mandatum: vt per Angel. inſt. de his, per quos ag. poſſ. in 3. col. in verſi. & pro perfectione. & alleg. Bald. & Io. de Imol. in l. 2. §. 1. ff. ſoluto matrim.*

b ¶ Cenſeretur eum reuocaſſe. *Hoc procedit, quādo dominus facit aliquem actū in ſui perſona, præſente procuratore, & nō contradicente, niſi proteſtatur, quod non intendit reuocare procuratorem, vel niſi erat talis actus, in quo dominus habebat interuenire neceſſe. Ro. deciſ. 341. notat In. ideo ſupra dixi, in ſui perſona, quia dominus aſſiſtere poteſt procuratori ſuo in iudicio, nec per hoc reuocatur. l. Paulus reſpondet. ff. de procur. ideo dixi, præſente procuratore: quia ſi compareat ipſo procuratore abſente, & in iudicio, & facit aliquem actum in ſui perſona, non cenſetur procurator reuocatus, quia reuocatio procuratoris poſt litem conteſtatam fieri debet cum cauſæ cognitione: vt eleganter per do. Bart. in l. mutari. ff. de procur.*

c ¶ In Curia Parlamenti. *Tu vide de hoc iſtum, conſ. 84. incip. circa diffinitionem. num. 1. ver. quod in toto. ad fi. ver. vbi tamen falſe alleg. quæſt. 16.*

d ¶ Statuta Delph. *Sub rubrica, quod nullus procuratorio nomine alterius niſi inſtrumentum procurationis exhibeat, comparere audeat.*

e ¶ Procuratoria. *Statutum loquens de procuratorio de ſufficienti mādato, debet intelligi certe & de procuratore, cuius mandatum trahatur ad hoc. Nam vbi abſolute ſit procuratoris mentio, intelligendum eſt de ſolenni & legitimo. vt dicit dom. Bald. de Peruſio. in tractatu ſtatutorum. in verſic. procurator. Et ad hoc alleg. ff. de ædil. edict. l. ædiles. §. procurator. Et dominus Bald. in l. ſi prædium. eod. tit.*

## QVÆSTIO XLI.

SVMMARIVM.

1 *Si nobiles operantur in operibus eorum ruſticalibus, an perdant eorum nobilitatem, vt contribuere debeant in ſubſidijs Delphin.*

1 FVIT dubitatum, niſi nobiles, alias nobiliter viuentes, excepto eo, quod † laborant eorum manibus in eorum proprijs poſſeſſionibus, debeant nihilominus gaudere priuilegijs nobilium, vt non contribuant in ſubſidijs Delphinalibus? Et fuit cōcluſum, quod debeāt nihilominus gaudere priuilegio nobiliū a *a* argumento à ſimili, quod dicimus de clerico, qui exercet opera ruſticalia in ſuis proprijs poſſeſſionibus. Qui propterea nō perdit priuilegiū clericale, vt dicit Spec. in tit. de clerico coniugato. in §. 1 verſicu. veruntamen nō prohibeo, &c. Et ita eti.. ſeruat ſtylus in Curia Parlamenti Delphinalis, in iudicando. Et vide, quæ dixi infra, quæſt. 196. de nobilibus, qui exercent mercātias, an teneantur contribuere.

a ¶ Gaudere priuilegio nobilium. *Pro hoc facit quod dicit dom. Barth. in l. 1. 6. colum. verſ. tertia opin. ibi. pone ruſticus, & c. ibi enim ipſe vult, quod ex ruſtico poteſt naſci nobilis, ſi ſit probus & valens, tenēs ſtatum nobilitatis. Et exinde innuitur, quod ruſticus poteſt eſſe quoddam principium, & cauſa nobilitatis, & (per conſequens argumēto à minori) conceditur, quod, per exercitium operum ruralium, non perditur nobilitas, ac ſic nec priuilegium nobilitatis.*

## QVÆSTIO XLII.

SVMMARIVM.

1 *Agi ne poſſit ad recognoſcendum contra tertium poſſeſſorem.*

LICET de iure, actio perſonalis pro cenſu priuati, non ſequatur fundi poſſeſſorē, iuxta l. 1. §. hæres. ff. ad Treb. ſecus eſt tamen in cenſu, ſeu tributo principis, iuxta l. Imperatores. ff. de publ. & vect. & comm. & in rubro 1 & nigro. C. ſine cenſu vel reliquis. † Tamē de ſtylo præſentis Curiæ Parlamenti, vidi determinari, quod tertius poſſeſſor rei, ſuper qua pēſio eſt impoſita & ſituata, qui nunquam recognouit, teneatur penſionem annuam etiam priuato reco- a gnoſcere & ſoluere. *a* Ita fuit iudicatum in manibus Petri de Bolliaco ſecretarij Delphin. 1454. in cauſa domini Faunerij, ciuis Grationopol. agentis ex vna parte, & Guarini de ſaliente, ciuis Valen. rei ex altera, & cauſam quarundam penſionum, quas idem Guarinus capi fecerat de pignore, tanquam de bonis Antonij de Monte cluſo. Et ita etiam iudicatur in patria Sabaudiæ ſecundum ſtatuta nouiſſima Sabaudiæ: vt continetur in dictis ſtatutis in ſecundo lib. cap. rēpub. Licet dictum ſtatutū Sabaudiæ loquatur de cenſu, ſeu canone debito, ratione iuris emphyteuticarij, hic autem loquitur de penſione annua. Sed eadem eſt ratio in vtroque caſu: ergo idem ius ſtatui



ſtatui debet, vt iuribus vulgatis. ideo hæc Curia Parlamenti idem ſeruat etiam in rebus emphyt. pro quibus debentur cenſus annui. Quæ Curia conſueuit etiam eoſdem tenementarios condēnare ad ſoluendum: licet non ſint hæredes aliorum recognoſcentiū. Et ita reperio fuiſſe in hac Curia iudicatū de anno Domini 1442. & die 22. menſis Decēbris, ad vtilitatem prioratus ſancti Roberti, & contra Ioannem pupillam filiam & hæredem Humberti de Mornay, quæ pupilla, ſeu eius tutor, fuit cōdemnatus ad ſoluendum quēdam cenſum 16. ſolidorum: licet dictus eius pater nunquā recognouiſſet, de qua ſententia conſtat inſtrumento recepto per Io. Goffredi ſecretarium Delphin. Sed an dominus directus poſſit cogere emphyteutam ad renouandam ſibi recognitionem, vide infra, quæſt. 417.

a ¶ Recognoſcere & ſoluere. *Ad hæc vide, quæ habentur ſupra, quæſt. 9. & quæ ibidem apoſtillantur.*

## QVÆSTIO XLIII.

*Curia Parlamenti Delphin. qualiter fuit inſtituta.*

SVMMARIVM.

1 *Ludouicus Rex Francorum Parlamentum Gratianopolitanum inſtituit.*

2 *Princeps quilibet an poſſit habere Parlamentum, ſicut Rex Franciæ.*

DE anno Domini 1453. & de mēſe Iunij, Domino noſtro Ludouico Delphino Viennæ exiſtente, ipſe decreuit fieri Parlamentum in hac 1 patria Delphinali. † Et ipſum Parlamentum inſtituit reſidere debere in præſenti ciuitate Grationop. Et loco Conſilij Delphi. ſubrogauit Parlamentum. Et ipſum Conſilium Delphin. quod ſic vulgariter nuncupabatur, nūc appellatur ſeu nuncupatur Parlamentum, ad inſtar Parlamenti 2 Regij Pariſijs. Sed an quilibet † princeps poſſit habere Parlamentum, ſicut Rex Franciæ? credo, a quod non, ſi ſuperiorem habeat. *a* ita vult dicere Bart. licet non ita expreſſe, in l. & hoc Tyberius Cæſar. ff. de hæred. inſtit. De inſtitutione dicti Concilij Delphin. facta per dom. Humbertum Delphin. antequam Delphinatus fuiſſet tranſlatus in domum Franciæ, vide, quæ dixi infra, quæſt. 554.

a ¶ Credo quod non, ſi ſuperiorem habeat. *Iſtud videtur do. Bart. aperte ſentire in l. 2. circa fi. in pe. not. ibi, habeat rem, cum tamen illud ſeu Parlamentum, vbi non eſt aliquis ſuperior, & c. C. de decu. lib. 10.*

## QVÆSTIO XLIIII.

*Teſtis falſus qualiter puniatur in cauſa criminali, & qualiter in cauſa ciuili.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtis falſo deponentis pœna quæ ſit.*

2 *Teſtis falſus puniendus, non ſecundum verum euentum, ſed ſecundum affectum.*

3 *Nuncius falſam relationem faciens qualiter puniatur.*

1 TESTIS falſo † deponens *a* in cauſa cri- a minali, ex qua irrogatur, & imponitur pœna mortis, debet pœna capitali pu- b niri. ita tenet gl. decreti. *b* in c. rex debet. 23. quæ. 5. & Henr. Bohi. in c. 1. de fal. diſt. 2. & probatur in l. 1. §. 1. ff. de ſica. Si vero teſtis falſo deponat in crimine publico tantum, & non capitali, tunc nō debet talis teſtis pœna capitali puniri, ſed in- c cidit in crimen falſi. l. 1. *c* in principio. & §. 1. ff. de fal. ita declarat gl. in l. 1. in §. præterea. ff. de ſica. ſuper verbo, publico iudicio. Et debet talis teſtis falſo deponens, puniri. vt ſupra declaratur, ſiue ſecuta fuerit condemnatio contra illum, contra quem falſe depoſuit, ſiue non. vt vult. gloſſ. in c. falſidicus. de crim. falſi. & ſatis de hoc, apparet text. in l. 1. §. præterea. ff. ad leg. Cornel. de ſica. d in verbo, damnaretur. *d* non dicit, damnatus fu- 2 erit. † Et ſic ibi text. præſupponit, quod licet non fuerit damnatus ſeu condemnatus ille contra quem falſo depoſuit, quod nihilominus debeat idem falſus teſtis condemnari. Et ita fuit declaratum & concluſum die 13. menſis Septembris, 1453. per dominos Curiæ Parlamenti, præſentibus dominis Franciſco Porterij in legibus licentiato, præſidente Delphinatus, Ioanne Baiuli vtriuſq; Iuris Doctore, Matt. Thomaſſini in legi. licen. Ioan. de Cizerno, Ioan. de Sancto germano aduocato legum Doctor. & me in cauſa contra Ioan. Vileſij, qui falſo depoſuerat, quod nobilis Ioann. Guerſi occiderat quendam fratrem cordigerum cuius contrarium fuit repertum per teſtes, & inde per confeſſionem ipſius Vileſij, qui ex poſt confeſſus fuit falſo depoſuiſſe. Et propterea fuit in furcis, Grationop. collo ſuſpenſus dictus Vileſij falſus teſtis, & fuit de præmiſſis proceſſus ventilatus in manibus Ioannis Cabodi Secretarij Delphin. Similis ſententia fuit lata per Danielem prophetam, qui cōdemnauit ad mortem duos, qui falſo depoſuerant, ſe beatam Suſannam in adulterio reperiſſe, vt in ſancta ſcriptura legitur, Danielis c. 13. Qualiter autem teſtis falſo deponens in cauſa ciuili, debeat puniri: e *e* tunc non fuit determinatum. Sed plene tangit Henri. Bohic. in c. 1. de falſis. in ſecun. diſtin. Sed 3 † qualiter puniatur nuncius ſiue ſeruiens Curiæ, qui falſam relationem facit, vide Spec. in tit. de executore. in §. 1. in verſic. ſed qualiter. & de hoc etiam ſcripſi infr. in q. 328. De hac materia ſcripſi in not. meis in §. nedum. Si teſtis falſo deponat, an iudex poſſit eum punire de falſa depoſitione: vide in 155. conſil. meorum.

a ¶ Teſtis falſo deponens. *De falſo teſte tam in ciuilibus quam criminalibus iudicijs qualiter punietur: vide iſtum conſilio 89. incip. circa merita. in 1. dubio. verſic. circa primum dubium. num. 1.*

b ¶ Glo. decreti. *Verſicu. & periuros. dicit tamen ibidem domin. Archid. quod in hoc caſu, videlicet de*

*quo ibi puniendus motu iudicis. allegat. 4. quæſtion. 3.
qui falſa.*

c ¶ Sed incidit in crimine falſi. *l. 1. Id eſt, in pœ-
nam, quæ infligitur à lege, propter crimen falſi inſtru-
cti vel facti, de quo crimine in allegata l. 1. & §. 1. tan-
gitur & habetur: cuius criminis pœna, eſt in libero ho-
mine deportatio, & omnium bonorum publicatio, in
ſeruo vltimum ſupplicium. vt in prædicta l. 1. §. pœna.
ſed quo ad publicationem hodie non habet locum pœna
prædicta: vt in authent. nulli iudi. §. quia vero. verſi-
culo, vt autem non ſolum. collat. nona.*

d ¶ Damnaretur. *Quod hic dicitur, eſt verum. ſatis
enim eſt, quod ſtuduit, vt damnaretur, vt in illo, qui
dedit pecuniam iudici, vt iuſtam ſentētiam ferret, qui
licet iudicem non corrumpit: quia tamen viſus eſt velle
corrumpere, punitur. vt l. 2. ff. de condic. ob turpē cau-
ſam. præterea in grauioribus criminibus punitur affe-
ctus, licet non ſequatur effectus. l. is, qui. C. de ſica. & l. ſi
quis non dicam. & ibi dominus Bald. C. de epiſc. & cle.*

e ¶ Qualiter debeat puniri. *Vide aliquid per alle.
glo. decreti 22. quæſt. 5.*

## QVAESTIO. XLV.

SVMMARIVM.

1 *Procurator, in cauſa, quam ducit, non debet admitti in teſtem.*
2 *Teſtis domeſticus an debeat admitti.*

SI pars producat in teſtem procuratorē
1 ſuum, † in cauſa quam agat, *a* non debet
a admitti in teſtem. *b* Sed ſi alia pars pro-
b ducere velit procuratorem partis ſuæ aduerſæ,
etiam in eadem cauſa, debet talis procurator co-
gi deponere: vt dicunt Barthol. in l. deferre. in §.
idem decreuerunt. ff. de iure fiſci. & Henricus Bo-
hic. in c. inſuper. de teſti. & gl. Io. And. Ioan. Mo-
na. & Archid. in cap. Romana. de teſt. lib. 6. & gl.
in l. etiam. C. de teſti. & in l. fi. ff. de teſti. Et ſeruat
ita ſtylus huius Parlamenti Delphin. & ideo Io.
Hugonis procurator Antonij Neyreti ex ordina-
tione dictæ Curiæ Parlamēti fuit compulſus de-
ponere in cauſa, cōtra dictum Antonium Ney-
reti eius magiſtrum, pro Cæleſtinis de colum-
berio, in regno, die 8. menſis Aprilis, 1454. in ma-
nibus Anton. de Mollena, notarij & ſecretarij di-
ctæ cauſæ. Sed quid de iudice, an ipſe poſſit pro-
c duci in teſtem. *c* in cauſa coram eo ventilata? Vi-
de gloſ. & Inno. in c. dilecto. extra, de teſti. ponit
glo. in c. fin. eo. titul. lib. 6. & Bart. in d. l. deferre,
2 in fi. † Sed an teſtis mihi domeſticus, *d* poſſit cō-
d tra me in teſtem produci? dicit Spec. quod ſic, in
e tit. de teſt. §. 1. ver. ſed quid de vxore & viro. *e* Ex-
cipitur tamen pater, qui etiam volens contra fi-
lium non debet examinari. vt dicit Spec. in d. §. 1.
in principio.

a ¶ Quam ducit. *Sed ſecus eſt, ſi procurator cauſam
non incipit proſequi. vt in c. ſuper. in gl. in verſicu. in-
ſtit. de teſti.*

b ¶ Non debet admitti in teſtem. *Hoc eſt verum
etiam in cauſa appellationis: licet in cauſa appellationis
non ſit procurator. Ne memor ſui officij forte contrariū
aſſereret veritatis. Et idem eſt dicendum in aduocato.
vt c. ſi. cum gl. 1. de teſtibus in 6. Quinetiā & iſtud pro-
cedit, vbi procurator fuerat reuocatus lite pendente.
Rot. in deciſi. 126 ſi procuratori iurent. Et præmiſſa
procedunt quando procurator eſſet dominus inſtantiæ.
Secus autem vbi eſſet datus ad vnum articulum tan-
tum. Nam ſuper alijs articulis non prohibetur teſtifica-
ri. dictum eſt Bald. in l. omnibus. in verſic. exemplum
de tertio. C. de teſtib. & ibi videas per eum de multis
faciētibus ad materiam præſentis ſpeculationis. Enim-
uero vltra præmiſſa, vnum velim animaduertas, vi-
delicet, quod procurat. vnius in alia cauſa ſimili pro a-
lio teſtis eſſe non poteſt: vt pulchre colligitur ex Rot. de-
ciſ. 371. fuit dubitatum. ſub rubr. de teſti. & app. inno.
Et exinde mihi videtur eſſe allatū granum ſalis, quod
iudicatur ex ijs, quæ ante proxime dixi. Verum dictū
dom. Bald. exiſtimabitur, quod procurat. ad vnum ar-
tic. duntaxat datus, poteſt ſuper alijs articulis depone-
re, dummodo articu. ſuper quo datus eſt, non ſit ſimilis
alijs articulis.*

c ¶ In teſtem. *Dic, quod ſi eſt neceſſe quod petatur
ante, quam lis inchoetur, quod iudex ſiue ſit delegatus,
ſiue ordinarius remouendus eſt à iudicando, & alius
ſubrogandus, vt producatur in teſtem. Ne veritas oc-
cultetur, neue probationis copia totaliter depereat, ve-
runtamen priuſquam petens iudicem, in teſtem produ-
cturus, exaudiatur, debet præmitti ſummaria cognitio
ita ſentiunt dom. Innoc. & Io. An. in no. iuncta glo. in
d. c. dilecto filio. extra, de teſt. §. 1. verſic. quid ſi impe-
tres. & verſ. quid ſi iudex.*

d ¶ An teſtis mihi domeſticus. *Tu vide de hoc
quæſt. in deci. Tho. quæſt. 3. quod ibi ſcripſi.*

e ¶ Verſic. ſed quid de vxore & viro. *Vult allega-
re in 5. col. verſic. quid ſi aduerſarius.*

## QVÆSTIO XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta an poſſit rem emphyteuticariam donare.*
2 *Emphyteuta donando vel vendendo rem emphyteut. an transferat dominium.*

1 AN emphyteuta † poſſit rem emphyteu-
a ticariam donare *a* domino irrequiſito,
vt non incidat in pœnam. l. fin. C. de iu-
re emphyt. glo. & Odof. in d. l. fi. tenent quod ſic.
Idem videtur tenere gl. Ber. Io. An. Inn. do. Fran.
de Zabarellis. Hoſti. & Henri. Bohic. in c. potuit.
extra, de loc. Idem Spec. in tit. de emphyt. §. nūc
aliqua. verſi. 107. & ibi etiam Io. An. in addit. ad
Specu. Idem dicit Pet. Iac. in tit. de actio. in rem,
quæ pro re emph. quæ cecidit in commiſſum. i-
b dem etiam dicit Barth. in l. ſi domus. *b* §. fi. ff. de
le. 1. quos ſequitur do. Io. de Imo. idem etiam te-
net do. Chriſtoph. de Chaſtillione. vt refert do.
meus do. Io. de Gambarano, in d. l. ſi domus. §. fi.
Contrariam opi. tenet primo Cy. in ſuis addi. in
d. l. fi. C. de iu. emphyt. licet contrarium alias te-
nuiſſet in lectura ſua, quē ſequitur Bart. in d. l. fi.
& in l. ſi domus. §. fin. ff. de leg. 1. vbi recitat Pet.
de Bell. Pert. licet contrariam opin. tenuiſſet in
d. l.



c d. le. 1. C. de fundis pa. *c* Hanc etiam opin. tenet
Placentinus, vt recitat gl. in d. l. fi. C. de iur. emp.
Et pro hac parte facit, quod dicit gl. in d. l. fin. C.
eo. ſuper verbo, exiſtimationis. Idem tenet etiā
ibidem Ang. quē ſequitur Pet. Heliæ. in ſuo trac.
d de iur. emph. Idem etiam tenet Io. Fab. in §. adeo.
*d* inſti. loca. & in d. l. fin. C. de iur. emphyt. Dum
ibi dicit quod do. directus debet in donatione
requiri. Hanc opi. etiam ſecuti fuerunt Rich. Ma-
lumb. & Alb. de Roſ. in d. l. fin. C. de iur. emphyt.
& vt refert ipſe do. meus do. Io. de Gambarano
in d. le ſi domus. §. fi. ff. de leg. 1. in reportatis per
me ſub eo, dum ipſe legeret. Et ſecundum hanc
vltimam partem, fuit iudicatum Papiæ. Et hanc
partē puto veriorem: quia aliter non eſſet pro-
uiſum dom. directo: ſed remaneret do. directus
iure ſuo emphyteut. totaliter priuatus ſiue frau-
datus, quia contra nouum poſſeſſorem donata-
rium nullo iure remaneret ſibi prouiſum. Nam
primo actione perſonali contra eum agere non
poſſet ad ſolutionem cenſus: quia actio perſona-
lis nō ſequitur fundi poſſeſſorem, vt iuribus vul-
gatis, non etiam ad commiſſum poſſet agere cō-
tra donatarium, in quem eſt facta donatio, ſine
conſenſu ſuo, cum iure permittente talis dona-
tio facta fuerit, argum. l. Gracchus. C. de adul. Si
dixerimus contrariam opinionē eſſe veram, vi-
delicet quod poſſit donari domino irrequiſito,
& ſic nullo iure ſibi ſuccurretur perderet ipſe do-
minus directus ius ſuū emphyteuticariū: quod
non eſt dicendum. Ideo dominus Barth. de Saly.
in d. l. fi. C. de iure emphy. & Guido. de Salyc. in
d. l. fin. C. de iure emphyt. & Guido de Suzaria in
e ſua repetitione d. l. fin. dicūt aliter, *e* mediam vi-
am tenentes, quod licet emphyt. poſſet donare
domino directo non requiſito: quod tamen do-
natarius debet accipere rē donatam per manus
domini, & ei ſoluere quinquageſimam pro lau-
dimijs: alias cadit in commiſſum. ita dicunt ipſi
f Gui. de Suzaria & Salyc. *f* Et credo, quod iſta ſit
veritas: quia ſic ſubuenitur dom. directo circa
præſeruationem iuris ſui emphyteuticarij: quia
donatarius recipiendo inueſtituram ab ipſo do-
mino directo, & ſibi ſoluendo laudimia obliga-
tur in futurum eidē domino ad ſolutionem ca-
2 nonis & aliorum iurium emphyteuticor. † Et ex
hoc infertur, quod emphyteuta donādo, vel vē-
dendo rem emphyteuticariam, nō transfert do-
minium in donatarium, aut emptorem, donec
per dominum fuerit inueſtitus & retentus, poſi-
to quod in donatione, aut in venditione interue
niant precarium, aut retentio vſusfructus, qui ex
ficta traditione habent transferre dominiū, iux-
ta. l. quiſquis. C. de donationibus. & l. quod meo.
ff. de acquiren. poſſeſſ. Quia hoc eſt verum, quod
donans vel vendens transfert poſſeſſionem per
precarium, aut retentionem vſusfructus in do-
nante vel vendente rem francam, ſeu, allodialē.
Sed in re emphyteuticaria ſecus. ideo text. cum
glo. in dict. l. fina. in fin. ſuper verbo, cadat. C. de
iure emphyteuti. dicit, quod emphyteuta aliter
verſando circa rem emphyteuticariam cadit ip-
ſo iure à iure ſuo: ſi enim eo caſu cadat ipſo iure à
iure ſuo, ergo non tranſit poſſeſſio, & per conſe-
quēs nec dominium in donatarium aut empto-
rem. Et ita fuit declaratum, & iudicatum in hac
Curia Parlamenti Delphinalis de anno Domini
1454. & die 11. menſis Aprilis, in cauſa exiſtente
in manibus Ioannis de Vourey Secretarij Del-
phinalis inter Raymundum Fabri, & Stephanū
eius filium ex vna parte, & Monetum paneteriū
Grationop. ex altera, ad cauſam cuiuſdā domus
donatæ per Solaciam dicto Stephano filio dicti
Raymundi Fabri, & inde Rodetæ ipſius Solaciæ
filiæ. Quæ domus per ſententiam fuit adiudicata
pertinere iure dominij dicto Moneto, vt hęredi
dictæ Rodetæ eius vxoris ſecundæ donatariæ, ex
eo ipſa Rodeta, quæ habuit ſecundam donatio-
nem, fuit prius retenta & inueſtita per dominum
directum de dicta domo, quā dictus Stephanus
filius Raymundi Fabri, licet ipſe Stephanus ha-
buiſſet primo donationem eiuſdem domus, etiā
cum retentione vſusfructus. A qua ſententia idē
Stephanus recurrit, & ſupplicauit ad eādem Cu-
riam Parlamenti, inde per eandem Curiam vo-
catis alijs in iure peritis fuit confirmata de men-
ſe Martij, 1456 in manibus dicti Ioannis, de Vou-
rey Secretarij Delphin. Sed quid in re feudali, vi-
de infra, quæſtione 162.

a ¶ Donare. *Tu vide de hoc, plene per iſtum, conſil.
147. conſilium pro R. Pa. numero 6. verſic. ad ſextum
dubium.*

b ¶ Barth. in l. ſi domus. *Imo dom. Barth. tenet ibi
contrarium. in alleg. §. fi.*

c ¶ De fun. pa. lib. *11. Ibi tenet do. Bart. quod emp.
rem emphyt. domino irrequiſito donare poteſt. & dom.
Bald. in l. fi. C. de iu. emphyt.*

d ¶ Adeo. *De hoc nihil per Ioan. Fabri. in §. adeo. in-
ſti. de loca.*

e ¶ Dicunt aliter. *Dominus Chriſtoph. Por. inſti. de
loca. in addi. ſua incipiente, quæritur an etiam emphy-
teuta. dicit emphyteu. rem emphyteuticariam donare
volēs, domino directo, denūciare debet ſub hac forma:
Ego volo donare melioramenta Titio, vnde tibi noti-
fico, vt ſcias per quem poſſideas. Ipſe enim ibidem ſenti-
re videtur, quod ad aliud faciendum non tenetur ipſe
emphyteuta donator, neque donatarius. Profecto hæc
opinio videtur præſtantior opinione hic in tex. recita-
ta. Tum quia hoc modo prouiſum eſt, domino directo,
quum ſciat per quem poſſideat, nam poſſeſſio ciuilis &
dominium directum apud eum reſident. Quorum qui-
dem vigore, niſi donatarius canonem ſoluat, prout ſol-
uere tenebatur eius author, agetur contra ipſum nega-
toria, ſcilicet negando ipſi donatario ius in re compete-
re, ſaltem quo ad dominiū vtile & poſſeſſionem ciuilē.
arg. eo. quæ habentur, & not. per gl. & doct. in cap. ex-
aminata. extra, de iudi. & per Spec. tit. de locat. §. nūc
videndum. verſic. 48. Et ex vi horum compelletur re-
cognoſcere rem ipſam emphyt. & ſoluere canonem de-
bitum, aut rem dimittere, maxime ſi eſſet in ſolutione*

*canonis vltra tempus legitimum, quoniã tunc poterit, licet non authoritate propria, ſed iudicis expelli. Spec. in præalleg. tit. & ver. in fin. Vel poterit dominus præponere rei vendicationem, niſi donatarius ſoluat cenſum ſiue penſionem, vt in l. fin. in glo. ſuper verbo, aliis verbis. C. de iure emphyt. Tum, quia ſatisfit rationi, qua lex mandat emphy. vendere volenti, vt primo denũciet domino. & ceſſat abſurditas exinde proficiſcens. Tum, quia opinio domini Porci magis vergere videtur ad mediam viam, quæ eligenda eſt. l. antiqui. ff. ſi pars hæred. petatur. Tum, quia huiuſmodi opi. magis appropinquat & conſonat opin. glo. & doct. maioris numeri & authoritatis, & ſic opinioni communi, & præcipue à qua in iudicando non eſt recedendum. vt dicit dom. Alex. conſ. 94. parte Hilarius. qui refert hanc eſſe communem opin. & quod emphyt. poſſit rem domino irrequiſito donare, tenet expreſſe dom. Ang. inſtit. de loca. §. adeo. in verſic. quæro quando emphyteu.*

f ¶ Et Salyc. *Quem etiam vide in d. l. vlt. de iure emphyt. an res emphy. poſſit dari in dotem. Et ſuper omnia, ſi vis peritus effici in materia iuris emph. vide dom. Iaſ. de May. C. de iure emphyt. Quem author præſentis libri non vidit, nec forte primus additionator.*

## QVÆSTIO XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus, an poſſit capere rem iure prælationis in donatione, vt in venditione.*
2 *Contrahentes an poſſint impedire dominum directum capere rem in venditione, iure prælationis.*

SED poſſet dici, quod per prædictam deciſionem non videtur eſſe differentia inter donationem & venditionem, aut aliam alienationẽ,
1 † Sed dico, quod imo eſt differẽtia, quia in donatione dominus nõ põt accipere rẽ donatã iure prælationis, vt dicunt doct. in locis ſupra alle. quos ſequitur Pet. Iaco. in tit. de act. in rem, quæ pro re emphyteuticaria competit, quæ cecidit in commiſſum. circa fin. ibi, item ſi talia pretia non ſint. Secus in venditione per d. l. fin. C. de iure emphy.
2 Sed † iuxta hoc quæro, an contrahentes poſſint inter ſe facere aliquam cautelam ad euitandum, quod dominus directus in venditione non poſſit rem capere iure prælationis. Barth. in le. quod
a ſæpe. a §. ſi quis anni. ff. de contrahen. empt. dicit, quod ſic. videlicet, ſi vendatur res ſub conditione, ſi dominus directus laudare voluerit, &c. De hac materia iuris prælationis vide, quæ dixi infra, quæſt. 408. Sed an dominus directus poſſit capere iure prælationis rem emphyteu. pro amico ſuo, vide, quæ dixi infra, quæſt. 410.

a ¶ Bart. in l. quod ſæpe. *Nihil ibidem, de hoc per dominum Bart. ſed ad hæc facere videntur, quæ nota. & ſcrib. per dominum Bal. in l. hæc venditio. in verſ. 3. not. iuncto ſeq.*

## QVÆSTIO XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Si ex donatione debeantur laudimia.*
1 *Res emphyteutica an poſſit alienari irrequiſito domino.*
2 *Laudimia quibus caſibus non debeantur domino.*

EST etiam aduertendum, quod omnes doct. ſupra proxime allegati tenentes,
1 † quod res emphyteuticaria non poteſt donari irrequiſito domino, præſupponunt & dicũt quod ex donatione debet domino ſolui lau-
b dimium. b & ita expreſſe tenet Pet. Heliæ in dicto ſuo tract. de iure emphyt. Sed Specul. in tit. de loc. §. 1. verſic. 107. & verſic. 110. & Pet. Iac. dicit quod cum in donatione nõ interuenit pecunia, quod ex ea non debetur laudimium domino: & idẽ dicit ipſe in permutatione: ita dicit ipſe Pet. Iac. in titu. de act. in rem, quæ pro re emph. quæ cecidit in commiſſum competit circa fin. ibi, Item ſi talia pretia non ſunt in alienatione, &c. &
2 ibi enumerat ipſe Pet. Iac. aliquos alios caſus. † in quibus nõ debẽtur laudimia: nec poſſũt res capi iure prælationis, videlicet de legato. Item de re data in dotem non æſtimata. Item in donatione inter viuos. Item in pacto legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem, circa tamen permutationẽ, vide, quæ dixi infra, quæſtione 92. & de pacto legis commiſſoriæ ſcripſi ſupra, quæſtione 6. Sed de conſuetudine generali in præſenti patria Delph. ſoluuntur dimidia laudimia, pro re donata, & conſueuerunt donatarij ſe retineri & inueſtiri facere à dominis directis, alias res committitur, & ita etiam ſeruat ſtylus præſentis Curiæ Parlamenti in iudicando. Sed an ex remiſſione, quæ fit inter ſocios, vel cohæredes, debeatur laudi-
c mium. c dic quod non, vt tenet Bart. in l. ſi. ff. de cond. fur. Vide de iſta materia infra, quæſt. 92.

a ¶ Debeantur laudimia. *Si res emphy. donatur vel datur in dotem: vide dom. Iaſ. de May. in l. vlt. col. 14. verſ. nono quæro. & verſ. decimo quæro. C. de iure emph. vbi diffuſe de his quæſtionibus tractat.*

b ¶ Debet domino ſolui laudimium. *Tu vide de hoc per iſtum conſil. 162. incip. conſului pro re 6. ver. ad ſextum quia de iure.*

c ¶ Debeatur laudimium. *Vide iſtum conſil. 46. incip. in facto præſupponuntur. num. 2. verſi. plus poſſet dici. & deci. Tholo. quæſt. 27.*

¶ *No. quod nomine rei emphyt. donatæ debetur laudimium, iſta conſuetudine generali Delphin. obtinente. de iure tamen ſcripto verior videtur opinio vergens in contrarium, per ea, quæ dicit dom. Alex. conſil. 94. parte Hilarius.*

## QVÆSTIO XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Dominium rei donatæ abſenti notario ſtipulante pro eo, an in donatarium tranſeat.*
2 *Donatio facta abſenti abſque miniſterio epiſtolæ vel nuntij, firmetur ne iuramento.*

IN



IN proceſſu dictæ cauſæ Stephani Fabri,
1 fuit orta alia quæſtio, videlicet, † An ex donatione, quam primo loco fecit dicta Solatia, de dicta domo domino Stephano Fabri abſenti, notario pro eo ſtipulante, fuerit dominium tranſlatum in ipſum donatarium antequam eam acceptauerit: poſito, quod de conſenſu domini directi fuiſſet facta ipſa donatio. Videtur, quod non, per l. abſenti. in fi. ff. de do. Etiam quacunq; ſtipulatione notarij interueniente, per tex. in fi. d. l. abſenti. ibi, dum dicitur, etiam ſi per ſeruum eius, cui donabatur, miſſa fuerit. Sed Bar.
a a in l. tam is. in §. filius. ff. de do. cau. mor. in 2. q. quæ incipit, Quæro, an iſta donatio. & in l. ſi pupillus. ff. rem pup. ſal. fore. videtur velle, quod etiam hoc caſu ſufficit ſtipulatio notarij. Et ita etiã in dicta cauſa fuit inter Dominos Parlamẽti cõcluſum, inſequendo etiã generalem conſuetudinẽ huius patriæ Delph. per quam ex ſtipulatione
b notarij etiam in extraiudicialibus b quæritur ius abſenti & ignoranti. de hac materia etiam tetigi
2 infra, q. 222. & q. 316. & 317. † Sed an donatio facta abſenti abſq; miniſterio epiſtolæ, vel nũtij, firmetur iuramento. vide Henr. de Bouenco. in auth. ſacramen. pub. C. ſi adue. ven. in ſua repetitione, in materia cauſæ formalis, circa pri. de donatione facta abſenti. vide quę ſcripſi in notabilibus meis, fo. 5. ver. l. & ſeq. &c. & 32. conſi. meorum.

a ¶ Sed Bar. *ipſe autem dc. Bar. in locis hic alleg. non loquitur in terminis huius quæſt. nec quicquam dicit de acquiſitione dominij: ſed vtilis actionis ſine ceſſione. verũ, in hoc facit, quod ſicut ipſe vult, notario ſtipulante acquiri abſenti vtilem actionem in conuentionalibus, ita quoq; arg. à ſimili, ſiue ex identitate rationis, videtur ſentire dominium per ſtipulationem notarij abſenti acquiri poſſe, hoc ſane intelligas cõcurrente traditione. nam ſine vera vel ficta traditione non transfertur dominium. l. traditionibus. C. de pact. & ita intelligendum & ſupplendum eſt in huiuſmodi q. ibi, quod etiam hoc caſu ſufficit ſtipulatio notarij.*

b ¶ In extraiudicialibus. *Do. Io. Fab. in §. ſi quis. 2. col. verſ. circa vero acquiſitiones. inſtit. per quas perſo. nob. acquir.*

¶ *Quia iſta quæſtio eſt ſingulariter notanda propter fraudes, quæ poſſunt fieri in proceſſibus, quæ vertuntur in Curijs Parlamentorũ: per ſubtractionem inſtrumentorum procuratorij. & poſtea partes dicunt proceſſum & arreſtum eſſe nullum: quia non conſtat de conſtitutione procuratoris.*

## QVÆSTIO L.

SVMMARIVM.

1 *Non appellatur à ſententiis latis per ipſam Curiam Parlamẽti.*
2 *Nullitas oppoſita contra ſententiam, impedit executionem ipſius ſententiæ.*
3 *Cautio iuratoria eius, qui obtinuit ſententiam, à qua ſupplicatur, quando admittatur.*
4 *Præfectus prætorio quis dicatur, & eius poteſtas.*

QVia hæc Curia Parlamenti ex aliqua conſuetudine eſt redacta ad inſtar iudicij præfecto-
1 rum prætorio: † ideo à ſententiis latis per ipſam Curiam Parlamenti, nõ appellatur: ſed tantummodo ſupplicari cõſueuit: ſicut à ſententia præfectorum prætorio: vt l. 1. C. de ſentent. præfect. præto. quæ ſupplicatio licet infra tempus decem dierum, & in ſcriptis, vt decet, fuerit interpoſita, non impedit nec impedire conſueuit executionem ſententiæ Curiæ Parlamenti, ſi pars victrix præſtet idoneã cautionẽ, de reſtituendo aut reducendo rem in priſtinum ſtatum, iuxta auth. quę ſupplicatio. C. de prec. Impera. offe. ita ſeruat ſtylus dictæ Curiæ Parlamenti. Quod ſecus eſt in Curiis iudicum inferiorum, à quorum ſententiis appellatur: & quorum app. ſuſpendit iudicatum: vt in rubro & nigro. ff. nil. noua. & ponit gl. in d. aut. quæ ſupplicatio. Iuxta hæc quæro, an dicta cautio debeat præſtari ante executionem ſentẽtiæ? Dic, quod ſic, per ea, quæ leguntur & not. in dict. auth. quæ ſupplicatio. Sed pone, quod facta fuit executio ſententiæ antequam fuerit præſtita cautio, an reconualidetur executio ſententiæ per cautionem poſtea præſtitam? credo quod non. per ea, quæ in ſimili videmus in vſurario, cuius teſtamentum nõ valet, niſi præſtet cautionem de vſuris reſtituendis, & ſi poſtea illam cautionem præſtet, non reconualidatur teſtamentum. & ad hoc inducunt doct. l. ſi filius. ff. de teſt. & ad hoc ibi inducit illam l. do. Iacob. de Puteo. de quo etiam per Barto. in l. filio præterito. ff. de iniuſt. & irri. teſt. circa finem ſui apparatus. & ha-
2 betur in c. quanquam. de vſur. lib. 6. ¶ † Sed iuxta hanc materiam quæro quid ſi ſententia Curiæ Parlamenti eſſet ex aliquo capite ipſo iure nulla: an talis nullitas per partem oppoſita, de qua poſſet in promptu ex eiſdem actis apparere, im-
a pediet executionem? a de qua in dict. auth. quæ ſupplicatio. poſſet dici, quod ſic, de iure, quia nullitas oppoſita contra ſententiam impedit ex-
b ecutionem ipſius ſententiæ: maxime, b quando nullitas eſt notoria apparens ex eodem proceſſu: alias ſecus, vt dicit Barto. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. imo (quod plus eſt) error adiectus in ſententia, impedit executionem, vbi in continenti de errore apparere poteſt ex eiſdem actis: vt dicit d. Ioan. de Imol. in c. cum Bartoldus. extra, de re iud. & ibi Innocent. & id, quod ſupra dixi, quod ſupplicatio à ſententia Parlamenti, non impedit executionem ſententiæ, ſi pars victrix præſtet cautionem: hoc eſt verum, & debet intelligi, vbi ſententia eſſet valida: vt voluit Bal. in d. auth. quæ ſupplicatio. Et videtur ſentire gl. in d. l. 1. C. de ſen. præfecti præt. in gl. 1. vbi dicit, quod tunc ſupplicatur à ſententia præfecti prętorio, vbi ſententia eſt valida, licet lata cõtra ius litigatorũ: volens innuere
c c glo. quod alias ſi nulla eſſet, non eſſet neceſſe ſupplicare, ſicut nec à ſententia nulla appellare. Tamen quicquid ſit de iure, de ſtylo dict. Curiæ Parlamenti, & communi obſeruantia, etiam ſi ſupplicetur infra decem dies à ſententia per dictam Curiã Parlamẽti

 lata,

lata, nulla exceptio etiã nullitatis impedire conſueuit executionem iudicati, ſi offeratur & præſtetur dicta cautio per partem victricem. Sed poſtea in cauſa reuiſionis in diffinitiua conſueuit fieri reparatio. Et corroboratur iſte ſtylus per di-
d ctum Innoc. d dicentis indiſtincte, quod nullo iure comprobatur, quod nullitas oppoſita impedire debeat executionem ſententiæ: in c. cum in iure peritus, ext. de off. dele. Sed ſi non ſupplicetur, à ſententia Parlamenti infra decem dies, an debeat alia pars præſtare cautionem? Bart. dicit, quod non, in d. auth. quæ ſupplicatio. & ita etiam ſeruat ſtylus huius Curiæ Parlamenti. Sed iuxta
3 † hoc quæritur, ſi ille, qui obtinuit ſententiam, à qua ſupplicatur, fecit diligentiam de reperiendo cautionem, & nullam reperit, an eo caſu debeat admitti iuratoria cautio. iuxta auth. generaliter. C. de epiſc. & cle. Crederem, quod ſic, de iure: per d auth. generaliter. de hoc tamẽ dic, vt infra plene dixi, q. 189. & q. 420. An literæ quinquennales impediant exequi ſententiam Parlamenti, vide infra, q. 97. An reſcripto principis poſſit dicta ſẽtẽtia differri, ſeu eius executio vſq; ad finem cauſæ reuiſionis. vide, quæ dixi. q. 320. Quia ſupra dixi, quod hæc curia fungitur vice præfecti prætorio:
4 quæro, † quis dicatur præfectus prętorio. Dic, ſecũdum aliquos eſt, qui immediate ſubeſt principi, & præeſt omnibus iudicibus & excellẽtior eſt omnibus magiſtratibus, & à talibus non appellatur, & minor contra eius ſententiam non reſtituitur. ¶ Tertio, poteſt condere leges & facere conſtitutiones, ita ponit Specu. in tit. de iuriſd. omn. iud. circa principium.

a ¶ Sed iuxta, &c. impediat executionem. *Iſta quæſtio videtur in idem recidere cum quæſtio. ſeq. tamẽ in hoc videtur differentia, quod hic intelligitur, quãdo nullitas opponitur in executione ſententiæ: ibi autem quando obijcitur in ſuppoſitione à princip. oblata.*

b ¶ Maxime. *Iſta dictio hic non implicat idem in caſu contrario: ſed maxime poteſt exponi, id eſt, multum, prout, ſumitur ſecundum vnam expoſitionem per do. Car. in c. 1. ver. 3. no. de renun. in cle.*

c ¶ Videtur innuere. *Imo glo. cum dicit, illud expreſſe, ibi, non legis vel conſtitutionis.*

d ¶ Inn. *Caue, quia videtur loqui in alio caſu. Et de hoc vide Inno. in c. de cætero, & ibi plenius dom. Fel. extra, de ſentent. & re iud.*

## QVÆSTIO LI.

SVMMARIVM.

1 *An Trebellianica poſſit prohiberi per teſtatorem in liberis primi gradus. Et quidem in extraneis.*

2 *Trebellianica an detrahatur, de re prohibita alienari, per teſtatorem.*

SEcundum ſtylum dictæ Curiæ Parlamenti,
1 Trebellianica non poteſt † prohiberi per teſta-
a torem a in liberis primi gradus, qui ſtylus cõprobatur diſpoſitione iuris, in l. ſi vt allegas. C. ad legem Falc. & in §. ſed quia. inſt. de fideic. & probatur in l. iubemus. in prin. C. ad Trebell. ſic inducendo: nam ſi pater vel mater rogauerit hæreditatem reſtituere fratribus, & rogauerit vel iuſſerit, quod fructus imputentur in Trebel. & ita detractionem Trebelli. in ſubſtantia hæreditatis prohibuerit: nihilominus talis filius quartã Trebellianicam detrahet tali rogatione vel iuſſu nõ obſtante, ac etiã non obſtante quod fructus percepit. hoc etiam ſatis bene probat, d. l. ſi vt alleg. quæ in filio rogato reſtituere fratribus loquitur, ſecus in extraneo hærede rogato, cui poteſt Trebel. per teſtatorem prohiberi: vt tenet Bart. in l. Marcellus. ff. ad Trebell. & gl. in auth. de hæredi. & Falcid. in §. ſi vero expreſſim. Iacob. de Aret. & Cyn. & Salic. in authen. ſed cum teſtator. C. ad legem Fal. & Azo. in Sum. auth. quæ dos. licet indiſtincte dicat Trebel. poſſe prohiberi: debet intelligi in extraneo hærede rogato: nõ autẽ in liberis primi gradus: quia extraneis non tanto iure debetur hæreditas, ſicut filiis primi gradus, ideo hoc operatur fauor liberorum, & iſta eſt vera opinio, quæ in iudicando ſeruatur: licet aliqui alij in iure ſcribentes dixerunt Trebellianicã non poſſe prohiberi, etiã in extraneis: iuxta ea, quæ legũtur per Bartolũ in l. quod de bonis. in §. cũ fideicommiſſum. in prima oppoſitione b ff. ad legem
b Falcid. An per verba, pleno iure, cenſeatur Trebellianica prohibita? vide, quæ dixi infra, quæſt.
2 537. & in 40. conſil. meorum. Sed an † de re prohibita alienari per teſtatorẽ detrahatur Trebellianica? dic, quod non, quia videtur etiã hoc caſu prohibita, per auth. ſed in ea re, C. ad leg. Falc. & ibi hoc dicit expreſſe Bal. de re prohibita alienari, nõ detrahi Falcidiam vel Trebellianicam. idẽ tenet Azo. in Sum. eo. tit. §. item ceſſat. idem Io. And. in ca. Raynaldus. in gloſſ. fin. in Nouell. de teſta. Idem Bart. & Cyn. in dicta authen. ſed cum teſtator. C. ad legem Falc. An autem Trebellianica prohibita in primo gradu, cenſeatur prohibita in ſequentibus, vide, quæ dixi infra, q. 592.

a ¶ Per teſtatorem. *Tu vide de hoc iſtum conſ. 122. incip. Ioannes molaris num. 5. verſ. ad quintum quæſitum, & conſil, 140. incip. conſilium pro nobili Aimone. nu. 3. verſ. ad tertium. & melius ver. ſequen.*

b ¶ Bar. in 1. op. *Aduerte, quia loquitur in filiis primi gradus, qui debitum cum Falcidia compenſant: etiam ſi hoc teſtator expreſſit ſecundum primam lect. glo. quã in fine ipſe d. Bart. reprobat, dicens, quod etiam in filiis primi gradus Falcidia cum debito compenſetur teſtatore iubente.*

## QVÆSTIO LII.

SVMMARIVM.

1 *Filius rogatus poſſitne duas quartas indiſtincte detrahere.*

LIcet doctores in iure Ciuili ſcribẽtes in l. quãquam. C. ad legem Falcidiam. & l. Papinia. §. quarta. ff. de inoff. teſta. & in auth. res, quæ. C. cõmu. de leg. & ibi Iac. Bu. diſtinguant circa detractionem duarum quartarũ in liberis rogatis reſti-



1 tuere hæreditatẽ paternam: † an filius poſſit detrahere duas quartas: videlicet legitimã & Trebellianicã: quia dicunt, quod filius, aut eſt rogatus pure, aut ſub conditione. Illam diſtinctionẽ
a reprobant canoniſtæ dicentes indiſtincte, a filiũ poſſe detrahere d. duas quartas, per ea, quæ legũtur, & not. in c. Raynu. & c. Rayna. extra, de teſt. Et hæc ſententia canoniſtarum ſeruatur in iudicando, tam in hac Curia Parlamenti, quam in aliis Curiis inferioribus præſentis patriæ Delphi. de ſtylo & cõſuetudine generali præſentis patriæ Delphi. & ita etiam practicat & ſeruat totus mũdus: vt atteſtantur do. videlicet Iac. Bu. Ray. Bal.
b b & Ang. de Peru. in d. l. quanquam. nec mirum ſi hæc opinio ſeruetur: quia pro illa ſunt text. expreſſi in d. c. Raynutius. & c. Rayna. cui deciſioni propterea eſt ſtandum: quia vbi reperitur deciſum iure canonico, ſtandũ eſt illi iuri canonico, etiam in foro ciuili: argu. eorum, quæ habentur in c. 1. de no. ope. nun. & in l. per hanc. C. de tem. ap. & eſt æqua & fauorabilis hæc opinio. cum hæreditas parentum quadam ratione naturali ſit filiis debita. l. cũ ratio. ff. de bo. dam. Et hoc verum dico, niſi teſtamentũ eſſet nullum ratione præte-
c ritionis c paternæ vel maternæ, in quo ſubiuncta eſſet clauſula, ſi non valet iure teſt. &c. Tũc enim non detraheretur, niſi vna quarta, hoc eſt legitima, ex eo, quod proximiores cenſentur eſſe rogati pure reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto. l. ex teſt. C. de fideic. & l. ſi iure. C. de teſta. ma. & l.
d ex ea ſcriptura, d ff. de teſta. & ibi ſunt no. gl. & po-
e nit Bar. e in auth. ex cauſa. C. de li. præt. vel exhęr.
f Et ideo, quia rogatio cenſetur f facta tantummodo: vna quarta detrahitur, hoc eſt legitima. Iſtam concluſionem ponit Bar. in l. quanquam. C. ad l. Fal. de hoc etiam tetigi infra, q. 323. & q. 513.

a ¶ Indiſtincte. *Et hoc aperte traditur in c. Raynutius. iuncto c. Raynal. hic alle. prout etiã dicit gl. in ver. legitimam. in alleg. c. Raynutius. & ibi d. Inn. in 2. col. circa fi. Vnde mirandum videtur do. Odof. & Cyn. qui intelligunt opinionem canoniſtarum eſſe ſecundum diſtinct. prædictam. Sed hoc fortaſſis proceſſit ex eo, quod in d. c. Raynutius. fuit filius rogatus de reſti. hæred. ſub conditione, vel fortaſſis ex eo, quod ibidem in fi. gl. prædictæ ponitur huiuſmodi diſtinctio, vtrũ pure & ſimpliciter filius rogetur de reſtituenda hæreditate, aut ſub conditione vel in diem, vt ſi pure, tunc vnam Falcidiã tantũ habere debet. Si in diẽ, vel ſub conditione, vtranque habebit. Et ſecundum hanc diſtinctionẽ dicitur eſſe deciſum per d. c. Raynutius. & c. Raynal. vt per d. Pet. Io. de Ferra. in forma libelli, quo agitur ex ſubſtitutione in gl. ac per fideicommiſſum in verſ. ſed circa. pri. col.*

b ¶ Bal. *Ipſe ibid. non tenet hanc opin. ſed amplectitur diſtin. præd. Et ideo puto, quod intẽdit allegare. Ia. But. quem alleg. d. Cyn. in alle. l. quanquam.*

c ¶ Præteritionis. *Suppl. vel exhæredationis, vel defectus ſolennitatis per ea, quæ ſcribuntur per dom. Bar. in authen. ex cauſa. vlt. col. C. de liber. præter. vel exhæred. & in l. quanquam. C. ad leg. Falcid.*

d ¶ Ex ea ſcriptura. §. *ex his verbis.*

e ¶ Barto. *In vlt. col. & vlt. quæſt.*

f ¶ Pure. *Si quidem per c. ſupra mentionatum diſponatur filium rogatum reſtituere hæreditatem indiſtincte poſſe detrahere debitum iure naturæ, & Trebellianicam: ſi vero huiuſmodi diſpoſitio canonica ſit ſeruanda, videtur vtiq; ratio hic aſſignata non vigere, & ideo cogitabis, ſi limitatio poſita ibi, & hoc verum, &c. qualibet alia ratione ſuſtineri valeat.*

## QVÆSTIO LIII.

SVMMARIVM.

1 *Filij primi gradus, an perdant Trebellianicam per omiſſionem inuentarij.*

2 *Quarta Trebellianica retẽta, an poſſit ex ea detrahi alia, ſi hæres detrahens alium inſtituat, & per fideicommiſſum ſubſtituat.*

3 *Veniens ab inteſtato, per titul. ſi quis omiſſa cauſa, vel ſi non valet iure teſta. &c. an poſſit detrahere Trebel.*

OBſeruatur in iudicãdo de ſtylo in Curia Par-
1 lamenti, quod liberi primi † gradus, rogati reſtituere hæreditatem per non confectionem inuentarij, non perdũt Trebellianicam. qui ſtylus probatur ratione: nam ſecundum communem opinionem filius non priuatur legitim. ſi non fecerit inuentarium: vt not. gloſ. in authen. ſed cũ teſtator. C. ad l. Falcid. & in authe. hoc amplius. C. de fideicõmiſſ. & ſequuntur cõmuniter doct. excepto Nic. Matarelli. & bene probatur per d. authent. hoc amplius. Sic ergo dicamus, quod nec priuari debeat Trebellianica, quod ſecus eſt in extraneo hęrede rogato, qui perdit Trebellianicam, niſi confecerit inuentarium. vt tenent Ia. de Ra. Bal. Cy. Sali. Guiliel. de Cu. Pet. de Bella pertica. Albe. de Roſ. in d. auth. ſed cum teſtator. & ipſe Bal. in l. cum tale. §. 1. ff. de con. & de. licet contrariam partẽ tenuerint, Iac. de Bello viſu. &
a Ray. in d. auth. ſed cum teſtator. Bartol. a & Angel. in l. Marcellus. §. quod autẽ. ff. ad Treb. & do. Io. de Imol. ff. de acq. hær. ſuper rub. & Ia. de Are. & domi. meus, dominus Franciſcus de Thoma. in l. 1. ff. de leg. 1. quorum opinio non videtur vera, cum hæres non conficiens inuentarium, præſumatur res hæreditarias ſubtraxiſſe: vt in corpore, vnde ſumitur dict. authent. ſed cum teſtator. ideo deneganda eſt ſibi detractio Trebellianicæ, cum præſumatur tantum de rebus hæreditariis habuiſſe. Et ratio differentiæ quare filius non debet perdere Trebellianicam, per non confectionem inuentarij, & extraneus, ſic eſt, nam filius agit quodammodo de damno vit. quia ſi filius, ergo hæres. 17. q. 8. c. final. Extraneus autem tractat de lucro captando: vnde non mirum, ſi per non confectionem inuentarij perdat Trebel. & ad hoc facit l. ſi patronus. ff.
2 de donationibus. titul. generali. Vtrum † de quarta Trebellianica retenta, poſſit alia Trebellianica detrahi, ſi hæres detrahens aliũ inſtituat, & ſibi per fideicommiſſum ſubſtituat. vide l. irritum. C. ad legem Falcid. iuncta. l. quanquam. C. eod,

C.eod.tit.de materia Trebellianicæ,&an poſſit
detrahi in vna re,& ſi perdatur per non cōfectio-
nem inuentarij,vide plene Bal.&Sali.in l.filium,
quem habentem.C.fami.erciſ.& Bart. in l.Mar-
cellus.§.res,quæ.ff.ad l.Falcid. Et aduerte ad d.l.
filium quem habentem. quia Gofredus de Sali-
gniaco in d.§.res,quæ.dicit,quod licet.d.l.ſit ſub
tilis:tamen eſt inutilis,& quod Codex nō minus
3 valuiſſet, ſi ibi appoſita nō fuiſſet.† Vtrū veniens
ab inteſtato per tit. ſi quis omiſſa cauſa teſta. vel
virtute illius clanſulæ, ſi non valet iure teſtamē-
ti,valeat codicillorum,poſſit detrahere Falcidiā.
dic,quod ſic.l.fi.C.quando dies leg.cedat.

a ¶ Bar. *Ipſe autem do.Bart.tenet contra do.Cy.dicēs,
quod alias pluries de facto dicit,quod Treb. non perda-
tur propter non confectionem inuentarij, & ſubdit
quod ita obſeruatur communiter. vt in auth. ſed cum
teſtator in vlt.col.ver.quæro an per confeſſionem.C.ad
l.Fal.Et ibi dicit dom.Alex.in additio.Bar.in verſ.per
datur.quod cōmunis opinio omnium eſt, quod per non
confectionem inuentarij Trebellianica non perdatur.*

## QVAESTIO LIIII.

SVMMARIVM.

1. *Poteſtas paterna ſola an attendatur in iudiciis.*
2. *Filiofamilias maiori agenti,vel conuento, an requiratur con-
ſenſus patris,diſting.*

1 TEmpore,quo aduocabam in d. Curia† Parla-
menti, antequam eſſem Conſiliarius in ipſa
Curia,in pluribus cauſis oppoſui, & vidi opponi
per alios aduocatos pro clientulis, quod ipſi cli-
entuli erant filiifamilias, licet maiores, & quod
interuenerant in cauſa ſine licētia paterna. Ideo
proceſſus nullus:iuxta l.nō ſolum.§.neceſſitate.
C. de bo. quæ libe. Sed his oppoſitionibus non
obſtantibus Domini Parlamenti in cauſis proce
debant, ita, quod in ipſa Curia Parlamenti non
curatur de patria poteſtate, in agendo vel defen-
dendo,& hoc in filiofa.maiore. Sed Bar. in filio-
fam.minore,in l.fi.§.1.ff.de verbo. oblig. dicit,
quod in re,quæ non pertinet ad patrem, vt in a-
ctione perſonali,vel criminali, nō ſufficit patris
autoritas:imo debet filiofa.minori dari curator.
Sed iſtud etiam non ſeruatur in d.Curia:ſi filius-
fa.minor ageret,vel conueniretur pro re, in qua
patri quæritur vſusfruct.vel aliquid aliud,ſuffice
ret de iure patris authoritas.vt dicit Bar.in d.l. fi.
in ſua diſt. De hac materia,vide quæ dixi infra, in
diuerſo caſu,q.410.verū, quia in aliis Curiis in-
feriorib. præſentis patriæ Delph. ſeruatur in iſtis
iuris communis diſpoſitio,prout vidi: Ideo pro
2 declaratione præſentis materiæ,† cum quæritur,
an filiofa. maiori agenti, vel conuento requira-
tur conſenſus patris,& ſic diſtingue,quia aut ipſe
filius agit,aut conuenitur ſuper peculio Caſtren-
ſi,vel quaſi,aut aduentitio, aut profectitio, aut
ſuper delicto. Primo caſu, ſi agat vel conuenia-
tur, non requiritur patris authoritas.l. Impera-
tor.ff.ad Treb.& l.2.ff.ad Maced.& l. 2. C. de ca-
ſtrenſi pec.in aduentitiis autem diſtingue, aut pa
ter habet in illis vſumfructum,aut nihil habet in
illis bonis. Primo caſu, ipſo filio conuento con-
ſentit,& ipſe pater de conſenſu filij experitur: vt
d.l.non ſolum.§.vbi autem.ff.de iudiciis.l.ſi lon-
gius.§.ſi filius,niſi in caſibus enumeratis in d. l.ſi
longius.& in l.filiusfa.ff.de act. & obl. Si autem
pater non habet in illis vſumfructum,iterum di-
ſtingue, aut quia non vult: & tunc agenti & fu-
gienti conſentire compellitur officio iudicis. vt
in d.§.neceſſitate. cum ibi not. aut quia ibi non
poteſt:vt in auth.idem eſt.C.de bon. quæ lib. &
tunc non cogitur: vt ibi per gloſ. in rebus autem
profectitiis,dic,quod ipſe pater agit,& conueni-
tur,& non filius,quia totum cedit patri: vt in d.l.
cū oportet.& inſti.per quas perſo.nobis. ac.§. 1.
a Si autē agat vel conueniatur ſuper delictis, a aut
ſunt publica,aut priuata,in publicis agere vel ac-
b cuſare poteſt ſine conſenſu patris, b l.inter libe-
ros.§.pen.ff.de adult.& l.filium.eod.tit. & l.poſt
legatum.ff.de his,quibus vt indig. & idem in pri-
uato delicto,ſi conueniatur,vt l.noxali.& l.ſe.ff.
de nox.licet glo.ibi videatur dicere contrarium.
Si autem agat filius in priuato, vel in iniuria illa-
ta in perſonam ſuam,tunc agere poteſt ſine con-
ſenſu patris. Aut in rebus, & tunc agere non po-
teſt ſine conſenſu patris, argu.ad hoc. ff.de iniu.
l.ſed ſi vnius.§.filio.& de act.&obl.l.filiusfa.la.2.
Et generaliter dic, quod in quibuſcunque rebus
filius conueniat vel conueniatur, ſi in illis pater
habet vſumfruct.eius conſenſus requiritur: ali-
ter non iſta ſunt verba dom.Oldra. Sed an filius-
famil.poſſit vt procurator alterius in iudicio cō-
parere,ſine authoritate patris,Odoffredus dicit,
quod ſic.Franc.Accurſius,& quidam alij dicunt,
quod nō, ſuper quo vide doc.in l.filiusfamilias.
ff.de iis,qui ſunt ſui vel alie. iur. Sed an filiusfa-
milias debeat petere licentiam ſtandi in iudicio
à patre ingreſſo religionem,vide docto.in leg.pa
tre furioſo.ff.de iis,qui ſunt ſui vel alien.iur. An
filiusfamilias poſſit ſtare in iudicio ſine licentia
patris,vbi pater eſt extra territorium, Bald.dicit,
quod ſic, in leg. non ſolum.§. neceſſitate. C.de
bo.quæ lib. Et iſtud eſt primum membrum di-
ſtinctionis,quod ibi ponit. An pater poſſit ratifi-
care iudicium filij,vide Bald.ibidem. item filius-
familias poteſt eligere ſepulturam ſine conſenſu
patris. item filiusfamilias poteſt teſtari ad pias
cauſas de aduentitiis de conſenſu patris,vt plene
per Ludouic.Roma.in l.Senium.§.1.C. qui teſt.
facere poſſunt.& vide Bart.&Bald.in l.1.C.de ſa-
croſan.eccleſiis.

a ¶ Super delictis.*Iſtiuſmodi diſtinctio videtur com
muniter per doc.approbata.& hanc diſtinctionē ponit
formaliter do.Bald.alleg.§.neceſſitate.3.col. ver. quæ-
ro nunquid iſte.§.habeat locum in criminalibus. verū
tamen idem dicit Bald.circa fin.d.verſ.conſuluit aſſeſ-
ſoribus propter opinionum varietatem, quod compel-
lant patrem ad conſentiendum, ne eorum ſentētia poſ-
ſit in dubio reuocari contra ipſos iudices, tanquam de
imperi-*



*imperitia.Et idipſum pariter conſuluit domi.Bart.di-
cens:adhibeatis patris conſenſum,quando poteſtis:quia
illud tutius eſt:ita conſuluit faciendum fore,vt in præ-
dict.§.neceſſitate.in fine.*

b ¶ In publi.ſine conſenſu patris. *Iſtud tenet dom.
Odof.in d.§. neceſſitate.3.col.in verſ.ſed denuo quæro.
quo vero ad delicta priuata.ſtat in terminis arguendo,
pro & cōtra,vt ibidē.3.col.verſic.vel poteſt dici, ibi,
item hoc eſt verum.iūcto ver.ſed do.Cy.tenet indiſtin-
cte,quod in criminalibus cauſis debet conſenſus patris
interuenire.vt in d.§.neceſſitate. vltim.colum.in ad-
dit.ſeq.gloſſ.*

## QVAESTIO LV.

SVMMARIVM.

1. *Tranſacto ſuper negotio principali,an videatur tranſactum &
ſuper expenſis.*
2. *Proteſtationis vſus,*

SI lite pendente partes concordēt inter ſe, aut
1 † tranſigāt ſuper negotio principali, tacito de
expenſis,an poſtea ipſæ expenſæ peti poſſint? Io.
And.in Nouella,de eo qui mittitur in poſſe.cau-
a ſa rei ſeruandæ.li.6.ſuper rub.dicit, quod ſic, a &
facit c.in noſtra.de iniuriis. vbi ſi concordetur
de iniuria,non videtur concordatum de expen-
ſis.Et ita ſeruat dicta Curia Parlamenti in iudi-
cando:licet in contrarium faciant ea,quę legun-
tur & notantur in l.centum Capuæ.in gloſſ. fi. &
ibi plene per Bartol. ff. de eo, quod certo loco.
vbi recipiendo ſortem quis, videtur tacite inter-
eſſe remittere. facit etiam pro hac vltima parte.
l.exigimus.in princip.ff.ſi quis cau. vbi lite finita
per tranſactionem,de toto videtur tranſactum.
Et in hac opinione fuerunt aliqui ex dominis de
Parlamento,dicentes, debere imputari ei, qui
concordando aut tranſigendo potuit apertius
legem dicere,& non dixit,iuxta l. veteribus.ff.de
2 pact. Aut ſaltem† proteſtari de expēſis,cum pro-
teſtatio conſeruet ius in futurum:vt iuribus vul-
gatis. De hac tamē proteſtatione vide,quę plene
dic.Bart.in d.l.centū Capuæ.in glo.fin. & Cy. in
l.exhibitionis.C.ad exhi.& vide in c.potuit. cir-
ca finem,extra,de lo. Et pro hac vltima parte et-
iam facit l. terminato.C.de fruct.& li.expenſis.

a ¶ Io.An.&c.quod ſic. *Profecto ipſe loquitur in a-
lia q.longe ab hac quæſt.diſcrepante, nec quidem ver-
git in cōcluſionem huius deciſionis,niſi fortaſſis per illa
verba,ſcilicet diſtinctæ ſunt expenſæ, maxime contu-
maciæ à negotio lōge pluſquam fructus areæ, vel vſuræ
à ſorte. Et ſi ita nude intellexerit, minus ſane intelle-
xiſſe arbitror.& ideo eſt dicendum,quod tranſactio ſu-
per negotio principali tacito de expenſis,quæ non debē-
tur ratione contumaciæ, vlterius peti non poſſunt:quia
veniūt officio iudicis mercenario, quod non durat lite
finita.Et pro hoc eſt text.apertus in l.terminato. C.de
fruc. & li.expen.& ibi dom.Odo.dicens, quod ex quo
ſublatum eſt iudicis officiū ſuper principali,& ſuper ac-
ceſſorio,&c.& ibi do.Cy.in 2.opp.dicens,non poteſt hic
manere acceſſorium, quod dependet ex principali, ſed
ſecus eſt de expenſis, quæ veniunt occaſione contuma-
ciæ:nam illæ petuntur actione in factum ex edicto.ff.ſi
quis ius di.non obtem.l.1.& ibi not.ſed regula eſt,quod
expenſæ quæ ſpeciali actione veniūt, etiā finito princi-
pali peti poſſunt:vt l.ſi mulier.§ ſi rem.ff.de.le.3.& ſic
opi.d.Io.An.verificatur in expen.debitis prætext.con-
tumaciæ:vel alia ſpeciali actione, non in aliis,quæ ve-
niunt officio iudicis mercenario. vide dict.Pet. de An-
cha.de hac quæ.pulchre differentē in rub.de eo,qui mit-
ti.in poſſ.rei ſeruan.hic mentionata.*

## QVÆSTIO LVI.

SVMMARIVM.

1. *Saluaguardia Delphinalis non tollit ordinariam iuriſdictio-
nem de iure aut ſtylo Curiæ.*
2. *Saluamguardiam infringentis pœna quæ ſit.*

SAluaguardia Delphina. alicui per dominum
1 noſtrum Delphi.aut† gubernatorem Delphi.
conceſſa non eximit eum à iuriſdictione ſui iudi-
cis ordinarij: quia eo caſu princeps non videtur
a derogare velle iuriſdictioni ordinariæ: a & iſta eſt
veritas in iure:iuxta ea,quæ no.per gl. & doct. in
c.ad audientiam.in glo. 1.ibi vice appellationis,
extra de app.& habetur & no.in c.fi.extra,de cō-
firma.vti.vel inuti.& ita etiam ſeruatur in iudic.
2 in hac Curia Parlamenti. † Sed qua pœna punia-
tur ille, qui infringit ſaluam guardiam Delphin.
aut alterius principis? vide,quæ dixi infra, quæſt.
318.de ſaluaguardia etiam tetigi infra,quæſt. 451.

a ¶ Iuriſdictioni ordinariæ. *De hoc videtur text.in
cap.ex parte 2.& ibi dom.Inno.de priuileg.*

## QVÆSTIO LVII.

SVMMARIVM.

1. *Vaſallus ſex caſibus tenetur iuuare dominum.*
2. *Feudum habet certum ſeruitium.*
3. *Filius non poteſt conueniri à patre, cauſa ciuilium munerum,
vel cauſa ſui debiti.*

AN Vaſallus teneatur iuuare dominum ſuum
etiam pro filia maritanda. Et primo repe-
rio Spec.in ti.de feudis.in §. quoniam ſuper ho-
magiis.circa fin.in ver.& not.quod vaſalli Comi-
tū,&c. Qui dicit,quod vaſallus dominū ſuum iu-
uare debet,& eidem obedire, & ſeruire in ſex ca-
1 ſibus propter feudū,quod ab eo recipit.† Primo,
pro exercitu Imperatoris tenetur conferre vaſal-
lus ſecundum quātitatem & qualitatem ſui feu-
di. Secundo,pro corredo Imperiali: vt videlicet
quando Imperator tranſit per locum illum, cō-
tribuat in ſumptibus eius. Tertio, pro filia mari-
tanda. Quarto,pro ſe vel filio ſuo milite faciēdo.
Quinto,ſi dominus captus eſt,tenetur cōferre p
eius redemptione. Sexto,pro aliqua terra emen-
da. Et vltra dicit ibi Spec. quod ſi vaſallus in præ-
miſſis ſex caſibus ei obedire recuſet, quod do-
minus poterit ad hoc eum de iure compellere:&
libellum

libellum contra eum offerre. Et tradit ibi Spec.
a a formam libelli. Et hanc opinionem ſequitur
Rofr. Beneuentanus in ſumma libellorum. in ti.
b ſacramenta cuiuslibet vaſalli b §. iſti autem va-
ſalli. ſed Pet. Iac. in ti. de conditione ex moribus.
2 3. folio. verſ. † Item non eſt omittendum, quod
feudum de natura ſua habet certũ ſeruitium. in
tit. de cauſis. ex quibus dominus debet amittere
proprietatem in 10. diſt. circa fin. & in tit. de cau-
ſis, ex quibus vaſallus debet perdere feudum, &
de ſucceſſione Regni Franciæ, tenet contrarium
c in quatuor vltimis caſibus, c niſi ſit conſuetudo:
quam ſequitur Ioan. Andr. in add. Spec. in tit. de
feud. & Bald. in feudis in tit. de capitulis Corradi.
in §. ſimiliter. & Cyn. in l. 2. C. quæ ſit longa con-
ſue. Quia de tertio caſu, videlicet de filia maritã-
da, dicit Pet. Iac. ſe non videre quare dixerit Spe.
arg. ff. de admin. tut. l. cum plures. §. cum tutor.
& l. ſeq. & de tutelis, & ra. diſtra. l. 1. §. præterea.
De quarto caſu nõ videt rationem. Ad quintum
dictum poſſet induci argu. in authen. vt cum de
appell. cog. §. cauſas. ver. ſi quemlibet. & §. ſi v-
num. De ſexto, dicunt ſe non videre cauſam, vn-
3 de dixerit. † Nam & filius cauſa ciuilium mune-
rum, vel cauſa ſui debiti, pro patre conueniri nõ
poteſt. C. ne filius pro patre. l. patris. Nam licet
patrem alere teneatur, non tamen tenetur eius
credita ſoluere, ff. de lib. agnoſc. l. ſi quis à liberis.
§. ſi vel parens. facit etiam in vſibus feudorum: ſi
d de feudo controuerſia fuerit. c. licet. in fin. d vbi
etiam pro euitando periurio domini, vaſallus ha
bens pecuniam paratam, illam ſoluere, vel ſibi
tradere non tenetur, vt ibi ſecundum Ioan. And.
in Addit. Spec. de feudis ſuper verbo, ſi quis id,
quod. & idem etiam tenet in effectu Cy. C. quæ
ſit long. conſue. in l. 2. in 4. oppo. in verſ. aduer-
tatis. in quibuſdam partibus nobiles ſunt priui-
legiati, vt poſſint ſubditos ſuos talliare in tribus
caſibus. Sed poſtea ſuperuenit dominus Ioan.
Ray. doc. nouiſſimus citramontanus: qui vidit
omnes præcedentes opin. & qui pleniſſime tan-
git de hac materia in tractatu ſuo feudorum: qui
tenet, quod de iure in quolibet dictorum ſex ca-
ſuum vaſallus debet iuuare dominum. Et hæc o-
e pin. domini Ioan. Ray. Spec. e & Roffredi Bene-
uentani, de conſuetudine patriarum, baronia-
rum, & Vapin. comitatus, aſſertorũ aliorum lo-
corum huius patriæ ſeruatur in hoc, quod homi-
nes Baroniarum conſueuerunt dominos ſuos
iuuare in filia maritanda, iuxta eorum poſſibili-
tates. Et ita obſeruauerunt mihi Guidoni Papæ
homines mei, villæ meæ ſancti Albani in baro-
niis, qui mihi dederunt 30. florenos, quando ma-
ritaui Franciſcam filiam meam cum nobili Gui-
done de Dorgeſia, mandamenti Voyronis. Ta-
men ipſi proteſtati ſunt, quod ego non induce-
rem hoc ad conſuetudinem. De materia huius
quæſtionis ſcripſi in notabilibus meis. in §. quod
Imperator, &c. Sed an pro filia ſecunda maritan-
da dominus poſſit homines ſuos talliare: vide in
l. ſancimus. C. de conſulibus, & non ſpargen. ab
iis pec. lib. 12. & quod non debent talliare pro ſe-
cundo matrimonio, videtur textus in l. boues. in
§. primo. ff. de verborum ſignif.

a ¶ Et tradit ibi Specula. *Non ponit ibi formam li-
belli: ſed in §. ſequen. in verſ. cæterum. & in tit. de ma-
iori. & obedien, verſ. eo modo.*

b ¶ In titu. ſacramenta cuiuslibet vaſalli. *Hæc ru-
brica eſt in verſ. parte ſummæ libellorum ſuper iure ci-
uili. in tractatu de officio iudicis.*

c ¶ In quatuor vltimis caſibus. Ioan. And. *Ipſe au-
tem ibi in addit. in verſ. ſi quis. refert nõnullos tenuiſſe
contrarium. non tamen in 4. vltimis caſibus, ſed in tri
bus, videlicet, in 3. 4. & 6. nam pro 5. ipſi inducunt in
argu. authen. vt cum de appell. cogn. §. cauſas autem.
verſic. quamlibet de prædictis. & §. ſi vnum. colum. 8.
verum quidam de conſuet. nihil ibidem dicunt: minus
quoque domi. Ioan. Andr, qui illos ſaltem expreſſe non
ſectatur: ſed illorum opinio. refert, prout ibidem in ver
ſicu. vaſallus. facere videtur dominus Bald. qui refert
dictam opinio. Specu.*

d ¶ c. licet in fin. *Illud c. videtur facere pro opin. Spe.
nam licet illa cauſa non ſit ſufficiens, ad feudum amitt.
eſt tamen not. in Gratio. vt ibi innuit gloſſ. in verſ. ſi
admittere, ergo, &c.*

e ¶ Specu. *Do. Alex. de Imol. conſ. 43. an comes poſſit,
&c. amplectitur ſententiam Specu. vt ibidem in 2. col.
verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus.*

## QVÆSTIO LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Litis conteſtatio non eſt neceſſaria in Curia Parlamenti.*
2 *Curia Parlamenti an poſſit committere aliquam cauſam tra-
ctandam ſummarie, & de plano.*

DE ſtylo & communi obſeruantia huius Curię
Parlamenti, in † quibuſcunque cauſis etiam
1 maioribus de neceſſitate, lis non cõteſtatur, nec
obſeruatur ordo. de quo gloſ. facit mentionem
in l. prolatam. C. de ſent. & inter. om. iud. Quia
partibus in eorum iuribus exauditis, proceditur
ad diffinitionem, & determinationem cauſarum
ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſola facti veri-
tatę inſpecta: iuxta diſpoſitionem cle. ſæpe. de
ver. ſigni. † Sed an Curia Parlamenti poſſit com-
2 mittere aliquam cauſam tractandam ſummarie,
ſimpliciter, & de plano, &c. vide quæ ſcripſi in-
fra, q. 198. Verum quia in aliis Curiis temporali-
bus, & ſpiritualibus præſentis patriæ ſeruatur cõ-
trarium. † Quæro, an in cauſa appellationis de-
3 beat lis conteſtari. a Vide Henricum Bohic. in
a cap. per tuas. de appell. Et quid in cauſa nullita-
tis, b vide Spec. in tit. de lit. conte. §. quando. ver.
b quid de cauſa nullitatis. Sed quid de cauſa deſer-
tionis appel. an in ea debeat lis conteſtari? vide
Pet. Iac. in materia appell. § fin. de modo proce-
dendi in dicta Curia Parlamẽti: vide etiam, quæ
dixi in quæſtion. 369.

a ¶ Quæro, lis conteſtari: *Dicendum eſt litis conte-
ſtationem*



*ſtationem, in cauſa appellationis non eſſe neceſſariam.
ita dicit gl. in verſ. illud. in l. ſinal. § illud. C. de tempo.
appella. & domi. Innocen. in cap. Raynaldus. extra, de
teſta. in glo. in verſic. conteſtata. & dom. Odofre. & Bal.
in alleg. §. illud. hoc intellige verũ altera parte abſente.
Sed vtraq; parte præſente debet lis conteſtari. Not. per
dominum Bar. in d. §. illud. & dom. Ioan. Pet. de Ferra.
in forma libelli appell. in glo in fin. & Petr. Iaco. de Are.
in practica libellorum. titu. in cauſa appel. in §. item eſt
notandum.*

b ¶ Et quid in cauſa nullitatis. *Profecto idem eſt
quod in cauſa appell. quando incidenter & coniunctim
cum ap. mouetur: quia incidentia ſapiunt eandem na-
turam. ſecus autem, quando ſeorſum cauſa nullitatis
moueretur. dicit Bal. in dicta l. final. in §. illud. C. de tẽ-
po. appella.*

## QVÆSTIO LIX.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres & ex eiſdem deſcendentes, an ſuccedant in rebus feu-
dalibus.*
2 *Feudalia hodie redacta ſunt ad inſtar patrimonialium.*
3 *Verbum, ſine hærede, in materia feudali quomodo accipiatur.*
4 *Feudorum liber an fidem faciat apud omnes.*

SECVNDVM vſus feudorũ mulieres &
ex eiſdem deſcendentes non ſuccedunt
in rebus feudalibus, vt in cap. 1. de ſucceſ.
feud. & de gradibus ſuccedendi in feudum, ca. 1.
Niſi † hoc pacto feudum fuerit acquiſitum, vt e-
1 tiam filiæ ſuccedant, tunc filiæ deficientibus ma
ſculis in feudum ſuccedent. vt in d. c. 1. de grad.
a ſucceſſio. a Item filij naturales etiam legitima-
ti non ſuccedunt in rebus feu. c. vni. §. ſi quis per
triginta. ver. naturales. Si de feu. defuncti. cont.
ſit, li. 2. feud. & ponit gl. 2. circa fi. in c. 1. de natu.
ſucceſ. feud. & iſta fuit opi. Cy. in aut. ſed & ſi quis
C. de ſecund. nupt. & Henr. Bohic. in c. per vene-
rabilem. extra, qui filij ſint legit. Hoſtien. & Ioan.
2 And. in c. lator. de re iudic. † Verumtamẽ hodie
conſuetudine generali feudalia ſunt redacta ad
inſtar patrimoniorum, quo ad ius ſuccedendi: vt
not. Io. Fab. inſti. in procemio. & de emp. & ven.
circa prin. & de leg. patro. tutela. circa fin. Et Ia-
cob. de bello viſu in tit. ex quib. cau. feud. amit.
circa prin. ita etiam ſeruatur de conſuetudine in
hac patria Delphin. quæ conſuetudo in hoc do-
minatur in cap. Robertus de orto. de feudi cog.
in feudis. colu. 10. ita quod mulieres & ex eis de-
ſcendentes, & ſimiliter filij naturales legitimati
ſuccedunt in feudalibus: quia natura feudi ſecũ-
dum diuerſas regionum cõſuetudines eſt diuer-
ſimode terminanda: vt dicit Hoſt. in ſumma de
feudis. §. apud quem. ver. finaliter, &c. Et ita etiã
ſeruatur in iudicãdo, tam in hac Curia Parlamẽ-
ti, quam in cæteris præſentis patriæ Delphin. in
3 hac materia † feudali verbum, ſine hærede, intel-
ligitur, id eſt, ſine filio maſculo. & nomen filij ac-
cipitur pro quolibet deſcendẽte ex linea maſcu-
lina, vt not. Bal. in c. ſi clientulus. de ali. feud. ver.
& ſi clientulus. vide, quæ dixi de verbo, hæres. in-
4 fra, quæſtio. 591. An † autem liber feudorum fa-
ciat ius apud omnes: & ſi conſuetudo localis de-
roget conſtitutionibus feudorum, dixi infra, q.
297. Quia ſupra ſcripſi, quod iura feudorũ ſunt
redacta ad inſtar patrimoniorum, quo ad ius ſuc-
5 cedendi. † Quæro, ſi in aliquo alio caſu, præter-
quam in iure ſuccedẽdi ſint redacta ad inſtar pa-
trimoniorum. dic, quod ſic, videlicet in legãdo,
in donando in cauſam dotis, & in alienando, vt
dixi infra, q. 297. & q. 230.

a ¶ Niſi hoc pacto, & c. de grad. ſuc. *Et c. 1. §. &
quia vidimus. de his, qui feu. da. po. & ibi do. Bal. in 5.
col. in ver. quærit glo. ponens poſt gloſſam tres caſus, in
quibus fœmina ſuccedit in feudum, videlicet, quando
nominata eſt in inueſtitura, & quando feudũ redimit
à domino, & quando dominus ei dedit propter ſeruitiũ
patris, quibus caſibus ab aliquo ex parentibus non eſt
inquietanda. & ibidem dom. Aluar. in 7. colu. verſicu.
not. quod fœminæ. vbi dicit, quod realiter fœminæ re-
mouentur à ſucceſſio. feudo. niſi feudum eſſet eius natu-
ræ vel qualitatis, vt ſuccedere poſſent.*

## QVAESTIO. LX.

SVMMARIVM.

1 *Delphinalis patriæ conſuetudo fert, vt Iudices delegati à Prin-
cipe, poſſint mulctare. Et quid de arbitro.*

1 LICET de iure iudex delegatus nõ † poſſit
a mulctare, niſi in caſu l. 2. a C. de ſportu-
lis. vt dicit Bar. in l. 1. ff. ſi quis ius di. non
obtemp. de quo plenius per Hoſti. & Imol. in c.
de cauſis. extra, de off. de. tamen de cõſuetudine
b b generali præſentis patriæ Delph. iudices dele-
c gati à principe poſſunt mulctare. c & ita vidi ſer-
uari. An delegatus à principe poſſit ſubdelegare,
ea, quæ ſunt meri & miſti imperij? vide plene per
Bar. in l. 1. C. qui pro ſua iuriſdictione. An delega-
tus poſſit eius ſententiam executioni demanda-
re? Dic, aut eſt delegatus à principe, & poteſt.
Aut ab ordinario, & non poteſt, niſi ſpecialiter
fuerit ſibi commiſſum: vt dicunt, Bar. & doct. in
leg. à diuo Pio. §. primo. ff. de re iudicata. §. ſi
quis contra clericum. extra, de foro compe.
& in c. cum eccleſiarum. de off. ord. & ita ſeruat
conſuetudo curiarum præſentis patriæ. Et vide,
quæ circa hoc plenius ſcripſi in notabilibus meis
in §. delegatus à principe. & §. ſequen. An arbitri
ſententia demandetur executioni. Oldr. dicit,
quod nõ. vbi à pœna appoſita, ſed agitur ad pœ-
nã, alias ſic: vt in le. Iudæi. C. de Iudæis. & ff. de re
iud. l. à diuo Pio. in princip. licet ſint glo. contra-
riæ, in l. ait prætor. ff. de re iud. & extra, de arbit.
in c. per tuas. Sed in caſu, in quem debeat mãdari
executioni ſentẽtia arbitri, quis mandabit eam
executioni? vide Bart. & doct. in d. l. Iudæi. An iu-
dex cuius iuriſdictione prorogata poſſit manda-
re ſententiam ſuam executioni: vide, quę dixi in-
fra, quæſtion. 77.

a ¶ In caſu l. 2. *Videlicet quando executores ſeu nuncij ſunt negligentes, vel aliter in eorum officio delinquentes, poſſunt ab officio remoueri: & ſi res exegerit mulctari, & etiam corporaliter puniri: dico, quod tantum poſſunt delegati remouere, & aliquem executorem inſtituere ſententia & electione delegatis: vt ibi d. Azo licet d. Bart. dicat delegatos eligere & remouere electos poſſe. Item etiam mulctare: ſed non in tantum, in quantum faciunt Ordinarij: vt ibi dicit d. Cy. Delegati autē non infligunt mulctas corporales: ſed leuem mulctam tantum & magnam mulctam maiori iudici referunt, quatenus culpæ qualitas expoſcit facinoroſo debite inferendā, vt illic do. Bal. iuncto text. innuere videtur. Et hunc locum vendicare videntur delegati à principe, ac delegati ad vniuerſitatem cauſarum, vt colligitur ex gl. in verſ. ſupponere. Præmiſſa inducuntur in arg. ad multas vtiles quæſtiones. Sub compendio perſtringitur per dom. Cy. & latius tangitur per dominū Baldum.*

b ¶ De conſuetudine. *Ampliat cui iuriſdictionem conſuetudo, per Bal. in l. omnibus. in princip. 2. col. ver. 2. modo ff. ſi quis ius di. non ob.*

c ¶ Delegati mulctare. *Ad hoc optime facit, quod habetur, & ſcribitur per dominum Innocentium in capitulo primo. extra, de officio delegati.*

## QVÆSTIO LXI.

SVMMARIVM.

1 *Submiſſio debitoris ad carceres, an ſit obligatio valida.*
2 *Iurans tenere oſtagia, & tandem non habet vnde viuat & ſoluat, an excuſetur.*
3 *Incarceratus pro debito fiſcali, poteritne retineri pro debito priuati.*

ALiqvis pro debito pecuniario ſe obligauit ad carceres iudicis, vel ad tenendum oſtagia, donec ipſe ſoluerit creditori: vt videmus quotidie fieri: † an valeat talis
1 obligatio? a & videtur, quod non vt C. de act. &
a oblig. l. ob æs. Cōtrariū tenet Io. Fab. inſtitutionum de iure perſonali. §. finali. in fine. Maxime, vbi interuenit iuramentum: vt ibi dicit Io. Fab. & ita ſeruatur de cōſuetudine generali b curiarum
b præſentis patriæ Delphi. De hac materia, an quis poſſit pro debito fiſcali, vel priuato incarcerari, & de materia ceſſionis vide plene per An. de Are. inſtit. de action. §. eum quoque. Et notāter ſupra dixi, de illo, qui ſe obligauit ad carceres iudicis, quia non valet obligatio ad carceres partis pri-
c uatæ: c vt not. in l. ob æs. † Sed quid de illo, qui
2 iurauit tenere oſtagia, & non habet vnde viuere, vel vnde ſoluere, an excuſetur. Vide Henric. de Bouenco. in authen. ſacramen. C. ſi aduer. vend. in ſua repetit. in materia cauſæ efficientis immediate, circa fin. Et hæc procedunt in debitis priuatorum. In debitis autem fiſcalibus fit incarceratio, etiam pro debito pecuniario ex priuilegio fiſci, etiam ſi debitor non ſe obligauerit ad carceres: iuxta le. nemo carcerem. C. de exact. tri. lib. 10. quam l. repetit dominus Angelus de Peruſ. Sed quid de clerico, qui ſe obligauit ad tenēdum arreſtum? Vide Ioan. Fab. inſtit de action. §. eum quoque. De arreſtatis & incarceratis, & de contractibus, quæ ibi fieri prohibentur: vide infra, quæſtion. 253. An firmarij curiarum, & aliorū iurium Delphinal. poſſint compellere debitores ſuos ad cauſam firmarum per incarcerationem perſonarum ſuarum ad ſibi ſoluendum. vide quæſtio. 207. De beneficio ceſſionis, quod datur
3 incarceratis, vide queſtion. 211. &c. † An incarceratus pro debito fiſcali poterit recommēdari, & retineri pro debito priuati? dic, quod ſic, ſecun-
d dum Ang. de Aret. in d. §. eum quoq; d



a ¶ An valeat talis obligatio. *Dicit Dominus Innocentius, quod licet nō teneat obligatio pro libero homine, vt ius conſtituatur: eo tamen detineri poteſt qualitercunque, vt fiat quod conuenit, vt in c. ex reſcripto. extra, de iureiurand. & ita intelligitur text. in c. lator præſentium. iuncta gl. prim. extra, de pignor. vbi habetur, quod liber homo non poteſt pignorari, ſeu pro debito detineri, licet glo. dicit, quod ex cōſenſu libera perſona obligari poteſt, ſcilicet pro oſtagio. Ad hoc vide do. Ant. in Nouel. in alleg. cap. ex reſcript. in 1. & vltim. colum.*

b ¶ De conſuetudine generali. *Speculat. dicit huiuſmodi conſuetudinem eſſe generalem, vt quis obſes retineri poſſit. 2. part. titu. de renunt. & concl. 11. ver. item eſt beneficium.*

c ¶ Partis priuatæ. *Idem videtur ſentire fere formaliter dominus Baldus in addit. ad Speculat. in ver. pen. ſuarum add. qui incipit, valet pactum.*

d ¶ Angel. in dict. §. eum quoque. *Videlicet in 3. colum. in ver. aduertas tamen. Et ibi vide cautum conſilium d. Bart. quod dat contra debitorem domum exire nolentem. Et pro hoc, quod in huiuſmodi caſu debitor priuati poſſit recommendari, alleg. nota. per dom. Bart. in l. 2. §. fin. ff. de cuſto. reo. & in ſua diſp. 6. in ordine incip. lapſus fuit captus, &c. vbi arguit vltro, citroq; viginti rationibus, denique diſtinguendo ſoluit quæſtionem.*

## QVÆSTIO LXII.

SVMMARIVM.

1 *Subdito licet ſe eximere à dominica poteſtate, ob atrocem ſæuitiam.*

1 SI quis Baro, aut bannaretus habens † hominem ſubditum, & iuriſdictionabilē,
a eū grauet de perſona atrociter a in carcere, vel alias, dominus noſter Delphinus ſeu dicta Curia Parlamenti poteſt eum eximere totaliter à iuriſdictione & ſubiectione talis Baronis, vel



vel bānereti, etiā ex officio iudicis: poſito, quod talis homo oppreſſus, vel grauatus non conque-
b ratur. Ita dicit Ioan. Fabr. b inſti. de his, qui ſunt
c ſui vel alie. iur. in § fin. in fin. Idem dicit Bart. c in l. 1. ff. eod. titu. Et iſtud ſeruatur de ſtylo Curiæ Parlamenti præſentis patriæ Delphin. & pro hoc bene facit l. lenones. C. de epiſco. aud. Ita tenet etiam Bal. in feudis. in titu. de pace tenen. & eius violatoribus. in §. publici latrones.

a ¶ Atrociter. *Ideo dicit, atrociter: quia moderata ſæuitia videtur permiſſa dominis in ſubditos ſuos. arg. 1. q. 1. no. do. Ang. de Are. in §. in poteſtate. 3. colu. verſ. in ea gl. ibi. vt inſti. de his, qui ſunt ſui vel alien. iur. & faciunt no. eo. tit. per Chriſto. Por. 2. colu. in addi. adde, quod hodie. & ibi Iaſ. May. in addi. eiuſdem, in c. nota etiam.*

b ¶ Ita dicit Io. Fa. *Ipſe autem nō ita dicit: ſed innuit in ver. & nota. ex hoc §. dum dicit. & ſuper hoc debet iudex ex officio prouidere.*

c ¶ Dicit Bart. *Parum ibi per domi. Bart. ſed plenius per Dom. Bald. ff. eod. tit. in l. ſi dominus. §. licet dominorum. in 1. not. & in verſ. item not. puniri. & in ver. item not. quod coer.*

## QVÆSTIO LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus quid peccans in fidem Chriſtianam, ab vtro iudice ſit puniendus, diſting.*
2 *Sabaudiæ iudex laicus cognitionem & iudicium Iudæorum blaſphemantium fert.*

FVit coram me tractata quædam inquiſitio-
1 nalis † cauſa ex commiſſione mihi facta per dominum noſtrum Delphinum, inter procuratorem fiſcalem ex vna parte, & quendam Iudæū, tunc commorantem in villa Criſtæ Arnaudi. Super eo, quod inculpabatur ipſe Iudæus, quod ipſe in vilipendiū beatæ virginis Mariæ fecerat turpem ſonum ante eius imaginem, ante hoſpitale, extra & prope mœnia dictæ villæ Criſtæ. De qua cauſa dubitaui poſſe cognoſcere, credens, quod eius cognitio ſpectaret potius inquiſitori fidei ſiue hæreſis, aut ſaltem iudici eccleſiaſtico, quam
a iudici ſeculari. a Qua ratione delicti, Iudæus ſortitur forum eccleſiaſticum. vt in c. poſtulaſti. extra, de Iudæ. & nota. eod. tit. in c. quorundam. ſed credo quod de ipſa cauſa potuit cognoſcere, per l. Iudæos. C. de Iudæis. nec cognitio huius ſpectabat inquiſitori: quia eius officium eſt limitatum
b in ca. accuſatus. §. ſane. extra, de hæret. b Et ideo de ipſa cauſa cognoui. Et quia pars fiſcalis eius intentionem non probauit, dictum Iudæum ob rē non probatam abſolui. Fateor tamen, quod iudex eccleſiaſticus poteſt in hoc caſu iudicē tem-
c poralem præuenire, c & de hac cauſa cognoſce-
2 re: per d. c. poſtulaſti. † Similiter etiam in patria Sabaudiæ iudex laicus cognoſcit de iſtis blaſphemijs contra Iudæos: vt in lib. 1. ſtatutorum nouiſſimorum Sabaudiæ. & in c. ſi quis Iudæus. Et ibi etiā ſtatuitur certa pœna talibus Iudæis blaſphemantibus Deum, vel Sanctos, imponenda videlicet fuſtigationis & pilorizationis per certos dies, & certas horas, &c.

a ¶ Inquiſitori, &c. quam iudici ſeculari. *Quo autem ad huiuſmodi dubium, videtur diſtinguēdum: vtrum Iudæus delinquat in his, quæ proprie ſaperent hæreſim inter Chriſtianos: & tūc illius punitio ſpectat ad inquiſitorem. Sin autē delinquat extra hūc caſum, in aliquo criminū omnino eccleſiaſticorum, de quibus in c. cum ſit generale, de foro comp. tunc cognoſcet ordinarius eccleſiaſticus. Vbi vero crimen eſſet omnino ſeculare, inter Chriſtianos, vt homicidium, furtū, &c. talia tunc iudex ſecularis puniet Iudæum. Verum dum crimen videtur miſtum, vt puta ſcriptum, dictum vel factum in contemptum fidei Chriſtianæ, tunc locus erit præuentioni. Et ſi iudex eccleſiaſticus præueniēdo puniuerit, & non ſufficenter, non prohibetur iudex ſecularis iterum punire. Deniq; eſt aduertendum, quod ſi iudex eccleſiaſticus videat ſe non poſſe punire Iudæū, debet eum committere iudici ſeculari puniēdum. Ita colligitur ex ſcriptis domi. Fel. in c. poſtulaſti, extra, de Iudæis.*

b ¶ Extra, de hæreti. *Videlicet. lib. 6.*

c ¶ Eccleſiaſticus temporalē præuenire. *Quia (vt prædictum eſt) crimē iſtud eſt miſtum. & ideo poteſt vterque cognoſcere, & hoc ſentire videtur do. Old. conſil. 36. in princip. infra ſcripti ſunt articuli. in ver. ad ſeptimum & vltimum. & ille, qui præuenit, erit potior, vt hic dicitur. & in ar. poſt le. inquiſitori dictum eſt ſupra.*

## QVAESTIO. LXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento partis de impedimento, an ſtetur.*
2 *Impedimentum iuſtum quod dicatur.*
3 *Cauſæ an debeant ſummarie iuramento partis terminari.*

1 SI altera pars litigantium, in dicta Curia † Parlamenti allegat aliquod impedimentū, propter quod dicat ſe non potuiſſe ad iudicium venire, & appellationem ſuam infra tempus ſtatutū introduxiſſe, aut teſtes ſuos examinari feciſſe infra terminos ſibi præfixos: aut inſtrumenta ſua in cauſa ſua produxiſſe propter niues, pluuias inundationes aquarum: aut propter peſtē in ſua domo particularem, aut generalem in loco ſuo, aut alias quomodolibet ſe impeditum fuiſſe aſſerat: An ſtari debeat eius iuramento ad probationem talis aſſerti impedimenti. Ioan. Andr. in Nouella. in c. 1. de do. & contuma. lib. 6. recitat opiniones: & dicit, quod aliqui dicunt, quod tale impedimentum debet probari per teſtes vel inſtrumentum. 7. q. 1. c. præſentium. de reſt. in inte. c. ex literis. §. fin. Alij dicunt, quod ſufficit probare per iuramētum. 22. q. 1. c. 1. maxime, cū vno teſte. vt in c. ex inſinuatione. cū materia de procur. hoc enim caſu videtur ſufficere ſemiplena probatio, d. c. ex literis. & c. cum Bertoldus. extra, de re iud. Tamen ipſe Ioan. And. quem ibi ſequitur Dominicus de ſancto Gem. cōcludit hoc relin-

a relinquendum fore arbitrio iudicis, *a* qui habe-
bit conſiderare qualitatem perſonæ, & impedi-
mēti, quod opponitur,& alia adminicula. Quã-
doque exiget probationem plenam, quandoq;
exiget iuramentum.iuxta ea, quæ habentur in c.
fin.extra,de iureiur.&quod not.86.diſt.in c.tan-
ta.& ibi per gl.de hac materia etiam tangitur per
Io.de Aret.in l.ſcire.§. ſufficiat. ff. de excu. tuto.
Ecce tamen quid circa hoc vidi obſeruari in hac
Curia Parlamenti: quia quandoq; pars impedita
tradit articulos deducentes impedimentum: &
tunc admittuntur tales articuli ad probandum
per teſtes:& ſi non probet,non auditur. Si vero
pars petat ſe admitti ad iurandum ſuper tali im-
pedimento,& dicat, ſe aliter non poſſe probare:
& ſit honeſtus & bonæ famæ, tunc admittitur e-
ius iuramentum, & ſubuenitur ei circa id, quod
omiſerat facere,propter tale impedimentum. &
b hanc partem tenet Spec. *b* in tit. de app. §. nunc
breuiter. ver. quid ergo Idem Sal.in l. præſes. C.
c de appel.Idem etiam tenet Inno. *c* in c.ex literis.
extra.de reſtit.in integr.in fi. Idem etiam tenent
d domini de Rota: deciſio. 150. *d* & pro hac parte
fuit iudicatum in hac curia,1459.die vero ſecun-
da iuridica poſt quaſimodo. & vide infra, q. 205.
2 † Sed quod dicatur iuſtum impedimentum: vi-
de gloſſ.in c.quam ſit.ſuper verbo,iuſto impedi-
mento. de elect.lib. 6. iuramento etiam proba-
tur intereſſe.Bart. in l. interdicto. in princ. ff. de
vi & vi armata. Item ſi debeat ſtari iuramēto ex-
ecutoris, vel curati ſuper complemento relicto-
rum ad pias cauſas.vide infra, q. 514. An debeat
excommunicato iuramentum deferri,gl.& doc.
in c.cum inter.extra,de exceptio. Videtur velle,
3 quod non. † Item, an ſummariæ cauſæ debeant
iuramento partis terminari? dic, ſecundum Bar.
quod ſic. quando ſunt modici, aut nullius præ-
iudicij.& vide plene per Ang. de Are. in l. à diuo
Pio.§.ſi ſuper rebus.ff.de re iud. & plene per Bar.
in extrau.ad repri.&c.& idem Barth.in l e. 1. ff.de
præt.ſtip.

*a* ¶ Relinquend.fore arbitr. iudicis. *Hoſt.in d.c.1.de do.& contuma.lib.6.ſcripſit quod iſtud erat arbitrio iudicis relinquendum,conſiderata qualitate perſonæ & honeſtate, & modo impedimenti.famaq;, & alijs adminiculis:& his penſatis plenam probationē exiget,vel deferet iuramentum,& hanc ſententiã d. Arc. ſatis credit æquam, vt dicit iam d.c.1. & eam amplectitur dom.Ioan. And.poſt eum dom.Pet.de Anch.in fine ſui commenti ſæpe.d.c.1.*

*b* ¶ Specu: *Aduerte,quod Spec.loquitur in caſu, quo propter nimiam diſtantiam loci probatio eſt difficilis: vbi vero probatio eſſet facilis, tunc iuramentum non eſſet ſufficiens probatio,vt dicit do.Io.Andr.ſuper Spe.*

*c* ¶ Inno. *Illud autem quod ibi dicit dom. Inn. vendicat ſibi locum in caſu illius c.ex literis. quod loquitur in cauſa matrimonij,cuius fauore ſtatur iuramēto proponentis cauſam abſentiæ.*

*d* ¶ Rota deciſ.150. *Vult allegare Ro.deci.155.tit.de appell.ſi certus.in addi.alia, circa finem, & attende, quod Ro.ibi loquitur in caſu,in quo loquitur Spe. videlicet,quando impedimentum per teſtes probare non potuit proponens. Et ideo videtur dicendum ex præmiſſis, quod vbi impedimentum aliter probari non poteſt, propter loci diſtãtiam,aut alias, tunc inſpecta cauſa & perſonæ qualitate,ſtabitur iuramento. vbi vero aliter probari poſſet,dicit tamen ipſe impedimentum proponens aliter ſe non poſſe, niſi medio iuramento probare: & tunc non ſolum conſideratur, bonitas perſonæ, ac qualitas & quantitas cauſæ: verum etiam ponderantur modus impedimenti,& fama, ac alia adminicula. c.præterea.& c.in noſtra.*

## QVÆSTIO LXV

SVMMARIVM.

1 *Clericorum depoſitiones apud iudicem laicum, ſine ſuperiorũ licentia, reprobantur.*

2 *Clerici vel Monachi fugientes depoſitionem,an poſſint per iudicem laicum cogi.*

LICET de iure Clericus,maxime deſerui-
1 ens eccleſiæ, † non poſſit ferre teſtimo-
nium coram iudice laico, ſine licentia e-
piſcopi: vt dicit Inno.in c.1.extra,de iura.cal.ma-
xime religioſi ſine licentia ſui ſuperioris: vt in c.
2.extra,de poſtul.præla. Tamen de ſtylo & com-
muni obſeruantia huius Curiæ Parlamenti, & a-
liarum Curiarum Delphinalium, depoſitiones
talium,ſi velint deponere, non reprobãtur, nec
inualidantur defectu authoritatis ſui ſuperioris.
Sed tãta fides eorum depoſitionibus adhibetur,
ac ſi authoritatem & licentiam à ſuo ſuperiore
obtinuiſſent: ſed quid ſi tales clerici, aut mona-
2 chi nolint deponere coram iudice laico,an † co-
gi poterint per iudicem laicũ? Circa hoc diſtin-
guendum eſt: quia aut producuntur in teſtes in
cauſa ciuili, aut criminali. Si in cauſa crimi-
nali,non conſueuerunt cogi per iudicem ſecula-
a rem, ſine licentia eorum ſuperioris: *a* videlicet
abbatis,ſi ſit monachus: vel epiſcopi,ſi ſit ſecula
ris,& de hoc habetur in l.filius patroni. §. & cer-
b te.ff.de bo.libertorum. *b* Et non ſufficit, quod
tales religioſi iurent ad pectus: ſed debent iurare
ad ſancta Dei Euangelia: aliter non valet eorum
teſtimonium, etiam de iure canonico: vt in ca.
nuper.extra, de teſti. licet contrarium ſeruetur,
vt ſcripſi infra,quæſt.615.Aut producũtur in cau-
ſa mere ciuili, & tunc ſi recuſant, conſueuerunt
c *c* cogi per iudicem ſecularem: per aliquam leuẽ
coertionem puta,per arreſtationem ſui equi vel
alterius leuis coertionis: quia ſi iudex laicus aliã
grauem coertionem inferret in perſonam talis
clerici, aut monachi,incurreret ſententiam ex-
communicationis:iuxta c.ſi quis ſuadente.17.q.
4.& c.fin.de immunitate eccleſiæ, lib. 6. Et ita
ſemper vidi fieri & obſeruari, tã in præſenti Cu-
ria, quam in alijs Curijs inferioribus Delphin.
Vide tamẽ quot modis iudex laicus habet iuriſ-
dictionem in clericum. 23. q. 5. c. princeps. & ibi
pulchra gloſſ. Sed an religioſi poſſint eſſe teſtes
in teſtamẽto,vel codicillis. Vide, quæ dixi infra,
quæſtion. 517. [illegible]

*a* ¶ Sine

*a* ¶ Sine licentia ſuperioris. *Imo nec de licentia, ſi agitur criminaliter: vt per dom. Gofr.in ſumma de teſti.cogen.& Innoc.in cap dilectorum.eo.tit. Et de clerico,hoc eſt planum: vt ibidem dicit do.Io.And. in Nouel.circa finem,quærẽs,quid de laico, qui forte aſpirat ad clericatum: idcirco in cauſa ſanguinis deponere reſpon.honeſtum eſſet ipſum non cogi etiam in foro ciuili: quinetiam non poſſet.*

*b* ¶ De bonis liberorum. *Iſta iura nihil ad materiam ſubiectam: quinimo ſic titulum inſcriptum nunquam me legiſſe recolo, & ideo huiuſmodi iura hic poſita,mendoſe & corrupte vitio impreſſoris fuiſſe exiſtimauerim.*

*c* ¶ Conſueuerunt. *Pro hac conſuetudine facere videtur arg.eius,quod habetur in l. 3. §.fi.ff. de teſtib. Vbi prætextu conſuetudinis poteſt quis alterius territorij,ad ferendum teſtimonium compelli: vt dicit gloſ. 1.in l.ſed ſi quis.ff.quemadmodum teſta.aper. Sed contra,in authen.apud quos opor. col. 6. & in authent. de ſanctiſſ.epi.in §.Deo amabiles.collat.9.& in capitu.eccleſia ſanctæ Mariæ,extra, de conſtit.*

## QVAESTIO. LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Literæ præciſæ in contumaciam obtentæ ſuper inſtrumento obligatorio, habent vim & authoritatem rei iudicatæ.*

2 *Literæ compulſoriæ obtentæ ſuper inſtrumento obligatorio, cũ appoſitione diei,quid operentur.*

SECVNDVM ſtatuta Delphinalia literæ præ-
ciſæ,obtentæ ſuper inſtrumento obligatorio
obtinent vim,& authoritatem rei iudicatæ, etiã
1 ſi in † contumaciã fuerint conceſſæ:& quæ literę
præciſæ propter authoritatem rei iudicatæ, non
videntur poſſe retractari: iuxta leg.ſub prætex-
tu.C.de re iudic. niſi remedio appellationis vel
nullitatis,aut reſtitutionis in integrũ, iuxta ma-
teriam titu.C. ſi ex falſis inſtrumentis. tamen de
ſtylo præſentis Curiæ Parlamenti, ſi tales literæ
præciſæ fuerint conceſſæ in contumaciam partis
reæ, ad hoc debite citatæ,purgata ante omnia cõ
tumacia,per partem ream, per realem ſolutionẽ
a expenſarum: *a* iuxta l. ſancimus. C. de iudi. quæ
locum habet non ſolum in actore. imo etiam in
reo: vt ibi dicunt doctores. auditur poſtea reus
volens apponere alteram iſtarum exceptionum:
videlicet excommunicationis, ſolutionis, trãſ-
actionis,rei iudicatæ,pacti de non petendo, falſi:
& præſcriptionis in ſtatutis Delph. comprehen-
b ſis. *b* Sed quid ſi inchoetur proceſſus ſuper ſup-
plicatione,quæ non poteſt iuſtificari, niſi per te-
ſtes: & pars rea non comparet, an concedantur
præcise in contumaciam: vide, quæ ſcripſi infra,
2 quæſtion. 99. † Sed quid dicemus de literis com-
pulſorijs obtentis ſuper inſtrumento obligato-
rio cum appoſitione diei, quid operentur? vide-
tur, quod tantummodo habeant vim ſimplicis
citationis: ſecundum Barth.& Ia.Butr.in l.actio-
ne.C.de tranſact.& Io.Fa. in § omnium.inſt. de
act. ſed ſecundum ſtatuta Delphin. ſub rub. de
literis compulſorijs,& præciſis concedendis, ta-
les compulſoriæ habent vim petitionis. crederẽ
tamen, quod aliæ literæ iudiciales impetratæ ad
poſtulationem & expoſitionem partis, abſque
aliqua iuſtificatione, per inſtrumentum publicũ
ſi tales literæ concedãtur, cum appoſitione diei,
quod habent vim ſimplicis citationis ſecundum
Bar.in d.l.1.& Iacob.Butr.& Io. Fa. in locis ſupra
alleg. Sed an reus volẽs opponere alias exceptio-
nes contra compulſorias, quam ſupra enumera-
tas in d. ſtatuto, debeat audiri: vide quæ plene
ſcripſi in apparatu meo, quem feci ſuper dicto
ſtatuto de literis compulſorijs & præciſis,conce-
dentis per diſcurſum illius tractatus.

*a* ¶ Realem ſolutionem expenſ. *Sunt autem expenſæ contumaciales ſtatim ſoluendæ, antequam contumax audiatur.in c.fin.in gloſ.in verſ. expen. ſupra, de dolo & contumacia.*

*b* ¶ Statutis Delphi.comprehenſis. *Videlicet tit. de literis compulſorijs.cap.in quo quidem termino.*

¶ *Nota, quod ſeptem ſunt exceptiones opponibiles aduerſus compulſorias.*

## QVÆSTIO LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Sententia,Condemno te in 20. reſeruata tibi exceptione ſolutionis: an & quando valet.Limit.nu. 2.*

1 SI Iudex dicat, condemno te † in 20. re-
ſeruata tibi exceptione ſolutionis, ta-
a lis ſententia non valet: vt dicit Bald. *a* in
l.peremptorias.C. ſententiam reſcindi non poſ-
2 ſe. Niſi (vt ibi ipſe do. Bal. dicit) iudex † ſenten-
tiaret ex magna & vrgentiſſima cauſa. & ita plu-
ries vidi in iudicando obſeruari in hac Curia
Parlamenti ex vrgenti cauſa. Quia quando-
que ipſa Curia Parlamenti, quando æquum
ſibi videtur, reſeruat ius probandi ſolutionem
parti condemnatæ in executione ſententiæ: prę-
figendo tamen ſibi certum tempus, intra quod
ipſam ſolutionem probare habeat. Et ita etiam
fuit factum in ſententia lata per dictam Curiam,
in manibus Io. Albi.in cauſa Hiero.de Silicrano,
& illorum de Fontana. die 24. menſis Septem-
bris, 1454. in qua quidem ſentẽtia fuit reſeruata
probatio ſolutionis 40. ducatorum.

*a* ¶ Dicit Bald. *In l.hic alleg.in 4.col.in ver.quæro. vbi format talem quæſtionem. Iudex dicit in prolatione ſentẽtiæ hoc modo: Condemno te in 20.reſeruata tibi exceptione ſolutionis & pacti, quibus probatis ex nunc te abſoluo pro ſolutione huius quæſtionis, dominus Baldus primo arguit pro parte negatiua tribus rationibus & totidem pro parte affirmatiua. Deinde ſoluit contrarium: & deniq; reſoluitur in partem affirmatiuam, dicens,quod putat iudicem hoc ex cauſa facere poſſe. & cauſa (vt ibi dicit) poteſt eſſe, quia vrgebatur iudex tempore ſtatuto à lege municipali: & ſic nõ habuit amplius deliberandi conſilium. & pro hoc concludere videbatur do.Bal.in l.cum iudex.in verſi. quæro., quid ſi iudex per formam ſtatuti.& verſi.ſe.C.de ſent.& interlocu.om.iud. Nota, quod realis oſtenſio ipſius inſtrumenti*

*menti obligatorÿ in compulſorÿs cum oppoſitione diei obtentis facta, aliquid operatur.*

## QVÆSTIO LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Tutor & curator nihil niſi expenſas ab adultis vel pupillis repetere poſſunt.*
2 *Conſules & ſyndici quid pro ſuis laboribus & vigiliÿs in Rempublicam petere poßint.*
3 *Munus perſonale gerere, quis dicatur.*
4 *Syndicus & tutor, eiuſdem ſunt iuris.*
5 *Negotiorum geſtor, ſolum expenſas petere poteſt.*
6 *Salarium cum expenſis quibus ſolui debeat.*
7 *Delegati ad vnam cauſam, an poß nt aliquid petere à partibus pro eorum laboribus.*

DOMINVS Petrus Iacobi in ti. de actio-
1 ne mandati, contraria † dicit, quod de
iure tutor & curator nullum ſalarium
petere poſſunt à pupillis, vel adultis: ſed ſolum
expenſas, vt in §. tutores. inſti. de obl. quę ex quaſi
contractu. Quia dicit ipſe, illi gerunt munus
perſonale abſq; detrimento, aut erogatione ſui
patrimonij: vt in l. 1. ff. de mu. & hon. hoc verum,
niſi iudex in datione tutorum eidem tutori ſtatuiſſet
ſalarium, quod facere poſſet iudex: vt notatur
per Bart. in l. in eos. ff. de tutelis. in l. à tutoribus.
§. fi. ff. de admin. tu. Sed iuxta hoc quæro,
de quęſti. quam non reperio notatam per docto-
2 res, † An conſules & Syndici præſentis ciuitatis
Gratianop. qui hoc anno currente 1454. in redditione
ſuorum computorum, petierunt ſalaria
ſibi ſolui pro certis viagijs & laboribus, per eos
ad cauſam eorum ſyndicatus ſuſtentis, pro & nomine
huiuſmodi ciuitatis bene moti fuerunt
hoc petere. Ego credo, quod non: quia nullum
ſalarium eis debetur, niſi tantummodo expenſæ
bona fide factæ. eadem ratione, ſicut dicimus in
tutore & curatore: qnia ſicut tutor & curator gerunt
munus perſonale, ſic etiam ſyndici & con-
3 ſules ciuitatum, quia ille dicitur † gerere munus
perſonale, qui gerit ſolicitudinem & vigilantiã
abſque erogatione ſui patrimonij, vt not. plene
per Bar. & doc. in l. placet. C. de ſac. ſan. ec. & in l.
reſcripto. §. fin. ff. de mu. & hon. Ideo cum ſit ea-
4 dem ratio in ſyndico, quæ † eſt in tutore, idẽ ius
ſtatui debet, & ſimiliter iudicari de ſyndico, ſicut
de tutore: iuxta l. non poſſunt. ff. de leg. Et quia
dicti conſules Grationop. inter quos erat Raynaldus
Fabri, allegauerunt conſuetudinem: fuit
propterea ſummaria inquiſitio facta, qualis cõſuetudo
circa hoc hactenus obſeruata fuiſſet. Et
fuit repertum per dictam Curiã Parlamenti multorum
relatione, quod ipſi conſules non cõſueuerunt
habere, niſi tantummodo ſumptus & expenſas
per eos bona fide factas. Ideo in conſilio,
in quo erant omnes Domini mei de Parlamento,
& computorum Delphin. fuit concluſum, dictos
conſules non poſſe petere ſalaria, ſed ſolum
5 expenſas. † Et iſtud eſt notãdum pro futuris ſyndicis,
ſi petere vellent ſalaria. Similiter etiam negotiorum
geſtor non poteſt ſalarium petere, niſi
tantummodo expenſas: vt ff. de negotijs geſt. l. 2.
§. fi. Idem in procuratore ad negotia: & mandatario,
qui non poſſunt petere aliquod ſalarium,
nec per actionem mandati contrariam, nec officio
iudicis, niſi fuerit conuentum. l. ſalarium. ff.
mandati. & C. eo. l. ſalarium. Sed ſolum ſumptus
bona fide factos petere poſſunt actione mandati
contraria. ff. mandati. l. idemq;. §. idem Labeo.
Niſi exceſſerit mandatum: tunc enim nõ poſſent
etiam expenſas petere: inſti. de manda. §. is qui
exequitur. Item ſimiliter teſtis nõ debet habere
ſalarium: quia non debet vendere officium: vt in
c. nõ ſane. 14. q 5. ſicut nec iudex, vt ibi iudex, tamẽ
ex officio ſuo facit eis dari ſumptus competentes
à producente eos: vt C. de teſt. l. quoniam
liberi. Teſtes enim licet in lucro eſſe nõ debeãt,
6 tamen officium eis nõ debet eſſe damnoſum: vt
ff. quemadmodum teſt. ape. l. ſed & ſi quis. † Crederem
etiã, quod ſi eſſet vnus laborator, aut alij,
qui quotidie lucrantur eorum dietas, quod de
iure deberent eis ſolui ſalaria qualibet die vltra
expenſas: aliter officiũ eſſet eis damnoſum, quod
non eſt dicendum. Et ita ſeruat ſtylus Curiæ præſentis
Parlamenti Delphin. & aliarum curiarum,
citra teſtes. Sed quia quotidie videmus, quod d.
noſter Delphinus, & ſpectabilis dominus eius
7 cancellarius committunt cauſas hinc inde. An
a † ipſi delegati *a* ad vnam cauſam, poſſint aliquid
petere à partibus pro eorũ laboribus? Pe. Ia. vbi
ſupra, dicit, quod ſic, ne labor ſit ſine lucro. & idem
dicit ipſe in iudicibus deleg. ab alijs ordinarijs
iudicibus. Et iſtud comprobant ſtatuta Del.
quæ volunt, quod delegati recipiant à partibus
vnum florenum in principio cauſæ, & vnum aliũ
in fi. cauſæ. Idem ſimiliter proxeneta habet ſalarium
à partibus. l. 1. ff. de proxenetis. Item ſimili-
b ter arbiter ſalariũ à partibus poteſt recipere, videlicet
vnum aureum: vt C. de proxi. ſacr. ſcrin.
l. in ſacris. *b* lib. 12.

¶ *Nota quod vbi cadit munus perſonale, tantum abſque erogatione patrimonÿ, nullum ſalariũ peti poteſt, ſed tantum ſumptus moderati, & hoc verum, niſi eſſet de perſonis, quibus ex officio dicitur: vt ff. de va. & extraord. l. 1. & ſeq. Vel niſi eſſet perſona, quæ conſueuiſſet locare operas ſuas. ff. de præſcript. verb. l. ſi tibi do. Ioannes Fab. inſtitut. de mand. § finali. & quo adhæc vide ibidem dominum Angelum. de Areti. in gloſſa mercede, vide de his omnibus Spe. in tit. de ſalarÿs. in primo volumine. & coniunge cum hac præſenti quæſtione, & habebis materiam ſalariorum expeditam. Et quid de ambaſiatore reuerſo in tertÿs, an debeat habere ſalarium pro integro die. vide Bar. in l. de diuiſione. ff. ſolu. mat. in fin. vbi concludit, quod ſic.*

*a* ¶ An delegati. *Iudices delegati à principe, in cauſa maiori centũ aureorum, accipere poſſunt duos aureos ab vna quaq; parte, in conteſtatione litis. & alios duos in fin. & inſuper à fiſco percipiunt duas libras auri: vt in authen. de iud. §. ne autem. colum. 6. indices autem delegati ab ordinarÿs, non eſt lege expreſſum quãtũ habere debeãt: ſed in hoc fori conſuetudo inſpicienda eſt. Alicubi enim eis præſtatur decima pars litis, alicubi 20. alicubi tertia. ita dicit dom. Azo. in ſumma. C. de ſport.*

*b* In ſacris. *Videlicet in verſic. & ſi apud arbitrum. Itẽ tertiales, quæ incipit, in ſacris.*



## QVÆSTIO LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Compromitti non poteſt in iudicem ordinarium. Et quid ita.*
2 *Compromitti an poßit in dominos Parlamenti Grationop. de cauſis Beneficialibus, ventilatis in materia poſſeſſorÿ.*
3 *Mandatum ſpeciale, an requiratur in compromiſſo fiendo.*

LIcet forte ſubditi Delph. compromittere
1 non poſſint de iure in dominos † meos
huius curię Parlamẽti, tanquã in arbitros
iuris, cum ſint iudices ordinarij, poſſunt tamen
compromittere in eos tanquam in arbitratores,
a *a* & amicabiles compoſitores, ſecundum dom.
Barth. de Salyc. in l. ſi qui ex conſenſu. C. de epiſcopali
audien. Licet contrariam opinionem tenuerint
Iacobus de Rauen. Petrus & Cyn. vt ibidem
refert Salyc. Et rationes, quare non poſſit
compromitti in iudicem ordinarium, tanquam
in arbitrum, ponit ibi Salyc. Tamen de ſtylo &
communi obſeruantia huius Parlamenti ſeruatur
opinio Salyceti: quia in ipſos dominos Parlamenti
compromittitur tanquam in arbitratores
& amicabiles compoſitores. Et quandoque
b etiam tanquam in arbitros iuris, *b* prout factum
fuit in cauſa domini Clarimontis, & domin. Vignaici,
vt ſupra in trigeſima nona quęſt. tetigi. Et
ita toleratur & obſeruatur, quod in eos compromittitur,
etiam tanquam in arbitros iuris. Et ita
etiam permiſſum fuit eis per dominum Hũbertum
Delphin. quando ipſe inſtituit Conſilium
2 Delphina. vt ſcripſi infra, quæſ. 554. † Sed quæro
iuxta præmiſſa, an de cauſis Beneficialibus in hac
Curia Parlamenti in materia poſſeſſorij ventilatis,
poſſit compromitti in dominos Parlamenti.
Videtur quod non. Nam de re ſpirituali non
poteſt in iudicem laicum compromitti, vt in c.
contingit. extra, de arbitris. licet bene valeat
cõpromitti in laicũ & clericum authoritate epiſcopi,
c vel archiepiſcopi. *c* vt in c. per tuas. eo. ti.
de arbitris. Sed in caſu propoſitæ quæſtionis dico
quod poteſt de tali re Beneficiali in materia
poſſeſſorij compromitti in dominos de Parlamento:
quia poſſeſſorium etiam in Beneficialibus
non eſt ſpirituale, ſed temporale: & plene tetigi
ſupra, quæſt. 1. Et ita etiam vidi in hac Curia
3 ſeruari. † Sed an in compromiſſo fiendo requiratur
ſpeciale mandatũ? dic quod ſic, per c. tuas. extra
de arbitris. in antiquis. De compromiſſo facto
ſiue de præfixione termini, vide, quæ plene
dixi infra, quæſt. 240. De materia ſubmiſſionis
ad hanc Curiam Parlamenti. vide, quę dixi infra,
quæſt. 370.

*a* ¶ Poſſunt arbitratores. *Ita tenent Doct. Odofr Cyn. & Bald. in l. ſi qui ex conſenſu. C. de epiſco. audien. & dom. Bar. poſt glo. in l. ſed ſi in ſeruum. §. ſi quis iudex. ff. de arbitr.*

*b* ¶ Et quandoque in arbitros. *Iſtud etiam ſeruatur de iure canonico: vt dicit dom. Barth. in alleg. l. ſed ſi in ſeruum. §. ſi quis iudex. & dom. Innoc. in c. ex parte. circa fi. in ſua glo. cognoſcere. extra, de arbit. & eo. ti. dom. Gofr. in ſumma.*

*c* ¶ Epiſcopi vel archiepiſcopi. *Imo authoritate iudicis cauſæ, hoc fieri poteſt, ſiue ex delegatione, ſiue ex iure ordinario cognoſcat: vt dicit dominus Innocen. in dicto cap. contingit.*

## QVÆSTIO LXX.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula frequens cancellariæ, Si vobis conſtiterit, &c.*
2 *Ordo iudiciarius, quando ſeruandus in commißione cauſæ facta à iudice.*
3 *Verbi, Inquiratis, vis.*
4 *Executor miſtus exceptiones admittere tenetur.*

IN commiſſionibus quæ conceduntur
quotidie per dominum noſtrum Delphinum,
& in eius cancellaria, apponi-
1 tur vt plurimum illa clauſula. † Si vobis de præmiſſis
cõſtiterit, &c. Iuxta hoc quæro, an partes,
quorum intereſt, debeant vocari & audiri ante,
quam exequatur talis commiſſio. Dic quod ſic:
quia aliter non dicitur nec poteſt conſtare de aſſertis
in reſcripto, niſi vocatis partibus, quorum
intereſt, & in figura iudicij: vt not. Innoc. in c.
dudum. extra, de præſumptio. circa fin. Et ita ſeruatur
in hac Curia. Et de hac clauſula, Si tibi cõſtiterit
in literis iuſtitiæ vel gratiæ: vide plene
& notabiliter per Bald. in l. non dubium. C. de
leg. ibi, iuxta hoc quæro nunquid hæc clauſula,
&c. Et de materia reſcriptorum & clauſularum
derogatoriarum in ſcriptis apponi ſolitarum,
vide quæ plene dixi in tract. per me Guido. Papæ
compilato, qui intitulatur tractatus reſcriptorum
& clauſularum derogatoriarum, & non obſtantiarum
in reſcriptis principum apponi ſoli-
2 tarum, † quando princeps committit cauſam, ſi
ponat in eo verbum, Compellatis, ordo iudicia-
3 rius eſt ſeruandus. cap. olim. de iniur. † Idem de
verbo, inquiratis. vt not. in c. exhibita. de iudic.
Idem dicatur de hac clauſula, ſi ita eſt, vel ſi tibi
conſtiterit. vt no. Hoſt. in d. c. exhibita. Idem ſi
dicatur, vocatis partibus: vel, vocatis euocandis:
vel, ſi veritate fungantur, vel cognita veritate,
vel iuſtitia mediante: vel ſicut de iure fuerit:
vel quod canonicum vel quod iuſtum. Talis
enim delegatus à principe, debet in figura iudicij
procedere. Idem ſi committitur ſub illa forma,
ea quæ de bonis alicuius inuenerit alienata,
ſtudeat ad ius & proprietatem ipſius reuocare. vt
a tenet Innoc. in c. epiſcopi. *a* de rebus eccl. non
alien. Idem ſuper vſuris reſtituendis, & ſuper
iniectio-

iniectione manuum violentarum,& decimis. vt
4 d.c.olim.† quoniam talis miſtus executor *b* cen-
*b* ſetur,& exceptiones admittere tenetur.vt de of-
fic.deleg.c.ex parte lo.2.& C. ſi contra ius vel v-
tilitatem publicam.l.& ſi nõ cognitio. & C.quę
res obligar. poſſ.l.1.& ſuper omnibus , quæ ad i-
pſam cauſam pertinent,recipit poteſtatẽ.c. præ-
terea.de offic. deleg. &c. prudentiam.in fine. &
ff.de iuriſd.omn.iudic.l.2.

*a* ¶ Innoc.in c. epiſcopi. *Videlicet in princ. in glo. ſua,ad ius eccleſiæ.iuncto ibi.Item nõ videtur nobis.Et circa fin. ibi. idem quod dictum eſt, videas de duabus clauſulis,videlicet quicquid poſt arreptum inueneris, inter attentatum vel poſt litem cœptam ſtudeas in ſtatum priſtinum reuocare.In quolibet quoq; procedendũ eſt in forma iudicij.*

*b* ¶ Miſtus executor.*Executorum alij ſunt meri,alii miſti,alii vero partim miſti, partim meri , de quibus vide per dom.Innoc.in cap.de cætero.extra,de ſent. & re iud.vbi latius Abb.*

## QVAESTIO LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Pars volens deducere petitorium in Beneficialibus, admittitur ad corroborationem poſſeſſorij.*

2 *Iura potiora qui probat in petitorio, obtinet in poſſeſſorio, in materia interdicti,vti poſſit.*

IVdex laicus eſt iudex competens in materia
poſſeſſorij cauſarum Beneficialium : quia poſ-
ſeſſorium nõ eſt ſpirituale,ſed temporale:vt ple-
1 ne dixi ſupra,quæſtio.1. Sed iuxta hoc quæro.† Si
agatur poſſeſſorio in Curia temporali, pro cauſa
Beneficiali,an partes debeat audiri volentes de-
ducere materiam petitorij ad corroborationem
poſſeſſorij? Et videtur quod non: quia quando a-
gitur poſſeſſorio non admittuntur probationes
*a* de proprietate,vt dicit Inno. *a* in c.ſuper hoc.in
gl.magna circ fin.in verſic. ſed quæro quare, &c.
extra de renunciatione. Credo tamen contrariũ
per ea quæ ponit Spec.in tit.de teſt.§.nunc vidẽ-
dum.in verſ.Sed pone.ibi,dũ dicit tamen de mã-
2 dato domini noſtri Papæ Clemẽtis,&c.† Et facit
quia in materia interdicti,vti poſſidetis. ille, qui
potiora iura probat in petitorio, obtinet in poſ-
*b* ſeſſorio: *b* iuxta ea,quæ legũtur & no.in c.a.licet.
extra de prob.& facit c.ad decimas. de reſti. ſpol.
li.6.& ita ſeruat ſtylus præſentis Curiæ Parlamẽ-
ti:quia aliter non poſſet obtineri Beneficium ſi-
ne canonico titulo , iuxta regulam, iuris Benefi-
cium,&c.Iuxta hæc quæro,an iudex ſecularis ha-
beat aliquam coertionẽ in clericũ, & eius bonis
ſpiritualibus. Dic quod ſic,in tribus caſibus, qui
ponuntur per gloſſ.in c.tua.lo 1. de decimis.& de
hac materia vide in 82.conſiliorum meorum.

*a* ¶ Vt dicit Innoc.*Dictum domini Innoc.non intelligitur in caſu, in quo agitur interdicto recuperandæ poſſeſſionis. nam tali iudicio agenti quæſtio etiam non canonicæ inſtitutionis referri non poteſt: quia ſpoliatus etiam ſi prædo foret.ſecundum rigorem iuris ante omnia venit reſtituendus.vt in c.in literis.extra, de reſt. ſpol.& ibi eſt caſus rotũdus.vbi vero ageretur interdicto retinendæ poſſeſſionis,tunc bene admittuntur probationes concernentes titulum ſeu proprietatem rei.Et de hoc eſt textus apertus extra,eo.tit,c.audita querela.*

*b* ¶ Obtinet in poſſeſſorio.*Ita tenet do.Ang. de Are.qui hanc materiam non ineleganter proſequitur in §.quadruplex.6.char.1.col.in fi.in verſ.item dixi.*

## QVAESTIO LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex quo caſu poſſit facere iterato examinari teſtes, etiã poſt didicita teſtificata.*

2 *Teſtes iterato deponens,ſi ſe referat primæ ſuæ depoſitioni, an valeat depoſitio.*

3 *Teſtes an poſſint poſt didicita teſtificata repeti ſuper amiſſis interrogatoriis,ſi forte non fuerint examinati ſecundum interrogatoria tradita à partibus.*

1 QVando iudex† procedit ex officio, ſi te-
ſtes pro ſecreta informatione examina-
ti,clare non depoſuerint, aut alias atte-
ſtationes fuerint nulliter ſumptæ, ipſe iudex po-
teſt eos iterato facere examinari etiam poſt pu-
blicationem & didicita teſtificata, quia in eo nõ
eſt aliqua mali præſumptio:vt no.Innoc. c. cum
clamor.extra,de teſtibus. Et ita etiam tenet Bal.
in l.presbyteri.C.de epi.& cle.ibi: iuxta primam
expoſitionem,&c. Et ita vidi ſeruari in hac Cu-
*a* ria in pluribus cauſis fiſcalibus motis & ventila-
tis ex officio Curiæ. *a* Secus ſi ad poſtulationem
partis priuatæ propter timorem ſubornationis,
iuxta.c.fraternitatis.extra de teſti. Niſi atteſtati-
ones partis priuatæ denunciantis, eſſent nullæ &
inualidę.puta,defectu partis non citatæ viſurum
teſtes iurare,aut alio vitio nullitatis. Tunc enim
per viam reſtit.in integ.ex clauſula generali ſub-
ueniretur parti priuatæ : vt teſtes ſui iterato exa-
minentur:non obſtante,quod didicerit teſtifica
ta:vt dicit no.Io.An.in c.auditis. extra , de in in-
teg.reſt.in antiquis. idem, ſi teſtis poſt examina-
tionem reperiatur excommunicatus : nam tunc
etiam iterato poſſet examinari.vt dicit Barth. in
authen.qui ſemel. C. de probat. vide Franciſ. de
2 Zabarellis in clement. fin. de teſtibus. ita ſeruat
hæc Curia.† Sed quæro iuxta hoc, quid ſi teſtis re
petitus ſe referat ſuæ primæ depoſitioni inuali-
dæ,an valeat eius depoſitio? vide Bar. in l. legata
inutiliter.ff.de leg.1.& Inn.in d.c.auditis. De ca-
ſibus ſpecialibus.in quibus atteſtationib. publi-
catis poſſunt alij teſtes examinari. vide quæ ſcri-
pſi in quæ.124.& quæſt.201. in cauſa etiã matri-
moniali poſſunt alij teſtes examinari: etiam pu-
blicatis teſtib. & didicitis teſtificatis,imo & poſt
3 ſententiam.pro quo vide no.in c.1.extra, de cõ-
ſanguin.&affini † Sed quid ſi teſtes non fuerint
examinati , ſecundum interrogatoria tradita à
parte



parte:an poterunt ſuper omiſſis interrogatoriis
repeti poſt didicita teſtificata? dic quod ſic, ſi in-
terrogatoria partibus præſentibus fuerint per iu-
*b* dicem admiſſa:vt not.Innoc. *b* in c. per tuas.ex-
tra.de teſtib.& de hac materia plene ſcripſi in 74.
conſil.meorum.

*a* ¶ Secus ſi ad denunciationem partis priuatæ. *Et hoc verum,niſi iudex ex officio repeteret teſtes, propter confuſa ſeu obſcura dicta ſuarum depoſitionum:vt ſentit dom.Innoc.in c.per tuas. & in alleg. c. cum clamor.& poſt cum dom.Io.An.in no.& do.Fel.& ibi glo. magna,& c.menti tenendum, quod inibi ſingulariter dicit dom.Innoc.videlicet, quod etiam ad petitionem partis poſt publicationem teſtes poſſunt de nouo recipi: non autem ad declarandum dicta primorum teſtium obſcura:ſed ad confirmandum priorem probationem ipſius producẽtis. Et huius dicti ponitur exemplum per do.Inno.& Ioan.An.ac.Fel.in loco præal.*

*b* ¶ Vt not.Innoc.*Caue , quia do.Innoc. non loquitur de huiuſmodi interrogatoriis,quæ facit pars teſtib. productis contra ſe:de quibus & eorum forma habetur per glo.in verſ.interrogatoria.in c.2.de teſtibus.lib.6. Sed loquitur de illis,quæ iudex habet facere ſuper capitulis,quæ ſunt circa principale negotium vel ei amplexa:vel potius ſub eis comprehenſa: vt puta intenditur probari præſcriptio.Iudex autem licet non fuerit capitulatum ſiue articulatum, debet quærere de titulo, de continuatione temporis,& de bona fide. De aliis vero interrogationibus,quæ fiunt teſtibus ſuper circumſtãtiis non contingentibus principaliter negotium principale:de quibus no.in c.cum cauſam.§.1.ibi & de ſingulis.extra,de teſti.ſi iudex aliquam vel eas omiſerit, nõ eſt iteranda interrogatio: quoniam tãtum de his quæritur,vt teſtium fides diſcernatur. & iſtud eſt verum, niſi ſuper huiuſmodi fuiſſet articulatum , & tunc ſi articuli fuerint admiſſi,& iudex aliquid omiſerit, ſuper illis bene iteraretur interrogatio.Et ita intelligitur do. Inno.in d.c.per tuas.in glo.negligenter. Nam interrogatoria,quæ fecit pars teſtibus productis contra ſe, non debet approbari ſiue admitti partibus præſentibus. Et illa non ſunt danda producenti.& ſi iudex hoc faceret, grauiter peccaret:cum hic nihil ſit aliud,quam partem producentẽ munire inſtructione,& ſubornatione teſtium,vt concorditer ad interrogata reſpondeant : ne poſſit falſitas deprehendi. Propter duo inuenta ſunt iſtiuſmodi interrogatoria , videlicet ad deprehenſionem falſitatis , & inſtructionẽ iudicis ſiue recipientis teſtes.Ita nota.dixit do.Ioan.An.in d.c.per tuas.in gl. 1.ibi,teſtes interrogari.*

## QVÆSTIO LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſecularis an poſſit facere capi clericum in flagranti crimine.*

2 *Clericus ſi ducatur per officiarios temporales,an poſſit eis impune auferri.*

1 IVdex ſecularis poteſt † capere, aut capi
facere clericum in flagranti crimine, &
eum incarcerare abſque metu excom-
municationis.arg.l.2.C.de exhi.& tranſmit.reis.
dummodo ibi non ſit iudex eccleſiaſticus , qui
eum capiat,aut capi faciat.24.quæſ.3.non inferẽ-
da.& c.ſeq. Et hoc verum dummodo remittat eũ
ſtatim iudici eccleſiaſtico , timore ſanctionis. c.
nuper.extra de ſenten.excom. & eorum quæ di-
cit ibi Io.An.Et ita etiã ſe habet ſtylus & cõmu-
nis obſeruantia omnium Curiarũ præſentis pa-
triæ Delph. quandoq; tamen aliqui fatui officia-
rij tẽporales non in ipſo delicto, ſed poſt crimen
cõmiſſum clericos capiunt & incarcerant,& quã
doq; differunt remittere iudici eccleſiaſticõ.Sed
male faciunt& incurrunt ſen.excõmunicationis
*a* ipſo facto:à qua non poſſunt abſolui, niſi per ſe-
dẽ apoſtolicã:iuxta c.ſi quis ſuadente *a* diabolo,
17.q.4. Et prius ſatisfacto parti læſæ & iudici ec-
cleſiaſtico,cuius iuriſdictio fuit vſurpata.iuxta c.
pe.de immu.eccl.li.6.Et præmiſſa vera ſũt in cle
*b* rico ſoluto,in clerico aũt cõiugato *b* etiã cũ vni-
ca virgine,putarẽ dicẽdũ,quod talis clericus poſ-
ſit capi per iudicem ſecularẽ in flagranti crimine,
etiam in præſentia iudicis eccleſiaſtici , ſi non ſit
in habitu clericali, nec habeat tonſuram clerica-
lem,& nõ tenetur talis iudex eum remittere iu-
dici eccleſiaſtico,donec prius per ipſum iudicem
ſecularẽ cognitum ſit,ſi debeat gaudere priuile-
gio clericali,vel ne , per ea, quæ dixi infra quæſt.
2 138. † Sed iuxta præmiſſa quæro, quid ſi clericus
ducatur per officiarios tẽporales , an poterit eis
impune auferri.dic quod ſic : quia committunt
illicitum.pro hoc allegatur l.1.§.hæc verba. ff.ne
vis fiat ei,qui.& ff.ne quis eum,qui in ius voc.l.1.
in fi.& ff.ſi quis in ius vocatus non ierit.l.2.in fi.
Quod eſt verum, vbi conſtat eum eſſe clericum,
alias ſecus:vt ff.de iudiciis.l.ſi quis ex aliena. De
hoc etiam tetigi infra,quæſt.579.in fi. quando &
ex quibus cauſis quis poſſit capi: vide Bar. in l.cũ
eo autem.ff.ad l.Iuliam peculatus.

*a* ¶ Iuxta c.ſi quis ſuadente.*Credo, quod pœna illius c.non vendicat ſibi locum in hoc caſu quo ad hoc vt abſoluatur per ſedem apo.nam loquitur illud c.ſi quis ſuadente.de illo,qui percutit clericum temere : non de illo, qui capit clericum:de quo loquitur c.nuper.de ſent. excom.vbi non dicit quod talis teneatur pro abſolutionis Beneficio obtinendo conſpectui Ro.pon. ſe præſentare. ergo non eſt dicendum , cum non ſint extendendæ pœnæ:vt l.pen.ff.de pœnis.*

*b* In clerico autem coniugato.*De hoc dic ſecundum quod habetur & not.per text. & doct.in c. vnico. & do.Archid.Ioan.And.& Pet.de Anchara.*

## QVÆSTIO LXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex à quo,quatenus procedere poſſit in cauſis ciuilibus, ſi appelletur ab interlocutoria.*

2 *Commiſſio ad torturam reſpectu interlocutoriæ relinquitur arbitrio iudicis.*

1 IN cauſis ciuilib. ſi appelletur † ab inter-
locutoria,iudex à quo poteſt ſẽper pro-
cedere in cauſa , donec eidem fuerit per
iudicẽ ad quem inhibitum : nec attentata poſt ap
pellationem reuocantur per iudicem ad quem:
iuxta

iuxta c.non ſolum.in fi.de appel.lib.6. Quod ſe-
cus eſt,ſi appelletur à diffinitiua: quo caſu iudex
à quo,non poteſt ad executionem ſuæ ſententię
procedere,donec lapſis decem diebus. Et atten-
tata infra dictos decem dies,& etiam ante appel-
lationem & inhibitionem reuocantur per mo-
dum attentati per iudicem ad quem. & hæc ple-
ne leguntur & notantur in d.cap. non ſolum, de
appell.lib.6.In cauſis autem criminalibus ſi fera-
tur ſentētia interlocutoria ſuper tortura , iudex
non debet procedere ad executionem ſuæ ſentē-
tiæ interlocutoriæ, ſiue tunc pars appellet, ſiue
non:ſed debet expectare lapſum decem dierum:
ita dicit Pet. Iac.in tit. ſuper accuſatione furti,li-
bellus in materia iudiciorum ad torturā. Ita et-
iam dicendum puto de iure in ſententia diffini-
tiua in cauſa criminali lata,à fortiori ratione, cū
in executione eiuſdem maius periculum immi-
neat.Ideo debet iudex expectare lapſum decem
dierum,qui datur ad appellandum , niſi eſſet cō-
uictus & confeſſus: quia talis non auditur appel-
lans:iuxta l.2.C.quorū ap.non reci. ¶ Sed quic-
quid de iure ſit,cōtrarium ſeruatur in hac Curia
Parlamēti,& in cæteris Curiis Delph. Quia pro-
ceditur ad executionem talis ſententiæ interlo-
cutoriæ in criminalibus,etiam infra decem dies,
niſi fuerit appellatum & inhibitum. Quandoq;
tamen ſecundum caſus exigentiam & qualitatē
perſonarum expectatur lapſus decem dierum.
2 †Et ſic hodie de conſuetudine & ſtylo Curiarum
reſpectu interlocutoriæ ad torturam committi-
tur arbitrio iudicantis. In ſententiis vero diffini-
tiuis in cauſis criminalibus prolatis illæ protinus
& indiſtincte executioni mandantur , ita quod
non expectatur lapſus decem dierum, ſecundum
1 opinionē Bal.in l.addictos. C. de epiſ.audi. Quæ
opi.Bal.hoc caſu obſeruatur etiam de ſtylo Cu-
riarum præſentis patriæ Delph. niſi condemna-
tus appellaret & incontinenti inhiberetur per
iudicem appellationum:tunc enim iudex à quo,
ſuperſederet ab executione,niſi ( niſi vt ſupra di-
xi)eſſet conuictus & confeſſus.de materia appel-
lationum in criminalibus,dixi plenius in tractat.
meo de appellatio.quæſtione 120.

## QVÆSTIO LXXV.

SVMMARIVM.

1 Appellationes ab interlocutoriis ſunt ſublatæ in cauſis ciuilibus,limit.
2 Appellatio ab interlocutoria quot,& quib. caſibus ſit admiſſa.
3 Appellari an poſſit ab interlocutoria,ſi iudex admittit ineptū libellum.
4 Sententiæ prolatæ in executionē iudicati ſintne interlocutoriæ.

SEd circa hoc,quod proxime dixi ſupra de
1 appell.ab interlocutoria, † eſt aduerten-
dum : quia in cauſis ciuilibus ex ſtatuto
nouiſſime per dominum noſtrum Ludouicum
Delphinū Viennenſem,de anno Domini 1449.
edito,appellationes ab interlocutoriis ſunt ſub-
latæ, niſi in caſibus à iure ciuili permiſſis:videli-
cet quæ in diffinitiua reparari non poſſunt: iuxta
l.ante ſententiæ,cum ibi not. per Sal.& doct. C.
quo.appell.non reci. & plenius per Bal. in l.2. C.
de epiſ.aud.ita quod hodie in appellationibus ab
interlocutoria non ſeruantur iura canonica : ſed
2 iura ciuilia. † Sed qui ſunt caſus,in quib. de iure
a ciuili,admittitur appellatio a ab interlocutoria?
Dic quod multi ſunt caſus ſpeciales. Primo vide-
licet,quando iudex pronunciat aliquē eſſe quæ-
b ſtionandum.C.quorum appel.nō reci.l.2.b Item
quando iudex interloquitur fideiuſſores eſſe ido
neos,& non ſunt.ff. qui ſatiſ.cog.l. arbitro. Item
ſi copia actorū denegetur.C.vt li.penden.l.2. Itē
quando iudex tutoris excuſationem legitimam
non admit.ff.quan.appel.ſit.l.2.& l.tit. vlt. & l.ſi
quis tutor.eod.tit. Item quando iudex iuſſit pe-
cuniam ſolui minori ſine tutore.ff.de mino.l.ait
prætor.§.permittitur.Item à falſa cōſultatione,
vel relatione.ff.eo.l.1.& l.1.& vl.ff.quando appe.
ſit.& no.in l.1.gl.vl.de relatio.item ab iniqua in-
terpretatione ſententiæ.C.quo. app. non reci.l.
ab executore.item, quando iudex pronunciat ſe
eſſe,vel non eſſe iudicem competentem not.per
gl.in gl.fin.in fi.C.ne filius pro patre.auth.habi-
ta.item, quādo interlocu.eſt talis, quæ in conti-
nenti debet mandari executioni:vel forte totam
cauſam determinat:vt not. ff. de min.l. intra. &
not.in l.ante ſententiæ.C.quor. appel. non reci.
Item à pronunciatione executoris.d.l.ab execu-
tore. Alios ſpeciales caſus in quibus appellatur
c ab interlocutoria, c vide per Spec.in tit.de com
3 paratione in termin.in §.vnico.in fin.†Sed quid
ſi iudex admittit libellum ineptum,an poſſit ap-
pellari à tali interloc.de iure ciuili ? credo quod
ſic:quia ſi reus cogeretur procedere ſuper facto,
quod non poteſt reparari.l.in bello.§.facta.ff.de
capti.ita tenet Bal.in d.l.2. de epiſ. aud.in quæſt.
quæ incipit,quinto quæritur. Item ſi libellus ſit
obſcurus.c.ſignificantib.de libe. obla. & dom.
4 Bald.vbi ſupra,quæſt.6.† Sexto quæritur, vtrum
ſententiæ , quæ proferuntur in executionem iu-
dicati,ſint interlocutoriæ ? dic quod ſic : vt ex-
preſſe innuit Barto.in l.2.ff.de appel.reci.& dicit
expreſſe Pet.Iac. in tit. de actione in factum ex re
iud.in §. ſed quid erit præſes vel aliter iudex mi-
ſtum,&c.in fi.ibi,licet ſecus ſit,cum appellatur à
diffinitiua,&c.ibi clare videtur dicere,quod pro-
nunciatio ſuper executione ſententiæ eſt inter-
locut.etiam plene ſcripſi in notab. meis. in §.o-
mnis pronunciatio.& in multis §§ ibi ſeq. Etiā
de appellatione ab interloc.ſcripſi ſupra , quæſt.
11.& quæſt.16.& quæſt.436.

a ¶ Admittitur appellatio. Et nunquid poſſ.t ab in-
terlocutoria appellari viua voce. vide Pau.de Caſtr.in
conſil. 270. ſuper primo.in pr. in prima parte conſilio-
rum.Et nunquid appellatio ab interloc. debeat contine-
re cauſam iniquitatis? In ſpecie tradit Phil.Cor.in con-
ſil.65.incip. licet in hac.colum.2. verſic. & propterea
in 2.volum.& an poſſit iuſtificari ex eiſdem actis , &
an deuoluat totum negotium ad iudicem appellationis,
per eun-



dem Phil.Corn.in conſ.87.incip.viſis act.col.1.
ver.videamus.& col.ſeq.in 4.col.
b ¶ L.2.Et ibid.Barth.qui amplectitur lecturam do.
Ioan.tāquam veram dicentis, quod ab interloc. quæ in
fert grauamen,quod non poteſt reparari per appellat. à
diffinitiua appellari poteſt.
c ¶ Caſus appellatur ab interlo. Vide do.Bar.in l.2.
ff.de appell.reci.& Bal.in l.2.C.de epiſc.aud.& Azo.in
ſumma.C.de appel.§.appell.quis poteſt.

## QVÆSTIO LXXVI.

SVMMARIVM.

1 Bona damnatorum crimine hæreſis, cui ſint applicanda. & num.2.
3 Bona mortem ſibi conſciſcentis cui applicentur.

SI in terra alicuius bannareti habentis ter
ritorium limitatum , cum omnimoda
iuriſdictione,aliquis ſuus homo condē-
1 netur de hæreſi,† an eius bona debeant confiſca-
ri,& applicari fiſco & ærario domin. noſtri Del-
phini:vel ipſi bannareto. Veritas eſt,quod debēt
de iure talia bona confiſcari & applicari banna-
a reto,vt vult tex.in c.cum ſecundum leges. §. fi. a
extra,de hæreti. lib. 6. Quia licet videatur quod
non ſit niſi vnus fiſcus:iuxta l.1.C.de bon.vacan.
b b lib.10. Tamen quilibet habens merum impe-
c rium , habet fiſcum c ex quadam conſequentia,
quantum ad confiſcationem & annotationem
bonorū,& ſententia contra crimino ſum lata.Et
ſic intelligitur auth.bona dā.C. de bon. proſcri.
Non tamen dico, quod fiſcus Bannareti habeat
priuilegium in tacitis hypothecis vel ſimilibus,
ſicut habet fiſcus domini noſtri Delphi. quia ille
qui habet merū imperiū,poteſt illud exercere ſi-
ne talibus priuilegiis:ita no.dicit Pet.Iac.in ti.de
condi.ex l.inſt.de act.in §.quadrupli.Et ita in ter
ris Bannaretorū vidi ſeruari, maxime in manda-
mento montis fluritij in certis eorum ſubditis,
per iudicem montis fluritij de hæreſi condem-
natis.Quod intelligendum eſt de bonis exiſten-
tibus in Delphin. Alia vero extra Delphinatum
exiſtentia applicarentur illi fiſco , in cuius terri-
d torio ſunt, d quia omnia bona vbicunq; ſunt ex
eadem ſententia abſq; nouo proceſſu ſunt hinc
inde confiſcata.ita tenet Bald.in l. cunctos pop.
C.de ſum.trin.& fide catho.circa fi. Ibi, vlterius
2 quæritur defectu pœnæ,&c. † Et de hac materia
cui debeant applicari bona damnatorum de hæ-
reſi: vide Hen. Boh.in c.vergentis.extra de hær.&
in c.in quibuſdā.de pœn. in antiquis.& ibi plene
tangit cui applicantur bona laicorū & bona cle-
ricorum. Sed an talia bona ſunt confiſcata ipſo
iure,vel requiratur ſententia, dic quod ipſo iure:
e e vt dicit text.iuncta gl.in d.c.cum ſecundum le-
ges. Sed quid de confiſcatione in crimine læſæ
maieſt.vide, quæ ſcripſi infra,q.341. Et de mate-
ria d.auth.bona damna. vide plene in feudis. in
3 tit.de pac.tenen.& eius violatoribus.†Et cui de-
beant confiſcari bona illius,qui ſeipſum interfe-
cit,vide doct.in l.2.C.qui teſt.face.poſ.Sed quę-
ro ſi condēnatus de hæreſi, vel crimine læſæ ma-
ieſt.ante condemnationē aliqua alienauerit, an
fiſcus alienata poſſit petere tertiis poſſeſſorib.Et
ſi poſſit repetere,ſeu vēdicare: an fiſcus teneatur
f preciū emptoribus reſtituere. f vide plene per
Cy.in l.quiſquis.in fi. C. ad legē Iuliam maieſta.

a ¶ Vult text.§.fi. Text.ille hoc videtur innuere ibi,
per principes autem & alios dominos temporales,& fa
cit l.ſi quis presbyter.C.de epiſc. & cle. & iſtud expreſ-
ſe dicere videtur do. Alex.in addit.ad do.Barth. in l.1.
in apoſt.fiſcus.C.de bon.vacan.lib.10.
b ¶ De bon.vac.li. 10. Imo videtur,quod plures ſint
fiſci vt videtur innuere alleg.l.1.dum dicit, fiſci noſtri
rationib. vēdicādas. Fruſtra enim adderetur illud pro
nomē noſtri,niſi eſſent alij fiſci,qui ad alios pertineret.
Et ad idem l.pen.ibi, fiſco noſtræ manſuetudinis. C.de
conue.fiſ.debi.lib.10.l.fi.ibi,& fiſco noſtro locus pateat.
C.de peti.bo.ſubl.lib.10. Nam ciuitates, quæ iura fiſca-
lia præſcripſerunt, vel quæ ea habent ex priuilegiis, à
ſūmo Pōtifice,vel Imperatore cōceſſis, vel domini ter-
rarū,quibus talia priuilegia ſunt conceſſa, qui etiam in
ſuis terris habent iura fiſcalia ex contractu vel largitio
ne principis. Alias non poſſunt talia iura habere, quæ
ſunt ſoli principi reſeruata,ita not. dicit do. Bal.in l.1.
in tit.C.de hær.vel act.ven. Et ſic perſonæ prædictæ ex
cauſis prædictis habere poſsūt fiſcū.ſed improprie. Quia
fiſcus eſt arca imperialis,vel Camera imperij,do. Bart.
in l.1.C. de iure fiſc.lib. 10. & ideo nulla burſa dicitur
fiſcalis,proprie loquendo,niſi burſa principis , vel reip.
Rom. vt per do.Bal.in alleg.l.1.C.de hær.vel acti.ven.
c ¶ Quilibet habet fiſcum. Hoc intellige ſecundum
quod dicitur,& no.in prox.apoſt.præce.
d ¶ In cuius territorio ſunt. Vide do.Ioan. And.&
do.Pet. Anc.in d.c.cum ſecundum leges.de hær.li.6.
e ¶ Ipſo iure. Sed apprehenſio bonorum non debet fie-
ri per do.ſecularem,niſi prius pronunciatum fuerit ſu-
per crimine per iudicem eccleſiaſti.qui hoc poſſit:tamen
ex quo eſt ſecuta damnatio,effectus huius damnationis
trahitur retro ad diem commiſſi criminis. Et ideo ex
die cōmiſſi criminis, videtur interdicta ipſi facinoro-
ſo alienatio.argu.C.ad legem Iuliam maieſt.quiſq.§.e-
mancipatio.& C.de apoſt.apoſtatarum. 1. reſponſo. vt
dicunt do. Arch.Ioan.And.& Petr. de Anch. in preal-
leg.c.cum ſecundum leges.
f ¶ Pretium emptoribus reſtituere. Dicendum eſt,
quod non niſi pretium inueniatur in bonis ipſius hære-
dis:vt ſentire videntur d.Doctor in præalleg.cap. cum
ſecundum leges.

## QVÆSTIO LXXVII.

SVMMARIVM.

1 Submittens ſe alienæ iuriſdictioni,an & quādo poſſit pœnitere.
2 Forum non declinare qui promiſit,an poſſit poſtea pœnitere.
3 Iudex temporalis an poſſit præſentare clericum pro infractione ſaluægardiæ regiæ Delphinali.
4 Iudex,cuius prorogata eſt iuriſdictio, an poſſit ſententiam ſuam mandare executioni.

LEx,ſi conuenerit.ff.de iur.omn.iud.cum ſua
gloſ. quæ in hac parte per doctores approba-
tur,vult quod ſubmittens ſe alienæ iuridictioni,
1 †etiam per pactum,poſſit ante litis conteſt. pœ-
nitere,

nitere,etiam ſi pactum eſſet iuratũ:vt dicit Hen-
ric.de Bouen.in auth.ſacram.C.ſi aduer.vend.in
ſua repetitio.in materia cauſæ finalis,in prima il-
latione, & alleg. Bald.ita tenentem in l.ſi. ff.qui
ſatiſd.cog.cum tale iuramentũ præſtetur in præ-
iudicium tertij. Sed quicquid ſit de iure, de ſtylo
a *a* præſentis Curiæ Parlamenti, & aliarum Curia-
rum Delph. non admittitur hoc caſu pœnitẽtia
etiã ante litis conteſt. Et licet aliqui doctores di-
cere voluerint in l. ſi quis ex conſenſu.C. de epiſ.
audien. quod etiam in cauſis ciuilibus non valet
ſubmiſſio ad Curiam alienam, ſine conſenſu iu-
b dicis,cuius iuriſdictioni ſubeſt *b* talis ſubmittẽs:
c vt etiam tenere voluit Barth.in l.1. *c* in §. & poſt
operis.ff.de oper.noui nũciat.& Ant.de But.qui
plene recitat opiniones in c.ex trãſmiſſa. de for.
comp.& dixi in 74. Conſiliorum meo. & plene
tetigi in d. l. ſi conuenerit. in mea repetitione,
quam feci vltra montes in Taurino,die 11. men-
ſis Iulij.1427. ¶ Non tamen adhuc admitteretur
d talis exceptio *d* in Curia Parlamẽti,poſito quod
illa opinio,dicentium, quod non valeat ſubmiſ-
2 ſio ſine conſenſu ſui iudicis, eſſet vera † Sed
quid ſi quis promittat forum non declinare, an
poterit poſtea pœnitere? Dic quod nõ.c.1.extra,
de iud.& ibi Io.And.qui reſpondet ad argumen-
tum quod fieri poſſet de d.l.ſi conuenerit. Et præ
dicta ſunt vera, quo ad laicos: ſecus autem eſſet
in clericis:iuxta c.ſi diligenti.extra, de for.com-
pe. Nã clerici ſe ſubmittere non poſſunt iuriſdi-
ctioni iudicis tẽporalis etiam in actione reali: vt
in auth.ſtatuimus.C.de epiſc.& cle. & tenet Pet.
Iac.in tit.de rei vend.quæ de conſuetudine com-
probatur circa finem,ibi poſitiones rei,&c.& la-
tius ipſe Pet.Iac.in materia de duello,quę eſt ſub
rub.vi bon.rap.tenet idẽ etiam Bal.in auth. ſi cle
ricus.C.de epiſ.&cle.&facit gl.in auth.vt omnes
obed.iud.in §.hoc conſiderato.in glo. ſuper ver-
bo,ſubiaceant.iuncta cum text. quidam tamen
contra,qui allegant l.ſed & loci.§.ſi alter fundus.
ff.finium regundo.per text.ibi, quoniam magis
fundo,quã perſonis adiudicari partes intelligun-
tur.pro quo facit l.qui alien.§.ſi.ff. de nego. geſt.
ibi, ſententiæ prædio dantur. alleg. etiam aliqui
pro hac parte,11.quæſt.3.§. cum ergo.vide etiam
per hoc Ioan.Fab.in §.ſi vero reus.inſtitut. de ſa-
tiſd.& Spec.in tit.de actore. Et ſi iudex tempo-
ralis attentaret cognoſcere de cauſa cõtra cleri-
cũ, incurreret ſententiam excõmunicationis, i-
e pſo facto, *e* iuxta c.pen.de immu.eccle.li. 6. Sed
3 † an iudex temporalis poſſit punire clericũ, pro
infractione ſaluęguardiæ regiæ,vel Delphi. Do-
mini iudices temporales Franciæ dicunt, quod
ſic & allegant pro ſe l.2.C.vt nemo priua.tit.prę-
diis ſuis.ibi,miles vel clericus, &c. & ſequitur,
executoresq; huius legis omnes iudices eſſe o-
portere,&c. Sed dic, quod tales iudices ſunt ex-
f cõmunicati, *f* ſi puniant clericum,per d.c.pe. Et
in hoc cũ concernat periculũ animæ,lex ſuccum
g bit canoni,vt ponunt doct.in c.1. *g* de nou.ope.
nun. Quid autem de cauſa feudali, ſi iudex laicus
poſſit cognoſcere contra clericũ. vide, quæ dixi
infra,quæſt. 139. Et quid de cauſa poſſeſſorij in
Beneficialibus, an cognoſcet iudex laicus cõtra
4 clericum:vide,quæ dixi infra,quæſt.85. † *h* Iuxta
h materiã prorogationis iuriſdictio. quæro an iu-
dex,cuius iuriſdictio eſt prorogata, poſſit ſentẽ-
tiã ſuam mandare executioni. Dico, quod non:
quia non eſt iudex,niſi vſq; ad ſententiã: vt dicit
glo.in l.2.ff.ſi quis in ius voca.non ier.facit l.epi-
ſcopale.C.de epiſc.aud.& de hoc dixi 74. Conſi-
liorum meorũ. Contrarium tamen ſeruatur de
i ſtylo: *i* Curiarum præſentis patrię. De hoc etiam
vide, quæ ſcripſi infra, quæſ.462. De prorogatio-
ne iuriſdictionis, etiam tetigi infra, quæſt. 370.
k Vtrũ vaſalli poſſint prorogare iuriſdictionem *k*
in aliũ,quã in dominum.vide Bal. de prohi. feu.
alie.per Fed. in §. præterea. ibi,ſed quæro vtrum
vaſalli, &c. Si officialis debeat cognoſcere de in-
iuria, facta clerico per laicũ, vide plene in quęſt.
562.Item quia vigore iuramenti quis ſortitur fo-
rũ. An in defuncto iurato eius hæres ſortitur fo-
rum,dic,quod non,vt concludit Anto.But.poſt
alios in c.cum ſit.extra de foro comp. ibi inquã-
tum dixi. Et tetigi infra,quæſt.414.

*a* ¶ De ſtylo. *Pro ſtylo facit quod adiectio iuramenti mutat forum, vel ſaltem accumulat forum foro, primũ tenet dom. Archid.in c.cum laicus. & ibidem ſecũdum tenet Ioan.An.de for.com.lib.6.*

*b* ¶ Sine cõſenſu iudicis, cuius iuriſdictioni ſub-eſt. *Iſtud eſſet verum in caſu, quo vaſallus alicuius domini, habentis ſuper eum iuriſdictionẽ, prorogaret iuriſdictionem alterius: tunc talis prorogatio domino inuito non debet valere. ita ſentit dom. Bart. in l.1. in pr. ff. de iud. & in l.1. §. & poſt operis. & ver. item quærit. ff. de oper. noui. nun.*

*c* ¶ Bar.in l.1. *Intellige iſtud in caſu, de quo in proxima præcedenti apoſtilla dixi. extra autem talem caſum, tenet prorogatio: vt vult dom. Bart. in locis, in dicta apo. alleg.*

*d* ¶ Non admitteretur exceptio. *Crederem hoc eſſe verum, quando ſubmittens exciperet: quia tũc notaretur de fide rupta & periurio, cuius prætextu, vt fidẽ & iuramentum ſeruet, etiam corã iudice eccleſiaſtico. conueniri poteſt: vt c.fin. & ibi dom. Archid. Ioan. And. & Pe. de Anchar. de foro compe. lib.6. Sed vbi experiretur ipſe dominus, habẽs iuriſdictionem in ſuum vaſallum, debet vtiq; exaudiri, cum contendat de iure ſuo, cui per factum alienũ nõ potuit generari præiudicium. Et pro hoc facit, quod dicit Speculat. 1. par. ti. de arbit. & arb. §. reſtat. ver. ſed nunquid vaſallus.*

*e* ¶ Et ſi excommunicationis ipſo facto. *Iudex attendens cognoſcere de cauſa contra clericum, nõ eſt excommunicatus ipſo facto: ſed venit compellẽdus per cẽſuram eccleſiaſt. deſiſtere. vt c. ſeculares. de for. compe. lib.6. non obſtat c. pe. hic alleg. nam illud loquitur alio caſu, videlicet, quando quis impedit proceſſum vel effectũ iuſtitiæ eccleſiaſticæ, prohibendo quominus litigans poſſit libere iuſtitiam, coram iudicibus eccleſiaſticis, obtinere. & talis videtur ipſo facto excõmunicationi ſub iacere. & ratio diuerſitatis eſſe videtur: quia hic facit, vt iudex prætendens ſe ſimiliter iuriſdictionẽ habere: ille autem facit vt priuatus, impedire ſatagens iuriſdictionem eccleſiaſticam, in eius exercitio iudices malitioſè turbando. & pro hoc vide dom. Petrum de Anch. in alleg. c. pe. in 1. & 2. no. de immun. eccle.*



*f* ¶ Sunt excommunicati. *Et hoc videtur verum: quia in hoc caſu iudices, ſic clericum præſentantes, videntur perſonam eius diſtringere: vnde eſt locus pœnæ. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. & hoc videtur innuere dom. Ioan. And. in c. 2. in glo. pen. ibi, de facto forte. de foro compe. lib. 6.*

*g* ¶ Ponunt doc. in c.1. *Ext. no. in c. ſi. extr. de præſcri. & non eſt mirum, ſi in hoc caſu ita ſit, cùm cõditori canonum, & vicario conditoris, ſubdita ſit omnis creatura. vt dicit dom. Innoc. in c.1. de conſti.*

*h* ¶ Infra quæſt.85. *Vide etiam ſuprà, quæſt.1.*

*i* ¶ Contrarium tamen ſeruatur de ſtylo. *Hunc ſtylũ exiſtimarẽ rectè procedere, ſi condemnatus bona poſſideat in loco iudicis, qui cognouit: aliàs ſecùs. quia tunc remittendus eſt ad iudicem loci, vnde eſt qui ſententiam mandabit executioni, ex relatione iudicãtis. dicit dom. Bart. in l. ex quacunque. in ſi. iuncta glo. in verſ. ſi quis. ff. ſi quis in ius voc. non ierit.*

*k* ¶ Vaſalli prorogare iuriſdictionẽ. *Videtur, quòd ſic, quò ad ſui, non domini, præiudicium poſſit vaſallus iuriſdi. alterius prorogare. arg. eorum, quæ dicit Spec. 1. parte ti. de arbi. & arbi. §. reſtat videre. 5. col. ver. ſed nunquid vaſallus. & dom. Bar. in l.1. in princ. ff. de iudi. & in l.1. §. & poſt operis. in fin. vlt. col. ver. item quærit. ff de no. ope. nun.*

## QVÆSTIO. LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an teneatur quid conferre, pro reparatione mœniorum ciuitatis.*

1 AN Eccleſia teneatur contribuere cum
a laicis † pro reparatione mœniorum, *a*
& fortificatione ciuitatis? Iac.de Aret.
Iac.de Rauen.Iac. But.Cy.Lamb.de Saxonia.&
Bal.tenent,quòd ſic.in l.ad inſtru. C. de ſac. ſan.
eccle.Idem tenet etiam Iac.de Aluaro. doct. no-
uiſſimus,in lectura ſua feudorum,in tit. de pace
iuramento firman.in §.illicitas. Et ideò de anno
currente do.1454.quo anno fuit orta guerra,per
præfatum dominum noſtrum Delphin. contra
dominum ducem Sabaudiæ: in qua guerra fue-
runt in Sabaudia deſtructæ & depopulatæ duæ
villæ, montiſſupelli & ſancti Geneſij, Auguſtæ.
quæ guerra durauit circa per tres menſes: & qua
durante præfatus dominus noſter Delph. ad hãc
ciuitatem Gration. miſit & deſtinauit ſpectabi-
lem militem,dominum Ludo.de Laual. guber-
natorẽ Delph. & in Camera Conſilij vocatis re-
uerẽdo in Chriſto patre,domino epiſcopo Gra-
tionop.necnon canonicis, facientibus capitula
in eccleſijs beatæ Mariæ, & ſancti Andreæ Gra-
tionop. fuit expoſitum factum dictæ guerræ, &
pericula, quæ obuenire poterant huic ciuitati
Gratia, & patrię Delph. Exhortatiq; & requiſiti
fuerunt,quòd ipſi quilibet in parte ſua,fortifica-
rent præſentem ciuitatẽ Grationop. prout & in
parte fecerunt: & poſtea per compoſitionẽ, ca-
pitulum beatæ Marię ſoluit 60.florenos,& capi-
tulum beatæ Andreæ compoſuit ad 12.florenos.
dominus verò Epiſc. Gration.fecit reparari mœ-
nia ciuitatis,videlicet partem ſibi cõtingentem,
& ita vidi. Si tamen dicti viri eccleſię præceptis
dicti domini gubernatoris obtemperare noluiſ-
ſent,nõ poterunt de iure cogi, per ipſum domi-
num gubernatorem. Sed per eorum iudicem
competentem,vt dicit Cyn.& Bald.in d.l.ad in-
ſtructiones.& ſuper hac materia quomodo con-
tribui debeat, in reparationibus mœniorum,&
per quæ,vide,quæ ſcripſi ſuprà,quæſt. 7. vide et-
iam,quæ dixi in notabilibus meis,in §.vtrum. in
d.l.ad inſtructiones, &c.

*a* ¶ In eccleſia pro reparatione mœniorum. *In huiuſmodi quæſtione an teneatur cõtribuere ad muros ciuitatis, videtur dicendũ, quòd ſi mœnia ſiue muri ciuitatis fiunt ad ornatum ciuitatis: eccleſia non tenetur conferre. Sed ſi fiunt ad neceſſitatẽ, puta, propter guerram, vel ſuſpicionẽ guerræ: tunc eccleſia tenetur cõtribuere. Ita ſentire videntur do. Cyn. & Bal. in prædicta l. ad inſtructiones. C. de ſac. ſan. eccle. Tamẽ, vt ibidem dicit do. Bald. ad conferendum, in huiuſmodi caſu non poſſunt clerici compelli, per iudicem ſecularem: ſed per epiſcopum. & alleg. c.1. de immu. eccle. lib. vlt.*

## QVÆSTIO. LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Clerici alàs immunes à ſubſidijs, an teneantur conferre quid, nomine earum rerum, quas à plebeijs aut acquirũt, aut ſucceſſione obuenerunt. diſt.*

AN clerici, clericaliter viuentes, qui aliàs de
iure & conſuetudine præſentis patriæ Del-
phin. ſunt franci & immunes à contribu-
tione talliarum & ſubſidiorũ Delphin. debeant
contribuere in dictis ſubſidijs pro rebus, quas ac
quirunt, aut ſibi ex ſucceſſione obuenerũt à ple-
beis, qui in dictis ſubſidijs contribuere conſue- 1
1 uerũt. † Circa hoc puto ſic diſtinguẽdũ: quia aut
loquimur in patria Briaſoneſij Oiſentij & aliis
locis,in quibus fieri conſueuerunt regiſtra,& res
affici illo onere, & tunc tales priuilegiati clerici
pro dictis rebus, ſic eis obuenientibus tenentur
a contribuere. tenet Bart. *a* poſt Petrum de Bella
Pertica, in l. reſcripto.§.ſi.ff de munerib.& hon.
pro quo facit: quia conſtitutio Imperatoris vel
b Regis *b* ligat poſſeſſ. clericorum, *c* in eorum ter-
c ritorio ſitas.ext.de fo.comp.c.poſtulaſti.Ratio-
ne enim temporalium clerici Regibus ſunt ſub-
iecti.11.q.1.§.is itaq;. extrà,de maior.& obed.c.
ſolitæ.licèt Bal.in auth.item nulla.C.de epiſc.&
cler.& in l.placet.C.de ſac.ſanct.eccleſ. tenuerit
contrariam opinionem. Aut loquimur in alijs
locis huius patriæ Delph.in quibus non fiunt re-
giſtra. Et tunc ſtamus in iudicando diſpoſitioni

iuris communis: ita videlicet, quod clerici, clericaliter viuentes, ad talia munera non teneantur,
d d etiam pro rebus ruſticalib. Et de hac materia, vide, quod circa hoc fuit iudicatum infra, quæſt. 381. Sed quid de nobilibus, an debeant cōtribuere pro rebus regiſtra. vide quid fuit deciſum, quæſtione 384.

a ¶ Ita tenet Bart. *Quem omnino videas ponentem duas cautelas: quibus ſeruatis, iure poterunt imponi collectæ omnibus poſſeſſionibus, eccleſiæ vel clericis, quo quomodo obuenientibus, vt in §. ſed quæro. verſiculo, ſed pro his.*

b ¶ Vel regis. *Supple, vel apoſtolici iuriſdictionem habentis: cuius proprium ſtatuere eſt, vt l. omnes populi, & ibi do. Bart. ff. de iuſti. & iu. Adde belliſſime domi. Abbat. in conſ. 3. 1. vol.*

c ¶ Ligat poſſeſſiones clericorū. *Vt ſentire videntur dom. Innoc. & Ioan. An. in prædict. c. poſtulaſti. de foro compe. & ad hæc faciunt, quæ dicit dom. Archi. 11. quæſt. 1. in c. ſi tributum.*

d ¶ Clerici non teneantur. *Quia à ſordidis muneribus, ſuperinditis etiam ab extraordinariis, eccleſiæ ſunt immunes, etiam pœna excommunicationis & perpetui exilij contra facientibus, imminente: vt prædicta l. placet. C. de ſacroſan. eccle.*

## QVAESTIO LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Simoniane ſit aliquid accipere, pro ingreſſu monaſterij.*
2 *Literarum præciſarum conceſſio, an validam conſuetudinem inducat.*
3 *Iuramentum præſtitum, per promittentem ſoluere ſimoniam, eſt nullum.*

VIDEMVS quotidie, quod domina prioriſſa Montis fluritij, & cæteræ aliæ prioriſſæ, abbatiſſæ huius patriæ Delphi, recipiunt certum quid pecuniarum, quandoque centum florenos, quandoque plus, vel minus, à parentibus filiarum, quæ moniales recipiuntur, pro introitu monaſterij.

1 Quæro † an ſit eis licitū de iure illud recipere, abſq; metu ſimoniæ. Bald. qui hanc quæſtionem mouet, in l. ſi quenquam. C. de epi. & cle. arguit pro, & contra: & dicit ipſe, videtur primo, quod ſit licitum: quia ſicut dos datur pro oneribus matrimonij, ita videtur, quod poſſit dari monaſterio: vt poſſit ſupportare onera perſonæ ingredientis. Contrariū tamen tenet ipſe Bal. dicens, quod licet monaſterium ſupportet onera ingredientium, non tamē pro ipſo ingreſſu poteſt paciſci, de illa quaſi dote recipienda, quia eſſet ſimonia. Et pro hac parte vltra Bal. facit c. quoniā ſimoniaca labes. extra, de ſimo. & ibi videtur caſus pro deciſione præſentis quæſt. Sed ſi liberaliter offerretur vel daretur per filiam, aut eius parentes ſine aliquo pacto, tūc bene poſſet recipi amore Dei, vt notatur 32. quæſt. 2. c. non omnis. & c. ſeq. Et ita intelligitur dic. Bar. in l. Titio centum. §. fi. ff. de cond. & dem. Tamen vidi in contrarium iudicari: quia de tempore dominæ prioriſſæ Montisfluritij vltimo defunctæ, quæ erat de cognomine nobiliū Guiffredorū, vidi in hac Curia Parlamēti concedi plures literas præciſas, vim ſententiæ diffinitiuæ obtinentes, contra parentes monialium, qui pro introitu filiarum ſuarum in dicto monaſt. ſe obligauerāt ipſi dominæ prioriſſæ cū
2 iuramento, & aliis clauſulis oportunis. † Sed cre-
a do, quod per in aduertentiam fuerunt cōceſſæ a ipſæ lit. præciſæ ex eo, quia pars rea hoc non opponebat: nec per ipſarū præciſarum conceſſionē, quanquā in contradictorio iudicio cōceſſæ fuerunt, poteſt induci aliqua valida cōſuetudo, cum
b eſſet inductiua peccati: b vt in c. non ſatis, & in c. cum in eccl. cum ibi notatis per gl. Inno. Hoſt. & Henr. Bohi. extra de ſimo. & in c. ſi quis præb. &
3 ibi bonus tex. cum ſua glo. 1. q. 3. Et nō † valet iuramentum præſtitū per promittentē ſimoniam ſoluere. Quia nō poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ: iuxta c. cum contingat. extra de iureiur. Nec obſtat c. debitores. eo. tit. quia iurans ſoluere vſuram, nō peccat mortaliter, licet recipiēs ſit: Ideo ſibi compellitur iurans ſeruare iuramētum. Sed ille, qui iurat ſimoniam ſoluere, peccat mortaliter, ſicut recipiens. Ideo non tenetur illud iuramentum ſeruare. ita dicunt Docto. in d. c. debitores. & do. Io. de Imo. in d. c. cum contingat. in ſua repetitione. Et iſta eſt veritas. Ideo de iſtis admonebo dominos meos Parlamēti, dum videbo decætero caſum contingere. Sed an ſolutum per ſimoniam, poſſit repeti? vide, quę plene dixi infra, quæſt. 581. Si recipere pecunias pro ſacramento ſit ſimoniacum, vide Panorm. in cap. etſi Chriſtus. circa fin. extra, de iureiurando.

a ¶ Per inaduertentiam fuerunt conceſſæ. *Imo & iure fortaſſis conceſſæ fuere, vt ipſi autumant: nam licet ſacramenta ſint libere conferenda, adeo, vt nil nomine ſepulturæ, exequiarum, mortuorum, benedictionum, nubentiū, ingreſſionis monaſterij, & huiuſmodi, exigi poſſit: vt in c. audiuimus. & ſeq. extra, de ſimo. veruntamen poſſunt laici compelli, pias & laudabiles conſuetudines obſeruare, ſi quæ ſuper his ſiunt, vt in c. abolendæ. per gloſſam, in verſ. exigere, de ſepultu. & ad hoc per ſuperiorem cogi poſſunt, officio iudi. implorato: vt dicit glo. in c. ad apoſtolicam. in verſ. laudabilem. extra, de ſimon. dom. Innocen. ibi aliter ſentire videtur. ſed eſt communis opinio doctorum, quod prædixi, vt dicit dom. Felyn. in præalleg. cap. ad apoſtolicam. ſuper gloſſ. fin. in fin.*

b ¶ Peccati. *Nam conſuetudo non derogat iuri naturali ſeu diuino, cuius tranſgreſſio peccatum inducit, nec poſitio niſi ſit rationabilis & præſcripta. vt capit. final. de conſuetu.*

## QVÆSTIO LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Si debitor in fraudem creditorum vendat rem, pignori captam, & incantatam, quis præferatur creditor vel emptor.*
2 *Rem meam, apud officiarios ſequeſtratam, an poſſim vendere pro victu, ſi non ſit mihi vnde viuam.*





SI debitor poſt pignorationem incātus, & liberationem in vltimo incantu, per traditionem calami creditori, vel alteri emptori in vltimo incantu factam, rē de pignore captam, alteri vendat, & tradat, quis ipſorum e-
1 rit potior, & præferri debeat. † Et videtur, quod ſecundus emptor, cui prius fuit res tradita, per l. quoties. C. de rei vend. & facit quod tenet Bart. in l. à diuo pio. §. & ſi ſuper rebus. in q. pen. ff. de re iudi. quia per talem liberationem, in vltimo incantu factam, & per traditionem calami, non
a transfertur poſſeſſio, a vt dicit Hoſt. in ſumma, de cauſa poſſeſſionis & propriet. ver. ſed quid ergo ſi vendas. &c. Et ibi dicit, quod errant fatui notarij, qui dicunt tradi poſſeſſionem per traditionem calami. idem etiam ſentit Dyn. in regula iuris. c. Beneficium. verſi. 3. poſſet quæri, &c. Et per
b conſequens nec dominium: b quia in acquirenda poſſeſſione requiritur actus corporeus, niſi in caſibus ſpecialibus, à iure permiſſis, in quibus trāſit poſſeſſio iuris fictione, ſine corporali apprehenſione rei, & per conſequens dominij, ſicut videmus in retētione vſusfructus, vt in l. quiſquis. C. de donat. & in precario, vt in lege, quod meo. ff. de acquirenda poſſeſſ. & multis ſimilibus. Tamen quicquid ſit de iure, cōtrarium ſeruatur de ſtylo præſentis Curiæ Parlamēti, propter authoritatem rei iudic. Ita videlicet, quod ille emptor, cui res incantata liberatur in vltimo incantu per traditionem calami, cenſetur potior iure, & præfertur ſecundo emptori. Licet ipſe ſecūdus emptor habuerit primo realem traditionē. Et cor-
c roboratur iſte ſtylus authoritate domini Cyn. c in l. 1. C. de alienat. iudic. mutan. cauſa fac. qui dicere voluit, quod poteſt replicari ſecūdo emptori, quod debitor dolo deſiit poſſidere: ita quod compleatur executio contra ſecundum empto-
d rem, d in re pignori capta. Et ita etiam ſecundū hanc opin. Cyn. fuit iudicatum in vigilia Ramiſpalmarū, die ſententiarum. 1455. in manibus Petri de Boliaco ſecretarij Delphi. in cauſa nobilis Ioan. Capelli, contra nobilem Aymonē de Bellomonte, in qua cauſa nobilis Amblardus dominus Bellimontis, poſt pignorationem & liberationem ad incantum, contra eum factum, rem pignori captam vēdidit, & realiter tradidit dicto Aymoni eius fratri. Similiter fuit iudicatū 1462. de menſe Aprilis, pro Aymaro & Claudio repellini fratribus, contra Antonium Fayni mercatorem Gratianop. ad cauſam domus ſibi venditæ per Gulielmum Baſſi, quæ domus prius fuerat capta de pignore, & incantata pro dictis repellinis. De hac materia etiam tetigi ſupra. quæſt. 22. Quod verum dici poſſet, niſi dictus ſecūdus em-
e ptor primo fuiſſet inueſtitus, e & laudatus à domino directo rei emptæ: & tunc enim deberet præferri alteri, qui emit ad incantum, qui nō fuit laudatus à domino directo: quia ſine conſenſu domini directi non tranſit dominium, vt plene
2 dixi ſupra quæſt. 46. circa fi. Sed quæro † iuxta prę miſſa, res mea fuit per officiarios Curiæ ſequeſtrata, an poſſim eā vendere pro victu & alimentis meis, ſi nō habeā aliūde viuere? Credo, quod
f ſic, per tex. in l. fi. §. Quod ſi ei. f ibi, tantum litis ſumptus, & alimoniæ homini ſubminiſtretur. C. de ordi. cog. & ita tenet Bart. in tractat. ſuo ali-
g mentorum. circa fi. g Si per traditionem calami transferatur poſſeſſio, dixi ſupra, quæſt. 22.

a ¶ Per traditionem calami non transfertur poſſeſſio. *Ex inueſtitura non adipiſcitur quis poſſeſſionē, ſed quoddam ſignum poſſeſ. vt in cap. per tuas. extra, de do. iuncta glo. in verſic. ſignum. in cap. ex literis. extra de conſue & ideo ad acquiſitionem poſſe. non ſufficit ſignum, ſed requiritur res ſignata, videlicet miſſio in poſſeſſionem. vt no. glo. in verſic. annulo. & in cap. ex ore. de his, quæ fiunt à maio. par. cap. poſſeſſio enim acquiritur corpore & animo: non altero tantum. vt C. de acquiren. poſſeſ. l. licet. ita quod rei apprehēſio per ſe, vel per alterum ſit neceſſaria: vt ff. eo. quemadmodum. & l. quæ vniuerſas. vt dicunt dom. Odofr. Cyn. Bart. & Bal. in alleg. l. licet.*

b ¶ Nec dominium. *Quia ad acquiſitionem dominij nō ſufficit titulus, vel cauſa: ſed requiritur traditio vera, vel ficta, vt inſtit. de rer. diui. §. per traditionem iuncto §. interdum. vnde ſine traditione non transfertur dominium, vt in l. nunquam nuda. ff. de acqu. rer. domi. & l. traditionibus. cum gloſ. C. de pactis.*

c ¶ Authoritate domin. Cyn. *Aduerte, quod dominus Cyn. illud non dicit: ſed tamen quod hic dicitur, videtur eſſe verum: quia talis alienatio præſumitur doloſa, ex qualitate facti. iuxta theoricam domi. Odofre. in prædi. l. vnica. in 1. quæſtio. C. de alien. iud. mutan. cauſa fact.*

d ¶ Contra ſecundum emptorem. *Pro hoc facit, quod alienans cauſa mutandi iudicij, poteſt conueniri & condēnari vtili rei vendicatione, & fiet executio ſententiæ contra poſſeſſorem, qui tenetur rei vendicā. directa, dummodo fuerit citatus in proceſſu, agitato cōtra alienatorem, vt nota. dicit dom. Bal. in iam alleg. l. vna. C. de alie. iud. mutan. cauſ. fac.*

e ¶ Niſi primo fuiſſet inueſtitus. *Videtur etiā quod vbi ſecundus emptor fuiſſet primo inueſtitus, à domino directo rei emptæ, tamen adhuc non videtur forte præferendus primo emptori. in hac ſpecie certis rationibus. Tum quia, ſi id concedatur, locus vtique fraudibus relinquetur: contra l. in fundo. ff. de rei ven. & c. cum in multis. de reſcrip. lib. 6. Malitiis enim hominum obuiandū eſt. c. ſedes apoſtolica. de reſcri. & ff. de tranſ. l. cū hi §. ſi cum lis. Tum, quia tali occaſione edictum & decretum iudicis reddetur illuſorium: contra l. prætor. ff. de iu. & contra. de deſpon. cum inhibitio. §. pe. Spec. de arbi §. ſequitur. ver. ſed quid ſi arbitri. Non obſtat præalleg. l. quoties C. de rei vend. quia ibi vtraque alienatio ſumit vires ſuas ab vno fonte: videlicet facto priuati: hic autem partim à facto iudicis.*

f ¶ Qui tex. *Iuncto eo, quod ibi dicit dominus Bal. in 4. no. dum vult, quod prouidetur in alimentis aduerſario, tanquā de proprio patrimonio, & nō de alio: optime facit in arg. pro deciſione huius quæſtionis, videlicet quod ſi quis habeat rē propriam ſequeſtratā, & aliunde*

*unde non poteſt habere alimenta licita, tamen rem ſequeſtratam vendere poterit.*

g ¶ Circa fi. *In verſi. quæro aliquis non habet. vbi tenet do. Bart. expreſſe rem proptiam ſequeſtratam, pro neceßitate alimentorum, quem vẽdere poſſe, & pro hoc allegat prædi. l. fin. C. de ordi. cogni.*

## QVAESTIO LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Ius agendi ad ſupplementum legitimæ filij, quanto tempore præſcribatur.*

2 *Ius filio dicendi teſtamentum patris nullum, in quo præteritus eſt, quanto tempore præſcribatur.*

a DOctores noſtri varia dixerunt *a* in illa quæ.
1 qua quæritur, quãto † tempore ius agendi ad ſupplementum legitimæ filij, præſcribatur: quia Bart. in l. ſi quis filium. ff. de inoffi. teſta. & Guliel. de Cu. in l. quamuis. C. e. tenent, quod præſcribitur quinquennio. idem tenet ipſe Barto. in ſuis Conſi. conſ. 35. & dicit pro hac parte eſſe caſum
b in d. l. ſi quis filium. *b* in fi. allegat etiã caſum pro parte ſua in l. fi. C. de inoffi. donat. ſic inducẽdo: Querela inofficioſæ donationis habet locum, ſiue aliquid eſt relictum ei, qui intentat ipſam querelam, ſiue non, & quando eſt ei relictum aliquid, dicta querela hoc ſolum operatur, quod ei ſuppleatur id, quod deeſt ad legitimam, vt no. in l. 1. C. de inoffi. don. Ergo habet dicta querela effectũ iuris agendi ad ſupplementum in d. caſu, & tamen quinquennio finitur, vt d. l. fi. & ſic eſt ibi. ſecus. quod ius agẽdi ad ſupplementum, pręſcribatur quinquennio. Præterea iſtud ius agendi ad ſupplementum, ſuccedit in locum querelæ, vt l. omnimodo. C. de inoffi. teſta. ſed actio, quę ſubrogatur in locum alterius, eſt illius naturæ & illius vitæ, cuius eſt ipſa, ſecundum ipſius primordialem naturam. vt l. 1. §. hæc actio. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſ. fu. & no. in l. certi condictio. in gloſſ. magna. ff. ſi certũ pet. Nec obſtat, dicit ipſe Bart. quod ad ſupplementum legitimæ agitur condictione ex lege. Et ſic eſt actio perſonalis, quæ durat. 30. annos. l. 2. C. de conſti. pec. quia dicit Bar. illud verum regulariter: ſed fallit in multis caſibus, ibi not. & in multis aliis, qui ibi non ponuntur, vt dicit ibi gloſſ. inter quos eſt iſte caſus per rationes prædictas, ita dicit Bart. Nec obſtat etiam ſecundũ Barth. vbi ſupra, quod dicitur, quod alia ratio eſt in querela, videlicet quia odioſa & totum teſtamentũ reſcindit, quod non facit cõdictio ex lege ad ſupplementum, quia imo eſt eadem ratio, ſicuti enim querela reſcindit teſtamẽtum in totum, ita ius agendi ad ſupplementum reſecat inſtitutiones, & legata pro illa parte, vt l. ſi liber. § ſi libert. ff. de bo. lib. & l. ſi ex patroni. ff. eo. Item l. ſi quando. §. fi. C. de inofficio. teſtamẽ. appellat dictum ius agendi ad ſupplementũ per querelam, ſicut enim agens per querelam, de toto teſtamento conqueritur, ita per iſtud ius cõqueritur de modico relicto, nec obſtat. d. l. ſi quãdo. §. fi. C. de inoffic. per quam videtur, quod tollatur aliter, & aliter ius agendi ad ſupplementũ. quia verum eſt in caſu illo: quoniam ratio, quæ eſt in vno, ceſſat in alio: nam acceptans legatum afferebat teſtamentum, vnde merito nõ poteſt, illud impugnare per querelam, quia dicũt leges, quod recepit eſſe validum, quod non recipiendo diceretur inualidum. Sed ideo ceſſat in iure agendi ad ſupplementum: nam recipiendo dicit legatum validum, petendo item ſupplementum ſimiliter dicit validum, licet cõqueratur de modicitate: ſed in modo tollendi per præſcriptionem ineſt eadem ratio. Sicut enim ille, qui agit querela venit contra volũtatem defuncti, ita ille, qui petit ſupplementum, vt ſupra probatum eſt, omnis enim petitio falcidiæ, trebellianicæ, vel alterius portionis debitæ, datur contra volũtatem defuncti. l. Titia. ff. ad legem Falcid. Concluditur ergo ſecundum Barth. quod ius agendi ad ſupplementum legitimæ, præſcribitur quinquennio à die aditæ hæreditatis. Bal. vero & Sal.
b ibidem in d. l. ſi quis filium. *b* & Angel. in l. Papinianus. §. ſi conditioni. ff. de inoffic. teſta. tenent oppoſitum, dicentes quod imo durat 30. ann. ſicut aliæ actiones perſonales, iuxta l. 2. C. de cõſtit. pec. Et hæc opin. Bal. & Salyc. & Ang. in iudicando ſeruatur in hac Curia Parlamenti, contra opin. Bart. & Guliel. de Cun. tanquam magis æqua & rationi conſona. Ita vidi ſemper determinari per dominos meos huius Curiæ Parlamẽti.
2 † Sed quanto tempore præſcribatur filio ius, dicendi nullum teſtamentum patris, in quo fuit præteritus? vide, quę dixi infra, quæſt. 436. in fi. & quæſt. 497. An ſupplementum legitimę petatur, à ſolis hæredibus: an etiam à legatariis petatur tale ſupplementum legitimæ. Bart. in l. in quartam
c *c* ad l. Falci. dicit tam ab hæredibus, quam à legatariis eſſe petẽdum. Sed in l. omnimodo. probabatur contrarium ſecundum Raph. Ful. videlicet quod à ſolis hęredibus. & hoc videtur proba-
d bilius *d* per l. 1. §. ſi hæres inſtitutus. ff. ad Trebel. & iſtam partem ſequitur dominus meus, dom. Ioan. de Graſſis. in d. l. omnimodo. in glo. ſuper verbo, licebit. in fin.

a ¶ Doctores noſtri varia dixerunt. *Vide omnino Frãc. de Crema. ſing. ſuo 129. inci. antiqua eſt quæſt. & iſtum conſ. 179. incip. quo ad q. nu. 4. ver. quo autem ad legitimam. & conſ. 220. incip. ſupra conſi. num. 1. verſit. 1. ſi dictæ. & conſil ſequen. num. 6. in fine.*

b ¶ Bald. in d. l. ſi quis filium. *In 3. colum. in verſic. 3. quæritur. & ibi ipſe dom. Bal. valde repellit rationes dom. Bart. adducendo rationes fortiores, quibus in cõtrarium arg. & altißimo intellectu, dicit in auth. presbyteros. C. de epiſ. & cle. quem omnino videas. & ff. de inoff. teſt. in rep. l. pater filium. in 5. col. in §. viſis ergo. verſicul. quæritur vtrum. Et aliquid de hac materia tangit. ff. eod. tit. in l. tam is. §. huius autem. in glo. infra, ibi, ad ſupplementum.*

c ¶ Bar. in l. in quartã. *In ver. quæro per quos debet ſuppleri, & hanc opi. do. Bart. ſequi videtur do. Bal. in auth. presbyteros. in verſic. præterea, ibi, & eſt in rem ſcripta, &c. C. de epiſc. & cler. & quod actio ad ſupplementum legitimæ, contra legatarios pro rata, ſicut cõtra hæredem vniuerſalem, competat, tenet expreſſe do. Bal. & illius rationem aßignat, dicens eſſe not. vt in l. tam is. in §. huius autem. in verſi. ſed vtrum iſta actio. ff. de inoffi. teſtam. & ſi vis videre modum articulandi, proſequendo legitimam & eius ſupplementum, traditur ſub breuibus per dom. Bart. conſil. 17.*

d ¶ Videtur probabilius. *Hoc intellige verũ, quando legata eſt quantitas in genere: ſecus autem, quando relictum eſt corpus hæreditariũ: quia tunc contribuunt legatarij ad legitimam, ſicut hæredes. & poſſunt conueniri à filio, quia legitima ipſo iure reſecat. ita no. dicit dom Bal. in l. omnimodo. in princ. circa fin. 2. col. in §. vlti. quæro. in verſicu. ſed ego ſic diſtinguo. C. de inoffic. teſtamento.*



## QVÆSTIO. LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Clerici primæ tonſuræ, dantes operam literis, ſeu exiſtentes in ſcholis, contribuere non debent in ſubſidiis Delphinalibus, ſi modo clericaliter viuant.*

DIe 4. menſis Iulij, 1455. in Camera Conſilij, in qua erant domini Porterij licentiati in legib. præſidens Ioan. Baiulli, Ioa. de ſancto Germano
1 aduocatus. † & ego: fuit cõcluſum & determinatum in quadam cauſa, tunc ibidem agitata, quod clerici primæ tonſuræ, exiſtentes in ſcholis grammaticalibus, dicuntur viuere clericaliter: vt ſint exempti à contributione ſubſidiorũ Delph. pro
a quo facit tex. in l. 2. *a* C. de epiſ. & cler. Et idem
b iure canonico *b* niſi eſſent coniugati. vt in c. vno de cler. coniu. li. 6. ibi, in cæteris, &c. & ponit Pet. Iac. in ti. de duello. ibi, archiepiſcopo. & idem dicerem de ſcholaribus ſtudentibus in legibus vel canonibus, in vniuerſitate citra & vltra montes.
3 Sed † an clerici coniugati dicantur viuere clerica
c liter, *c* credo, quod ſic: dummodo deferãt habitum & tonſuram, & deſeruiant officiis eccleſiæ, ſaltem in feſtiuitatibus: & à negotiationibus ſecularibus, ſaltem inhoneſtis, abſtineant: vt dicit Spec. in ti. de clerico coniugato, circa prin. ideo videretur, quod tales ſic viuentes clericaliter ſecundum formam per Spec. vbi ſupra traditam, deberent eſſe exempti à contributione dictorũ ſubſidiorum Delph. ſecundum tenorẽ literarum trium ſtatutorum præſentis patriæ Delph. quib. cauetur expreſſe clericis, clericaliter viuentibus, munus exemptionis à contributionibus ſubſidiorum Delph. competere. Sed communis obſeruantia tales clericos coniugatos non reputat viuere clericaliter: quia non deſeruiunt diuinis:
d *d* ideo compelluntur ad contribuendũ in dictis ſubſidiis Delp. iuxta etiam diſpoſitionem d. c. ibi in cæteris, &c. dixi infra, in quæſt. 383.

a ¶ Facit tex. in l. 2. *Vide ad hoc l. presbyteros. eod. tit. C. de epiſ. & cler. vbi dicit do. Bal. quod eſt multum notandũ quod habentes minores ordines non ſuſcipiunt tutelas: nec aliquod officiũ ſeculare ſeu onus perſonale.*

b ¶ Iure canonico. *Quod autem clerici primæ tonſuræ clericaliter viuentes, debeant gaudere priuilegio clericali, dummodo vxorentur, habetur in c. ex parte. extra, de cler. coniug.*

c ¶ Viuere clericaliter. *Clerici coniugati bene poſſunt viuere clericaliter: vt dicit Spec. tamen. vt ibidẽ ſuper Spec. diſtinguit do. Ioan. And. non gaudent priuilegio clericali, niſi ſolum in duobus caſibus eis reſeruatis per c. vnum. & ibi do. Arc. Io. And. & Pet. de Anch. de cler. coniug. lib. 6.*

d ¶ Non ſeruiunt diuinis. *Nam cithara cum pſalterio male concordat. vt in c. diuerſis fallaciis. in prin. extra de cler. coniug.*

## QVÆSTIO. LXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Vincentius Ferrarien. ordinis prædicatorũ, Lugduni concionatus.*

2 *Puella Ioanna nuncupata, quando regnarit.*

2 *Conſtantinopolis per Turcas inuaſa.*

TEmporibus meis vidi duo luminaria ſacræ Theologiæ, actu prædicãtia per mũdum. primo videlicet ſanctum Vincẽ-
1 tium Ferrariæ, ordinis † prædicatorum, quem vidi prædicare in ciuit. Lugd. de anno currẽte Do. 1415. & qui inde deceſſit ab humanis, in patria Britanniæ, vbi iacet corpus ſuũ in ciuitate de vã-
a nes, & inde fuit canonizatus, *a* de hoc anno currente do. 1455. Romæ per Papam, Calixtum III. Secundo etiã vidi ſanctũ Bernard. de Senis. de ordine & obſeruantia ſancti Franciſci, prædicare in patria pedemontium, anno do. 1429. qui claruit
b miraculis *b* per ſeptem annos ante eius mortẽ: & inde deceſſit & fuit Romæ canonizatus per Papam Nicolaum IIII. anno iubileo currente 1450. Tempore etiam meo vidi de anno currẽte 1446: quod deceſſit ab humanis do. epiſcopus, Andegauen. Ioannes Michaelis, nuncupatus, qui iacet in eccleſia cathedrali ciuitatis Andegauen. & ibi claret miraculis, prout vidi dum fui miſſus in ambaſſiata ad regem Carolũ IIII. per dom. noſtrum Ludouicum Delph. Vienn. & reputatur ſanctus: tamen nondum eſt canonizatus. vidi etiam reuerendiſſimum in Chriſto patrem dominũ Ludouicum alamandi, cardinalẽ Arelaten. cuius corpus iacet in ciuitate Arelaten. & ibi claret miraculis, qui deceſſit ab humanis de anno do. 1449.
2 † Vidi etiã temporibus meis puellam, Ioannam nũcupatam, quæ incœpit regnare anno, quo fui doctoratus, quæ inſpiratione diuina, arma bellica aſſumens, de anno do. 1430. reſtaurauit regnũ Franciæ, Anglicos à regno expellendo vi armata, & præfatum regem Carolum ad regnum Frãciæ reſtituendo: quæ puella regnauit tribus vel
3 quatuor annis. † Temporibus meis etiam ciuitas Conſtantinopolitana in patria Græciæ, fuit per Turcas inuaſa, & vi armata occupata, de anno do. 1453. de menſe Iunij, qui tunc occiderunt Imperatorem, & multos Chriſtianos in numero infinito, & quæ ciuitas & tota patria Græciæ, adhuc per Turcas occupatur, & forte iudicio diuino

c procesſit illa deſtructio: c quia licet ipſi Græci d
d reducti fuiſſent temporibus meis, per Papã Eugenium quartum, in Concil. Ferrarien. ſuper aliquibus eorum erroribus fidem Catholicam cõtinentibus, forte male ſeruauerunt decreta dicti Concilij, eis obſeruari iniuncta. Item 1460. & de menſe Iunij Dux de Diort, de regno Angliæ captiuari fecit, & captum detinuit regem Angliæ. Et poſtea eodem anno de menſe Decembris, regina Angliæ, quæ erat filia regis Siciliæ, in quodã conflictu gentium armatarum fecit occidi dictũ ducem de Diort, & eius filiũ primogenitum, & liberari dictum regem Angliæ eius maritum, à manibus inimicorum ſuorum: tamen in finalib. fouentes partem dicti ducis de Diort, expulerũt dictum regem Angliæ à toto regno Angliæ. Et coronauerunt in regem Angliæ filium ſecundogenitum, dicti quondam ducis de Diort.

a ¶ Canonizatus, *quando agitur de aliquo canonizando, inquirendum eſt de vita & miraculis ipſius canonizandi. & ſuper vita & miraculis teſtes ſunt inducendi: qui examinentur diligenter & ſigillatim, vt in c. venerabili. & ibid. Ioan. And. de teſt. in anti. inquirendum eſt enim an illi, de quo canonizando agitur, prior vita teſtimonium præbeat pro laboribus multis, pro moribus caſtis, pro actibus ſtrenuis. vt 61. diſt. miramur. circa finem. de multis aliis eſt ſedulo inueſtigãdum, de quibus ſeriatim tangitur per dom. Gofr. in Sum. de reli. & vene. ſan.*

b ¶ Claruit miraculis. *Notandum eſt quod multi nõ ſancti faciunt miracula, aut vi verborum, vt conſecratio eucha. aut vi parentelæ. vt rex Franciæ, vel illi de domo ſan. Pauli. aut arte magica, aut ex charitate ſola, vt dicit dom. Fel in d. c. venerabilis. de teſt.*

c ¶ Proceſſit illa deſtru. *Nec mirum, cum propter peccatum quis etiam citius moriatur. cap. epiſcopi ſi ſacerdotali. & ibi gloſſ. in verſi. præueniatur. 11. quæſtione 3.*

d ¶ Græci. *Eccleſiæ Rom. ſubijci nolunt Græci: licet ad obedientiam. ſed apoſtoli. temporibus Innoc. 4 fuiſſent reuerſi. vt in c. licet Græcos. ext. de bap. tametſi eccleſiã Ro. fateantur eſſe primam, & ſublimiorem. 22. di. de conſt. §. 1. & ſic cum aduerſus eam taliter agendo, fidem illius violare videatur, fortaſſis hæretici ſunt cẽſendi, per ea, quæ habentur ead. diſt. c. omnes.*

## QVAESTIO LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Iudex temporalis cognoſcatne de poſſeſſorio in cauſis Beneficialibus, contra presbyteros, in interdicto retinendæ vel recuperandæ.*

2 *Poſſeſſio ei adiudicari debet, qui potiora iura oſtenderit.*

3 *Poſſeſſor pacificus quis dicatur.*

1 CVria parlamenti Delphina. in materia, poſſeſſ. cauſarum ſpiritualium † & Beneficiorũ, cognoſcit etiã contra clericos & presbyteros in interdicto recuperandæ poſſeſſionis, vt dixi ſupra, in 1. quæſt. In quo interdicto ad obtinendum in eodem, ſufficit titulus coloratus: & dicitur coloratus, quando proceſſit ab habente poteſtatẽ, nec exigitur, quod alias oſtẽdatur validitas titul. niſi quo ad formam extrinſecã, nec admittitur quæſtio de validitate vel inualiditate tituli. ita tenent canoniſtæ in cap. in literis. de reſtit. ſpoliat. & ponit Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de reſtit. ſpoliat. in princ. & gl. 1. clem. de reſtit. ſpoliat. imo ſecundũ Innoc. & Ioa. And. ſufficit probare ſe authore ſuperiore inductum in poſſeſſionem, ad obtinendũ reſtitutionem, niſi appareret manifeſte de non iure petentis reſtitutionem: tunc enim non eſſet fienda reſtitutio: quia Beneficium eccleſiaſticum. &c. ita tenet Io-
a an. And. a vbi ſupra, & idem Ioan. And. poſt Innoc. in c. literis. de reſtit ſpol. nam prius eſt quando conſtat de titulo infecto, quam quando de nullo conſtat: vt dicit Innoc. in c. dudũ. de deci. Et ſimiliter in materia poſſeſſorij retinendæ cognoſcit dicta Curia Parlamẽti, prout vidi de hoc anno currente Domini, 1455. in quadam cauſa diffinitiua, de menſe Septem. in manibus Antonij de Molena, inter duos presbyteros, præſentis ciuitatis Gratian. cuius ſententiæ tenor ſequitur.
b Dicimus b & pronunciamus meritis præſentis cauſæ conſideratis, præfatum Gulielmum Baſſi fore manu tenendũ in poſſeſſione dictæ capellæ, beatæ Catharinæ, iuriumq; & pertinentiarũ & aliorũ bonorum eiuſdem. Atque inhibendum d. do. Iacobo bonis, cui per præſentes inhibemus, ne ipſum Baſſi turbet ſeu turbari faciat, in poſſeſſione dictę capellę, & iuriũ eiuſdem, donec aliud per iudicem ordinariũ eccleſiaſticum, dictarum partiũ ſuper petitorio ipſius capellæ, fuerit ordinatũ, pragmatica ſanctione, ſeruata manu Delphi. in d. capella appoſita ad vtilitatẽ ipſius Baſſi
2 tollẽdo materiã, &c. † Et in hac vi turbatiua, pro qua etiam aduocati Franciæ, in Beneficialib. intendant caſum nouitatis, vt dicit Io. Fab inſt de
c interd. in §. retinẽdæ. in pr. c debet poſſeſſio adiudicari illi, qui potiora iura oſtenderit: vt l. edicto C. de edi diui Adr. tol. & not. in c. licet. de prob. dixi in apparatu ſtat. Delph. Si quis per literas. in gl. fi. circa principiũ. Et in iſtis Beneficialib. inter
d contẽdentes attẽditur titulus iuſtior, d iuxta no. in c. cum veniſſent. de in integ. reſti. & in c. ex inſinuatione. de procur. & in d. c. in literis. faciunt not. in l. ſi duo. ff. vti poſ. & in l. 1. C. eo. tit. faciũt, quæ ponit Bal. in l. quoties. C. de rei ven. Dyn. & Ioa. And. in regula iuris. qui prior faciunt c. ſi tibi
3 qui. de reſcr. li. 6. & c. ei, cui. de præb. eo. lib. † Et in hac materia dicitur pacificus poſſeſſor, qui habet poſſeſſionem ſine controuerſia iuris, vel facti iudicialis, vel extraiudicialis, vt dicit Pau. de Leaza. in cle. graui. de reſcri. Sed quęro, ſi in iſtis iudiciis poſſeſſoriis pars velit tradere articulos, declarãtes petitorium ad corroborationem poſſeſſorij, an debeat audiri? vide, quæ dixi ſupra, quæſt. 71. De pacifico poſſeſſore, vide, quæ ſcripſi in notab. meis, in §. qui patitur controuerſiam.





a ¶ Ita tenet Io. An. *in c. in literis. in 9. col. ver. ſcripſi etiã hic Inno. Vbi ipſe videtur velle, quod quis tuẽdus eſt in poſſeſſione, quam nactus eſt authoritate illius qui per omnia ſe gerebat, vti prælatus, licet non eſſet: facit c. querelam. de ele. Vbi ſufficit electio ad obtinendũ, docere, eligentem fuiſſe in quaſi poſſeſſione tempore electionis: licet non probet, quod proprietas iuris eligendi ad illum pertinet.*

b ¶ Dicimus. *Hic ponitur forma ſententiæ latæ ab inſigni Curia Parlamenti Delph ſuper iudicio retinendæ poſſeſſionis in materia Beneficiali: in huiuſmodi quippe iudicio, puto, interdicto, vti poſſidetis, multifariã, fertur ſententia, pro varietate ſcilicet modorum agendi. de quibus compendioſe tangitur per dom. Ioan. Fab. in §. retinendæ. in 9. col. in ver. expediti ex his.*

c ¶ *Ad terminũ & materiã nouitatis videtur facere: & habetur no. in l. vſum aquæ veterẽ. C. de aquædu. li. 11.*

d * Titulus iuſtior. *Et nũquid titu. in iſtis Beneficialibus cauſetur, vel præſumatur ex diuturnitate tẽporis vide Fel. in c. ex parte. de teſti. & in c. Albericus. eo. tit. Et an titulus Beneficij probetur per longum tempus vide eundem Fel. in c. illud. colum. 3. verſic. not. primo de præſumpt.*

## QVAESTIO LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Procurator ſi decedat ante cauſæ ſententiam, an poſſit ſententia ferri in perſonam domini cauſæ,*

2 *Procuratore domino litis, & domino cauſæ mortuis, in cuius perſonam ferenda ſit ſententia.*

3 *Sententia poſſitne mandari executioni, contra procuratorem litis.*

1 PRocurator dominus litis † deceſſit ab humanis, ante ſententiam diffinitiuam, facta aſſignatione ad diffiniendum, an poſſit ſententia ferri in perſonam domini cauſæ. Et videtur de iure,
a quod non: a per l. 1. C. de ſenten. & interl. om. iu. Ecce quid ſeruatur in dicta Curia Parlamenti. Quia aut procurator dominus litis viuit: & tunc ſeruatur quod ſcripſi infra q. 426. Aut eſt mortuus, & tunc ſententia fertur in perſonam domini
b cauſæ. abſq; alia citatione: b ex quo aſsignatio ad diffiniendum, fuerit facta in perſonam procura-
c toris: iuxta l. 2. C. c quo. & quan. iud. & nota. per
d Pet. Iac. in tit. de actio. de conſt. pec. circa fi. d Et ita etiam fuit concluſum in ſententia, lata anno 1454. & die 28. menſis Iunij, in cauſa tunc diffinitiua inter nobilem Iaquemetum de Ramuſato, dominum de Alaudo, agentẽ ex vna parte, & nobilem Ioannem Piet, dominum Podij, reũ ex alia in manibus Ioannis de Molena ſecretarij Delphinalis. Quo tempore latæ ſententiæ erat mortuus Raymũdus Rodulphi, procurator in d. cauſa pro dicto nobili Ioanne Piet, contra quem Ioannem Piet reum fuit lata ſententia, mortuo dicto Rodulphi. Et hæc obſeruantia huius Curiæ ſatis corroboratur à diſpoſitione iuris canonici, quo iure
e non curatur, e ſi ſententia feratur in perſonam procuratoris domini litis, vel in perſonam domini cauſæ: vt dicit glo. in cap. ſuſcitata. in glo. prim. extra, de in integr. reſt. Sic etiam conuenit fieri in hac Curia Parlamenti. Quia quandoque fertur ſententia in perſonam procuratoris domini litis, & quandoque in perſonam domini cauſæ.
2 † Sed quid ſi ambo ſint mortui, & procurator dominus litis, & dominus cauſæ an dabitur ſententia in perſonam defuncti? Circa hoc diſtinguitur, quia aut ex eiſdem actis conſtat de morte, vel non conſtat. Si conſtet, tunc non profertur ſententia in perſonam mortui. Sed conſueuerũt citari hæredes. Si vero non conſtet, tunc ſi proferatur, valet & tenet ſententia, ita ſeruatur in di
3 cta Curia Parlamenti. † An ſententia poſſit mãdari executioni contra procuratorem litis? dic,
f quod non. f ſicut nec contra tutorem, curatorẽ, & ſimiles. l. 4. §. tutor. ff. de re iud, & l. Paulus. & l. Procurator. ff. de procurato. ita dicit Io. de Ferrarijs in titul. forma executionis ſententiæ. in gl. præalleg. in fin. niſi eſſet procurator in rem ſuam: vt dicit Angelus de Aret. in l. ſi ſe non obtulit. ff. de re iudic. De tutore vide per Speculato. in titul. de executione ſentent. §. ſequitur. verſicul. ſed pone. & per glo. & Bar. in l. qui ſolidum. §. etiam. ff. de leg. 2.

a ¶ De iure quod non. *Nam ſententia omiſſo procuratore lata contra dominum, qui in iudicio non fuit, ipſo iure non valet: quia natura proceſſus dictat huiuſmodi ſententiam debere ſumere initium à perſona procuratoris. Et ideo ſentẽtia deficit in ſubſtantialitate id eſt, in ſubiecto ſcilicet perſonæ. Ita ſentire videtur dom. Bald. in præalleg. l. 1. in 1. & 2. colum. ver. ſcias. & verſiculo, quæro in quo deficit. C. de ſententijs & interloc. omnium iudicum.*

b ¶ Abſque alia citatione. *Certe videtur in hoc caſu non fore procedendum ad ſententiam, maxime citra citationem, per ea, quæ dicit dominus Bart. in allegat. l. 1. in 2. colum. in verſi. item quæro, retento eodem themate. Præterea finge dominum ignorare mortem procuratoris, & aſsignationem ad diffiniendam factam, nũquid periclitabitur ex eo fortaſſis, quod volebat adhuc aliquid pro iuſtificatione ſuæ intentionis, in mediũ deducere, vel aliquem actum ante vel poſt ſententiam per ſe, aut per alium facere? Et ad iſtud bene facit opinio illa, quæ vult, quod citatio neceſſe habet peruenire in notitiam abſentis, vt in gloſſ. in ver. in notitiam. in fin. ibi alij dicunt, & c. in l. 1. §. item cum ex edicto. & ibi domi. Bart. qui gloſſ. approbare videtur. ff. quæ ſen. ſine appella. reſcin.*

c ¶ Iuxta l. 2. *Aduerte, quod ille text. non videtur dicere, quod citatio facta in perſona procuratoris, debeat haberi perinde, ac ſi facta eſſet in perſona domini. prout hoc innuitur. ſed ibi dicitur ſecundũ vltimũ exemplũ glo. quod approbat dom. Ber. extra, de offic. & po. iudi. delega. c. conſuluit. quem do. Cy. Bart. & Bal. ſequuntur in præalleg. l. 2. C. quomo. & quando iu. quod monitio iudicis, habet vim peremptoriæ citationis. Si igitur monitio iudicis contenderetur facta in perſona domini tunc vtiq; eſſemus in caſu illius l. quæ vult iudicem ſententiam poſſe proferre, licet aliter peremptoria citatiõ non interuenerit. ¶ Sed vbi nulla citatio peremptoria,*

*neq; iudicis interpoſita monitio fuiſſet in perſona domi
ni,non videtur ſententia iure conſtare, vt l.1.§.itē cū
ex edicto.ff.quæ ſen.ſine app. reſc.iuncto eo, quod dicit
do.Bal.in d.l.1.in 6.no.1.col.& in 4.col.ver.ſed quan-
do poteſt.C.de ſent.& interlo.om.iud.*
d ¶ De acti.de conſti.pecu.circa fi.§ *poſtea perue-
nitur.vbi quantum concernit propoſitam materiā,di-
cit d.Pet.Iac.de Aret.ſi pars fuerit præſens,& iudex aſ-
ſignauerit ſibi diem ad ſententiam audiendā,certe non
indigeret alio peremptorio.& ad hoc alleg.d.l.2.C.quo.
& quando iud.Et ſic per hoc quod dicit,partē præſentē
& ſibi aſſignatū ad audiendū ſententiā videtur innue-
re eſſe vera,quæ dicta ſunt in prox. præcedēti apoſtilla.*
c ¶ Non curatur. *Hoc verum videtur, quod eccleſia
parum curat in hac ſpecie ſolennitatem legalem. vt di-
cit gl.in c.ſuſcitata. hic allega. Sed hoc intelligendū eſt
cū ſalis grano, quod bene ſapuit do. Bal. dicens canoni-
ſtas iſtā ſcrupuloſam ſolennitatem non curare:ſed illam
realitatem dicere. quod tam vterq;, quam alter poteſt
condemnari,ſi citatus eſt ad ſententiam. Quia non re-
fert,quid ex æquipollentibus fiat, vt in præalleg.l.1.in
3.col.in verſ.quæro.cum gl.1.ſed canoniſtæ. Ecce quo-
modo requiritur,quod bis citetur ad ſententiā, qui cō-
demnandus eſt: verum eſt tamen, quod ſi procurator
eſt præſens,poteſt tam procurator, quā dominus in per-
ſonā procuratoris condemnari,vt ſentire videtur præ-
alleg.c.ſuſcitata.iuncta glo.1. in fin.& apertius do.Bal.
in d.l.1.in 3.col.in ver.venio.C.de ſen.& interloc.om.
iud.Et plene no.d.Ber.de elect.querelam.*
f ¶ Dic,quod non. *Nā licet verba condemnatoria
dirigantur in procuratorem: tamen verba executoria
debent referri ad dominum, nō autem ad procuratorē:
vt per do.Bart.in præalleg.l.1. in 3.colu.in verſi.quæro
quid ſi ecōtra.ibi aduerte. Sed iſtud verificatur in pro-
curatore actoris,qui vicit in cauſa, vt ibi exemplū &
dictum do.Bar.inſinuat. Et ideo illud nō videtur face-
re pro ratione ſolutionis quæſtionis propoſitæ,quæ loqui
tur in procuratore illius,qui ſuccubuit.Spe. dicit, quod
quamuis ſententia lata fuerit in procuratorem, execu-
tio tamē fiet in bonis domini, ſi habuit à domino man-
datum. Si vero ſine mandato litigauit,tūc fiet in bonis
procuratoris:vt tit.de ſententia execu. §.ſequitur vi-
dere.2.col.verſ.ſed & ſi acta.ad hæc,vide domin.Bart.
in l.ſi ſe non obtulit.in prin.in verſ.ſed quæro, quid in
procuratore.ff.de re iud.*

## QVÆSTIO LXXXVII.

*De collectis imponendis,vel non
imponendis.*

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas non habens burſam communem, poteſt collectam im-
poneret.Et id quomodo.num.2.*
3 *Exactores collectarum quando poſſint conueniri.*
4 *Exactor collectarū an poſſit compelli iuridice facere duos aut
plures.*
5 *Tallia Delph.an debeat peræquari inter ſubditos.pro ſolido &
libra,vel per capita.Et quid de forenſi.num.6.*
7 *Tallia an debeat æqualiter imponi pro rebus, quas quis extra
ciuitatem habet.*
8 *Mobilium & immobilium an habeatur conſideratio propter
æquatores.*
9 *Ciuitas poſſitne imponere collectas, ſine autoritate ſuperioris.*
10 *Collectā quis ſoluere an debeat pro re quā reſtituere tenetur.*

SI villa aut communitas alicuius loci, nō
habeat burſam communē, poteſt talis
1 † communitas imponere collectam, &
ſoluere illis,quib. tenetur.l.1.§.ſi nemo.ff.quod
cuiuſq; vni.& not.ibi,in glo.& in Spe. de execut.
ſent.§.ſequitur.verſic.quid ſi vniuerſitas.facit l.
2 2.in prin.ff.de alim.& cib.leg. ¶ † Et ſi illi de vni-
uerſitate nolint collectam imponere, iudex po-
teſt eis imponere ipſis prius vocatis:vt l.fin.C.de
3 mun.patr.li.10. ¶ † Et exactores deputati ad exi-
gendum talem talliam ſeu collectā, poſſunt capi
& conueniri lapſo termino eis dato ad exigendū
& ſoluendum:vt ff.de mun.& ho.l.1.circa princ.
ibi decem primatus,&c. Et ipſi exactores poſtea
poterunt exigere ab alijs de vniuerſitate: vt dicit
Bar.in l.4.§.actor municipum. ff. de re iud. & ita
videmus quotidie ſeruari & fieri in exigendis tal-
lijs & ſubſidijs Delphinalibus. ¶ Sed quia ſupra
proxime dixi, quod exactores talliarum poſſunt
conueniri,& compelli ad ſoluendum, pro com-
4 munitate:† ponamus caſum,quod exactores de-
putati ad exigendum ſubſidia Delphinalia, non
ſunt ſoluendo, aut alias theſaurarius Delphina-
lis receptor talium ſubſidiorum non poteſt con-
ſequi ſolutionem à tali, vel à talibus exactoribus.
An ipſe poſſit iuridice compelli facere duos vel
plures de alijs hominibus ditioribus talis vniuer
ſitatis,prout quotidie videmus fieri per theſau-
rarium Delphinalem.Bart.in d.l.4.§.actor.ff.de
re iud.dicit,quod non,& bene:quia non eſt debi
tum cuiuſlibet proprium, ſed vniuerſitatis.l.in
tantum.§.vniuerſitatis.ff.de re.diui.Et ita etiam
vidi obſeruari & relaxari tales per theſaurarium
arreſtatos in hac ciuitate Grationop. Sed iuxta
hæc vlterius quæro, aliquis de vniuerſitate eſt a-
deo pauper, quod non poteſt ſoluere ratam ſeu
quotam talis ſubſidij Delphinalis ſibi impoſitā.
An alij de vniuerſitate ſoluēt pro eo? dico quod
ſic:vt l.1.C.de omni agro deſerto.lib.10.& ita et-
5 iam ſeruatur. ¶ † Vlterius circa hæc quæro, *a* an
a talis tallia Delphinalis debeat peræquari inter
ſubditos pro ſolido,& libra,vel per capita. Inno.
in c.grauem.extra,de ſent. exco. videtur dicere.
quod per ſolidos & libras, hoc eſt, ſecundum fa-
cultatem patrimonij.Bar.tamen diſtinguit circa
hoc,in d.§.actor municipum, tamē quicquid ſit
de iure,& conſuetudo huius patriæ Delphinalis
ſe habet in aliquibus locis,videlicet in Oyſentio
in Brianſoneſio,& certis alijs locis, quod fit per-
æquatio pro ſolido & libra. In alijs vero locis fit
per capita,pro modo facultatum, vt in hac ciui-
tate Grationop. & pluribus alijs locis, quæ con-
ſuetudo attendi debet, vt dicit Bar. in ſimili in l.
6 1.C.de muli.& in quo loco.li.10.† Vlterius quæ-
ro,vtrum forenſis qui alibi habitat, poſſit com-
pelli contribuere in dictis ſubſidijs Delphinali-
bus, cum ciuibus huius ciuitatis Grationo. pro
rebus & poſſeſſionibus, quas in hoc territorio
Gration.



Gration.habet.Bart.dicit,quod non.in d.l.1.C.
de muli.& in quo loco in q.quæ incipit,ſed quæ-
ro,cui poſſit imponi hæc collecta, &c. Puto ta-
men circa hunc paſſum ſecundum tempora,quæ
in hac patria Delphinali incurrunt,ſic diſtinguē-
b dum. Quia aut loquimur de forēſibus *b* & inco-
lis patriarum regni Franciæ, Sabaudiæ & Prouin-
ciæ,quæ nobis conuicinantur, qui forēſes habēt
bona in hac patria:licet in ea non habitent:& tūc
coguntur contribuere pro rebus, quas in hac pa-
tria poſſident de conſuetudine, vt vidi in illis de
Turnone in regno Franciæ: & in illis de Tincto
in Delphinatu: qui hinc inde contribuūt in ſub-
ſidijs regijs & Delphinalibus pro reb. & poſſeſ-
ſionibus,quas hinc inde habent.Similiter faciūt
etiam illi de Lugduno contra forēſes pro rebus,
quas in eadem ciuitate Lugduni poſſident. Et ſi-
militer faciunt etiam illi de ſancto Simphoriano
auzonis & circunuicini cōtra illos de Lugduno,
qui etiam habent paſſiones, vt dixi etiā infra,q.
397. Aut loquimur inter ſubditos & incolas hu-
ius patriæ Delphinatus,& ſubdiſtinguo:quia aut
ſubditus Delph. peræquatur in loco, in quo fo-
uet domicilium, pro omnibus rebus, & habita
conſideratione per peræquatores ad omnia,quę
ipſe poſſidet alibi in Delphinatu:& tunc non cō-
pellitur alibi pro rebus, quas alibi poſſidet. Aut
in peræquatione facta in loco originis, nō habe-
tur conſideratio per peræquatores, niſi ad bona,
quæ ipſe habet in loco, in quo ipſe fouet domi-
cilium. Et tunc compellitur contribuere alibi
pro rebus,alibi in Delph.exiſtentibus.Et ita ſem
per vidi fieri & obſeruari 30. annis proxime lap-
ſis,à quo tēpore circa inchoaui practicare in hac
ciuitate Grationop.& ideo,quando veniūt que-
rimoniæ, & dantur ſupplicationes præſidēti hu-
ius Curiæ Parlamenti, & qui pro temporibus fu-
erunt,ſemper conſueuerunt decretare tales ſup-
c plicationes,hoc modo reſcribat caſtellanus: *c* ſi
ſupplicās fuerit peræquatus in loco domicilij ha-
bita conſideratione ad omnia, quæ poſſidet in
7 Delphinatu,vel ne,vt prouideri poſſit,&c. † Vl-
d terius quæro,*d* iuxta hæc,an ſi fiat collecta in vna
ciuitate pro negocijs ciuitatis, debeat ciuis per-
æquari in tallia pro rebus etiam, quas ipſe extra
ciuitatem habet:modo intra Delph.vide quæ di-
8 xi ſupra, q. 5. † Vlterius quæro iuxta præmiſſa,
quando fit peræquatio ſubſidiorum Delphin.an
debeat haberi conſideratio per peræquatores ad
bona mobilia, ſicut ad immobilia. Barth. dicit,
e quod ſic,in d.l.1.*e* C.de mulie.& ita etiam ſeruat
9 conſuetudo. Vlterius & octauo quæro, † iuxta
præmiſſa, hæc ciuitas Grationop. aut aliqua alia
præſentis patriæ vult facere collectam. an poſſit
facere ſine authoritate domini noſtri Delph. aut
f Curiæ Parlamenti.Bar.in d.l.1.*f* C.de mulie. vi-
detur velle ſic dicere, quod aut imponitur colle-
cta propter neceſſitatem ciuitatis,& tunc poteſt
facere de iure ſine autoritate.vt not.in le.1.§. pe-
nult. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis no.etiā per
Inno.in d.c.grauem.extra, de ſent. excom. quos
ſequitur d.Pet.Papæ, in quodam ſuo conſilio in-
cipiente,ad dubia, &c. Non tamē poſſunt illi de
communitate ſe ad inuicem congregare ad iſtos
actus,ſine licentia domini ſuperioris,vt plene te
tigit dictus d.Pet. Papæ in dicto ſuo conſilio, in
tertio dubio.& vide,quæ dixi infra,q.106. Aut ci
uitās vult imponere collectam pro vtilitate pub
lica, vt pro ſoluendo domino noſtro Delphino
aliquod donum ſibi per ciues factum: & tunc nō
g poteſt *g* ſine authoritate & licentia ſuperioris:
vt l.placet.C.de excu. mu. ita dicit ibi Bart. Sed
quicquid ſit de iure, de conſuetudine tamen hu-
ius patriæ,ciuitates aut aliæ villæ, vel communi-
tates non poſſunt indicere collectam ſiue pro
eorū neceſſitatibus,ſiue pro vtilitate publica, ſi-
ne authoritate Curiæ Parlamenti, aut iudicum
inferiorum præſentis patriæ Delph. & ſi contra-
rium faciant,inqueſtantur & puniuntur arbitrio
iudicantis. ita vidi ſemper fieri & obſeruari 30.
annis & vltra,quibus in hac ciuitate Gration.ſte-
10 ti tam in practica, quam in hac Curia Parlamen.
† Vlterius & nono quæro: an quis pro re, quam
reſtituere tenetur,debeat ſoluere collectam? cre
h do,quod nō. per l.nemo.ff.de in integ.reſt.vt ibi
not.per Bart. *h* ratio: quia non videtur totam rē
habere.l.3.§.hæc verba.in fi.ff.de ne.geſt.& l.Lu-
cius.§.idem reſpondit.ff.de minoribus.

a ¶ Vlterius circa hæc quæro. *Huc vſq; incluſiue au
thor tetigit ſex quæſtiones, quas d.Bar.ſeriatim omnes
proſequitur in d.l.ſi ſe non obtulit.§.actor.ff.de re iud.
vide do.Bal.in l.etiam.in 5.col.verſ.modo videndum
de collecta.C.de execu.rei iud.*
b ¶ Quia de forenſib. *Quo autem ad hoc membrum
diſtinctionis,videtur ſubdiſtinguendum: vtrum pen-
ſitatio aliqua imponatur prædijs propter prædia. & te-
nentur omnes etiam forenſes.vt ff. de mun. & hono.l.
ſi.§.patrimonium. Vel an imponatur perſonis propter
res:& tunc non tenentur niſi ſubiecti: vt l.reſcriptio.
§.fin.ff.de mun.& hono.Et hoc eſt verum,niſi aliud in
priuilegijs eſſet indultum:vt l.munerum.§.miſta.ff.de
mune.& hono. Aut lege municipali ſiue conſuetudine
ſit cautū,quod iſta prædia pro talibus muneribus ſint
obnoxia:etiam ſi ſint prædia forenſium. Quia conſue-
tudo æquiparatur priuilegio:vt in ca.ſuper quibuſdam
§.præterea.extra,de verb.ſig. & C. de agri. & cenſi.l.
dominus prædiorū.lib.11. Et ad hoc vt forenſibus poſ-
ſit imponi collecta,fiunt ſtatuta,vt prædia ſint tributa
ria:& quod collectæ ſuccedant loco tributorum,ſeu cen-
ſeantur eſſe tributa. vt not.d.Bart.ff.ad municip.l.idē
liber.§.ſolam.Hæc ita dicit d.Bal.in l.omnes.2.colu.in
verſ.ſpecialis autem impoſitio.C.ſi cenſu.vel reliq.fun.
compa.non poſſe.vide d.Archid.in c.1.de immun. ec-
cleſ.lib.6.& d.Oldra.conſ.169.factum eſt tale, &c.ſub
titul.de cenſi. extraord. ad municipia. & Specula.de
cenſi.§. nunc dicendum.3.colum.verſ.pono Reginus
& ibi do.Io.Andr.in addit.ad Speculat.ſuper verſicu.
ſupra ſin.*
c ¶ Reſcribat caſtellanus,&c. *Hic ponitur forma de
creta-*

*cretationis ſupplicationis, dum habenda eſt ratio peræquationis.*

*d* ¶ Vlterius & 6. quæro. *Quo ad hanc quæſtionem vide d. Bart. in l. 1. 5. col. in verſ. item quæro, aliquis eſt hic ciuis. C. de mulie. & in quo loco. li. 10. Et ibi videtur dicere, quod nõ debet quis peræquari pro rebus, quæ alibi ſoluũt tributum, niſi collecta imponeretur ab eo, qui habet iuriſdictionem vniformẽ in omni loco, vt à principe. Et tunc debet ſoluere pro rebus, quas habet vbiq;, & in hanc opin. videtur fere concurrere d. Io. An. in c. 1. in verſ. de hoc dubitatur. extra, de immu. eccl. lib. 6. & poſt eum ibidem d. Pet. de Anch. in ver. vltimo quæro. vide d. Old. in d. conſilio 169. & Specu. in d. §. nunc dicendum. ver. pono reginus. ac ibi in addi. Io. And.*

*e* ¶ Bar. in d. l. 1. *In ve. itẽ quæro, pro imponẽda collecta omnes res, ſcilicet mobiles & immobiles debẽt æſtimari.*

*f* ¶ Bart. in d. l. 1. *In verſ. quæro hic primo.*

*g* ¶ Et tunc non poteſt. *Hoc eſt verum, vt ibidem ſentire videtur d. Bart. de iure, ſed de facto poteſt: niſi eſſet ciuitas, quæ non recognoſcit ſuperiorem, & talis, qui quando ſibi placet, poſſet imponere collectam.*

*h* ¶ Notatur per Bart. *Ita ibi videtur ſentire d. Bart. in ver. vnde ſi imponeretur collecta. Sed caue, quia d. Bar. non loquitur in terminis caſus huiuſce quæſtionis. Ipſe enim dicit, ſi imponeretur collecta pro re, quã quis habet, non tenetur ſoluere pro ea re, ad quam competit reſtitutio, vel alia actio: quia eã vere nõ habet. Sed ſtatutum debet intelligi de re, quam quis vere habet, vt in d. §. hæc verba, ſiue ergo, &c. Ecce quæ loquitur in alio caſu, videlicet, quando quæritur, an quis teneatur ad collectam pro re, ad quam ſibi competit actio vel officiũ iudicis. Nõ autẽ loquitur in caſu, quo quæritur, an quis teneatur ad collectam pro re, ad quam competit actio, aut reſtitutio contra ſe, vnde ex theorica do. Bart. patet deciſio caſus noſtri in cõtrarium. Et ſic pro re, quã quis reſtituere tenetur, debet ſolui collecta, quam computabit in reſt. vt in ſimili videmus de colono & inquilino, qui ſi ſoluerint collectam, eam computant in poſſ. vt dicit Spec. de cenſi. §. nunc dicendum. in 5. col. Item pone quidam vicini. & ibi Io. And. in verſ. de via pub. imo poſſunt ſe conſeruare indemnes per retentionẽ fructuũ, etiã vbi compelleretur ad ſoluẽdas datias vel collectas de facto & non de iure. vt per d. Bal. in l. cum duobus. §. ſi in coeunda. ver. ſi tamen colonus. ff. pro ſoc. Et facit quod poſſeſſor tenetur ad onera ſoluenda: etiam pro tẽpore præterito, ſecundum d. Card. in cle. 1. verſ. 11. quæro. & verſ. quæro an poſſeſſor de cenſibus. Collecta enim per poſſeſſorem ſolui debet. l. fi. & ibi d. Bal. in tertio notabili. Vbi dicit, quod teneas menti. C. ſine cenſu vel reliquis. Et hoc eſt verum, ſiue quis poßideat iure proprietatis, ſiue pignoris. do. Bal. in l. in ſumma. C. de pignori.*

## QVÆSTIO LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Doctores conferre ne teneantur pro ſubſidijs Delph.*
2 *Aduocati, ſtrenue militant.*
3 *Doctoratus gradum recipientes ex reſcripto vel diplomate, an teneantur conferre pro ſubſidijs Delphinalibus.*
4 *Doctores legum, an debeant in integrum reſtitui.*
5 *Doctor legum, an poßit agere lege Iulia, de vi publica, pro ſibi illata iniuria.*

1 SEd quæro an domini † doct. legum in noſtra ciuitate Grationop. practicantes, qui non cõſueuerunt officium procurationis exercere: ſed honeſte & honorabiliter practicare, & viuere, tã de eorum patrimonio, quã de patrocinijs, teneãtur contribuere in ſubſidijs Del. Et pro introitu dicẽdorum præmitto, quod in donis gratioſis & ſubſidijs Del. quæ frequẽter iſtis temporibus anno quolibet domino noſtro Delphino cõcedũtur, non fit aliqua exceptio, niſi clericorum clericaliter, & nobilium nobiliter viuentium. Hoc præſuppoſito videtur dicendum de iure, quod dicti domini doct. debent eſſe exempti cũ debeant cenſeri nobiles nobiliter viuentes triplici ratione. Prima ratio: quia gl. 2. in l. ſocietates. §. ſocietas. ff. pro ſo. dicit ibi eſſe ar. pro bene literatis, ꝙ ita, vt nobiles, recipiantur in canonicos, quia nõ refert, an habeatur nobilitas naturaliter, an ex
*a* accidenti, vt ibi dicit Bal. *a* per iura, quæ ibi copioſe allega. facit l. proximos. ibi, literataq; militia. C. de proximis ſacr. ſcrin. li. 12. Ad idem gl. in l. prouidendum. C. de poſtulando. dicit, quod ſci
*b* entia nobilitat, *b* & ſic verbum nobiliſſimos, in principio illius l. accipitur proprie. ad idem gloſ. in c. de multa. extra, de præbend. quæ dicit, & ita ſcientia nobilitat hominem, quæ prætio nummario comparari non poteſt. ff. de va. & extraor.
2 cog. l. 1. §. eſt quidam. ¶ † Secunda ratio eſt, quia aduocati non minus militant, quam illi, qui gladijs, clypeis, & thoracibus nituntur. vt l. aduoc. C. de aduoc. diuer. iud. ideo nullũ perſonale munus debet aduocatis imponi, niſi iudicandi. le. 2. eo. tit. iuncta l. ad ſimil. eo. tit. facit l. 1. C. de adu. di. inibi. poſtquam aduocati depoſuerint officiũ, dignitate quadam noſtra liberalitate potiantur, &c. Et dicit ibi Bart. not. quod doc. qui depoſuit aduoca. officium, eſt in dignit. & dicitur clariſ. Tertio, pro hoc facit, quod habetur expreſſe, in l. medicos. C. de profeſ. & medi. li. 10. ibi, doct. legum vna cum vxor. & filijs, necnon & rebus, quas in ciuita. ſuis poſſident ab omni functione, & ab omnibus muneribus ciuilibus, vel pub. immunes eſſe præcipimus, &c. & facit cle. 2. de magiſtris, ibi, quod plerique eorum, qui in quauis ſcientia in doct. vel magiſterij aſſumerentur honorem, &c. Et credo, quod iſta ſit veritas de iure, quod doct. non teneantur in d. ſubſidijs contribuere: licet Bar. in d. l. medicos. & in l. 1. C. de mulier. & in quo loco. li. 10. intelligat illã l. medicos
*c* in doc. actu legentib. Sed Bar. *c* forte male dixit: quia tex. ibi indiſtincte loquitur de doc. Ergo indiſtincte eſt intelligendũ ẽt de alijs doc. non actu legẽtib. iuxta l. de pretio. ff. de publ. nec ipſe Bar. aliqua l. aut ratione limitat illã l. debere intelligi. de doc. actu legent. & ſic erubeſcit ſine leg. loqui. iuxta aut. de triente & ſemiſſe. §. conſidera, col. 3. q͂a nõ ſufficit dicere, ſic eſt, niſi ratio aſſignetur. 24. q. 3. cap. pri. Sic etiã nõ ſufficit dicere, ſic ſtatutum eſt: niſi cauſa ſtatuti aſſignetur. 22. diſtinct. cap. omnia. attentis maxime rationibus vrgen-



vrgentibus ſupra tactis. Sed forte Bar. qui actu legebat, fuit affectionatus, ita dicere propter laudẽ ſui, & aliorum doct. actu legentium. Et ita eſt veriſimiliter præſumendum, cum ipſe abſq; aliqua lege aut ratione ita dixerit volendo reſtringere tex. dictæ l. indiſtincte loquentem. Et ideo reperio, ꝙ recolẽdæ memoriæ do. Stepha. Guilionis, legum doct. & miles tunc præſidens Delph. ſcripſit manu ſua propria in margine ſui Bart. ſuper d. l. ſocietas. ff. pro ſocio. quod anno 1467. de mẽſe Septembris fuit ordinatũ in conſilio in fauorẽ d. Pet. Blondi in legib. baccala. quod ipſe non debebat contribuere in dictis ſubſidijs Delphin. Et ſic contra opin. Bar. fuit determinatum, & bene per iura & rationes ſupra tactas. Multo ergo magis debent eſſe exempti domini docto. præſentis ciuitatis à contributione dictorum ſubſidiorum Delphin. tanquam nobiles nobiliter viuentes, cum per inſignia doctoralia diſtinguantur à plebeis & popularibus. Et à populo nobiles appellantur in inſtrumẽtis, & alijs actibus. pro quo facit, quod dicit Barth. C. de dignitatibus. lib. 12.
*c* ſuper rub. *c* vbi copioſe de nobilitate eiusq; viribus diſputat. iuncta l. 1. eo. vbi dicit, quod ille eſt, & cenſeri debet nobilis, qui à populo talis nominatur & reputatur: vnde etiam portant zonã deauratam, quod plebeij nõ faciunt. Et præterea quando doctores aliquando acquirunt de feudo Delph. conſueuerunt in Camera computorum Delph. retineri & inueſtiri ſoluẽdo ſimplicia laudimia, ſicut alij nobiles huius patriæ: quod nõ ita fit in plebeijs, qui non conſueuerunt in dicta Camera, nec per Dominos Parlamenti inueſtiri, niſi prius ſoluant duplicia laudimia. Ideo etiam ſecundũ hanc conſuetudinem non debent interpretari, neque cenſeri de numero plebeiorum &
*d* popularium: ſed de numero nobiliũ. *d* maxime, quia dicti domini doctores in hac ciuitate viuũt nobiliter, & non vadunt per curias, niſi ad ſupremam curiam Parlamenti, ibi aduocando abſque ſe immiſcẽdo alicui officio procurationis, prout alibi aliqui faciunt. Et in hanc partem declinare, videtur eſſe iuſtum & æquum, & honeſtũ: quia ex
*e* eis princeps & patria decorantur. *e* Et hac etiam ratione Imperator voluit eos eſſe exemptos ab
*f* omnibus muneribus *f* ciuilibus & publicis, in d. l. medicos. ſupra dixi. Et vidi, quod de hoc anno currente 1455. ad querimonium dominorũ aduocatorum præſentis ciuitatis fuit hæc quæſtio poſita in deliberatione conſilij, in quo erãt do. Cancellarius, & Domini Parlamenti, & fuit opinatum, ſed non fuit pro tunc facta cõcluſio. Tamen hæc duxi inferẽda, pro mei memoria, & deciſione, quam in futurum fieri videbo, hoc ſubiungam. Et de hac materia vide, quæ plenius dixi infra, quæſt. 388. & ibi reperies deciſionem præſentis queſtionis. quia ibi fuit deciſum, quod doctores non debent cõtribuere in dictis ſubſidijs Delphin. Anno domini 1467. & de menſe Iunij dominus Comes Romenarum, Comes gubernator Delph. ſibi adſiſtentibus Dominis de Parlamento, declarauit doctores eſſe nobiles, & debere gaudere priuilegijs militum, & ipſos non debere cõtribuere in d. ſubſidijs Delph. dũ tamẽ ipſi ſeruiant in armis domino noſtro regi Delph. Et recepit literas Aynard. Pradelli graffarius. An autẽ doctoratus ſit dignitas? dic quod ſic, per cl. 2. de magiſtr. Bar. in l. 1. C. de no. cod. compo. Et
3 quis debeat dici comes legum. ¶ † Sed an præmiſſa locũ habeant in recipientibus gradum doctoratus ex reſcripto vel bulla? credo ꝙ non, per ea, quæ leguntur & not. in l. ſi ita quis. §. 2. ff. de le. 2. Et vide Io. Fabr. inſtit. de iur. natur. ge. & ciui. An autẽ doctoratus ſit dignitas? dic quod ſic: per clemen. 2. de magiſt. & tenet Bald. in l. 1. C. de nouo. Co. componendo. quia etiam ibidem ponit de comite legum, & quis debeat dici comes le-
4 gum. † Sed iuxta hæc quæro, an doctores legum debeãt in integ. reſtitui. dic, quod non. vt not. gl. in l. profeſſio. C. de muneri. patrimonio. li. 10. & vide ſuper hoc. fal. in l. ſi ex legati cauſa. ff. de verborum oblig. in ſua repetitione. & Bald. in l. rem maioris pretij. C. de reſcind. ven. in ſua repetitione. An vxor doctoris poſt mortem viri debeat vocari domina Vide Bart. in l. ſi poſt mortem. §. fin. ff. de bon. poſſeſſ. contra tab. De prærogatiuis doctorũ vide, quæ ſcribit d. Stephanus Guillionis, legum doctor, præſidens quondam Delphi. in quadam ſua propoſitione, quã ipſe fecit, quæ incipit: Et non erit apud te acceptio perſonarũ.
5 vbi ponit ſexdecim prærogatiuas. † Sed quæro, ſi fiat iniuria doctori legum, facto, vel verbo, an poſſit agere leg. Iulia, de vi publica? dic, quod ſic. per l. Iul. la. 1. ff. ad l. Iul. de vi public. vbi oratores, id eſt, doct. artium. vide infra, à quæſt. 388. vſque ad quæſt. 394.

*a* ¶ Illa naturaliter, id eſt, *ex natiuitate ſeu ratione naturali inducitur: iſta autẽ accidentaliter, videlicet ex origine parentum, vel dignitate propria proficiſcitur: & iſto ſecundo modo nobilitas ſumpta, eſt vera no. ſecundum quam differt nobilis à plebeio: & prout accipitur apud nos, & in foro noſtro. Et ſic non parui refert an nob. veniat ex natura, an ex accidenti: ſed verum quo ad veram nobi. prout ſumitur apud nos, & in foro noſtro quod nõ refert, vtrũ nobi. ex progenie, vtrumue ex ſciẽtia, vel alia quauis dignitate procedat. Et ita putarem autorẽ dicere voluiſſe. Ipſe enim fortaßis credebat, quod illa nobi. quæ venit ex genere, eſſet à natura: & illa quæ obuenit ex ſcientia, foret ab accidẽti: hoc vtique verum, primũ nempe falſum. Vtrunque enim ex accidẽti, vt pulchre ſentit do. Bar. in præalleg. l. 1. in 6. col. ver. videndum eſt. & 9. col. verſ. ex his ſequitur. & facit. quod ex origine quis non efficitur nobilis, ſed princeps, ſeu lex nobilitat quem propter ſuam orig. vt notare videtur d. Bart. in l. ſi muli. C. de inco. li. 10.*

*b* ¶ Scientia nobilitata. *Facit optime c. venerab. de præben. & dign. & ff. de excu. tut. l. dicimus. in fin. vbi dicitur Vlp. iuriſc. nobil. ratione ſuæ clarißimæ, tam in iure ſcientiæ, quam elegantiæ Latini ſermonis. Et vide pulchrũ tex. de nobilitate virtutum. in c. nunquã. 56. diſt.*

*diſt. Et gloſſ. in c. quoniam verus. 23. q. 1. vide Panor. in c. ſuper eo. in pen. col. ver. quartò nota. de teſt. Quod autem doct. ſit nobilis, apparet ex l. iudices. eod. titu. de dignit. & do. Bar. dicens, ex hoc apparet, quòd iudices & doct. iudicantur eſſe nobiles: qui tamen exuti dignitate, inter priuatos habentur.*

c ¶ Sed Bar. *Fortaſſis d. Bart. motus fuit ita ſentire, propter verba in fin. d. l. medicos ibi, qui faciliùs liberalibus ſtudijs: & memoratis artib multos inſtituant, id eſt, inſtruant, ſcilicet diſcipulos vel ſcholares. Crederem tamen certiſſimũ de iure doctores poſtulantes habere immunitatem ab omnibus ſaltẽ perſonalibus muneribus, ipſi enim ſunt hi, quos ille diuus Iuſtinianus ſacratiſſimus Imperator inuenire ſummoperè ſtuduit, eos vocitans, Oratores, maximè ſcientiæ, iuſtitiæq́; ſatellites, ac optimos athletas iudiciorũ, vt in proœmio Digeſtorum. §. diſcipuli. Igitur ſunt & hi, poteſtatibus inclytis Imperatorib. Leone & Antonio: quia cenſetur non minus prouidere humano generi, quàm ſi prælijs atque vulneribus patriam, parenteſq́; ſaluarent. Hinc & meritò aduocati dicũtur milites inermes, literatoria militia militantes. militant namq; patroni cauſarum, qui glor. vocis confiſi munimine, laborantiũ vitã, ne amittant quod habent, ſpem, vt acquirant, quod nondum habent, poſteroſq́; defendunt, ne plectãtur, ne infamentur, ne in ſeruitutem redigantur. vt per do. Odof. & Cy. in l. fori. C. de aduo. di. iud. l. proximos. & ibi gloſſ. in C. de proxi. ſacr. ſcr. in lib. 12. iuncta l. aduocati. C. de aduoc. di. iudic. & ibi d. Bal. dicens, aduocatos militibus exæquari: quia per eos tanquam per milites vita & patrimonia huiuſmodi defendũtur. & ibi not. quod aduocati ita militãt legibus, ſicut milites in armis. & ita ſunt neceſſarij aduocati ad ſalutem patriæ & ſingulorũ, ſicut ſunt neceſſarij milites armatæ militiæ. Ibidem dicit d. Bart quod aduocati magis ſunt neceſſarij reipub. quam milites. Ad prædicta facit gloſſ. ſuper verbo, indigere. in c. cum ex eo. de electio. li. 6. Et quid vltra dixero, text. eſt apertus. l. ſancimus. C. de aduo. di. iudi. vbi do Bart. & Bal. dicunt, quod aduocatis nullũ munus perſonale debet iniungi, niſi neceſſitas conſulendi, arbitrandi ſeu iudicãdi, vnde ibidem ſubiungit d. Bal. quod non poſſunt cogi aduocati ad faciendam guardiam ſeu cuſtodiam, vel aliquod munus perſonale, quod bene nota, quia magnum priuilegium eſt: nempe hæc vera eſſe crederem, ſi ipſe qui aduocat per ſtatutum tempus, hoc eſt, quinquẽnium, iuxta. §. ſed quia ſolitum eſt. in proœmio Digeſtorum. legum eruditioni dignoſcatur inſudaſſe. vt l. iubemus. §. nec decreto. C. de aduo. diuer. iud. & l petitiones. & ibi do. Bal. C. eod. tit. & ideo dixi, inſudaſſe quia non ſufficit diu ſtuduiſſe, ſed bene. nec Hieroſolymis fuiſſe, &c. vt in gl. in ver. ſuperatas. l. vnicuique. C. de proxim ſac ſcri. lib. 12. nã aduocatus etiam ſi factorũ & rerũ peritiam habeat: nõ tamen numerandus eſt inter aduocatos, niſi ſit doctus: cũ appellatione aduocatorũ, non veniant indocti: ita pulchre ſentire videtur gl l. vnica. in l. 2. C. de poſtul. ſicut enim doct. qui non eſt idoneus, habet honorem ſine fructu: quia nõ gaudet priuilegijs doctoratus. per d. Cardinalem in clemen. 2. in 1. quæſtion. de magiſtris. ita de aduocato indocto pariformiter dicendum videtur. contra quẽ facit, quod dicitur de eo, qui per ſaltum eſt promotus: quia non habet priuilegium. vt l. nemo. & ibi no. gl. fi. C. de aduocat. diuer. iudicum.*

d ¶ De numero nobilium. *Omnes autem doctores ſunt nobiles: per l. prouidendum. C. de poſt. vt dicit do. Alex. in addit. do. Bar. in proœmi. C. in ver. quæro circa hæc. ſuper verſ. tunc eſſet comes: vbi in d. ver. quæro tenet d. Bart. quod doctoratus eſt dignitas. & in l. omnes C. de decurion. lib. 10.*

e ¶ Decorantur. *Patrocinio namq; aduocatorum humano generi prouidetur, quaſi armis patria defenderetur: ſcientia vero doctorum mundus illuminatur, vt videtur dicere gl. c. cũ ex eo. ſuper ver. indigere. de elect. lib. 6. vbi dicit Pet. de Ancha. quod eccleſia Dei ſumme indiget viris literatis, non porcis vel aſinis deferratis. Et facit ad materiam, quod habetur per text. de Iuſtin. C. confir. in prin. & ibi do. Odofr.*

f ¶ Omnibus muneribus. *Etiam realibus. vt tenet d. Bart. in d. l. medicos. & dom. Cardinalis in præd. cle. 2. de magiſtris. & Spe. tit. de reo. ver. item medicus ibi, & doc. legum omni gaudeant immunitate. & glo. in l. his oneribus. & in l. ſunt munera. ff. de vacati. munerũ qua quidem immunitate debet gaudere aduocatus, ſi ſit doctor: nam ſi aduocatus, qui tantum ſtatuto tempore legum eruditioni inhæſit, habeat vacationem munerũ perſonalium, nunquid & rationabile eſt, vt aduocatus inſignib. doctoratus bene merito decoratus. aliquid habeat ſupra ſimplicem aduocatum. & ſic etiam patrimonialium munerum vacationem conſequetur: quoniam non poteſt is dici doc. inutilis, ſiue non idoneus, qui aduocationis officium probe & glorioſe didicit exercere. & ideo omni immunitate perfrui debet, iuxta ea, quæ ſentit do. Cardinalis in clem. 2. in 1. q. de magiſtris.*

## QVÆSTIO LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Procuratores nobiles teneanturne conferre in ſubſidijs Delphinalibus.*

2 *Nobilitatem aſſumens per ſe, an, & qua pœna puniatur.*

1 SED quia in hac ciuitate Grati. ſunt † aliqui nobiles, qui practicant in Curijs & exercẽt officium procurationis: An ipſi debeant eximi à contributione dictorum ſubſidiorũ Delph. Vidi de hoc anno currente 1455. in præſentia d. Cãcellarij, & dominorũ parlamẽti determinari, quod non: cum non viuant nobiliter: quia officiũ procurationis vile reputatur: vide ſuper hoc gl. & ibi. Ioan. Fab. inſt. de excep. §. fin. vbi infamis reputatur doctor, qui exercet procuratoris officium. adde l. ſi quis procuratio- a nem *a* C. de decurionibus. lib. 10. cum alijs iuribus. ibi per glo. allegatis. Iuxta præmiſſa quæro, 2 † vtrũ aſſumẽs ſibi nobilitatem per ſe, puniatur: b & qua pœna puniatur. vide Bart. in l. 1. *b* C. de digni. ibi ſequitur in diffinitione illata, &c. vide q. proxim. ſeq. q. 388. num. 9. & q. 399.

a ¶ L. ſi quis procurationem. *Ibi not. do. Bar. quod officium procuratoris eſt viliſſimũ, & ideo nullo modo aduocati volunt eſſe procuratores. Et idem cenſetur de officio tabellionis: vt l. vniuerſos. & ibi d. Bart. C. eod. tit. de decurionibus lib. 10. quia genus negotiationis eſt: vt dicit gl. in c. ſicut. extra, ne clerici vel mona. ſeculari. nego. ſe immiſc. & facit ad prædicta quod not. domi. Bart. in l. neq;. C. de dignitatibus. lib. 12.*

b ¶ In l. 1. *Verſ. nobilitas eſt. ibi ſequitur in diffinitione, vbi dicitur, quod nullus poteſt habere dignitatem à ſeipſo: ſed oportet quod per alium conferatur, & ſua authoritate aſſumens eandem, incidit in crimen falſi vel in l. Iuliã maie. ad hæc facit, quod dicit d. Bal. de eo, qui ſe aſſerebat ſacri palatij, in l. data opera. 13. col. verſi. de eo, qui ſe aſſerebat. C. qui accuſ. non poſſunt. vt quoq; in ſimili dicitur de illo, qui gerit ſe pro doctore, cũ non ſit, tenetur de crimine falſi, vt dicit d. Bart. in l. reddatur. C. de profe. & medi. lib. 10. & iſtud eſt verũ, ſi exerceat actus doctorales ſeu doctori congruentes: quia tunc punitur pœna falſi, ſecus autem ſi non faciat aliquem actũ doctorum, ſed duntaxat ſe doctorem appellat: quia co caſu nõ venit puniendus pœna fal. ſed extraordinaria. argu. l. ſi quis. 2. C. de aquæductu. lib. 10. & ita in ſimili dicit d. Bal. de illo, qui ſe ſingit clericum. vt in l. qui ſub prætextu. l. ſin. C. de ſacr. ſanct. eccle. & formaliter ita ſentire videtur do. Alex. in apo. ſuper dominum Bart. l. eos, qui. §. pro milite. ff. ad l. Corn. de fal. pariformiter videtur diſtinguendum inter illũ, qui ſimpliciter ſe nobilem appellat, & inter illum, qui aliquem actum facit ſe ingerendo, vt nobilem, cum non ſit nobilis.*

## QVÆSTIO XC.

SVMMARIVM.

1 *Nobiles, exercentes officium notariatus conferunt pro ſubſidijs vna cum popularibus.*

SIMILITER etiam tunc ibi fuit determinatũ de notarijs huius ciuitatis, qui 1 ſunt nobiles. † quod debent contribuere in dictis ſubſidijs Delphinalibus cum popularibus, per l. vniuerſos. C. de decur. lib. 10. cũ gl. a quia officium eſt vile. *a* Et idem dicendum eſt de doctoribus, ſi exerceant officiũ notariatus. Nam notarius dicitur ſeruus publicus. le. impuberem. C. de ado. eo, quod ſeruit Reipublicæ: nõ quod ſit ſeruus. facit l. 2. C. de tabularijs. li. 10. vnde decurio exercens artẽ notariatus, perdit dignitatẽ b decurionatus: vt d. l. 2. *b* Et etiam tenet Salic. in l. ſi quis decurio. C. de fal. licet cõtra iſtud videa- c tur text. in l. vna. *c* C. de mand. principũ. vbi videtur probari, quod officium notariatus ſit dignitas. hinc eſt, quod alibi dicitur, quod corã notario poteſt interponi appellatio. & valet. c. fi. extra, de app. & tenet Specul. in tit. de app. §. nunc dicamus. in ver & ſcias. ibi, vel ſaltem fiat coram notario, hoc idem ponit Cy. in l. 2. C. de his, qui propter metum iudicis non appellãt. ibi, vel co- d rã tabellione, &c. *d* & Bart. in l. de pupillo. §. ſi qs ipſi prætori. circa princip. ſupra, de ope. no. nun. & l. cum quidã. ff. de app. Et hoc verum, ſi dubitetur adiri iudex à quo, vel non poſſit haberi eius præſentia: vt dicit Spec. vbi ſupra, &c.

a ¶ Vile. *Vide de hoc ſupra in apoſt. ſignata ſuper ver. l. ſi quis procurationem.*

b ¶ D. l. 2 *Vbi dicit do Bart. quod ſi decu. no. officium aſſumpſerit, priuilegium decu. amittit.*

c ¶ Text. in l. vna. *Tu dic, quod ille text. loquitur in notario principis, & talis habet dignitatem: cæteri vero habent tantũ munus: & ideo infamis poteſt exercere munus huiuſmodi notariatus: ſecus tamẽ, quando eſſet datus à principe, vel haberet officiũ iniunctum ex publico: vt in notario ad banchum: vt ſentire videtur do. Bart. in l. eadem hac lege. ff. ad leg. Iul. repet.*

d ¶ Ibi, vel coram tabel. *Aduerte, quia ibi nõ loquitur de app. ſed proteſtatione, quæ interponitur ſub appellatione omiſſa propter iſtum metum iudicis: & talis proteſtatio publice emiſſa, facit quem haberi pro appellante. vt ibidem dicit dom. Cyn.*

## QVÆSTIO XCI.

SVMMARIVM.

1 *Delphinalis conſuetudo circa ſtagnorum ſtructionem. & nu. 3.*

2 *Conſuetudinis ſubſtantia.*

4 *Piſces ſtagni, dicanturne pars fundi, diſting. nu. 5.*

1 CONSVETVDO generalis eſt in hac patria Delphina. quod volens † conſtruere ſtagnum piſcium, poteſt libere & impune, propria authoritate conſtrui facere ſtagna, dummodo faciat calciatam in fundo ſuo, & ſoluendo damna & intereſſe circunuicinis, quorũ prata, terræ, poſſeſſiones, & directa dominia per- a duntur & ſubmerguntur ex abundantia aquæ talis ſtagni: dummodo etiam ex conſtructione talis ſtagni afferatur maius commodũ *a* conſtrui facienti, & Reip. quam ſit incommoditas vicinorum, quorum proprietates ex inundatione aquę ſubmerguntur. Et ita vidi obſeruari etiam in contradictorio iudicio ex diuturna obſeruantia: & plures teſtes examinaui in diuerſis cauſis ita deponẽtes. & de hac conſuetudine hic duxi ſcri- 2 bendum, quia de ſubſtantia conſuetudinis non b eſt, quod ſit ſcripta: vt patet in vſib. feud. & not. in l. de quibus. ff. de legibus. licet † de ſubſtantia legis ſit, quod in ſcriptis *b* redigatur. & videtur dicere glo. in l. 1. in gl. fin. circa fi. ibi, & in ſcriptis redigenda, & c. C. de legib. & facit le. humanum. eod. titul. tamen aliqui voluerunt dicere contrariũ, videlicet, quod non ſit de ſubſtantia, legem in ſcriptis redigere: quia ex quo ſic principi placet, ſeruandum eſt pro lege: etiã ſi nõ ſcribatur: vt 3 in §. ſed ꝙ princ. inſt. de iure nat. gẽ. & ciui. † Sed quæro, iuxta hoc, quid ſi dominus noſter Del. habeat & percipiat aliquos cẽſus in talib. poſſeſſionibus, quæ ex tali ſtagno ſubmerguntur & occupantur in aliqua parte dicti ſtagni, ſubmergi poſſunt, an impediatur complemẽtum talis ſtagni. credo quod non, ex antiqua obſeruantia. Nam vidi in Camera computorum Delphin. quod in conſtructione ſtagni dominarum priorisſæ & cõuentus Saletarum, vocato de rupe, mandamenti quiriaci ſubmerſæ fuerunt aliquæ proprietates de emphyteuſi Delphin. mouentes & facientes anno quolibet de cenſu nouem bichetas auenæ, & ſemper cõputauit Caſtellanus quiriaci in dicta

Camera cōputorum, prout vidi in dicta Camera computorum redditis, 1425. Et poſtea vidi, quod de anno domini 1455. die 17. menſis Nouembris, in conſilio, in præſentia dominorum Parlamenti, & Cameræ dominæ Saletarum fuerunt oneratæ de ſoluendo dictas nouem bichetas auenæ: quia ipſæ dominæ tenent dictum ſtagnum de rupe, in quo (vt ſupra dixi) ſunt ſubmerſæ & occupatæ proprietates, faciētes dictas nouem biche-
4 tas auenæ de cenſu annuo ab antiquo. † Sed iuxta hanc materiam ſtagnorum, quæro, vtrum piſces ſtagni dicantur pars fundi, ſicut dicimus de fructibus pendentibus: vt in l. fructus pendentes. ff. de rei vend. & videtur quod ſic vt in d. l. fructus. In cōtrariū videtur caſus expreſſus in l. funes, & labra. ff. de act. empt. quid dicendum? Bar.
c videtur c † dicere in d. l. funes. quod vbi piſces in
5 ſtagno, vel piſcina ſunt repoſiti, vt multiplicentur & creſcant, tunc cenſentur eſſe pars fundi, ſicut dicimus de fructibus pendentibus. ar. l. longæ. ff. de diuer. & temp. præſcrip. vbi vero eſſent repoſiti cauſa cuſtodiæ, vt pro dando vel comedendo, aut alibi transferendo, tunc iſto caſu non ſunt pars fundi. ita debet intelligi d. l. funes.

a ¶ Dummodo maius commodum. *Nam expedit Reip. &c. inſt. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. §. ſed etiam. Et facit ad materiam, quod habetur & not. in* §. *cum in ſuo. inſtit. de re. di.*

b ¶ Quod in ſcrip. *Iſtud videtur verum per ea, quæ ſcribit do. Bart. in l. 1. in ver. opt. innuit. ibi. & in ſcriptis redigenda. C. de le. & ff. de ori. iu. l. 2. §. 1. ibi, in tabulis eburneis præſcriptas. & inſti. de iure natu. gen. & ci. §. conſtat autem. & diſt. 4. c. erit autem. ibi, conſcripta. & Aulus Gelli. noctium Atticarum lib. 20. c. 1. vbi tractat. de leg. 12. tab.*

c ¶ Bart. vide. *Dicit do. Bart. in l. Iulianus. §. fi. quod vendito fundo veniunt omnia, quæ ſunt intra fundū ad perpetuam vtilitatem fundi. Et ex hoc ar. à contrario ſequitur, quod piſces non veniūt in venditione fundi diſtracti, in quo eſt piſcina: quia non ſunt infra fundum ad perpetuam vtilitatem fundi. & ideo non cenſentur pars fundi: vt in d. l. funes & labra. ff. de ac. em. Sed vendito ſtagno, videntur & venditi piſces in eo exiſtētes: quia ſtagna fiūt propter piſces, ſicut arua propter fruges. Et ſic cum piſces ſint cauſa fi. ipſius ſtagni, patet quod ſunt in ſtagno propter eiuſdem vtilitatem perpetuam: & ex conſequenti pars ſtagni intelliguntur & hoc verum, niſi piſces eſſent in ſtagno repoſiti ad modicum tempus: quia tunc non cenſentur ibi eſſe ad perpetuam vtilitatem ſtagni. & ſic nec pars fundi argu. l. fundi nihil. §. Labeo generaliter. ff. de act. emp. vide, quæ nouiſſime tractat do. Iaſ. May. in l. vlt. col. 33. & ſeq. C. de iur. emphy. vbi inuenies accumulatas opini. omnium docto. de hac quæſt. loquentium.*

## QVÆSTIO XCII.

SVMMARIVM.

1 Laudimia an debeantur ex permutatione.
2 Ex permutatione alicuius recepit rem aliquis immobilem, & præterea decem florenos, an ſit in totum permutatio, vel vēditio, vel pro parte.

DE conſuetudine generali in præſenti pa-
1 tria Delph. non debentur, † niſi media laudimia ex permutatione: licet de iure nulla laudimia ex permutatione debeantur, cū ibi non interueniat pecunia, vt dicit Pet. Ia. in ti. de act. in rem, quæ competit pro re emph. quæ cadit in commiſſum circa fi. ibi item ſi talia precia non ſunt in alienatione, &c. Sed iuxta hoc quæro, aliquis permutat rem ſuam cū aliquo, ex cauſa permutationis recepit aliquam rem immobilem: puta domum vel fundum: & vltra recepit
2 decem florenos. † An iſte contractus dicatur in totum permutatio, vel in parte permutatio, & in parte vēditio, ratione pecuniæ, quæ interuenit in ipſo contractu? Do. Pe. Helie, in ſuo tract. de iur. emp. circa fi. tractatus, in quæſtionibus, quas ibi mouet: ibi ſequūtur quæſtiones aliæ, &c. mouet hanc quæſtionem, ſed nō decidit: ſed remittit ad ea, quæ ipſe dicit in leg. ſi quis donationis. ff. de cont. emp. & ven. quæ non vidi in d. l. ſi donationis. quia eius lectura communiter non reperitur. reperio tamē ꝙ Bal. mouet hāc quæſtionem in feudis in præludijs ſui commenti. in verſi. pro intellectu horum ibi, & dicimus in ſimili. vbi dicit, quod hoc caſu, quādo interuenit res immobilis, & pecunia in permutatione, quod inſpiciēdum eſt, an pecunia ſit maior pars valoris rei nec ne: vt ff. de contr. emp. l. fundi partem. & ff. de ac. emp. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi fund. & extra de rerū per. c. ad quæſtiones. per Ioan. An. in Nouel. quia ſi in eandem æqualitatem concurrunt, tūc in dubio iudicabimus eſſe contractum emptionis & venditionis: vt ff. de pact. le. iuriſ. in princip. ita dicit ibi Bart. ſed tex. in d. c. ad quæſt. videtur loqui in-
a diſtincte, a quod non debet dici contractus emptionis prætextu partis pecuniæ, quæ interuenit in permutatione, pro pluri valētia: ſed dici & cēſeri debet contractus permutationis. Sed vltra Bal. pone, pecunia non eſt æqualis rei traditæ in excambium, crederem tunc, quod pro re immobili, quæ tradita eſt in excambium, nō debeatur, niſi medium laudimium, iuxta d. conſuetudinē: pro pecunia vero tradita cum re immobili, non debeatur laudimium: an dominus directus rem permutatam poſſit capere iure prælationis? Pet. Iaco. vbi ſupra dicit, quod non. de materia iuris prælationis tetigi infra, q. 508. & ibi ſcripſi quoſdam caſus, in quibus non habet locum ius prælationis. & ſupra, q. 48.

a ¶ Sed text. videtur loqui indiſtin. *Dic ergo, quod ſi principaliter emitur, licet aliqua ſpecies detur totum erit emptio: vt l. tenetur. §. 1. ff. de actio. empt. ſi vero principaliter permutatur, totum erit permutatio: vt d. c. ad quæſt. §. 1. ibi refuſa certa pecuniæ quantitate, poterit contractus permutationis iniri. In dubio ſiquidē inſpiciendum eſt, vtrū plus valeat: vt ſi plus res, quæ datur pro re quam pecunia, ſit permutatio, econtra autem ſit emptio. ar. l. quicquid. §. cum partes. ibi. Caſſius ait pro portione rei æſtimandum vel pro precio cuiuſq; partis. ff. de aqui. re. do. ita ſentire videtur domin. Bart. in l. Ariſt. ait. ver. quæro, quid in aliis contractibus. ff. de do. ſed do. Bal. dicit, quod ſi in eandem qualitatem concurrunt, quod in dubio iudicamus eſſe contractum nominatum emptionis & venditionis, vt fauorabiliorem cum ipſo conſenſu pariat actionem: vt in prædicto ver. pro intellectu horum.*

## QVAESTIO. XCIII.

SVMMARIVM.

1 Filius, an poſſit agere ad ſupplementum legitimæ, ſi quid acceperit à patre relictum, ſine tamen proteſtatione.
2 Verba, Contentum eſſe, quid operentur.
3 Hæreditatis appellatione debita, & credita, continentur.

PATER in teſtamento ſuo inſtituit filium ſuum hæredem in quinquaginta florenis, † pro
1 quibus voluit ipſum eſſe contentum: ita quod nihil vlterius petere poſſit in bonis & hæreditate ſuis. Poſtea contigit, quod filius acceptauit dictū relictum quinquaginta floren. abſq; proteſtatione de agendo ad ſupplementum legitimę. Modo quæritur, an filius poſſit agere ad ſupplemētum legitimæ. Reperio, quod do. Pet. Helie. in l. ſi vnquam. C. de reuo. do. in ſua repe. tenet, quod nō, niſi fuerit proteſtatus: quia licet pater nō poſſit filium priuare ſua legitima: tamē filius facto ſuo acceptando relictū ſimpliciter ſub illa clauſula, quod nihil amplius petere poſſit: videtur ſe tacite excludere: ita dicit ipſe Pet. Helie. Sed do. Bal.
a in l. ſi quando. §. & generaliter. a C. de inoffic. teſt. tenet contrarium: dicens, quod illud onus non valet in legitima iuxta l. quoniam in prioribus. C. eo. tit. & eſt expreſſum: vt dicit ipſe Bal. in auth. vt cum de app. cog. in §. cæterorum. col. 8. non obſtante, quod filius non fuerit proteſtatus de iure ſuo: quia lex ſibi reſeruat ius ſuū ſine proteſtatione, ſecundum Bal. Et ita ſecundum hanc opin. Bald. vidi determinari in Camera conſilij inter nos in diffinitione proceſſus Pet. Fonta. ciuis Grati. agentis ex vna parte: & magiſtri Chalani chanterelli ſecretarij Delphinalis ex altera in manib. Antonij de Molena notarij dictæ cau-
2 ſæ die 4. menſis Decemb. 1455. De verbis † prædictis eſſe tacitum contentum, quod nihil vlterius petere poſſit, vide, quæ dicit Bar. in l. quoties §. ſi duo. ff. de hær. inſti. & in l. ſi liberi. ff. de ope. lib. & vide tex. not. in l. peto. circa prin. ff. de leg. 2. vbi dicitur, quod illa verba, ſi contentus, ita ꝙ nihil amplius petere poſſit, important fideic. ꝙ
b eſt notabile, & ſingulare, & vide alium tex. b in c. officij. extra, de teſt. & tetigi infra. q. 469. in ver. item per illa verba, tacitus. &c. Sed alia inſurgit & quotidiana quæſt. videlicet pater filium vel filiam hæredem inſtituit in centum & iuſſit eum ſtare tacitum, & contentum, & quod plus de bonis ſuis petere non poſſit. Et pone, quod iſta centum aſcendunt plus, quam legitima: modo iſte filius vult petere dotem maternam, quæritur an poſſit. Dic, quod ſic, quia bona dicūtur deducto ære alieno. l. bonorum. & l. ſubſignatum. §. bona. ff. de ver. ſign. modo filius petēdo dotem matris ſuæ ſolutam, petit eam tanquam æs alienū, nec petit aliquid de bo. patris: quia illa intelliguntur deducto ære alieno. pro hoc allegatur caſus in l. prætor. in §. emancipati. ff. de col. bon. ita refert Bart. ſe conſuluiſſe in l. ſi liberi. §. fi. ff. de ope. li. in fin. quæſtionis: qui ſic ibi determinat. Sed pone, † quod teſtator dicit, quod amplius de bonis
3 ſuis & hæreditate petere non poſſit. An iſto caſu locum habeat determinatio prædicta? Credo ꝙ non c ex eo, quod appellatione hæreditatis cre-
c dita & debita continentur. l. hæte. appellatio. ff. de ver. ſign. & l. nihil. eo. tit. & l. cum pater. §. mēſæ. ff. de le. 2. cum ibi not. An filius habeat ius in legitima viuēte patre, vide quę dixi infra, q. 486. An debeat fieri repletio legitimæ in pecunia, vel de bonis, & ſubſtantia patris: vide, quæ dixi infra, q. 487. An fructus computentur in legitima: vide, quæ dixi infra, q. 488.

a ¶ Bal. in §. & generaliter. *Circa prin. in verſ. quæro, pater reliquit.*

b ¶ Vide aliū tex. *Et qui ad illa verba cōtentus, &c. nō autem qui ad id, quod proxime immediate præmittitur. & licet ille tex. loquatur de legitima, tamen non loquitur de huiuſmodi legitima, quæ debetur liberis, de bonis parentum, ſed quæ debetur epiſcopo de relictis eccleſiæ, & quia talis non debetur iure naturæ: ideo acceptando relictum ſub conditione, quod ſit contentus, renunciare intelligitur iuri in legitima huiuſmodi competenti: niſi agnitum fuerit ſic relictum cum proteſtatione debita.*

c ¶ Credo quod non. *Et bene dicit, credo, & melius quam affirmo, quia forſitan contrarium eius, quod credit, eſt verius. nā licet vocabulo hæreditatis veniāt credita & debita, tamē per hoc non ſequitur quod res exiſtētes in hæreditate, ſint ipſius hæreditatis vel hæredis: & ideo parui refert, ſiue dicatur, nil amplius de bonis: ſiue dicatur, de bonis & hæreditate nil amplius petere poſſit: quia ſemper intelligendū eſt, quod tantum petere non poſſit de bonis ſiue de rebus patris, quæ ſunt in ipſa hæreditate: ergo de alijs, quæ non ſunt patris, non cenſetur fuiſſe prohibitus petere: quia in rei veritate nil amplius afferre poteſt nomen hæreditatis, qua habebat ipſe defunctus tempore mortis: & ſic quo ad hoc idē importat appellatio bonorum, quod hæreditatis. l. bonorum. l. 2. ff. de ver. ſign. & iſta opin. ſatis probari videtur in diffinitione hæreditatis: qua dicitur, hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, quod habuit defunctus tempore mortis ſuæ, deducto ære alieno: vt per gl. in §. neq. inſti. de au. tu. Tu adde quod appellatione hæreditatis, legata & fideicōmiſſa non continentur. l. Titius. vbi Bar. dicit, hoc eſſe no. ff. de leg. 3. Et quid veniat appellatione bonorum, & qualiter intelligantur bona, vide Bart. in l. princeps bona. ff. de verbor. ſign.*

## QVAESTIO. XCIIII.

SVMMARIVM.

1 Fideiuſſor non poteſt conueniri non diſcuſſo principali.

ALIQVI Doctores in authentica, præſente. C. de fideiuſſor. voluerunt dicere, quod ille, qui in obligatione interuenit pro ſe, & nomine alieno, vt reſponſor, qui promiſit ſoluere reſpō-

ſorio nomine alterius, vel quilibet alius, qui nomine alieno ſe conſtituit ſoluturum, non poſſit conueniri, niſi prius diſcuſſo illo, pro quo interuenit. ita etiam tenet Petr. Iac. in titu. de conſtit.
a pecunia. *a* pro quibus facit auth. de fideiuſ. in §. 1. col. 1. niſi renunciauerint iuri, de prius cõueni-
1 endo principalem, quam reſponſorem. † Sed de ſtylo & communi obſeruantia huius Curiæ Parlamenti, non admittitur hæc exceptio: licet non fuerit renunciatum illi iuri, cum non ſit de exceptionibus admiſsibilibus ſecundum Delph. ſtatuta in tit. de de literis cõpulſorijs & præciſis cõcedendis, qui ſtylus corroboratur diſpoſitione
b Iuris. de qua in auth. ſi quando. *b* C. de conſtit. pec. Sed ſecus ſeruatur in dicta curia in fideiuſſore, qui non conuenitur ante, quam principalis, niſi renunciauerit illi iuri, per ea, quæ leguntur, & no. in d. auth. præſente. Sed iuxta hoc quæro, ille fideiuſſor, qui non renunciauit illi iuri conuenitur ante, quã principalis: ſed ipſe fideiuſſor non opponit in iudicio illam exceptionem ordinis, an poſſit ipſe fideiuſſ. cõdemnari? Bar. dicit,
c quod ſic in l. prolatã. *c* C. de ſen. & interlo. om. iu. & in l. 2. C. communi diuid. in fi. idẽ dicit Bar.
d vbi ſupra in illo, qui agitur hypothecaria *d* non diſcuſſo principali, vt ſi non opponatur hæc exceptio ordinis ante lit. cont. poſſit ſententia valida ferri in hypothe. contra tertium poſſeſſorẽ, non diſcuſſo principali. idem tenet Iaco. But. in aut. hoc ſi debitor. C. de pig. Et ita in hoc ſeruatur in hac Curia Parlamenti opi. Bar. licet Spec. & Hoſt. & aliqui alij docto. teneant contrarium: quorum opi. non ſeruatur in hac curia, prout vidi in proceſſu diffinito in dicta curia anno 1457. in vigilia Ramiſpalmarum inter Peronum de cõbis, mercatorem Vallen. appellantẽ ex vna parte & quendam aurifabrum dicti loci Vallen. vocatum Alanum, appellatum ex altera, & in pluribus alijs cauſis. Licet Ia. Bu. teneat contrarium, vt recitatur infra, q. 432. ibi. Sed pone, quod fuit intẽtata hypothecaria. & idem dicendum erit in om-
e ni alia exceptione, quæ eſt ordinis, *e* & de hac materia vide, quæ dixi infra, q. 221. Sed quid de fidei. qui non renunciauit iuri de prius conueniendo, &c. An poſsit conueniri ſi principalis latitet, & ſi illa exceptio poterit opponi poſt li. conte. vide, quæ plene dixi infra, q. 570.

*a* ¶ Pet. Iac. in tit. de conſtit. pec. *In 2. col. in verſi. eſt notandum.*

*b* ¶ Corroboratur de qua in auth. ſi quando. *Illius aut. ſed parum, aut nihil adiuuatur hic ſtylus: quia ibi de hoc non diſſeritur: ſed in quo caſu conſtitutor teneatur & non teneatur, illic tractatur: ſed pro huiuſc. q. enucleatione quæritur, ſi aliquis conſtituat ſe principalem, poterit ne primo conueniri, vtiq; ſi modo moueatur prima obligatio, alias contra, nam nõ conſideratur aliud, niſi, quia pro alio interuenerit, vnde nihil valet ſe conſtituere principalem: niſi renuncietur etiam legi ſuper hoc introductæ, ſic ergo fideiuſſ. habet l. beneficiũ, ſic & hoc cũ ſit eadem ratio. dic. eſt. Azo. in ſumma in præ. auth. de fideiuſſoribus. 2. colu. in verſi. 2. quæritur.*

*c* ¶ In l. prolatam. *Ver. huius timore. ibi, & ideo ex hoc habes & ita ibidem innuere videtur dom. Bal. in 3. col. ver. ſed oppono. ibi, eſt ordo vnius cauſæ ad alterã.*

*d* ¶ Et idem qui agit hypothecaria. *Vide plenius de hoc per d. Bar. in d. auth. de fideiuſſoribus, in §. ſed neque. in 2. col. ver. quæro, ſi fuit actum hypothecaria.*

*e* ¶ Et idẽ, quæ eſt ordinis. *Puta ordinis vnius cauſæ ad aliam: ſecus in perverſione ordinis vnius cauſæ ad ſeipſam: vt per doct. Bart. & Bal. in locis præalleg.*

## QVÆSTIO XCV.

SVMMARIVM.

1 *Donatio an poſſit impugnari, ſi per donatarium cauſæ donationis non ſpecificentur.*

2 *Meritorum probatio non in omni donatione neceſſaria.*

1 DVBITABATVR, ſi in † inſtrumẽto donationis fiat mẽtio in genere vel ſpecie de meritis, propter quæ ipſa donationis cauſa, & ipſa merita non probẽtur: an talis donatio poſſit impugnari. Veritas eſt iſta, quod in donationibus de iure prohibitis debent merita in inſtrumẽto inſerta probari per donatarium: aliter donatio nõ debet ſortiri effectum: nec debet ſtari aſſertioni donantis, vt in donatione quæ fit per patrem filio in poteſtate conſtituto tanquam bene merito, quæ non valet: niſi probatis præcedentibus
a meritis. *a* quia præſumuntur in fraudem illa verba adiecta. ar. l. qui teſt. in fi. ff. de prob. Et quod donatarius debeat probare merita, facit le. cum ſatis. C. de agri. & cen. li. 11. & dicit Ioan. Fab. inſt.
b de act. *b* facit. l. ſi quis in ſuo. §. legis autem veteris C. de inoff. teſt. licet teſtator dicat exhæredatum commiſiſſe ingratitudinem, quod adhuc hæres tenetur probare ſumpto arg. de contractibus ad vltimas voluntates. l. pactum. ff. de pac. & idem in dona. quæ excedit ſummam quingentorum aureorum, quæ donatio etiam non valet, inquãtum excedit dictam ſummam ſine inſinuatione: vt in l. ſancimus. C. de do. in prin. ibi, hoc quod ſuperfluum eſt, & c. niſi probarentur merita,
c *c* quo caſu tãquã ob cauſam facta non indigeret
d inſinuatione, *d* & valeret. In certis vero donationibus de iure non prohibitis, nõ requiritur pro-
2 batio meritorum † in inſtrumento in genere, vel in ſpecie enarratorum: & ſtatur eo caſu aſſertioni
e donantis. *e* Et hæc colliguntur & probantur ex
f dictis Bar. in l. ſi forte. *f* ff. de Caſtren. pec. & per Bal. in l. illud. C. de ſac. ſan. eccl. & l. ſi donatione. C. de colla. per gl. & doct. & per d. Lu. de Roma, in l. Aquilius Reg. ff. de do. & ita fuit inter nos in camera conſilij concluſum & determinatũ, de menſe Decemb. 1455. in diffinitione cauſæ in d. Curia Parlamẽti ventilatæ inter dominum Speluchiæ ex vna parte, & nobilem Antonium de vro ex altera, in manibus Pe. de Bolliaco ſecretarij Delph. ad cauſam donationis factæ de omnibus bonis ſuis per nobilem Gulielmũ de mirabello dominum de portis, nobili Amedæo Berlionis quondam, à quo cauſam habet dictus de vrro. Et
deinde



deinde & ſecundo di. domino Speluchiæ, qui dominus Speluchiæ opponebat inter cætera, quod nõ conſtabat de prætẽnſis meritis in dicta prima donatione dicto nobili Amedeo Berlionis factę. Sed fuit iudicatum pro dicta prima donatione, licet merita ibi aſſerta non fuerint probata: cum ipſa donatio non fuerit probata, neq; propoſita, quod excederet ſummã quingẽtorum aureorũ, de hac materia donationis factæ ob merita: vide quæ ſcripſi in notabilibus meis in §. circa donationem. fol. 66. & in §. nota, quod Gulielmus de Cuneo. fo. 149. & ſi in confeſſione meritorũ in-
g terueniat iuramentũ, *g* an probet, vide in notabilibus meis. in §. ſi inſtrumento, & c. fol. 70.

*a* ¶ Niſi probatis præcedentibus meritis. *Vide do. Alex. prima parte, conſi. 55. 2. col. verſ nec obſtat.*

*b* ¶ Ioan. Fab. inſtit. de actio. *Credo, quod vult allegare domin. Ioan. Fab. in §. item ſi quis in fraudẽ. verſ. ſed quid erit. iuncto §. de conſtituta autem. 5. col. verſ. ſed ad hoc.*

*c* ¶ Niſi probarentur merita. *Aduerte tamen, quod donatio propter merita, licet probata fuerit, non valet, vſquequaq; ſed tantum vſq; ad menſuram meritorum, ſupra autem menſuram meritorum facta reſcinditur, beneficio l. 2. C. de reſc. ven. verum quoq; nec ſufficiunt quæcũq; merita, oportet enim eſſe merita inſignia: alioquin non cenſetur quis bene meritus, vt per d. Alex. in d. conſilio. 55. 3. col. ver. & dicitur bene meritus.*

*d* ¶ Non indigeret inſinuatione. *Hoc intellige verum, ſi merita illa, de ſui natura erant obligatoria, id eſt, apta ad veniẽdum in pactum obligatorium: vt inquit do. Bal. in additio. Speculat. in titul. de dona. verſicul. in eo.*

*e* ¶ Et ſtatur aſſertioni donantis. *Contrariũ vult do. Bar. C. mand. l. per diuerſas. 2. col. verſic. iuxta hac quæro. dom. Bal. ibi conſil. 1. in 5. quæſt.*

*f* ¶ Bart. in l. ſi forte. *In verſi. vult ibi, & per hoc dico. & dom. Alex. 4. parte, conſil. 44. 1. colum. verſi. nec obſtat ſi diceretur.*

*g* ¶ Iuramentum. *Videtur quod non: quia tale iuramentum, vbi agitur de præiudicio tertij, nihil releuat. c. quamuis. de pact. lib. 6. c. licet. de iureiur. eo. lib. cũ alijs ſuis concordan. alleg. per do. Alex. in præ. conſ. 55. 4. col. verſic. nec prædictus ob. & ſic ſecundum eum videtur, quod huiuſmodi aſſertioni iuratæ non ſit ſtandũ; quo ad tertium: de cuius præiudicio agitur: ſecus quo ad ipſum iurantem. Nã negando de vno, de alio concedere videtur. ca. nonne. de præſum. l. cum prætor. ff. de iudi.*

## QVÆSTIO XCVI.

SVMMARIVM.

1 *Filius an poſſit priuari legitima & trebellianica per patrem, ex pacto.*

2 *Res teſtatoris alienari poſſunt propter æs alienum: non obſtante quacunque prohibitione.*

3 *Promiſſio & iuramentum debent intelligi ſecundum terminos iuris communis.*

4 *Dos & alimenta, fauorabilia ſunt.*

NOBILIS Antonius de Bella comba, dictus Maubrum dominus quondam caſtri thoueti, in patria Grayſiuodani, in ſuo vltimo teſtamento ſibi hæredem vniuerſalẽ inſtituit nobilem Einardum eius filium, eidem faciẽdo diuerſos gradus ſubſtitutionum in ipſo teſtamento declaratos. Et inter cætera in dicto teſtamento contenta effectualiter prohibuit, ꝙ dictus ſuus hęres non poſſet diſponere de ſuis legitima & Trebellianica, nec eas detrahere diſponẽdo etiam & prohibendo bona ipſius teſtatoris pro dote, nec alias quouis modo donari ſiue alienari. Quod quidem teſtamentum dictus Einardus filius & hęres viuo adhuc dicto eius patre teſtatore, approbauit, promiſitq; & iurauit pro ſe, & ſuis hæredibus, non contrafacere, dicere, vel venire quouis modo. quo teſtatore mortuo, dictus Einardus adiuit hæreditatem dicti ſui patris teſtatoris, & eius voluntatem agnouit. Contigit poſtea, quod dictus Einardus filius, & hæres dicti teſtatoris maritauit Catharinam eius filiã cum nobili Einerio de podio, cui in dotem conſtituit 1200. florenos auri. Deinde ab humanis deceſſit ipſe Einardus ſuperſtite ſibi nobili Antonio de Bella comba, eius filio hærede vniuerſali teſtamentario vltimo domino dicti loci, & caſtri thoueti. Qui nobilis Antonius hæreditatẽ dicti Einardi eius patris adijt, cum beneficio inuentarij: & dum ipſe nobilis Antonius filius & hæres dicti Einardi conueniretur, per dictum Einerium pro dicta dote dictæ Catharinæ eius vxoris oppoſuit in proceſſu, quod ipſe ſubſtitutus in dictis bonis dicti Maubrum, eius auus prohibuit in dicto ſuo teſtamẽto, eius bona alienari etiam pro dote. Et quod ipſe Einardus eius filius & hæres de dictis ſuis bonis etiam pro legitima & Trebellianica detrahere, neque de ipſis quouis modo diſponere poterat, non obſtante dicta diſpoſitione primi teſtatoris prohibitiua approbata & confirmata per ipſum Einardum. Modo quæri-
1 tur de duobus. † Primo, *a* an dictus Einardus po-
a tuerit diſponere, de legitima ſua & Trebellianica, non obſtante dicta prohibitione dicti ſui patris teſtatoris, & confirmatione iuratoria ipſius Einardi inde ſecuta. Secũdo, an dictus Antonius filius dicti Einardi poſſit & debeat condemnari ad ſoluendum dictam dotem Catharinæ vxori dicti nobilis Einerij de podio, etiam de bonis reſtitutioni ſubiacentibus, & alienari prohibitis, ex diſpoſitione teſtamẽtaria dicti Maubrum patris dicti Einardi, in quo ſunt tria videnda. Primo an teſtator ipſe videatur prohibuiſſe, quod de dictis bonis filiæ Einardi non dotarentur in defectu aliorum bonorum. Secundo, an etiam talis prohibitio teneat. Tertio, eſto, quod alias non teneret: quia tamen di. Einardus conſenſit promiſitq;, & iurauit conſeruare contenta in dicto teſtamento, an ſaltem ex his cenſeri debeat eſſe valida & efficax dicta prohibitio. Ad primũ, vtrũ dictus Einardus potuerit diſponere de legitima & Trebellianica. videtur dicendũ, quod non ga licet prohiberi legitima non poſſit per teſtatore: vt l. omnimodo, & l. quoniam in prioribus. C. de inoff.

inoff.teſta.nec etiã Treb.in liberis primi gradus.
l.iubemus. C. ad Treb. etiã de ſtylo huius Curiæ
Parlamẽti: vt dixi plene ſupra, q. 51. Nec filius etiã
eiſdẽ poſſet ex pacto cũ patre habito renuncia-
re. l. ſi quando. §. 1. C. de inof. teſt. ſi poſt mortem
patris eius voluntatẽ impugnare voluerit: vt d. §.
1. Tamẽ in caſu, de quo hic agitur, vbi filius & hę-
res cognito teſtamento, ſolum nõ impugnauit,
ſed agnouit iudiciũ paternũ poſt mortẽ patris,
non poteſt eius hæres petere ſupplementum le-
b gitimæ, *b* nec venire ex hoc capite contra prohi-
bitionẽ paternam. vt in d. §. 1. à contrario ſenſu,
ibi dum dicitur. Et poſt obitum patris filius cog-
nito paterno teſtamento, non agnouerit eius iu-
c dicium, ſed impugnandum putauerit, *c* &c. Ad
quid enim dicerentur verba prædicta, niſi ad de-
monſtrandũ, ꝙ ſi filius non impugnauerit teſta-
mẽtũ, ſed illud agnouerit, quod poſtea nec ipſe,
nec eius hæres venire contra poterũt. cũ ad hoc,
vt poſſit contrauenire, requiratur expreſſe, quod
non cõſenſerit, ſed quod impugnauerit. Et eſto
quod de iure ciuili dictum pactum, ſeu cõfirma-
tio non obſtaret filio, tamẽ cum iurauerit, valet
tale iuramentum. Et non poteſt de iure canoni-
d co contrauenire, *d* per c. quamuis pactũ. de pac.
lib. 6. ita tenet Bal. in d. l. ſi quando. §. 1. Ad primũ
quæſitum ſecundo loco formatum, videlicet, v-
trum dictus teſtator videatur prohibuiſſe, ne filij
dicti Einardi eius filij & hæredis dotentur, & de
eius bonis reſtitutioni ſubiacentibus. videtur,
quod non: quia dos quæ conſtituitur per filium
de reſtituendo grauatum, habetur tanquam æs
alienum teſtatoris. tex. eſt in l. à filia. ff. ad Treb.
ibi, ſed & ſi ex promiſſione dotis aliquod debitũ
fuiſſet, ſcilicet marito filiæ, æris alieni, dicit glo. à
patre debiti loco habendum eſt, facit l. pater filiã
2 in fi. prin. ff. ad l. Fal. † Modo certũ eſt, quod pro-
pter æs alienũ teſtatoris res eius alienari poſſunt
non obſtante quacunq; prohibitione. vt l. filius-
fam. §. diui. in fi ff. de leg. 1. Et ponit Hen. Bohic.
in c. Ray. extra, de teſta. igitur, &c. Secũdo reſpõ-
dendo ad ſecundum quæſitum, quo quæritur, an
prohibitio teneatur. Videtur dicendũ, quod nõ
quia talis prohibitio eſſet contra bonos mores:
quia per eam remanerent filiæ filij grauati indo-
tatæ, & veriſimiliter innuptæ: quod non eſt dicẽ-
dum. Et pro hoc facit etiam, quia prohibita alie-
natione non includitur alienatio neceſſaria. l. a-
lienatione. ff. fami. erciſc. Sed nunc reſtat videre
e de tertio, *e* eſto, quod prohibitio teſtatoris non
valeret, an ex conſenſu & promiſſione cum iura-
mento ſecutis valeat, & teneat? Et breuiter dicẽ-
3 dum videtur, quod non. † Primo, quia promiſſio
& iuramentum debent intelligi ſecundum ter-
minos iuris communis. l. fi. ff. qui ſatiſ. cog. l. fin.
C. de non nu. pec. Sed ſecundũ terminos iuris ꝓ-
f hibita alienatione nõ includitur *f* alienatio, quę
ſecundum legem fit in ſuos. iſta eſt glo. in l. ſi ita
quis. §. ea lege donatum. ff. de verb. oblig. vnde
alienare in potentiorem prohibitus, poteſt do-
nare filio potentiori. Nam filijs noſtris omnia ex
voto paramus. ff. de bo. quæ li. l. Iulianus. §. facili-
or. Vnde in caſu ſimili licet teſtator prohibuerit
alienari etiã ex cauſa dotis, nõ debet intelligi re-
ſpectu filiæ, vbi non eſſet aliud, vnde poſſet do-
tari: prout in caſu iſto. faciunt, quæ ponit Bal. in l.
ea le. C. de cond. ob cau. dat. Nec etiam eſt veriſi-
mile, quod teſtator hoc voluerit: quia nemo car-
nẽ ſuã vnq̃ odio habuit. Et confirmatio filij non
ad plus ſe extendit, quã diſpoſitio teſtatoris, & ꝙ
diſpoſitio teſtatoris, ad hoc ſe non extendat, nec
etiam confirmatio filij, facit, quod ponit Henri.
Bohic. in c. ſi vero extra, de iureiu. vbi dicit, ꝙ ſi
iurauero, nunquã accipere feudum vel exercere
talem artẽ, ſi eueniat caſus, quod aliter cõmode
viuere non poſſum, nõ præſumor intellexiſſe de
illo caſu, nec eſt veriſimile, quod pater voluerit
aſtringere filium ad hoc, nec quod ipſe filius etiã
ſe voluerit ad hoc coarctare. Secundo, quia talis
promiſſio iurata, vbi dictũ caſum, de quo agitur,
includeret, eſſet inhoneſta & contra paternã di-
lectionẽ, & bonos mores: vnde contineret in ef-
fectu, quod teſtator voluit & iniunxerit filio ſuo
Einardo, quod nõ poſſet dotare filias ſuas de di-
ctis bonis, eſto, quod aliunde non haberet vnde
dotaret. Et ita, quod potius remanerent indota-
tæ, & ſine viro, & quod filius ipſe Einardus pariter
ita promiſerit. Certe hæc ſunt euidenter inho-
neſta, & contra bonos mores, vnde ſunt, & cen-
ſeri debent inefficacia, & non ſeruanda, ſed ha-
beri debent pro non ſcriptis. *g* l. conditiones. 1.
g & 2. ff. de cond. inſtit. l. generaliter. ff. de verb. ob-
lig. Et habetur in d. l. conditiones. la 1 quod non
valet conditio, vt ne quis parẽtibus vel patrono
alimenta præſtet, quia eſt contra bonos mores.
Dos autẽ eſt adeo fauorabilis, vt ſunt alimẽta: &
gl. æqparat ea, circa diſtractionẽ rerũ alienari pro
hibitarũ. in l. ob æs. C. de præ[illegible] minorũ. & in aut.
cõtra cũ rogatus. C. ad Treb. & magis ſunt in cõ-
ſideratione perſonæ, quam res: vt l. ſancimus. in
ver. excepta. C. de ſacroſan. eccle. Vnde ex capite
ꝓhibitionis factæ per teſtatorem, certũ eſt, quod
non valet, per ſupra dicta. Ex conſenſu autem &
promiſſione iurata Einardi, pariter nõ valet, eſto
quod tranſierit in contractum. Primo, quia con-
ſenſus, promiſſio, & iuramentum debẽt intelligi
ſecundũ naturã actus, vbi interueniunt: qui de ſe
non habet, quod filia dicti Einardi remanere de-
beret indotata. Secundo, vbi aliter eſſet, foret
cõtra bonos mores, quo caſu nec pactio, nec iu-
ramentũ tenent, per iura præal. Tertio, quia te-
ſtator prohibuit res ſuas immobiles vendi & do-
nari nomine dotis, vel propter nuptias per hære-
dẽ ſuum. Modo dictus Einardus fecit contrariũ.
Ratio, quia dotẽ & pecuniam conſtituit filiæ ſuę.
quod facere potuit & debuit de iure, quod dici
non poteſt contra prohibitionem teſtatoris, nec
promiſſionem per ipſum Einardum factam. Si
ipſe Einardus plus vixiſſet, potuiſſet eam ſoluere
de prædijs, vel aliunde, quam de reb. immobilib.

&ita



& ita nihil poteſt ſibi imputari: ſed ſuperuenit ca
ſus, quod non eſt vnde ſoluatur dos, niſi de bo-
nis reſtitutioni ſubiacentibus. Si igitur maritus
vult facere capi de dictis bonis, quid ſibi poteſt
obſtare? Nõ prohibitio dicti teſtatoris, per ſupra
dicta. Non promiſſio iurata patris: quia ipſe non
venit cõtra. Sed maritus, qui non eſt hæres eius,
venit, & capi fecit dicta bona, iuris authoritate
& diſpoſitione: quæ vult, quod de dictis bonis in
defectu aliorum, dos ſoluatur: vt in d. authe. res
quæ. Vnde dicta Catharina dotis conſtitutionẽ
habet à patre. Quod autem ſoluatur de bonis re-
ſtitutioni ſubiacentib, habet à iure, non à patre,
nec ab auo. Auus non potuit prohibere. Pater ve
ro re bene conſiderata non venit contra promiſ-
ſum ſuum, nec iuramentum ſuum. Nam non a-
lienat, non diuidit bona immobilia, nec venit
contra diſpoſita per teſtatorem. Non enim pro-
hibuit dotare filiam, prohibuit alienari & diuidi,
&c. hoc non facit dictus Einardus. Lex hoc facit.
Et ad præmiſſa optime facit, quod ponit Bal. in l.
ea lege. C. de con. ob cauſam. in 4. quæſ. vbi quę-
ritur, ſi ſtatuto cauetur, quod vir debeat lucrari
dotem, an intelligatur etiam cum præiudicio li-
berorum prioris matrimonij? & quæſtio ſtat in
hoc. An prohibita alienatione hominis, prohi-
beatur cõtractus, ex quo alienatio legalis ſequi-
tur? & arguitur pro, & contra. Aduerte tamen,
quod idem Bal. tenet contrarium, dicens, quod
authent. res, quæ. C. commu. de leg. non habet
locum, vbi interuenit prohibitio hominis, volẽs
dicere, quod caſus ibi excepti de dote & donati-
one propter nuptias, non ſunt comprehenſi ſub
expreſſa prohibitione hominis ſeu teſtatoris. ita
dicit in feudis, in titulo, qualiter feudum olim
h poterat aliena. §. donare autem. *h* Et de hoc ple-
ne tetigi in 140. Conſiliorum meorum. Et poſſet
dici, quod quæſtio Baldi de ſtatuto, loquitur in
alio caſu prorſus extraneo, quam in liberis primi
matrimonij. Et concluditur, quod non: quia quã
do principium eſt permiſſum, & includit in ſe ali-
quid prohibitũ, ſequi debemus id, quod permit-
titur, cuius occaſione ad prohibitionem deueni-
tur. Ille eſt text. ff. de hær. inſt. l. qui ſoluendo. qui
eſt ad hoc not. text. ad hoc facit ff. de lib. lega. l. ſi
is, qui duos. Nam propter inſeparabilem coniũ-
ctionem, cum aliquid eſt licitum, totum licet. ad
idem. ff. de don. inter vir. & vxo. l. ſi ſponſus. §. ge
neraliter. nec eſt mirum, quod valere aliquid cẽ-
ſeantur partim permiſſum ex ordinatione homi
nis, & partim ex ordinatione legis: vt ff. de ma. te-
ſta. l. ſi ſocius. Propterea id, quod non poteſt pro-
cedere ex vno capite, procedit ex coniunctione
diuerſorum capitum: vt ff. de lib. & poſth. l. Gal-
lus. §. ille caſus. Præterea iſta mulier inquantum
in ſe eſt, ſibi conſuluit, quod eſt licitum. argum.
ff. de dam. infe. l. procurator. Et licet ſtatutum il-
li officiat, hoc procedit de conſilio legis, non cõ-
ſilio mulieris. cum ergo ſtatutum nõ diſtinguat,
ſed generaliter determinet, generaliter debet in-
telligi, &c. Per quas rationes apparet, quod di-
ctus Einardus prouidit filiæ dotẽ conſtituendo,
quod facere potuit & debuit, & nihil fecit con-
tra diſpoſitionem teſtatoris: quia alienatio ſequi
tur ex diſpoſitione & prouiſione legis, &c. Quar-
to, quia etiam per pactum vel contractum non
poteſt fieri tertio præiudicium: vt l. ſi vnus. §. an-
te omnia. ff. de pact. quod eſſet in caſu iſto, ſi filia
non poſſet dotari de dictis bonis. Quinto, quia
iſtud, de dictis bonis reſtitutioni ſubiacentibus
poſſit dos conſtitui, eſt inuentum fauore matri-
moniorum & Reipublicæ. & propterea dicitur
in d. aut. & in corpore vnde ſumitur: ea enim quę
communiter omnibus proſunt, his quæ ſpecia-
liter quibuſdã vtilia ſunt, pręponimus, &c. Mo-
do ſic eſt, quod pacta, quæ à re priuata remota
ſunt, non ſunt ſeruãda: vt in d. l. ſi vnus, §. in ſum-
ma ſciendum eſt. & l. iuriſgen. §. ſi paciſcar. & ibi,
quæ non ad publicam læſionem, ſed ad rem fa-
miliarem reſpiciunt, paciſci licet. ff. de pac. Sex-
to, quia & ipſe Antonius frater tenebatur eam
i dotare. *i* l. cum plures. §, cum tutor. & ibi gloſſ. &
Bar. ff. de admi. tu. glo. in l. non omni. C. eod. Et
Cyn. ibid. & Barth. in l. 1. ff. ſol. matr. & in l. dotẽ
dedit au. ff. de colla. bono. poſtquam ergo tene-
batur dotare, doloſe verſatur petẽdo illud, quod
reſtituere tenebatur. ¶ Ex quibus ſequitur dotẽ
dictæ Catharinæ ſolui debere de & ſuper dictis
bonis Antonij aut teſtatoris reſtitutioni ſubia-
centibus: maxime in defectu bonorum dicti Ei-
nardi filij dicti teſtatoris non obſtante dicta pro-
hibitione cõfirmata per dictum Einardum eius
filium. ita fuit vnanimiter concluſum inter do-
minos meos Parlamenti: & inde fuit iudicatum
de menſe Decemb. 1455. die ſententiarum nata-
lis Domini.

*a* ¶ Primo. *Conſidera quomodo ex themate præmiſſo reſultat quæſtio bipartite collecta, exindeq; inſurgunt tria quæſita. & ſic incidit illud prouerbium, dũ anſam ſoluimus, nodum dicimur ligauiſſe. c. cum olim. de verb. ſignific. de quibus omnibus ſigillatim per ordinem inferius diſſeritur, excepto ſecundo quæſito, quod præpoſteratur vel verius præteritur. cuius tamen reſolutio ſatis colligitur ex concluſione, innuente, condemnationẽ ſolutionis ipſius dotis fieri debere.*

*b* ¶ Tamen non poteſt eius petere ſupplementum legitimæ. *Nota hoc vnum ſingulare, videlicet modum, per quem ius naturale immutatur. Nam legitima debetur filiis iure naturæ, de iure naturali, ſecundum quod filius debet ſuccedere patri. 1. diſtinct. ius naturale. non autem de iure naturali & formali: quia tunc non poſſet immutari etiam per ſtatutum: vt notare videtur dom. Bal. in l. fin. §. ipſum autem filium. C. de bo. quæ lib.*

*c* ¶ Et poſt ſed impugnandum putauerit. *Iſta verba ſane crediderim fore intelligenda. Non enim nocet primus actus pactionis nec ſecundus actus admiſſibilis, ſiue agnitionis, niſi alij actus de remiſſione ſequantur, vt in d. l. ſi quando. §. generaliter: & ibi gloſſ. & dom. Odoſ. Bar. & Bal.*



*d* ¶ Non

*d* ¶ Nonpoteſt contrauenire. *Ita etiam tenet do. Cyn. dicens, durum eſt cōtra ſtimulum calcitrare: quia facta eſt noua decretalis, quæ dicit ſacramentum hoc caſu ſeruandum. extra de pac. c. 2. li. 6. vt in prædicta l. ſi quando in verſ. rurſus. ſed ibi in §. illud etiam. in verſi. item not. do. Odof. contrarium dicere videtur: quia forte illam decretalem nondum viderat.*

*e* ¶ Sed nunc reſtat videre de tertio. *Caue: quia author quo ad huiuſmodi membrum non videtur procedere ſeriatim, ſed quaſi per ſatyram. Ipſe enim formauit ſecundo loco 3. quæſt. quarum vlti. non continuatur cū duabus præcedentibus: ſed referri videtur ad illud, quod in thematis initio propoſuerat ibi, & inter cætera in dict. teſtamento contenta effectualiter prohibuit, &c. vſq; illuc, quo teſtatore mortuo excluſiue.*

*f* ¶ Non includitur. *Adde nunquid prohibitio alienationis propter fragilitatem ætatis valeat, ſi cōcernit duntaxat fauorē prohibiti. tradit Paul. de Caſt. in con. 131. incip. videtur dicendum. in 1. parte Conſiliorum. Et nunquid alienatio prohibita per teſtatorem, extendatur ad deſcendentes ex filiis prohibitis. Et quid ſi pro reſtitutione dotis alienatur res per teſtatorem prohibita alienari. vide omnino Phil. Corn. in conſil. 38. incip. placet mihi. col. 2. verſic. tamen ego. & col. pen. verſic. ita nec. in 1. volum.*

*g* ¶ Habere pro non ſcriptis. *Imo verius, talis cōditio teſtamentum ipſum vitiare videtur. nam conditio turpis adiecta in inſtitutione filij, vitiat teſtamentum. ff. de cōdi. inſt. l filius. & optime ad rubrum facit, quod ibidem in fi. dicitur, videlicet, & vt generaliter dixerim, quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt.*

*h* ¶ Baldus §. donare autem. *Quæ omnino videas. & illum ibidem amplectitur in ſuis additionibus domi. Andr. Barb.*

*i* ¶ Frater tenebatur eam dotare. *Et ita tenet domi. Barth. in l. 1. conſtit. ff. vlt. colum. verſic. præterea. & ſicut frater ſororem tenetur, ſi aliūde non habet, dotare, ſic & alere. & l. qui filium. & ibi glo. Bar. & Bal. ff. vbi pup. educ. deb.*

## QVÆSTIO XCVII.

SVMMARIVM.

1 *Literæ quinquennales impediantne executionem ſententiæ Parlamenti.*

PRo conſeruatione autoritatis præſentis Curiæ Parlamenti executiones ſententiarū, quæ in ipſa Curia proferuntur, & in rem tranſiuerunt iudicatam, non debent retardari nec alias impe-
1 diri prætextu literarum † vulgariter quinquen-
*a* nales *a* nuncupatarum, quæ à cancellario domini noſtri Delphi. emitti & concedi conſueuerūt. Et idem in aliis literis dilatoriis vnius aut trium annor. conceſſis debitoribus ad ſoluendum eorum debita. Et ita etiam ſeruat ſtylus Curiæ Parlamenti Pariſius, prout retulit reuerendiſſimus in Chriſto pater & dominus d. Ioan. Girardi. archiepiſcop. Ebredunen. vicecancellarius præfati domini noſtri Delphinal. in hac Curia Gratianop. in magno Conſilio eiuſdem domini noſtri Delph. in quo erat ipſe dominus archiepiſcopus ſpectabilis miles, dom. Ludouicus de Laual. gubernator Delph. nobilis & potens vir Raymundus, d. Montis Einardi, eiuſdem do. gubernatoris locumten. baſtardus armigniaci mareſcalus Delph. ac domini Curię Parlamēti, videlicet. do. Ioan. Baiulli iuris vtriuſq; Doct. præſidens. Matt. Thomaſſini, & ego Guido Papę, anno nat. Dom. 1456. Et ita ex poſt fuit obſeruatum in hac Curia Parlamenti, ſed an nullitas oppoſita contra ſententiā Parlamenti impediat executionē. vide ſupra, quæſt. 50. de hac materia literarum quinquēnalium vide, quæ ſcripſi infra, q. 109. An reſcripto principis poſſit executio ſentētiæ Curię Parlamenti ſuſpendi vſq; ad diffinitionem cauſæ remiſſionis, vide, quæ ſcripſi infra, quæſt. 420.

*a* ¶ Quinquennales. *In materia huiuſmodi literarum per quas mortaria præſcriptio remittitur, id eſt, dilatio datur vel remouetur. vide l. quoties. & ibi ſcripta per domin. Odoffre. Bal. & Azo. in Summ. C. de precibus Imper. offer.*

## QVAESTIO XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Creditoris ius in pignora debitoris nō apparentis in ſubhaſtatione bonorum,*

1 DE ſtylo huius Curiæ Parlamēti: † vbi in incātibus nullus apparet emptor, conſueuerunt concedi literæ, per quas illa bona ſi incantata ſufficiant addicuntur creditori, & ſi non ſuffi-
*a* ciant, alia mobilia vel immobilia ad electionem creditoris *a* capienda traduntur & expediuntur creditori abſq; alijs incantibus inde fiendis æſtimatione proborum virorum in præſentia debitoris, ſi citatus adeſſe voluerit, detracta quinta parte ad vtilitatem creditoris, licet iuris diſpoſitio ſe aliter habeat, in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. De materia incantuū, & de modo tenendo in executione ſententiarum Parlamenti, vide, quæ ſcripſi infra, quæſt. 215.

*a* ¶ Ad electionem creditoris. *Hæc de conſuetudine: de iure autem ſcripto in executione primo debent capi mobilia: ſecundo immobilia: tertio nomina. & hoc pro modo debiti, & non vltra: vt in l. à diuo Pio. §. in venditione. & §. ſi pig. ff. de re iudic. & ibi do. Bart.*

## QVÆSTIO XCIX.

SVMMARIVM.

1 *Literæ compulſoriæ in contumacem*

DE ſtylo dictæ Curiæ Parlamēti in eadē obſeruatur & ſimiliter in omnib. Curiis inferiori-
1 bus huius † patrię, quod quādo inchoatur proceſſus per ſupplicationē ſuper actione reali, perſonali vel miſta, & reus ſupplicatus perſonaliter apprehēſus citatur, & ſi non cōparet per ſe vel eius procuratorē legitime fundatū: concedi conſueuerunt literæ compulſoriæ cum expenſis in contumacem ſuper petitis in ſupplicatione cum oppoſitione diei, qua oppoſitione adueniente, niſi die oppoſitionis compareat ipſe reus ſupplicatus, conceduntur præciſæ cum expenſis in contumaciam, abſq; etiam iuſtificatione petitorum in ſupplicatione: & non auditur ex poſt reus, donec purgata cōtumacia, videlicet, ſolutis prius actori
*a* ſupplicanti omnibus expenſis *a* ſupplicationis compulſoriarum, præciſarum, incantuumq; & aliorum inde ſecutorum. & quod ita de cætero obſeruetur fuit dictum & concluſum in Camera conſilij 1456. & die 20. Martij. & iſte ſtylus eſt ſatis rationabilis & iuri conſonus, quia ad inſtar primi decreti introducitur, imo, quod plus eſt, primum decretum eſt magis rigoroſum: cū poſt annum debitor ſoluendo expenſas nō audiatur de iure: iuxta gl. in c. prout de dolo & contu. in gl. fi. niſi ſuper proprietate: vt ibi gl. not. Secus autē erit in caſu iſto: quia etiam poſt annum ſoluendo expenſas contumaciales, reus de ſtylo audietur. Sed quid ſi proceſſus inchoetur per compulſorias ſuper inſtrumēto obligatorio: an reus veniēs debeat audiri cōtumacia purgata? vide, quæ ſcripſi ſupra, quæſt. 66.

*a* ¶ Solutis expenſis: *Vt c. quoniā. § in aliis. vt lit. nō conte. & C. de iud. ſancimus. & in c. finē. in gl. ſed nunquid circa pr. & ibi dom. Io. An. in nouella. de do. & cōt. & Spc. in tit. de expen. §. ſi ante. ver. hoc autem certū.*

## QVÆSTIO C.

SVMMARIVM.

1 *Res eccleſiæ in emphyteuſim dari poſſunt, ſine ſolennitate.*
2 *Eccleſia quot & quibus caſibus poßit alienare.*

1 PRiores & eccleſiarum rectores † bona eccleſiæ alias in emphyteuſim data, ſi ad ipſos peruenerint & reuertātur, poſſunt in emphyteuſim
*a* rurſus tradere *a* non ſeruata ſolennitate, quæ in alienatione rerum eccleſiaſticarum requiritur: & probatur in ſimili in c. 2. ext. de feu. & ibi doc. & in ti. epiſ. vel Abb. in c. 1. co. 10. in feu. licet tex. ibi loquatur in re feu. idem tamen eſt in emphy-
*b* teuticaria. vt dicit Bar. *b* in auth. qui rem. C. de ſac. ſan. eccl. & Bal. in aut. quibuſcunq;. C. eo. ti. poſt. Ia. de bello viſu, qui alle. Arch. idem tenuiſſe. in c. ep̄s. 12. q. 2. Sed ſi res non fuerit ſolita albergari, poteſt tamen albergari ſeruata forma, quæ in albergatione rei eccleſiaſticæ de iure requiritur, vt plene per Barth. in d. auth. qui rem. & auth. perpetua. C. eod. ti. & ita fuit determinatū in hac Curia Parlamenti 1456. in cauſa, quam habebat prior Mirabelli contra Ricardos fratres, in manibus Petri de Bolliaco ſecretarij Delph. Sed fuit lata ſententia contra dictum priorem: quia in proceſſu fuit probatum, rem, de qua ibi agebatur, fuiſſe ſolitam in emphyteuſim dari. Sunt tamen ſex alij caſus, in quibus eccleſia poteſt ali-
2 enare, † qui ponuntur per gloſſ. in auth. de non alie. §. nos igitur. coll. 2. de hac materia aliena. rei eccleſiæ, ſi & qualiter & quomodo poteſt alienari, & quæ ſolennitates requirantur: vide, quæ plene ſcripſi infra, quæſt. 149. ſequent. vſque ad queſtionem 170. & quæſt. 594.

*a* ¶ Priores poſſunt in emphyteuſim rurſus tradere. *Pro inueſtigatione veri, quo ad huiuſmodi dictū, noſſe oportet, videlicet quod licet Papa Vrbanus 2. qui fuit tempore Imperatoris Henr. 3. anno. 1088. inhibuerit prælatis & perſonis eccleſiaſticis dare in futurū res eccleſiarum in feudum: tamen conſuetudo feudalis confirmat præteritam dationem feudi, de iſtiusmodi reb. factā, & permittit eam in futurū, ſi eſt eccleſiæ conſuetudo. quod eſt verum ſiue dictus prælatus ſiue perſona eccleſiaſtica reperiat tempore ſui ingreſſus dictas res ab aliis poßideri, & poſtea ſibi aperiātur, ſiue iam reperiat deuolutas ad eccleſias tempore prædeceſſorum ſuorum & hoc intellige locum vendicare, dūmodo non ſit facta de his vera incorporatio & transfuſio ipſarum rerū in mēſam. & ti. & dominium ipſius eccleſiæ, vt in c. vno in pr. epiſ. vel Abba. vel dom. plebis feu. dare non poſſe. in vſib. feu. & ibi do. Bal. & plenius do. Iac. de Aluarotis. & idem in feu. tit. qui feu. da. poſ. in prin. in ver. op. cum glo. 2. & in ver. op. ab extra.*

*b* ¶ Vt dicit Bar. in d. auth. qui rem. *In ver. antequam determinem. ipſe do. Bar. innuere videtur dum in vtroq; pariformiter loquatur. & facit quod dicit do. Io. And. in ad. ad Spec. ti. de feu. col. verſic. 104. ibi vide, quod de emphy. dicitur. & procedere videtur ar. de feu. ad emphyteuſim, vt no. gl. in c. in fin. ſi agnatus vel fi. defunct. poſſ. retinere fundum hære. col. 10. & no. dom. Bar. in l. ſi mihi & Titio. ff. de ver. obl. cum ſuis concordan. ita dicit do Alex. in 3. vol. conſ. 43. prope prin. ver. hoc idem probatur.*

*c* ¶ Bar. in d. auth. qui rem. *Vide do. Barth. in auth. quas actio. eo. tit. de ſacroſan. eccl. & Spe. de emphy. §. nunc aliqua. verſic. 7. ibi. & addit circa præſentem. & Ang. Are. quem omnino vide in §. adeo autem. & §. 3. eod. ver. ea. glo. inſtit. de loca.*

## QVÆSTIO CI.

SVMMARIVM.

1 *Ficta traditio pro precarium operaturne traditionem veram.*
2 *Res emphyteuticaria quo caſu cadat in commiſſum.*
3 *Dominus directus an poßit petere laudimia ab emptore.*

SI quis rem emphyteuticariam vendat ſine conſenſu domini directi, & con-
1 ſtituat † ſe eam tenere nomine precario emptoris donec ipſe emptor poſſeſſionem realem adeptus fuerit vel retineat ſibi vſumfructum: ex quib. conſtituto & retentione vſusfructus tranſit poſſeſſio in emptorem: iuxta l. quiſquis. C. de don. & l. quod meo. ff. de acquir. poſſ. an res cadat in commiſſum? videtur quod ſic, per l. 2. in pri. ibi nemini licere emph. ſine conſenſu domini

domini ſuas meliorationes aliis vendere, &c. C.
a de iur.emph.contrarium tamẽ eſt veritas: *a* quia
ex ſimplici venditione ſi res non tradatur reali-
b ter, *b* non cadit in commiſſum::ita dicit Pet.Iac.
in tit.de act.in rem,quæ pro re emphyt. compe.
idem etiam Pet.Ia.in re feu.in tit. de act. in rem.
quæ pro re feu.comp.& probat tex.de proh.feu.
ali.per Fed.in §.callidis. ibi dum dixit text. & in
alios transferunt.Et de hoc etiam tetigi 1. quæſt.
162.circa fin.Contractus enim à reali traditione
nudus,non facit rem committi: vt not.Bald. in
tit.quibus mod.feu. amit. in §. aut ſi. & faciunt
no.per.eum.in §.deniq;.quæ ſit cau. bene.amit.
& in c.1.de prohib.feud.ali. Et hoc voluit Sal. in
l.2.C.de iur.emphy.& facit.quod no.Pet. Iac. in
libellis in tit.de act.in rem , quæ pro re emphyt.
competit.dicens quod ibi ſit authori. l. ipſo iure
dominij translatio,ſicut in caſu l.fin. C.de ſacro
ſan.eccle.vel in pac.l.commiſ. vel addictionis in
diem,vel inſtit.hæred.vel legato. quod hoc caſu
licet ſit translatũ dominiũ authoritate l. quod
ex illis actibus ſiue contractibus res non cadit in
commiſſum , niſi interueniat realis poſſeſſionis
apprehenſio,cum ſemper penes venditorem re-
manet ſaltem detentio:vt dicit Bart.in l.credito
res.C.de pig.Et per hoc etiam patet reſponſio ad
ea,quæ ſupra dixi,quod eſt conſtituto vel reten-
tione vſusfructus tranſit poſſeſſio in emptorem:
quia hoc non eſt verum , vt res committatur cũ
fictione iuris,illud fiat. Vel etiam,quia illud pro-
cederet,ſi poſtea realis fuiſſet poſſeſſio apprehẽ-
ſa:nam,vt dicit Bal.in l.ab emptione.ff. de pa. li-
cet interueniat conſtitutum vel ſimile: tamẽ ad-
huc eſt obligatus venditor ad realiter tradendũ
rem venditam:quicquid ibi dixerit Bar.&allegat
Bal.gl.in l.Iulianus.§. ex vendito. de acti. empt.
quia ante realem traditionem non dicitur omni
perfectione perfecta venditio:vt dicit glo. in l. ſi
quis rem.ff.de act. emp.& in l.perfecta. C.de reſ.
vend. Et quod res non cõmittatur ex ſola vendi-
tione, niſi interueniat realis traditio,facit §. vẽ-
ditæ & traditæ.inſtitut.de re.diui.Et ita etiam te-
net Spec.in tit.de emphyt. §. nunc aliqua verſic.
95.& vide l.alienatum.ff.de ver.ſign.&l.cum fid.
ff.de fid.li.& vide c.fin.ext.de loc.& ibi gl.& doc.
& quæ ſupra dixi in venditione poſſunt adaptari
etiam in donatione:quia quo ad hoc æquiparã-
2 tur,iuxta l.quoties duob.C.de rei ven.† Et ſic res
emphyteuticaria donata vel vendita ex ſimplici
conſtitutione precarij , aut alia ficta traditione,
nõ cadit in cõmiſſum: niſi ſequatur realis appre-
hẽſio poſſeſſionis ſine conſenſu domini directi.
Et ita iudicatur in hac Curia Parlamenti , prout
3 vidi in plurib.caſib. determinari. †Sed iuxta hæc
quæro,an hoc caſu ex ſimplici cõſtitutione pre-
carij aut alia ficta traditione dominus directus
poſſit petere ab emptore laudimia & vẽditiones,
antequam emptor accipiat realem poſſeſſionẽ
c rei ſibi venditæ. Seruatur in hac Curia quod nõ *c*
poſſunt peti laudimia,quod eſt iuri & rationi cõ-
ſonum,cum laudimia de iure debeantur domi-
no directo pro labore inueſtituræ : & ponendo
emptorem in poſſeſſione reali rei venditæ: iuxta
l.fi.C.de iur.emph. Sed cum in precario aut alia
ficta traditione iſte labor domini directi non in-
terueniat: ſequitur ergo,quod nõ debetur laudi-
miũ. Quia ceſſante cauſſa ceſſare debet effectus:
vt in c.cũ ceſſante.in pr.extra,de appe. cum ſi.Et
ſic dominus directus ex tali ficta traditione non
poterit agere ad cõmiſſum,nec laudimia petere:
ſed ſemper habebit actionẽ ſuam perſonalem ad
canonem contra primum emphyteutam, vel ad
cõmiſſum,ſi ipſe primus emphyteuta ceſſet triẽ-
nio in ſolutione canonis:aut aliter verſetur, quã
à iure ſit permiſſum , donec emptor rei emphy-
teuticariæ accipiat realẽ poſſeſſionem, quo caſu
ſi accipiat ſine laude domini directi, poterit age-
re dominus directus contra emptorem ad com-
miſſum , iuxta iuris diſpoſitionẽ in hac materia.

*a* ¶ Contrarium tamen eſt veritas. *Profecto verior
videtur prima opinio:quia negari non poteſt, quin res
alienata & ficte tradita fuerit per contractum reten-
tionis vſusfructus,aut conſtituti,ex quo vera trãsfer-
tur poſſeßio & dominiũ vtile.vt l.certe.§.1. & §. Iul.
ff.de pre.& ff.de pac.l.ab emp.de rei ven.l.quædã mul.
de acqui.poſſ.l.quod meo nomine.& l. interdum.extr.
de reſtit.ſpol.c. cum veniſſent.& quod ibi no. dom.In-
noc.ad hoc quod no.C. de rei ven.l.quoties. iſtud habet
rationem. Nam idem operatur fictio in caſu ficto,quod
veritas in caſu vero:vt no. inſtit. quibus mod. ius pa.
po.ſol.in §.ſed ſi ab hoſtibus ver. quia poſtliminiũ fin-
git.nam ſi fictio eſt in re certa contraria veritati, pro
veritate aſſumptio:vt dicit dom. Bal.in l.ſiue poßide-
tis 2.col.verſic.vlterius quæro.C.de prob. & habet ef-
fectum veritatis,vt dicit domin.Car.in cle.quo circa.
quæſtio.21.de elect. Sic igitur patet, quod ficta traditio
idem operatur, quod vera & realis:ergo, &c. hinc eſt,
quod ſi quis primo vendat & conſtituat ſe poßidere no-
mine empto.& ſecundo tradat,prior emptor eſt potior.
per dict.l.quod meo nomine. quia prius fuit acquiſitũ
ei vtile dominium:& ſic vtilis rei vendicatio,quæ præ
ferenda eſt directe oppoſito.quod dicamus in ſecundum
emptorem directum dominium fuiſſe translatum.ff.
de procu.l.in cauſæ.in fi.imo poterit petere illius rei in-
ſtit.per conditionem.l.lic.C.de acquir.poſſeſſ.per quam
l.ſecundo vendendo primo præiudicare non potuit: vt
dicit do.Ioan.And.in addit.ad Spec. de empt.& ven.
§.1.verſic.& not.quod expreſſe in addi. quæ incip. hic
dubitatur. Verum hic poſſet cadere dubium , nunquid
in huiuſmodi poſſet caſu euitabiliter pœna committi ſi
res redimatur. Quippe dicendum eſt,quod non de rigo
re iuris.etiam ita intelligit dom.Bart.in l. ſequitur.§.
item Labeo.in fi.ff.de vſucap. de æquitate tamen ſecus:
vt tenet Spec.in d.§.nunc aliqua.verſic. 96. Et prædi.
opp.tenet formaliter domin.Ant.de Butr.conſil.34.in
cip.Ieſu Chriſti &c.de iure abſque longa allegat. ſi tua
ſub tit.de emphyt.eccleſ. Non obſtat quod not. Spec.in
d.§.non aliqua.verſic.95.& Pet.Iac.in titu. de act.in
rem pro re emphyt.quæ ceci.in commiſ.5.colum. §.ite
circa.l.ſi. Quia ibi loquuntur in vendente vere vel fi-
cte non tradente. Et ſi verba Pet. Iacob. ponderan-
tur,faciunt pro opinione prædict. quia dicit quod em-
phyteut. poteſt vendere rem emphyteut.ſine conſenſu
domini,dumtamen contractus ſtet in finibus ſuis: ſed
retento vſufructu,ſeu conſtit,facit contractum egredi
fines ſuos, quia ex vi alterutra transfertur : vt ſupra
extat,vera poſſeßio.& vtile dominium,& ſic(vt de ſe
patet)non ſtatim ergo,&c.*

*b* ¶ Si res non tradatur realiter. *Vtrum ſecundum
commiſſum habet locum pro venditione ſola,ſi res non
traditur realiter:vide iſtum con.126.incip.de ann.do.
1100.& conſ.192.incip.ex facti narratione.nu.3.ver-
ſic.& præmiſſa.*

*c* ¶ Seruatur quod non. *Sin autem dominus,vt opi.
prædicta in proxima apoſtilla vult,quod poßit agere ad
commiſſum in huiuſmodi caſu:ergo ſi vult,poteſt agere
ad commiſſum,& petere ius ſibi quæſitum ex tali alie-
natione,offerendo ſe paratum nouum emphyteutica-
rium in poſſeſſionem realem ſuſcipere , & ſibi impute-
tur,ſi per eum ſtet,quominus in poſſeßione reali à domi-
no ſuſcipiatur:eſt tamen verum quod ſi nudus contra-
ctus venditionis tantum ad emphyteuticarium cele-
bratus fuiſſet,non poſſet dominus eum cogere vltra poſ
ſidere ad translationem iuris ſui : niſi iam dominum
ſuper hoc requiſiuiſſet:vt dixit Pet.Ia.in d.ti.de actio.
in rem.in §.1.ſecundus intellectus.verſi. item colligi-
tur hic.in §.neceßitatem.*

## QVÆSTIO CII.

SVMMARIVM.

1 *Aduocato non licet facere pactum de quota parte litis. Et quæ ſit eius pœna,num.2.*

1 LIcet non ſit licitum † aduocato facere pa-
ctum de quota parte litis: & ſi faciat , non
valet. l. ſi qui aduocatorum. C. de poſt. nec
etiam de re certa ſiue particulari, de qua litiga-
batur:licet non per modum quotæ ſecundum
Bald.in d.l.ſi qui aduocatorum. C. de poſt. & ſi
faciat , punitur : vt in d. l. ſi qui aduocatorum.
& 3. quæſtion. 7. cap. infames. §. arcentur. fa-
cit l.litis.C.de procur. †Punitur videlicet , quia
priuatur officio aduocationis:vt in d. l. ſi qui ad-
2 uocatorũ.tamen poteſt aduocatus paciſci de pe-
cunia in genere vel alia re quam de ea, quæ eſt in
lite. *a* ita dicit Ang.de Per.in l.ſumptus. in fin.ff.
de pac.quia aduocatus poteſt vendere ſuũ conſi.
a 11.quæſt.3.non licet.cum ibi not. c. Sed lite fini-
ta valet pactum:vt dicit Barth.in l.1.§.ſi cui.ff.de
variis & extraordi.cogni. Et ſic aduocatus licite
poteſt paciſci de re,quæ nõ eſt in lite:vt dicit Bal.
in d.l.ſi qui aduocatorum.Et eſt ratio, quia tunc
ceſſat ratio prohibitionis legis. Et poteſt aduo-
catus facere pactũ de proſequendo cauſam cli-
entuli ſui ipſius aduocati ſumptibus, & valet pa-
ctum.per text.d.l.ſumptus in prin. etiam de lite
proſequenda vſque ad finem litis,pro quo l.fi.C.
de condi.ob.cau.Et ſi ipſe clientulus pro ipſa lite
proſequẽda vſq; ad finẽ litis aliquid dederit aut
promiſerit aduocato, valet talis promiſſio : in l.
vna.C.de ſuffrag. & aduocatus illud debet habe-
re,ſiue cauſa finẽ accipiat per ſententiã ; ſiue per
b amicabilem concordiam. *b* ita dicit gl. notabi-
lis.in l.fi.ſuper verbo,ad eum litis.ff. mand. & in
d.l.vna.de ſuffr.in glo.fi.& hoc ibi ſequitur Cyn.
idem tenet Gulie.de Suza.per l.ſi extraneis.ff.de
condict. cauſa da. quia concordia quandoq; ac-
cipitur pro diffinitione.16.q.6.c. inter cætera.in
vlt.gl.Et vide,quæ ponit Albe.de Roſa.in ſuo re-
pertorio,ſuper verbo concordare. Etiam ſi ami-
cabilis concordia medio alterius , quã aduocati
facta fuerit , quia cum per eum non ſteterit quo-
minus cauſam in iudicio cõduxerit, debet habe-
re integrum ſalarium:per tex.in d.l.1.§. diuus.ff.
de variis & extraordi.cogniti.& ibi gl.& Bar.hoc
ibi volunt.& iſta eſt communis op.vt refert Spe.
in tit.de ſal.in §.ſequitur. de aduocatorum ſala-
rio.in ver.ſed pone & hoc caſu,&c. Et quæ ſupra
dixi,de aduocato,eadem ſtatuenda ſunt in proc.
vt dicunt Cyn.& Bal.in d. l.ſi qui aduocatorum.
C.de poſtu.Et de hac materia vide , quæ plenius
ſcripſi infra,quæſt. 190. & ibi deciſio ad plenum
per Curiam Parlamenti facta.

*a* ¶ De alia re quam de ea,quæ eſt in lite. *Et hoc eſt
verum in omni iudicio tã vniuerſali , quam generali,
atq; particulari:vt tenet Io.And.in addit.ad Spec.tit.
de ſalariis. §.ſequitur.verſi, illud certum eſt.in addit.
quæ incipit.& not.& ad hæc domin.in Azo.in ſum.C.
de poſtul.2.col.verſic.item quo pacti ſunt.*

*b* ¶ Per amicabilem concordiam. *Spe.in hanc diſt.
facit,quam omnino vide in d.titu. de ſalariis.§.ſequi-
tur.verſ.quid ergo ſi ſit litigator.in fin.*

## QVAESTIO CIII.

*Decreti,De cauſis,&c.quæ ſit ſententia.*

SVMMARIVM.

1 *Sanctio pragmatica quando,& vbi habeat locum.*
2 *Cauſæ emergentes inter partes,ex vnione facta per Papam, an pertineant ad cognitionem Papæ,diſtingui.num.3.*
4 *Vnio ad quid fiat.*

a PRagmatica ſanctio *a* in decreto† De cauſis ſta
tuit & ordinat,vt quæcunque cauſæ exceptis
maiorib in iure expreſſe enumeratis in partib.a-
pud illos iudices,qui de iure aut cõſuetudine co-
gnitionẽ habent,terminentur & finiantur: pro
cuius decreti declaratione ſciendũ eſt, quæ ſunt
illæ maiores cauſæ , quæ cognitioni Papæ reſer-
uãtur, & in iure expreſſe numerãtur. Et reperio
quod Doctores enumerant 89.cauſas, videlicet
Bernardus gloſſat.in c.ſicut vnire.de exce. præla.
& in c.quod translationem.de off.deleg.& plene
Spec.in titu.de leg.in § nunc oſtendendum.per
b totum.*b* tangit etiam gloſſ.Iac.c.1.de translatio-
ne epiſco. Et ibi ſufficiat remiſſio, quia omnes
dictos caſus hic enumerare eſſet magis laborio-
ſum quam ſubtile.dictos tamen caſus Papæ ſpe-
cialiter reſeruatos,non poteſt Papa expedire ſine
cõſilio dominorum Cardinalium, de poteſtate
ordi-

ordinaria;ſecus de abſoluta: vt dicunt & tenent
Hoſti.Io.An.& Henric.Bohic.in d.c.ſicut vnire.
2 Et his ſic præſuppoſitis, † quæro de quæſtione,
quæ contingit de facto. Papa vniuit prioratū cō-
uentualem ſancti Ciricij prioratui Veyneti. An
cauſæ poſtea inter partes emergētes ex tali vnio-
ne,pertineāt cognitioni Papæ: & comprehendā-
tur in caſibus in dicto decreto, De cauſis Papæ re
ſeruatis? Et credo quod nō: quia licet ſit propriū
Papæ vnire dignitates epiſcopales,vt dicit tex.in
d.c.ſicut vnire.in prin. Et ſic iſte eſt vnus caſus de
caſib. Papæ ſpecialiter reſeruatis,in locis prealle.
per glo.& doct. enumeratis. Non tamen eſt pro-
priū Papæ vnire alias dignitates inferiores, quia
epiſcopi hoc facere poſſunt, quilibet in ſua diœ-
ceſi.vt dicit text.in d.c.ſicut vnire.circa prin.ibi,
ita epiſcopi eſt eccleſiarū ſuæ diœceſis vnio, &c.
Et non ſolū eccleſiarum ſæculariū, ſed etiam mo
naſteriorū,vt vult tex.in d.c. ſicut vnire.in ſui ca-
ſus poſitione. Nā ibi vult text. quod Abbas ſuū
monaſterium non vniat alteri eccleſiæ ſine con-
ſenſu epiſcopi.Ex quo ibi ſatis apparet,quod epi-
ſcopus in ſua diœceſi etiā monaſterio vnire poſ-
ſit,& valeat.Et etiam transferre de vna religione
ad aliam vniones faciendo,vt probat textus in c.
inter dilectos.extra,de don.& hoc ſatis eſt clarū:
*c* quia *c* in dictis 89.caſib.ſpecialibus per Spec.vbi
ſupra,enumeratis,Papæ expreſſe reſeruatis, non
enumerātur,niſi vniones epiſcopatuū. Sequitur
ergo quod aliæ vniones monaſteriorū etiam di-
uerſorum remaneant ſub diſpoſitione epiſcopi
diœceſani. Quia quando Papa non ſibi reſeruat,
videtur relinquere diſpoſitioni epiſcopi diœce-
3 ſani. Et quod epiſcopus † poſſit vnire prioratus
cōuentuales ſupprimendo dignitatem conuen-
tualē:videtur textus glo.in c.1. §.ad hæc. de ſtatu
monacho.c.nuper.circa.fi.extra de ſent.excō in
antiquis.Et non mirū,ſi epiſcopi hoc facere poſ-
ſint:quia etiā Abbates tales vniones facere poſ-
ſunt,ſi ſit per eos præſcriptum:vt dicit Arch.in c.
cum ſingula.de præb.lib.6.idem tenet etiā gl. &
doctores in clem.1.§.ad hæc,de ſtatu monach.&
ideo cauſæ emergentes ex dicta vnione facta pri-
oratui Veyneti,non pertinebant cognitioni Pa-
*d* pæ. Contrariū *d* tamen fuit per dictam Curiam
Parlamēti determinatū in diffinitione dictæ cau
ſæ.Et inde poſt ſemper fuit in iudicando in dicta
Curia ſeruatū, quod omnes cauſæ emergētes in
vnionib.quibuſcunq; factis per Papam,cēſentur
de maioribus cauſis:ita quod Papa de ipſis cauſis
emergentibus& quibuſcunq; vnionib.per eū fa-
ctis,debet cognoſcere,vel alteri cōmittere,& ita
ex poſt etiā vidi determinari anno 1461. de mēſe
Iulij,in manib. Cabaudi, in cauſa in dicta Curia
Parlamēti mota inter capitulū Dien. ex vna par-
te,& fratrē Franciſcum Pallati ex altera, qui im-
petrauit à Papa Pio commiſſionē directā officia-
li Grationop.quod ſi ſibi conſtet vnionem dudū
factam dictæ eccleſiæ Dienſis de prioratu ſancti
Mauricij fuiſſe ſurreptitie factā, quod ipſum pri-
oratū conferret dicto fratri Franciſco Pellati: &
pro hac determinatione facit quod dicit Specu.
in ſimili, videlicet, quod ſi dubitetur de viribus
diſpenſationis factæ per Papā, cognitio ſpectat
Papæ:ita dicit ipſe in tit. de diſpenſatione.in §.
4 pen.verſi.fi.Sed quæro † iuxta præmiſſa,quæ ſunt
*e* cauſæ,quare fiat vnio. *e* vide Hoſt. in ſumma de
reli.domi.§.cui ſubeſt.ver.ſunt autem quatuor.
vide etiam Gofr.in ſumma de relig. dom. In fin.
*f f* item an debeant vocari prior & patronus, quā-
do ſit vnio.vide clem. final. de re.eccle. non a-
lien. Sed aduerte: quia dominus noſter rex Lu-
douicus dictam pragmaticam ſanctionem reuo-
cauit,& per ſuas patentes literas mandauit,quod
decætero non ſeruetur: & fuerunt publicatæ li-
teræ regiæ in Parlamento, die 28. menſis Ianua.
1462.à die natiuitatis ſumpto.

*a* ¶ Pragmatica ſanctio. *Aduerte, quod pragmatica ſanctio ſeu conſiſtorialis ſanctio, non requiritur in cauſis priuatorum: ſed in cauſis vniuerſitatum, & ſic vbi ſupplicatur Papæ vel Imperatori in cauſis ciuitatū, nō poſſunt ex ſe reſpondere: ſed cum conſilio procerum vel ſenatorum, ſeu cardinalium. Ita Bal. & mode. in l. vniuerſa. C. de diuer. reſcri. vbi referunt Papam Vrbanum reſpondiſſe ambaſiatoribus Peruſinis, qui venerant pro factis ciuitatis, quod erat negotium conſiſtoriale explicandum cardinalibus, & non poterat à ſolo Papa expediri, per d. l. vniuerſa. & idem refert reſpondiſſe Carolum Imperatorem in ciuitate Lucana.*

*b* ¶ Per totum. *Scilicet, à principio, vſq; verſ. 89. & ibidem enumerantur 89. cauſæ ſpecialiter ſedis apoſtol. in ſignum vniuerſalis dominij reſeruatæ.*

*c* ¶ Quia. *Pro hoc facit quod epiſcopus vbicunq; poteſt diſpenſare, ibi non inuenitur prohibitum, vt dicit gloſ. argu. contra. in capitulo, at ſi clerici. extra de iudiciis. & quod dicit domin. Odofre. C. de tranſ. in l. trāſigere. in vlt. col. verſic. ſed denuo quæro, quia ibi ſatis eſt.*

*d* ¶ Contrarium. *Pro quo facere videtur in argum. quod legitur & no. in cap. 1. extra, de confirm. vtili vel inutili.*

*e* ¶ Quare fiat vnio. *Tu vide iſtum conſil. 134. incip. circa proceſſum diffiniendum in præuidentialibus. numer. 1. verſical. & præuidentia. & tota deciſ. 168. in antiq.*

*f* ¶ In fin. *Vbi enumerat quatuor cauſas, ſcilicet temporis qualitatem, duarum eccleſiarum vicinitatem, eccleſiæ paupertatem & deſolationem, vel deſtitutionem à clericis vel monachis.*

## QVÆSTIO CIIII.

SVMMARIVM.

1 *Locus delicti commiſſi an debeat attendi, an locus; in quo eſt mandans delictum fieri.*

*a*
1 CAſus contingit *a* de facto, quod quidam
de hac patria † Delphin. mandauit deli-
ctum fieri in terra & iuriſdictione Pro-
uinciæ. Ob quod officiarij prouinciæ requiſie-
runt officiarios Delphin.quatenus ſibi remitte-
rent



rent dictum mandātem pro iuſtitia miniſtranda
de delicto ibi perpetrato: fuit dubitatū ſi debu-
erit remitti:& reperio quod doct.antiqui tenent
quod non debuit remitti,dicentes, quod nō de-
bet attendi locus delicti, ſed locus vbi eſt man-
*b* dans. *b* & ita tenuerunt Dyn.& Pet. de Bella per-
tica:vt refert Bart.in l.ſi vt proponitur.ff.de fide-
iuſſ.idem tenet gl. in cap. vno. de conſecratione
eccleſiæ vel altaris.lib.6.& Hug. in c.de eccleſijs.
de conſecratione,diſtin.1.contrarium tamen te-
nent per expreſſum Bart.in d. l. ſi vt proponitur.
*c* *c* & in l.non ſolum.§.ſi mandato. *d* ff.de iniurijs.
*d* in verſi.quæro,vnde oritur obligatio, vbi dicit,
ibi tene,vbi maleficium eſt commiſſum,&c. Et
*e* Bald.in l.1. *e* C.vbi de crimine agi oportet.& l. fi.
C.ſi à non comp.iud.fue.app. idem tenet Iac. de
Are.vt refert Bar.in d.l.ſi vt proponitur.idem te-
net Iac. But.in l.non ideo minus.C.de ac.ibi, ſed
facit hoc in arg.&c. Quos ſequitur Salyc. in l. in
cauſis.C.de accu. & Pan. in c. fin. de foro comp.
in q.item dubitatur de mandante,&c. Et iſta vi-
detur mihi magis æqua opin.quia magis fulcitur
rationibus & autoritatibus doc.pro qua propte-
rea eſt iudicandum. Sed in proceſſu Baudoni ad-
hemarij,& domini ſaltus,in quo proceſſu locum
habuit,hæc quæſtio nō fuit deciſa:licet inter nos
in Camera conſilij fuerit altercatum. Sed fuit i-
pſe proceſſus per alia fundamēta diffinitus ad o-
pus dicti Baudoni ſpecialiter: quia nō viſum fuit
Curiæ Parlamenti, quod dictus dominus ſaltus
ſufficienter probauerit delictum fuiſſe perpetra-
tum in prouincia:quia locus contentioſus eſt ꝓ-
pe confines patriæ Delphinalis. De materia re-
*f* miſſionis *f* criminoſi,vide quæſtionem 202.

*a* ¶ Caſus contingit. *De hoc per dom. Felyn. in c. fin. extrà, de foro compet. in colu. 6. in me. verſic. item per iſtam concluſionem.*

*b* ¶ Mandans. *Pro hac opinione facit quod dicit dom. Bal. in l. 2. in verſi. 2. caſu. ibi, & prædicta. C. de eunuchis, vbi vult locum foro conſiderandum, in quo delictum eſt initiatum.*

*c* ¶ In l. ſi vt proponitur. *In 1. colum. verſic. quæro an ibi.*

*d* ¶ Mandato. *In 3. colum. in ver. quæro vnde oritur. in fin.*

*e* ¶ Bald. in l. 1. *Vide eundem Bald. in l. fin. C. ſi à non compe. iu. in 3. colum. verſic. pone conſuetudo. vbi tenet hanc opin. etiam probat eſſe veram, per rationem rationis, quam aſſignat. & pro hac opi. facit glo. in c. 1. vt li. pend. in ver. cellato. ibi non placet.*

*f* ¶ Remiſsionis. *De hac remiſſione vide poſt omnes, dom. Felyn. in c. fin. de foro competenti. in col. 3. prope finem. & duabus ſeq.*

## QVÆSTIO CV.

SVMMARIVM.

1 *Agi an poſſit contra tertium poſſeſſorem, donatarium omnium bonorum,*
2 *Compulſoriarum literarum forma.*

AN poſsit agi actione perſonali cōtra ter-
tium poſſeſſorem donatarium omnium
1 bonorum? † Et primo videtur quod ſic,
per l.hæreditatem. ff. de do. in contrarium facit
text.in l.1.§.ſi hæres.ff.ad Trebel.in l.æris alieni.
C.de don.facit l.2.C.de don.facit l.2.C.de hęre.
vel ac. ven.& de hoc habetur per Cy.plene in l.2.
C.de vi publica. Concluſio tamen doctorum in
iure ſcribentium eſt iſta, quod non poteſt agi a-
ctione perſonali contra donatarium omnium
bonorum per creditores:vt dicit glo.in d.le. hæ-
reditatem.in gl.2 in prin. niſi prius actum fuerit
reuocatoria contra donatarium, tanquā in frau-
dem creditoris facta:vt tenet glo.in d.l. æris alie.
quam ſequuntur Angelus,Bal.Cy.Salyc. & doc.
Sed dum eſſemus in Camera conſilij,altercando
de materia iſta,egregius do.Ioan. Baiulli vtriuſq;
iuris doctor, præſidens, dixit præmiſſa vera eſſe,
niſi in caſu in quem donans reperiretur non ſol-
uendo,vel nullus hæres donātis reperiretur:quo
caſu dicit ipſe poſſe agi contra donatarium om-
nium bonorum, etiam actione perſonali, de di-
recto, etiam non intentata reuocatoria: & pro
hoc allegauit in ſimili le. ſi maritus.in principio.
de fundo dotali.& gl.in 2.de hære.vel ac.ven.vbi
dicitur,niſi in ſubſidium,&c. Et quia eius limita-
tio & intellectus fuerunt viſi dominis meis æque
procedere. Ad euitandum etiam circuitum, qui
de iure euitari debet, fuit iudicatum, ſecundum
eius opinionem 1456. die quarta Septembris in
deciſione proceſſus Iac.de Nanto, de Romanis,
& Ioan.Bruneti,in manibus Petri de Bolliaco ſe-
cretarij Delphin.Et cuius ſententiæ tenor ſequi-
2 tur, Cum † ex tenore dicti proceſſus conſtet, do.
Ioan. Bruneti reum fuiſſe & eſſe donatarium &
poſſeſſorem omnium bonorum dictæ Cathari-
næ ruſſolæ quondā, nullo alio hærede ipſius Ca-
tharinæ exiſtēte,de quo per proceſſum appareat.
his igitur & alijs ex tenore dicti proceſſus apparē-
tibus,nos ad hęc iuſte mouentibus,per hanc no-
ſtram ſententiam pronunciamus & declaramus
literas præciſas dicto de Nanto ſuper dictis ſuis
compulſorijs fore concedendas,& de ſumma ibi
petita & declarata, & quas idem per præſentes
concedimus cōtra dictum Bruneti neutram di-
ctarum partium, iuſtis cauſis ex proceſſu appa-
rentibus in expenſis condemnando. Super hac
materia vide Barth.in aut.ingreſsi.C. de ſac. ſan.
eccle. Et ponunt aliqui Doctores in l. ſi quis ſer-
uum.§.fin.ff.de lega.2.Sed an contra legatarium
vel donatarium hæreditatis poſſent creditores
hæreditarij agere actione perſonali.vide quę dixi
infra,quæſt. 460. De actione perſonali,in alijs
terminis tetigi infra,quæſt.576.&c.

## QVÆSTIO CVI.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas non poteſt ſe in vnum congregare, ſine licentia Iudicis*

2 *Syndici vniuerſitatis poſſintne quē accuſare nomine vniuerſitatis.*

a OMnes villæ & ciuitates *a* poſſunt habere & facere proprium & burſam communem *b* de iure.ff.ad Trebel.l. in omnib. & l.ciuitatem. ff. de legatis 2. Sed Curia Franciæ hoc non permittit: imo nec congregare ſine licentia ſui ſuperioris pro faciendo & conſtituendo procuratorem ad euitandum fraudes & ma-
c chinationes, *c* quæ committi poſſent cōtra principem vel dominum: tamen cum licentia agere & conueniri permittit & facere burſam communem. ita dicit Ioan. Fab. inſt. de rerum diuiſione. in §.vniuerſitatis. † Similiter etiam ſeruatur in hac patria Delph. de ſtylo Curiarum ex antiqua conſuetudine, quod vniuerſitates non poſſunt ſe ad inuicem congregare pro conſtituēdo procuratores ad agendum vel defendendū, nec burſam ſeu taliam communem facere inter eos ſine licentia iudicis. Et ſi contrarium faciant, inqueſtantur inſtante procuratore fiſcali, & condemnantur. Et corroboratur hæc conſuetudo auth. Bart. dicentis, quod vniuerſitas non poteſt ſe inſimul congregare ſine authoritate ſuperioris. in l.actor.ff.rem ratam haberi.circa. fi. verſi. poſſumus tamen ſubſtinere. vt per Archi. in c. conſtitutionem. de verborum ſignific. li.6. Et vide plenius, quæ tetigi poſt dom. Petrum Papæ, infra, q. 531. in tertio dubio. Et quæ dixi ſupra, q. 87. in fin. Nec etiam poteſt vniuerſitas conſules ſibi eligere ſint auth. ſuperioris: vt dicit Bar. in l. item eorum. in §.ſed ſi ita decreuerunt. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis. niſi talis vniuerſitas ſit in longæua conſuetudine conſules eligendi, & creandi, quo caſu poteſt. ita etiam ſeruatur in hac patria Del-
2 phin. Sed iuxta † hæc quæro an ſyndici vniuerſitatis poſſint aliquem accuſare nomine vniuerſitatis? Barth. quod ſic, in le.1. ff. de accuſa. in quæſtio. fin. &c.

a ¶ Villæ & ciuitates. *Villa ſine muris eſt: ciuitas autem dicitur, quæ muris cingitur: vt per dominum Bar. in l.1.§. ſiue autem intra. ff. de operis noui nunciation. Etiam in alio differt: quia ciuitas habet epiſcopum, vt colligitur ex not. per dominum Barth. in lege, ſi duas.§. grammatici. in 2.col. verſic. deinde quærit gl. ff. de excu. tut. & in c.1. de priui.*

b ¶ Burſam communem. *Adde ff. quod cuiuſq; vniuerſi. no. l.1.§. quibus autem. ibi, res communes, arcam communem, & ita mihi not. docto. Odofred. in 4. colu. in verſic. item circa tertium.*

c ¶ Fraudes & machinationes. *Hoc bene ordinatū fuit in Curijs Franciæ: quia Galli faciles ſunt ad tumultus, diſſenſiones, & res nouas multum deſiderant, teſte Salluſtio, Tito Liuio, & commentarijs Iulij Cæſaris.*

## QVAESTIO CVII.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus an poſſit ingredi poſſeſſionem propria authoritate, rei ſibi commiſſæ.*

2 *Emphyteuta an poſſit repelli à poſſeſſione feudali, cum ius ſuum amiſit.*

LIcet glo. in l.fin.C.de iure emphyt. dicat, quod dominus directus poteſt de iure, propria au-
1 thoritate † capere poſſeſſionem rei commiſſæ, propter ceſſationē ſolutionis canonis, aut alias: cum ipſo iure talis res emphyteuticaria cadit in commiſſum. Tamen de ſtylo dictæ Curiæ Parlamenti ſeruatur, quod nō poteſt, niſi prius declaratione commiſſi facta per iudicem competentem, parte vocata & audita. Pro quo bene facit c. licet epiſcopus. cum glo. ſuper verbo, vocato. de præb. lib. 6. alias reſtitueretur tāquam ſpoliatus, in ſua priſtina poſſeſſione emphy. Quia emphyteuta poteſt moram purgare: vt habetur in cap. potuit. extra, de loca. Et dixi infra, quæſt. 123. & quæſt. 171. in verſ. quia illud, &c. Quod facere nō poſſet emphyt. ſi dominus caperet rem propria authoritate, parte non vocata. Et ideo pro dicto ſtylo in quadam cauſa fuit ſententiatum, in manibus Ioannis Iofredi ſecretarij Delphinalis, de anno 1456. in vigilia natiuitatis Domini. Ad idē res feudalis licet ipſo iure committatur: tamen dominus non debet ingredi poſſeſſionem propria authoritate: vbi per emptorem bonæ fidei poſſidetur. ita dicit Bald. in tit. de prohibita feudi alienatione per Fed. in §. callidis. facit c. licet epiſcopus. de præben. lib.6. plus dicit Pet. Iac. tit.
2 de ac. in rem pro re feudali. in verſic. † Item notandum, &c. quod licet emphyteuta cum amiſit ius ſuum, poſſit quandoq; repelli à domino propria authoritate. C. de iure emphyt. l.2. dominus tamen vaſallum in aliquo caſu à poſſeſſione ſua naturali, quam habet, nullo modo expellat authoritate ſua: quia nulla lex dat ſibi illam authoritatem. quod ſi faciat, committit violētiam. vt ff. de vi & vi ar. l.1.§. deijcitur. Et facit quo tempore miles inueſti. petere debeat. c. fi. in prin. Idem putarem dicendum de illo, qui obtinuit ſententiam: licet ab ea non fuerit appellatum, ſi ingrediatur poſſeſſionem ſine executore, quod non poteſt facere, per ea, quæ ponit Innoc. in c. cum noſtris. de conceſſione præb. in glo. ſuper verbo, irritum, ibi & idem dicimus in omni ſententia, &c. videlicet, quod primus poſſeſſor debeat reſtitui ante omnia in ſua priſtina poſſeſſione, tanquā ſpoliatus. imo, quod plus eſt, talis ingrediens perdit ius ſuum, vt ibi per Innoc. & Spec. tamen in tit. de actore. §.1. verſ. item qui vult. ponit certos caſus, in quibus poteſt quis de iure apprehēdere poſſeſſionem propria authoritate. Sed an dominus directus poſſit accipere rē emphy. iure prælationis, nō nomine ſuo, ſed pro amico ſuo: vide, quæ dixi infra, quæſt. 410. &c.

## QVAESTIO CVIII.

SVMMARIVM.

1 *Perſonalis & hypothecaria an poſſint eodem libello intentari.*

ACTIO



ACtio perſonalis & hypothecaria poſſunt ſimul cumulari in eodem libello †
1 contra principalem debitorem, aut eius hæredem, ſi poſſideat rem hypothecariam: vt probatur in text. in authen. de fideiuſſo. in §. ſed neque. col.1. facit l. fi. C. de fideiuſſ. & tenet Ioan. Fab. inſti. de actio. §. item Seruiana. ibi doct. quærunt, &c. vbi mouet iſtam quæſ. idem Pet. Iac. in tit. de hypothecaria. ver.7. eſt notandum, &c. vbi dicit, quod nullus in hoc diſcrepat. Et ita practicaui, dum eſſem aduocatus practicans in hac Curia Parlamenti, in quadam cauſa tūc mota & vertente. 20. anni ſunt elapſi, in d. Curia inter dominam Montiſacuti in Burgundia, pro qua dedi libellū: in quo libello cumulaui dictas duas actiones, videlicet perſonalem & hypothecariam pro reſta ſuæ dotis, contra d. Caſſennatici eius nepotem. Et fuit dictus libellus approbatus: quia ſententia fuit lata per dictam Curiam cōtra dictum do. Caſſennatici, iuxta concluſionem dicti libelli, concludentis in perſonali & hypothecaria, in proceſſu exiſtēte in manibus Ioannis Pauioti ſecretarij & notarij dictæ cauſæ. & ita ex poſt vidi in dicta Curia Parlamenti in diffinitionibus proceſſuum determinari, per dominos meos Parlamēti, poſtquam fui aſſumptus in officio Conſiliarij dicti Parlamenti. de hac materia hypothecariæ actionis, vide, quæ plenius dixi infr. q. 432. De hac materia cumulationis actionū, vide, quæ ſcripſi infra, quæſt. 143.

## QVÆSTIO CIX.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ quinquennales conceſſæ debitoribus, an extendantur ad creditores futuros.*

2 *Debitor, cui data ſint quinquennalia, an de debitis ſuis ſoluendis cauere debeat.*

REſcripta annalia principis vel quinquennalia conceſſa debitoribus de ſuis debitis non ſoluendis, nō extenduntur ad creditores futuros. arg. in l. Aurelius. §. Titius
1 Seio. ff. de liber. leg. & ibi per doc. † Et ita hæc Curia Parlamenti conſueuit interpretari & ſeruare prout pluries vidi: ſed à quo tempore incipiant currere tales literæ annales vel quinquennales? dic quod non à die præſentationis, ſed à die datæ ipſarum. hoc probatur arg. in c. eam te. de reſcr. & de præb. in c. dilectus. in c.2. de decimis. & de reſc. in c. ſi propter, lib.6. & ibi Arch. ita ſeruat ſtylus huius Curiæ Parlamenti. De materia literarum
2 quinquennalium etiam ſcripſi ſupra, q. 97. † Sed an debitor, cui eſt datum quinquennium pro debitis ſuis ſoluendis, debeat cauere de ipſis ſoluēdis? dic quod ſic, ſecūdum Old. per l. vniuerſa. C. de precib. Imp. off. De materia reſcriptorū & eorum effectibus, vide, quæ plene ſcripſi in tractatu reſcriptorum, per me Guidonem compilato.

## QVÆSTIO CX.

SVMMARIVM.

1 *Clerici an poſſint teſtari de fructibus beneficiorum ſuorum.*

2 *Clericus beneficiatus, æquiparatur vſufructuario.*

3 *Epiſcopus de quibus teſtari poſſit.*

1 AN clerici † poſſint teſtari de fructib. ſuorum beneficiorum, & de ſpolio ipſorū, vide in c. præſenti. §. porro. de offic. ordinar. lib.6. & Spec. in tit. de fructibus. §.1. verſicu. pone prælatus. & not. 12. quæ. 1. duo ſunt genera. in glo. in verſi. proprietatem. & ibi Archidiaco. etiam in cap. ſtatutum. §. aſſeſſorem. ſuper verbo ſuo proprio. de reſcript. lib.6. & Ioan. Monach. in cap. hoc conſultiſſimo. ſuper verbo, immobilia. extra, de reb. eccleſ. non alie. lib.6. vide 12. quæſt. 1. res eccleſiæ. vide Hoſt. in c. fin. extra, de pecul.
a cle. vbi plene *a* de hac materia in c. de multa. de præbend. qui eſt contrarius d. Archid. & eius opinioni, quam tenet Archid. in d. c. ſtatutum. Sed opin. Hoſti. ſeruatur de conſuetudine vbique, vt
2 ipſe Hoſt. ibi refert, videlicet † quod clericus beneficiatus, æquiparatur vſufructuario: vt faciat fructus ſuos, & de ipſis poſſit teſtari, vt ibi dicit
b ipſe Hoſt. Et hæc vera ſunt, in ſimplici clerico, *b* vel ſacerdote adminiſtrationem vel curam ani-
3 marum non habēte. † Epiſcopus vero vel Abbas vel alius habens curam animarū teſtari non poſſunt niſi de his quæ antea eis obuenerūt iure cōſanguinitatis: vt in auth. licētia. C. de epiſ. & cler. niſi ſit conſuetudo in cōtrarium, quo caſu valeret conſuetudo. in c. cæterum. §. licet. extra. de teſta. & de hoc tetigi in nota. meis. in §. valet conſuetudo, &c. verſ. monachi. alij vero canonici re-
c gulares quoquo modo teſtari non poſſunt. *c* no. in aut. de mona. §. illud. colum. 3. de hac materia etiam habetur per glo. in c. fin. extra, de pign. Et aduertendum tamen eſt circa iſtam materiam: quia de illo verbo, ſpoliū, prout vulgariter mortuis prælatis accipitur, non reperitur in iure ciuili, nec canonico, ſed bene reperitur in iure diuino. Pſal. 138. verſi. lætabor ſuper eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa. ita dicit do. Pet. Papæ in ſuis not. Et ſuper facto dicti ſpolij dudum, 1423. facta fuit quædam tranſactio inter priores & vicarios perpetuos huius diœceſis Grationo. circa modum vtendi dicto ſpolio: vt conſtat inſtrumento recepto per Raymundum Rodulphi notarium Grationop, quæ tranſactio ex poſt fuit confirmata per Papā, & quæ propterea ſeruatur in iudicando.

a ¶ Vbi plene. *Tu vide plenius per do. Ant. But. in cle. ſi. de pig. & per d. Card. Flo. in cle. gratiæ. de reſcr. vbi per eundem.*

b ¶ In ſimplici clerico. *Aduerte, quod Bar. in l. neq; tutores. in 2. lec. C. de procu. videtur velle, quod epiſcopus cenſeatur etiam vſufructuarius.*

c ¶ Nō poſſunt. *Limita, niſi de licentia Papæ. ita no. Bald. in l. ſi quando. in princ. C. de inof. teſtam. & ibi declarat quid operetur illa licentia: vide Bald. in auth.*

 roga-

*rogati. C. ad Treb. & quod fortius eſt, ſufficit licentiam ſuperuenire, ſecundum Bald. in l. fin. 9. col. C. vnde legi. Secūdo limita niſi monachus efficiatur epiſcopus. quia tunc poteſt teſtari, nō de bonis iam quæſitis monaſterio, ſed de alijs poſtea obuenientibus, ſecundum Spec. in tit. de ſtatu. monach. in ver. 23. & ibi Bal. in addit. in verbo, cui quæritur. & an ſtatutum vel conſuetudo poſſit habilitare monachum ad teſtandum, vide doct. & Iaſ. poſt alios, quos refert in authen. ingreſſi. in 2. not. C. de ſacr. ſanct. eccleſ.*

## QVÆSTIO CXI.

SVMMARIVM.

1 *Carnes edens in quadrageſima de licentia Papæ, an peccet.*
2 *Permiſſio comparatiua.*
3 *Permiſſio ſimplex.*

QVIA de præſenti ſumus in tempore quadrageſimali, hic ſubiungam propter ſenes & infirmitate debilitatos, q̄ reperio in notab. do. Pet. Papæ. † Quod licet Papa alicui
1 permittat comedere carnes, quod nihilominus peccat comedens, nec excuſatur à pœna: vt in c. denique. 4. diſt. Sed quare peccat, cum ei permittatur? ſolutio ſecundum dictum d. Pet. Papæ permittitur, ne deterius inde contingat: quia forte in medio quadrageſimæ, non poteſt quis ſe plus abſtinere à carnibus propter aliquam ſuam infirmitatem, & ſi ſe abſtineret mors ſequi poſſet. &
2 ex † his ſequitur, quod vbicunq; ius permittit aliquid ne deterius ſequatur, quod non excuſatur quis à pœna: & vocatur permiſſio comparatiua. 31. q. 1. ſed obijcitur. † Sed quando ius permittit
3 aliquid, non vt inde deterius ſequatur, tunc excuſatur à pœna, & vocatur permiſſio ſimplex. vt in d. c. ſed obijcitur. & dum dicitur, permittit, expone, id eſt, concedit. hoc ponunt doct. in c. 1. de æta. & qualit. lib. 6. vide in c. veniens. qui clerici vel vouen. per Inn. & glo. De quo ergo operetur talis licentia ſeu cōceſſio Papæ de comedendo carnes? credo ex prædictis, quod non operatur,
a niſi ad remiſſionem culpæ. a Et propter hoc duxi ſcribēda anno dom. 1456. de tempore quadrageſimali, quo tempore ego Guido Papæ graui in firmitate detinebar.

a ¶ Culpæ. *Credo quod velit dicere pœna, vt ibi ſupra dixi, à pœna, debuit dicere à culpa: quia in ſimilibus permiſſio ſiue tolerantia Papæ non culpæ, ſed pœnæ diffugium præbet: iuxta ea, quæ leguntur & no. in cap. denique, ſacerdotes. & ibi glo. in ver. venia. diſtin. 4. de pœna autem intelligas, ſcilicet temporali, non quidem gehennali. & iſta ſunt vera in caſu illius c. ſecus autem in caſu præſentis quæſt. tamen propter authoritatem Romani Pontif. hic non permittentis, ſed etiam concedentis: tantum propter neceſſitatē, quæ legi non ſubijcitur. in auth. vt hi, qui obligat. ſe habe. per h. res mino. §. ſi vero tantum. & ibi glo. vlt. Etenim neceſſitas facit licitum, quod alias non eſſet. 26. quæſt. 6. c. vlt. & de reg. iur. quod non eſt licitum.*

## QVÆSTIO CXII.

SVMMARIVM.

1 *Habens poſſeſſionem rei venditæ vel donatæ, per precarium, vel retentionem vſusfructus, præfertur habenti poſtea realem.*
2 *Allodialis res, quæ dicatur.*
3 *Venditor ſi conſtituat ſe precario poſſidere, transferatur ne in emptorem dominium.*

IN dicta Curia Parlamenti Delphin. in materia l. quoties duobus. C. de rei vēd.
1 obſeruatur in iudicando hæc † opinio, videlicet quod ille qui primus habet poſſeſſionem rei venditæ vel donatæ etiam per precarium, vel per retentionem vſusfructus, præfertur alteri habenti poſtea realem poſſeſſionem. Et iſtam opinionem etiam tenent in iſtis terminis Alber. de Roſate. in d. l. quoties. Et Guido de Suzaria, vt refert Ioan. And. in add. Spec. in tit. de emptione & venditione. in §. 1. in ver. no. quod ſi res. Qui Io. And. ibi etiam tenet iſtam opinionem. Licet do. Iacob. de Gaudabla, officialis quondam Gratio. nop. voluerit dicere contrarium. vt ſupra quæſt. 22. tetigi, cuius opinio do. Iacob. de Gaudabla non videtur vera: quia tantum operatur illa ficta traditio per precarium, iuxta l. quod meo. ff. de acquir. poſſeſ. vel per retentionem vſusfructus, iuxta l. quiſquis. C. de don. cum ſimil. Et eoſdem effectus producit, etiam quo ad acquiſitionem dominij: ſicut vera realis traditio, quæ fit per miſſionem in poſſeſſionem. ita dicit glo. fin. approbata per Bart. & doct. in l. ab emptione. in gl. fi. in prin. ff. de pactis. & Ioan. And. vbi ſupra. Et ita vidi declarari temporibus meis in pluribus cauſis. Et hoc verum: vt dicit Ioan. And. vbi ſupra. ſi primus emptor vel donatarius, qui habuit fictā traditionem per precarium, vel retentionem vſusfructus preciū rei emptæ ſoluerit, vel habita fuerit fides de precio, iuxta §. venditæ. inſtitu. de rerum diuiſ. Aliam limitationem addo vltra Ioan. Andr. videlicet, ſi primus emptor qui habuit fictam traditionem, fuerit primo inueſtitus, & retentus per dominum directum rei venditæ, vel donatæ, præfertur alteri, qui nō fuit inueſtitus. Ratio, quia dominium per traditionem realem etiam ſoluto precio non transfertur ſine cōſen-
4 a ſu domini directi: a vt plene ſcripſi ſupra, quæſt. 46. circa fin. quod ſecus eſſet in re franca ſeu allo-
2 diali: vt ibi plene dixi. † Sed quæ dicatur res allodialis? dic quod res propria alicuius, quæ à nemine recognoſcitur, niſi à Deo. vt in cap. 1. §. ad hoc qui. & §. ſequent. in feudis. de pace iuramen. facit cap. 2. & 3. ſi de feud. controuerſia fuerit. De allodio tangitur per glo. ff. de relig. & ſumptib. funerum. in l. ſed & ſi quis. §. ſed interdum. Sed iuxta
3 hanc materiam precarij quæro, † vtrum ſi venditor ſe cōſtituat precario poſſidere, vel ſe vſufructuarium procuratorem nomine abſentis, transferatur in emptorem dominium. Bart. quod ſic. in l. ſi is qui pro emptore. in penul. quæſt. ff. de vſucap. Tetigi etiam de hac materia conſtitutionis precarij, infra, quæſt. 268. Sed iuxta hoc quæro, an poſſit agi ad commiſſum cōtra talem emptorem, qui non fuit adeptus poſſeſſio. realem: ſed habuit ſolum fictam, per precarium, abſque tamen laude domini directi: vel an ſaltem poſſit agi contra eum ad laudimia per dominum directum. vide, quæ plene dixi in iſtis duobus punctis ſupra, quæſt. 101.



a ¶ Non transfertur dominium ſine conſenſu domini directi. *Vide domin. Petr. Iacob. in titul. de action. in rem pro re empta. §. ex hoc patet. verſic. item colligitur.*

## QVÆSTIO CXIIII.

*Captiuorum redimendorum ratio quæſit.*

SVMMARIVM.

1 *Iudicandi ratio militaris.*
2 *Captiuus an poſſit poni ad finantiam per eius magiſtrum.*
3 *Princeps non debet bellum ſuſcipere & gerere in præiudicium ſubditorum.*
*† Hic fit mentio libri arboris bellorum, lingua Gallica conſcripti.*

IN facto guerrarum in iudicando ſeruatur, quod ſi captiuatus in bello ſe poſu-
1 erit ſemel ad † ranſonē ſiue redemptionem erga eius magiſtrum, qui eum captiuauit ad aliquam, vel auri, vel pecuniæ ſummā, quod poſtea eius magiſter non poteſt talem rāſonem ſeu compoſitionem augmentare, nec aliam maiorē compoſitionē facere, ipſo captiuato adhuc exiſtente in manibus & ſub poteſtate dicti ſui magiſtri. Et ſi contrarium faciat, ſecunda compoſitio tanquam indebite facta, reuocabitur. Et ita ſecūdum dictam obſeruantiam fuit inter nos determinatum in Camera conſilij de menſe Aprilis, 1457. in viſitatione proceſſus tunc diffiniti inter nobilem Bertrandum de Poypia ex vna parte, & Antonium Moyrodi ex altera, in manibus Ioan. Chantarelli ſecretarij Delphin. Qui Antonius Moyrodi per dictum de Poypia fuerat captiuatus tempore guerræ Sabaudiæ, de qua ſupra, quæſtione 78. mentionem feci. Et qui Bertrādus de Poypia coegit dictum Moyrodi priſonerium ſuū ad faciendum aliam & ſecundam compoſitionem ad maiorem ſummam, quā eſſet in compoſitione prima: propterea fuit reuocata dicta ſecunda compoſitio in ſententia per dictam Curiam Parlamenti de dicto menſe Aprilis lata. & ante prolationem dictæ ſētētiæ fuerat poſitus caſus præmiſſus in deliberatione in magno Conſilio præfati domini noſtri Delphin. in quo magno Conſilio fuerat deliberatum, prout in dicta ſententia fuit pronunciatum præſente d. montis Albani, qui tunc retulit ita de facto alias vidiſſe ſerua-
2 ri. † An autem priſonerius poſſet poni ad finantiam per eius magiſtrum, & quomodo: vide librū arboris bellorum, lib. 10. rubr. *Si vn homme peut iuſtement tenir ſon priſonnier, puis qui le tient à ſa priſon, &c.* Credo tamen quod de iure non valeat compoſitio facta per priſonerium, cū domino, interea dum eum tenet priſonerium: pro hoc allegant doct. in argum. l. 1. §. fin. ff. de author. tuto. Niſi priſonerius iuſte & ad bonam cauſam detineretur, quia tunc poſſet componere & valeret compoſitio, quæ fuerit cum magiſtro ſuo, qui eū detinebat: per ea, quæ dicit Barth. in leg. qui à latronibus. ff. de teſta. Et circa hanc materiam li-
3 bellorum eſt aduertendum, quod † princeps nō debet facere guerram cum præiudicio ſubditorum: ſed prius debet expendere aurum ſuum, & in defectu eiuſdem poteſt à ſubditis accipere, vt ponit plene Cyn. in l. nemine. C. de ſacroſan. eccleſ. & ibi videatur practica. de materia guerræ & armorum: vide infra, quæſt. 439. de monſtris armorum, & qualiter quis armatus, teneri videatur, vide Bart. in l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condict. indebit.

## QVÆSTIO CXV.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſum factum à partibus, intra decem dies, an impediat curſum dictorum decem dierum.*

a COMPROMISSVM *a* à partibus factū
1 † intra decem dies, qui dantur ad appellandum, nō impedit curſum dictorum decem dierum. Sed deſeritur appellatio, niſi infra decem dies appelletur. ita dicūt Paul. de Lea-
b zar. & de Zabarellis in cle. *b* quamdiu. de app. Et ita fuit determinatum & iudicatum die ſententiarum vigiliæ ramiſpalmar. 1457. in cauſa diffinita in dicta Curia Parlamenti inter Petrum Galliteri appellatum ex vna parte, & Ioan. Lamberti appellantem ex altera, in manibus Antonij de Molena, quod ſecus eſt in fatalibus conceſſis ad proſequendum appellationem, vt in text. dictæ clemen. & in authent. ſi tamen. C. de tem. appella. Sed quid de compromiſſo facto ſine præfixione termini, an impediat fatalia currere: vide infra, quæſtione 240. Sed quid de fatalibus in Curia Parlamenti, vide infra, quæſtione 135. Sed an ſi intentetur ſiue agatur, ſuper nullitate ſententiæ, currant dicti decem dies durante dicta cauſa ſuper nullitate: vide, quæ dixi infra, quæſtione 436. verſic. 69. quæro, &c.

*a* ¶ Compromiſſum. *Tu vide de hoc per iſtum conſil. 184. incip. in cauſa de præſenti vertente. nu. 1. verſic. & ſic ſi dictum.*

*b* ¶ In clemen. quamdiu. *Vide Raphael. Fulgo. in cōſil. lata ſententia diffin. & Lanfran. de oriano in trac. de Orbi. 7. parte, quæſt. 49.*

## QVAESTIO CXVI.

SVMMARIVM.

1 *Actor faciens mentionem in libello, de aliquo inſtrumento, an debeat illud tradere reo ſuis ſumptibus.*

ACTOR in libello ſuo facit mentionẽ 1 de aliquo inſtrumento: † reus ante litis 2 conteſtationem petit copiam illius inſtrumenti, quia ſine ea dicit ſe non poſſe deliberare: nunquid eſt ſibi concedenda? Inn. in c. 1. de prob. dicit quod ſic, quem ſequitur Bar. in l. poſtquam. §. ſi dies. ff. vt le. no. ca. & Spec. in tit. de inſtru. §. nunc dicamus. ver. quid ſi aliquis. & ibi etiam Io. An. in addi. ad Spe. Sed circa hoc puto latius diſtinguendũ: quia aliquoties fit mentio de inſtrumento in libello, per modum aſſertionis cuiuſdam probationis, vt ſi dico, quod Titius mihi promiſit decem, de qua promiſſione recepit inſtrumentum talis notarius: & tunc non eſt dãda copia inſtrumenti. Quandoq; autem fit mentio in libello de inſtrumento per modum cuiuſdam limitationis: vt ſi dicam, talis promiſit mihi decem prout conſtat tali inſtrumento. Et tunc ſi quidẽ ille reus ſit talis perſona, quod debeat inſtrumentum penes ſe habere: vt quia eſt hæres, & ab eo petitur legatum in teſtamento relictum: & tunc non eſt ibi fienda copia inſtrumenti: vt l. 1. ff. de eden. ſecundum primum intellectum. Si vero tale inſtrumentum non debet penes ſe habere iſte reus, tunc quia in libello fit mentio de inſtrumento per modum cuiuſdã limitationis, tunc debet dari copia inſtrumenti ante litis conteſtationem. ita debent intelligi not. In. in d. c. 1. de prob. & aliorum doct. Et ita ſeruat ſtylus præſentis Curiæ Parlamenti, & datur eo caſu copia reo ſumptibus actoris.

## QVAESTIO CXVII.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor quibus caſibus agere poſſit contra principalem debitorem.*

2 *Libelli forma in materia c. fi. de fideiuſſ. remiſſiue.*

FIDEIVSSOR poteſt agere cõtra prin- 1 cipalem debitorem, in tribus † caſibus, vt eum liberet ab obligatione. Primus caſus, ſi diu ſteterit in obligatione. Secundus caſus, ſi debitor incipit bona ſua diſſipare, &c. Tertius caſus, ſi fideiuſſor fuerit condẽnatus ad ſoluendũ debitum, pro quo fideiuſſor exiſtit. ita dicit tex. in c. fi. de fideiuſſ. in antiq. facit C. mand. ſi pro ea. Sed quando dicetur fideiuſſor ſteriſſe diu in obligatione, videtur quod per biennium: quia factum antiquum dicitur, quando eſt lapſum biennium, ſecundum Hoſt. Ant. de But. c. cum inter. de re iudic. in fi. Sed iſtud remittitur arbitrio iudicis in materia d. c. fi. vt dicit gl. in l. ſi pro ea. & ſecundum diſpoſitionem d. c. fi. fuit determinatum in dicta Curia Parlamenti, die 10. menſis Decemb. 1459. contra Euſtachium Burgenſem, in manibus Ioan. de Vourey. ſecretarij Delphin. 2 † De modo formandi libellum in materia d. c. fi. de fideiuſſ. ponit Spe. in tit. de iud. in §. ſpecialis. verſ. ſi vero fideiuſſor. Sed iuxta hæc quæro, ſecũdum ſtylum omnium Curiarũ præſentis patriæ inſtrumenta publica habent paratam executionem, quod patet: quia literis compulſorijs mandantur debitores compelli ad ſoluendum: & vt non ſe opponant talibus literis compulſorijs fit executio contra eos & eorũ bona: quia habentur tales debitores obligati per publica inſtrumenta a guarentigiata *a* pro condemnatis, vt dicit etiam Barth. in l. 1. C. de confeſ. & in l. vinum. ff. ſi cer. peta. An hoc caſu fideiuſſor obligatus per inſtrumentum publicum guarẽtigiatum, quod inſtrumentum habet vim ſententiæ: vt dicit Barth. vbi ſupra, poſſit agere fideiuſſor contra debitorem principalem, vt eum liberet à fideiuſſione, ac ſi condemnatus foret. do. Pet. Papæ patruus meus dicit hoc caſu: quod ſi cum tale inſtrumentum habeat vim ſententiæ, & ipſe fideiuſſor pro condemnato habetur, vt dicit Bar. vbi ſupra. hoc pd. ſuit ipſe dom. Pet. Papæ manu ſua propria, in margine ſui libri. in lect. Ioan. An. in d. c. fin. prout vidi, quia eius libros vtriuſq; iuris habui ex legato per eum mihi Guidoni facto in ſua vltima diſpoſitione. allegat etiam pro hoc ipſe dom. Pet. Papæ quod dicit Cyn. in l. certum. C. fam. erc. Sed credo iſtud dictum dom. Pet. Papæ procedere in patria Lugduni, vbi ipſe dom. Pet. Papæ practicauit, & in alijs locis regni Frãciæ, in quibus de ſtylo & conſuetudine inſtrumenta publica guarentigiata habent vim ſententiæ & paratam executionem abſq; oppoſitione. Sed in hac patria Delphin. crederem contrarium: quia talia inſtrumẽta publica de ſtylo & conſuetudine præſentis patriæ Delphin. non habent pręciſe paratam executionem, quia cum oppoſitione fiunt literę cõpulſoriæ. Et ſic habent vim ſimplicis citationis, ſecundum Barth. poſt Iacob. But. in l. actione. C. b de tranſ. & Ioan. Fab. in §. omnium. *b* inſtitu. de c pœna temere litigan. Ideo puto, *c* quod debeat expectari, quod literæ præciſæ concedantur, quæ ſecundum ſtatuta præſentis patriæ habent vim ſententiæ diffinitiuæ, & conceſſis literis præciſis, tunc & eo caſu talis fideiuſſor poterit agere contra principalem debitorem, vt eũ liberet ab obligatione per d. cap. fi. de fideiuſſ. Et iſta videtur mihi eſſe veritas attenta diſpoſitione ſtatutorũ Delphin. & ita ſeruatur in Curia Parlamen. licet aliter ſeruaretur in regno Fran. per ea, quæ ſupra dixi. Quanto tempore duret fideiuſſ. ſiue loquamur in fideiuſſore cõtractus vel iudicio ſiſti, aut de iudicato ſoluendo: vide plene Cy. in l. ſi fideiuſſor. C. de fideiuſſ. Si creditor proroget terminũ debitori, an fideiuſſor ſit liberatus? dic vt per Spec. in tit. de fideiuſſ. §. 1. verſi. illud autem quæritur. & vide Bart. in l. pen. ff. de prætor. ſtipula. & Henric. Bohic. in c. fin. de fideiuſſoribus. & in c. præterea, Io. 2. in fi. de appellatio.

a ¶ Gua-



*a* ¶ Guarentigiata. *Id eſt, confeſſionata, & ita dicitur in Tuſcia. do. Bart. in l. 1. C. de confe. guarentigia enim eſt obſeruantia alicui iniũcta, per mandatum tabellionis, qui eſt iudex ordinarius, & dicitur chartularius. Ita formaliter no. Bal. in l. ſi fidem. in ver. item no. hãc l. C. de fidei Nã guarentigia nihil aliud eſt, niſi quoddã præceptum, quod fit per notarium de inſtrumento rogatum parti roganti, vt obſeruet contenta in illo, & fit illud tale præceptum in volentem & acceptantem, & fit authoritate ſtatutorũ concedentium talem poteſtatem. vnde ſicut verum præceptum iudicis habet executionem paratam. l. ſi debitori. ff. de iud. ita tenet iſtud d. Pau. de Ca. conſil. 261. in 3. col. in §. circa ſecundum dubium, in verſ. nam guarentigia. in 1. volum. conſiliorum antiquorum.*

*b* ¶ §. omnium. *In verſ. circa hoc. prope finem. vbi quære. huiuſmodi literæ compulſoriæ, licet cum appoſitione diei ſunt iniuſtæ.*

*c* ¶ Ideo puto. *Quære rationem: quia inſtrumenta publica, quæ fiunt in hac patria Delphi. non ſunt guarentigiata: quod patet per ea, quæ dicta fuerunt in 1. no. poſito ſuper verbo, guarentigiata. præterea, non habent executionem paratam, ex quo multæ exceptiones vltra exceptiones de iure communi aduerſus executionem præcepti iudicis introductas, admittuntur ad impediendam executionem huiuſmodi inſtrumentorum. vt in ſtatutis Delphinalibus, ſub rubrica, de literis compulſoriis & præciſis concedendis.*

## QVÆSTIO CXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Notarius, hæres alterius notarij, an poſſit inſtrumenta eius deſcribere ſine iuſſu iudicis.*

2 *Notarius recipiens inſtrumentum contractus iure reprobati, an puniatur.*

NOtarius ſuccedẽs alteri notario tit. vni- 1 uerſali, aut alias, poteſt † de iure propria a autoritate *a* inſtrumenta primi notarij groſſare per tex. & ibi Bar. in l. 1. §. cogentur. ff. de eden. & ita tenet Panormit. in c. cum P. tabellio. extra, de fide inſtr. Sed de ſtylo & communi obſeruantia præſentis patriæ Delphinatus hoc facere nõ poteſt ſine commiſſione & authoritate iudicis. Et ſi faciat, non adhibetur fides. Et hoc verum, niſi inſtrumentum eſſet groſſatum de antiquo, ita, quod veriſimiliter commiſſio non poſſet reperiri propter mortẽ notarij, quo caſu adhibetur fides, & pręſumeretur pro notario mortuo aſſerenti ſe groſſaſſe ex commiſſione, per ea quæ ponit Innocen. in c. veniens. extra, de verbor. ſignific. quẽ ſequitur Bald. in authen. quas actiones. C. de ſac. ſanct. eccleſ. circa fin. & quod præſumatur pro facto antiquo, no. Ioan. And. & Ioa. de Lign. in cap. Albericus. de teſt. vide Archi. in Roſario. c. 1. de ca. contra minorem. vide Cy. in l. emancipatione. C. de fi. inſtru. & ita fuit deciſũ in cauſa nobilis Baudini Adhemarij, contra dominum Garde diffinita die 19. menſis Maij. 1458. in manib. Botuti ſuper debito trium millium florenorum auri debitorũ pro penſione. 70. florenorum auri. Sed quando dicetur inſtrumentum groſſatum de antiquo, credo, quod per lapſum duorum annorum ſecundum Hoſtienſ. & Anto. de Butrio, in c. cum inter. de re iud. in fin. vbi expreſſe dicunt, quod factum dicitur antiquũ, per lapſum duorum annorũ. Sed quis iudex debeat prothocolla cõmittere in terra bannareti: vide, 2 quæ ſcripſi ſupra, q. 2. † An notarius recipiens inſtrumentũ, cõtractus à iure reprobati, puniatur? dic, ꝙ ſic. vt notatur in l. generali. C. de tabulariis. li. 10. & tex. in §. callidis. de prohib. feudi alienati. Et plenius dixi infra, quæſt. 433. de materia prothocollorũ, vide, quæ ſcripſi ſupra, quæſt. 19.

*a* ¶ Propria authoritate. *Contrarium tenet domin. Felyn. in c. cum P. tabellio. 2. colum. verſicul. 4. quæritur. extra. de fide inſtrum. allegat domin. Ioan. And. in c. quum P. & Speculat. & Ioan. And. in titul. de inſtru. edit. §. oſtẽſio. verſic. quid ſi aliquis tabellio legat. & do. Bal. & Paul. de Caſt. in l. ſi quis ex argentariis. §. nihil. ff. de edend. & ibi ſoluit contraria iura, per dom. Bart. in d. §. cogentur adducta. Videtur tamen velle, quod ſufficiat in huiuſmodi caſu generalis licentia iudicis, conceſſa ſibi ad leuandũ rogationes defuncti, & publicam formam ad requiſitionem quorum intereſt.*

## QVÆSTIO CXIX.

SVMMARIVM.

1 *Domino mortuo, an expiret mandatum procuratoris.*

IVre canonico procurator, qui etiam fuit litem conteſtatus, non poteſt procedere 1 vſque † ad diffinitiuam mortuo domino: quia per mortem domini dicitur reuocatũ mandatum, per cle. fi. de procu. Secus tamẽ eſt de iu. Ciuil. quia de iur. domino etiã mortuo & re non integra nõ dicitur reuocatũ mandatum. Et procurator dominus litis, poteſt ſemper procedere a in cauſa vſq; ad diffinitiuã, in l. ſi defunctus. *a* ff. de procur. cum ſi. no. per Spec. in tit. de procu. §. ratione quoq;. verſ. ſed nunquid procurator. ita dicit Ioan. And. in addit. Specul. in d. verſicu. ſed nunquid procurator, &c. & hæc determinatio iuris Ciuilis obſeruatur in iudicando in omnibus curiis præſentis patriæ Delphin. de ſtylo curiarum, qui ſtylus pro lege debet obſeruari. in c. quam graui. de crim. falſi. & in §. fi. inſti. de ſatiſ. b *b* & in c. ex literis. extra, de conſtitutionib. in l. 3. ff. de probat. Quia etiam dicta cle. loquitur de beneficialib. vt ibi declarat glo. ſuper verbo, pro eccleſia. in prin. hic autem loquimur in prophanis & cauſis temporalibus, vt re non integra non finitur mandatum, puta li. cont. per dict. l. ſi defunctus. cum ſimi. & ita etiam declarat gloſſ. in dicta. cle. in verbo, pro eccleſia. De materia dictæ cle. fi. de proc. plene dixi infra, q. 547. vide, quæ dixi infra, quæſt. 491. quando dicatur lis pẽdere,

vide c.fi.vt lite pend.in cle.&c. Et quando dica-
tur res integra in iudiciis, vel negociis, vide in d.
cle.fi.in glo.ſuper ver.pro eccleſia.
a ¶ L. ſi defunctus. *In tantum hoc eſt verum, quod
ſi procurator acceptauit mandatum, & ſatiſdedit iud.
ſolu.nõ expirat mandatũ morte domini. vt dicit Bart.
& Angel.in dicta l.ſi defunctus.*
b ¶ §.fi.facit inſti.eo.tit.de ſatiſda. *In princip.ibi,
alium nouitas per vſum amplexa eſt. & Specul. in tit.
de aduoc.§.6.verſ.quidam modus. Adde dom. Cyn.in
l.2.C.quæ ſit longa conſuetudo.*

## QVÆSTIO CXX.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, lata in confeſſum, iudicio etiam minus legitime in-
ſtituto, valet.*
2 *Confeſſio facta extra iudicium, an faciat iudicium ad tortu-
ram.*

DOminus Anton. de Butri. in ſuo repertorio
1 in litera C.ſuper verbo cõfeſſio, † dicit, quod
valet ſententia, lata in confeſſum etiam iudicio
minus legitime inſtituto, vel ſuper libello ine-
pto: & allegat dictum Innoc.in c.Piſanis.de reſti.
ſpol. & in c.qualiter, & quando.extra, de accuſ.
ſupra de foro compet. &c. & ita refert tenuiſſe
Bald.idem tenet Bar.in l.ſi confeſſus.ff.de cuſto.
reorum. & ibi pleniſſime vide de hac materia, &
ita ſeruatur in Curia Parlamenti Delphin.in qua
Curia Parlamenti etiam proceditur ſummarie,
ſola facti veritate inſpecta. & ſuper hoc vide, quæ
etiam ſcripſi ſupra. q. 58. & præmiſſa ſunt vera in
cauſa ciuili; ſed vbi fieret confeſſio in cauſa cri-
minali, talis confeſſio non eſſet ſufficiens ad con
demnandum, quando proceſſus eſt nullus: per
gloſſ.in l.ſi filius.C.de lib.cau.no.Inno.in c.qua-
liter & quando.de accu.licet Bar.videatur dicere
contrarium.in d.l.ſi confeſſus. & dicit ipſe Bart.
quod talis ſententia in confeſſum lata, eſt inter-
locutoria.all.ff.de his, qui no.infa. l. ictus fuſtiũ.
Sed credo, quod non ſit ſimplex interlocutoria,
ſed habens vim diffinitiuæ, ſi contineat aliquid
dari, fieri, ſolui, vel reſtitui: & per ea, quæ dixi q.
12.ita etiã quod ſit appellandum in ſcriptis: vt ibi
dixi. De proceſſu nullo, ſi conſenſu partiũ poſſit
2 conualidari, vide, quæ dixi infra, q.216. † An con-
feſſio facta extra iudicium, faciat indiciũ ad tor-
turam. Bart. quod ſic, in d.l.ſi cõfeſſus. & no. in l.
capite quinto.ff.de adulter. Sed ſi confeſſio in iu
dicio facta ſit nulla aliqua ratione, an faciat indi-
cium ad torturam. Innoc.per c.per inquiſitionẽ,
extra, de elect. videtur tenere quod ſic. coll.vero
in c.at ſi cle.de iud.videtur tenere, quod non. i-
deo deciſionem præſentis dubij relinquo deter-
minationi per Curiam Parlamenti fiendæ: quam
hic ſubiungam, dum videbo eam fieri.

## QVÆSTIO CXXI.

SVMMARIVM.

1 *Homicida voluntarius an gaudeat immunitate.*
2 *Exiſtenti in immunitate, poſſintne alimenta denegari,*
3 *Homicidæ voluntario an debeant in eccleſia compedes necti.*
4 *Palatium Epiſcopi an gaudeat immunitate,*

1 IN Camera conſilij, in qua erant † Domi-
ni Parlamenti, videlicet, dominus mon
tis Einardi locum tenens gubernatoris,
Ioan. Baiuli præſidens, Ma. Thomaſſini, Ioan.de
ſancto Germano aduocatus fiſcalis: ac etiam do
mini Cameræ computorum Delphin. videlicet
magiſter Io.de Morolio, præſidens Cameræ, Io.
de Orginiaco, Ioan. Iampitre auditores. Et ego,
dum altercaretur de monte robineti alloze, ca-
ſtellani voyronis nuper in dicto loco voyronis
nequiter interfecti per nobilem Ioan. Grimaudi
& eius conſortes fuit quæſitum, vtrum dicti ho-
micidæ, qui ſunt de præſenti in immunitate ec-
cleſiæ, debeant gaudere immunitate. & fuit opi-
natum (nemine diſcrepante) & cõcluſum, quod
a non *a* debent gaudere immunitate, cum dicti
homicidæ fuerint voluntarij præpenſatis inſi-
diis: & quod debent capi & extrahi ab immuni-
tate, per c. 1. de homicidio.in antiquis. vbi eſt
text.& gloſſ.in authen.de mand.princ. §. neque
autem.& no.gloſſ.Cyn.& Barto.in l.2. C.de his,
qui ad eccle.confu. ita etiam tenet do. Ange. de
Are.doc.nouiſſimus in tract.ſuo de malef. ſuper
verbo, quod forma publica præcedente, vbi alle.
iura prædicta. ſed contra hoc facere videtur, quia
canon non præbet cauſam ſeu occaſionem mor-
tis. Ideo do. Ant.de Bu.in d.c.1.multos narrat in-
tellectus.d.c.1.de homi. Primo, quod loquatur
de homic.ſpirituali: vt ſit ſenſus homicidam mo
ri ſpiritualiter, ſi non pœniteat. Secundus intel-
lectus eſt, vt moriatur quo ad vitam actiuam, id
eſt, pœnitentia plectatur. Tertius intellectus eſt,
vt moriatur, id eſt, deponatur à ſuo ordine, & ſic
loquatur de morte ſuæ dignitatis. Vel quarto,
vt intelligit glo. moriatur, id eſt, ab eccleſia non
defendatur. Vel quinto, quod moriatur, id eſt,
tradatur curiæ ſeculari, eo depoſito ſecundum
formam ca.quum non ab homine.de iudi. ſecun
dum Hoſti. Vel, quod hæc non eſt lex cano. ſed
Exodi: quia ſæpe imponebatur pœna mortis; &
inſeritur in decr. vt ſciatur, non vt in eccleſiaſti-
co foro ſeruetur: ita dicit ibi do. Ant. de Bu. Et
ſic accipiendo dictum quintum intellectum ad
d.c.1.de hom. prout eum intelligit do. Hoſt. iun-
cta d.l. Exodi, & his quæ leguntur, & notan. in d.
§. neque autem.in authen.de mand. principum,
apparet concluſionem, de qua ſupra factam, per
dict.do. meos Parlamenti eſſe iuri conſonam; at-
tento etiam, quod text.in d.c. 1. de homicid. ita
clare & indiſtincte loquens, indiſtincte eſt intel-
ligendus, vt iuribus vulgatis: & ita etiam ius
fuit per iudicem curiæ communis Grationop.
obſeruatum ad cauſam mortis Raymundi Fabri
voluntarie etiam præpenſatis inſidiis interfecti,
cuius homicida fuit extractus ab eccleſia fratrum
prædicato-



prædicatorum Gratianop. & incarceratus in car-
ceribus portæ Troynæ, die 9. Aug. 1457. & quod
homicida non debeat gaudere immunitate, te-
net per pulchras rationes Io. Fer. in ti. forma in-
quiſitionis, ſuper maleficiis. qua die fuit iterato
deliberatum & concluſum inter Dominos Par-
lamenti ſecum vocatis aliis in iure peritis præſen
tis ciuitatis, quod dictus iudex communis bene
proceſſerat, dictum homicidam extrahendo à di
cta immunitate. Quia extrahens ab immunitate
illum, qui non debet ea gaudere, non dicitur in-
fregiſſe immunitatem, vt dicit de Zabarellis in
c.inter alia, extra de immu.eccleſ. Licet Sal. in
auth.ſi quis ei.C.de adul. voluerit dicere, quod
prius debuiſſet requiri licentia ab epiſcopo, licet
non obtenta. Quod tamen non ſeruatur in hac
Curia Parlamenti: quia de Zabar. in cle.1.de off.
or.tenet indiſtincte, quod debet ab eo epiſcopo
extrahi: vbi delatus non debet gaudere immuni-
ta. Sed quis debeat cognoſcere de habitu clerica-
2 li. vide, quæ dixi infra, q.138. † Sed iuxta hæc quæ-
ro, an exiſtenti in immunitate, poſſit ei obſidio
apponi circuncirca eccleſiam, vel alimenta dene
gari? Hoſt.in lectura.in c. inter alia. extra de im-
mu.eccl.dicit, quod non, & quod male faciunt
3 domini temporales ita facientes. † Idem in ſimili
credere, quod non deberet in eccleſia compedi-
tari, de iure. Et contrarium facientes infringunt
immu.ec. ac ſi ipſum extraherent, & incidunt in
pœnam.l.fi.C.de his, qui ad eccl.confu. ar.l. 1. §.
1.ff.de vi & vi arma. & ibi bonus tex. & l.Fulcini-
us.§.illud.ff.ex quib.cau.in poſ.ea.de pri.credi.l.
eum, qui la 2.& de termino moto.l.fi. in prin. de
materia immunitatis vide Ang.de Aret.in tract.
ſuo de maleficiis.in glo.ſuper verbo, quod fama
publica referente.ibi. Quarto quæro, &c. Cy.in
l.præſenti.C.de iis, qui ad eccle.confu.& in auth.
ſi quis ei.C.de adult. Item depopulatores agrorũ
& inſidiatores itinerum non gaudent immuni-
tate, vt d.c.inter. Item nec etiam in eccleſia de-
b linquentes. *b* in c.fi. extra, de immu.eccle. Item
etiam delinquentes contra eccleſiam. in c. con-
queſti.extra, de ſen. excom. Attamen ſciendum
eſt, quod in omni caſu debet reddi iudici iuranti
ei ſeruare vitam & membra: vt ibi not. Hoſt. An
officialis poſſit extrahere clericum de immu.ec-
cle. Io. Fa. tenet, quod ſic. inſt.de his, qui ſunt ſui
vel alie.iur. ſuper quo vide, quæ plene dicit Fran.
4 de Zabarel.in cle.1.de pœnit.& re. † Et ibi vide v-
trum palatium Epiſcopi gaudeat immunitate. &
ipſe de Zabarel.in clem.1.de officio ordin.tenet,
quod delatus debet extrahi per Epiſcopum, vbi
delatus non debet gaudere immunitate.
a ¶ Quod non. *Contrarium tenet dom. Pan.in c. in-
ter alia.extra, de immu.eccle. & ibi hanc quæſtionem o-
ptime diſcutit, quæ omnino videas.*
* *Tu adde Pet.de Anch.in c.1.de homic.*
b ¶ In eccleſia delinquentes. *Hoc intellige verum,
ſi ibi delinquant ſub ſpe immunitatis. vt ibi tenet dom.
Pan.in dicto capi.inter alia.*

## QVÆSTIO CXXII.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum ſignatum per alterutrum notarium adhibito-
rum per partes, an fidem faciat, diſting.num.3.*
2 *Notarij duo cur fere adhibeantur.*

AN inſtrumentum, in quo per partes cõ-
1 trahentes fuerunt † adhibiti duo nota-
rij, ſi fuerit groſſatum & ſignatum per
alterum ex notariis, ſit probatorium, & fidem fa
ciat? & videtur quod ſic: quia fidem faceret, ſi tã-
tum vnus adhibitus foret, l.ſi quis decurio. C.ad
leg.Corne.de Fal.& inſti.de inutili ſtipul.§.item
verborum.& in authent.de fide inſtru. §. ſi vero
moriantur.col.6.quæ ſuperfluitas adhibita, non
vitiat inſtrumentum, ſi ſubſcriptio alterius no-
tarij ſuperflue adhibiti non reperiatur. l.teſtamẽ-
tum. C. de teſtamentis. Et pro hoc facit, quod
ponit gloſſ.1.in c.2.de reſcriptis. facit etiam in ſi-
mili, quod ponit Ioan. Fab.inſtit.de teſta.in prin.
2.quæſt. qua quærit: Sed quid ſi litera continet,
quod duo ſigilla debeant apponi: nec fuit appo-
ſitum niſi vnum ſigillum? vbi determinat, quod
facit fidem. per no.in d.c.2. iuncta d.l. teſtamen-
tum. In contrarium videtur dicendum, quod
non ſit probatorium. Nam ad hoc, quod tabel-
lio vnus vel plures poſſint inſtrumentum ſuper
aliquo contractu conficere, illud debet eis man-
dari, & præcipi per omnes, quorum in illo con-
tractu conſenſus requiritur: vt l.contractus. C.
de fide inſtrument. Quorum enim conſenſus in
aliquo actu requiritur, ipſorum voluntas in ſcri-
ptura probatoria eſt neceſſaria.l.2. C. de rela. in
auth.de tabellio.in principio.& §. 1. alias ſi vnus
contrahentium tantum mandaret, quod fieret
inſtrumentum, non valeret.l. cum precibus. C.
de probationibus.& not.gloſſ.in d.§. 1. in auth.
de tabellionibus. ſuper verbo iniungetur. & per
Spec.in tit.de inſtru.edi.§. poſtquam. verſicul. i-
tem nunquid eſt neceſſarius conſenſus vtriuſq;
contrahentium, &c. quem ſequitur Io. And. in
addi. Spec. Modo certum eſt, quod partes adiun-
gendo alium notarium non mandauerunt, nec
voluerunt, quod vnus ſolus notariorum ſine a-
lio notario ſecum iuncto conficeret inſtrumen-
tum. Quia aliter dicta adiũctio totaliter eſſet in-
anis, & ſuperflua: quod non eſt dicendũ. per con-
ſequens, vnus ſolus ſine alio ſibi adiũcto inſtru-
mentum conficere non poteſt per iura allegata:
& ſi non poteſt inſtrumentũ conficere, per con-
ſequens inſtrumentum non eſt probatorium.
Illud etiam ſequitur Spec.in tit.de inſtru. edi. §.
inſtrumentum. verſicu. ergo. Item, quod non eſt
ſignatũ ab eo, qui ad hoc deputatus eſt, &c. hanc
etiam partem ſequuntur Bald.& Sal.in l. iuriſiu-
randi. C.de teſtibus. idem etiam tenet expreſſe
Alberic.de Roſate in l. 1. ff.de offic.proconſulis.
dicens ibidẽ de hoc eſſe caſum legis, & ita obti-
nuiſſe. Nam & ipſe ibidem dicit, licet officium
tabellio-

tabellionatus ſit introductũ à lege: vt C. de tab. per totum: tamen poteſtas & miniſtratio conficiendi inſtrumentum confertur ab homine creante tabelliones, & à contrahentibus. allega. pro hoc d. l. contractus. C. de fi. inſtrum. Et dicuntur
2 †adiecti duo notarij ad ſuſpicionẽ falſitatis tollendam. l. fin. C. de fideic. ibi, lex etenim ne quid falſitatis incurrat, ſi per duos forte teſtes compoſitum eſt, maiorem numerum expoſtulat, vt per ampliores homines perfectiſſima veritas reueletur, &c. Si etiam partes contrahentes ne quid falſitatis incurrere poſſint, & vt perfectiſſima veritas magis reueletur, quãdoq; duos notarios adhibẽt: alias contractum nullo modo valere demonſtrantes. Pro hoc etiam videtur text. in l. cũ magiſtratus. C. quando prouo. non eſt neceſſ. Sic etiam videmus in pluribus procuratoribus ſimpliciter cõſtitutis. Nã ſi dictum non fuerit, quod quilibet habeat poteſtatem in ſolidum, vnus ſine alio nihil facere poteſt. vt in l. pluribus. & ibi gl. ff. de procurat. Sic etiam vbi ſunt duo notarij adhibiti, vnus ſine alio nihil facere poteſt. Pro quo etiam facit c. prudentiam. extra de off. deleg. nec obſtat, ſi dicatur, quod ad vtilitatem inſtrumenti corã teſtibus ſufficit vnus notarius. Quia hoc verum eſt, niſi partes voluerint cum maiori ſolẽnitate contrahere. Et ſic duos notarios in cõtractu adhibere: ſicut in ſimili videmus, quod cõtractus emptionis ſolo conſenſu perficitur. inſtitu. de obli. quæ ex conſenſu. per totum. Veruntamẽ vbi partes volunt contractum fieri in ſcriptis, ad iuſtificationem ipſius, non ſufficit probare conſenſum interueniſſe: ſed etiam oportet probare contractum fuiſſe factum, & receptũ in ſcriptis: & alleg. l. contractus. C. de fide inſtru. & inſtitut. de emptio. & vendit. §. 1. Sic etiam, vbi partes ab initio contractus (vt in maiori ſolennitate contrahant, & falſitatem euitent) duos notarios adhibent, non valet inſtrumentum ſuper ipſo contractu cõfectum, niſi per ambos notarios fuerit
a debite viſum & ſignatum. a Nam quanto plura ſigna tabellionum in chartis ſunt, tanto inſtrumenta cautiora. vt not. glo. in auth. de tabel. §. 1. ſuper verbo, iungatur, in fin. allegatur pro hoc in auth. de fide inſtru. §. oportet. Et hanc quæſtionẽ vide de facto in hac Curia Parlamenti de anno domini 1457. de mẽſe Iulij in relatione proceſſus ex poſt in eadem curia diffiniri inter Catharinã Pebo, relictam Antonij Burgundionis de Romanis agentem ex vna parte: & Deſiderium Vilaris alias Rabaſta, & Ioan. Alexij reos ex altera, in manib. Claudij bonis ſecretarij Delphinalis: in quo proceſſu dicti rei oppoſuerunt, quod inſtrumentum obligatorium, cuius vigore agebat dicta Catharina Pebo, non erat ſignatum, niſi per vnum ex notariis: videlicet per Bargena, & non per Antonium Gayeti alterum ex notariis: qui dictum inſtrumentum receperunt. Sed quia in
b dicto proceſſu fuit producta nota b dicti inſtrumenti, quę erat ſignata manu dictorum amborũ notariorum, ideo fuerunt conceſſæ literæ præciſæ pro d. Cath. contra dictos reos. ita fuit iudicatum. Sed ſi dicta nota manu amborum notariorũ ſignata, non fuiſſet reperta, dictũ inſtrumentum non fuiſſet forte probatoriũ per iura & ra-
3 tiones doctorum ſupra allegatas. Attento † maxime, quod in dicto inſtrumento continebatur, quod fuerat actũ inter dictas partes, quod dicti duo notarij conficerent inſtrumentum: vbi autẽ fuiſſet dictum, quod per quemlibet ipſorum notariorum inſolidum fieret inſtrumentum, tunc non eſſet dubium: quia quilibet ipſorum poſſet inſtrumentum per ſe conficere. arg. c. ſi duo. de procur. li. 6. & per l. item ſi vnus. §. cum in plures. ff. de arbit. Sed iuxta hæc quæro. Vnus notarius ſcripſit groſſam, alter ſignauit: nunquid erit probatorium tale inſtrumentum? videtur quod ſic: per l. ſi quis ex argentariis. in §. 2. ff. de eden. & de hac materia tangit Bal. in l. iuriſiurandi. C. de teſtibus. & in l. iuriſgentium. ff. de pact.

a ¶ Signatum. *Vtrum de neceſſitate requiritur, quod in inſtrumento ſignum notarij apponatur? & videtur, quod ſic ſecundum d. Fel. in c. ſi ſcripturam. 5. col. verſ. item requiritur. de fide inſtru. ſecus in prothocollo: niſi conſuetudo aliud obtineat, poteſt facere, quod ſignum ſit de ſubſtantia prothocolli, ſicut & inſtrumenti, vt in c. cum P. 3. col. ver. 5. quæritur. eo. tit. de fide inſtrum.*

b ¶ Nota. *An nota ſiue prothocollum notarij probet? videtur, quod ſic, ſi habeat conſonantiam perfectam: licet ibi ſint quædam truncata: dummodo per alia verba contractus appareat perfectus: vt ſentire videtur d. Felin. in d. c. cum P. in princ. verſ. 1. quæritur.*

## QVÆSTIO CXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta an poſſit purgare moram, vt euitet commiſſum.*
2 *Vaſſallus an poſſit moram purgare.*

1 Licet de iure ſint variæ opiniones doctorum vtriuſq; iuris, † an & quando emphyteuta qui ceſſauit in ſolutione canonis, poſſit moram purgare ad euitandum commiſſum. Quia aliqui di-
a cunt, quod poteſt talis mora purgari, a dummodo purgetur ante libelli oblationem. Aliqui vero dicunt, quod ante litem conteſtatam: aliqui dicunt, quod vſque ad ſententiam: vt plene per glo. & doct. in c. potuit. extra de locato. De ſtylo tamen & obſeruantia huius Curiæ Parlamẽti talis mora poteſt purgari, dummodo purgetur ante litem conteſt. & non poſt. Et pro iſta parte faciunt no. per Dyn. in l. ſi ita quis. §. Seia. ff. de ver. obli. & per Bar. in l. ſi inſulam. ff. eo. tit. & in l. 1. ff. de pe. le. & vide circa hoc, quæ plene ſcripſi infra, q. 171. De hoc etiam tetigi ſupra, q. 107. Et ſi dominus nolit recipere ſolutionem, emphyteuta liberabitur faciendo oblationem, conſignationem, & depoſitum in forma iuris: iuxta diſpoſi-
2 tionem l. 2. in fi. C. de iure emphyt. † Quid de vaſſallo, an poſſit moram purgare? vide, quæ dixi infra, q. 166. de materia purgationis moræ, vide plene



plene per Bar. in d. l. ſi inſulam. ff. de ver. obligat.
3 An iuramentum impediat † purgationem moræ
b b Sali. quod ſic, in l. ſi pacto, quo pœnam. C. de pact. & idem Bartol. in l. ſi inſulam. ff. de ver. obl. de hac materia ſcripſi in 31. conſil. meorum in 6. dubio.

a ¶ Mora purgari. *Videtur enim poſſe purgari mora vſq; ad exactionem. Nam cum antiquo iure communi non liceret vltra tempus præfixum ſoluere: imo res emphyteutica auferebatur emphyteutæ: licet hodie de gratia aliqua ſit facta additio iuri communi: ſcilicet, quod poſſit prouidere celeri ſatisfactione, reſtringendum eſt: quia qui exactus debitũ non ſoluit, non poteſt dici, quod ſibi celeriter prouideat. Ille ergo cenſendus eſt ſibi celeriter prouidere, qui exactus vel in iudicio vel extra, ſtatim & ſine vllo termino perſoluit, vt pulchre ſentit domin. Innoc. in c. potuit. in gl. ſua ſuper verbo, niſi celeri. in fine. verſi. Item quærimus. extra, de loca. idem quoque in terminis tenet Speculat. in §. nunc aliqua. verſi. 84. eo. titul. de loca. & id ipſum ſentire videtur domin. Pet. Iaco. de Aurelia. in titul. de act. in rem pro re emphyteutica quæ ceci. in commiſ. §, quæro dominus dedit. verſicu. item ſuccurrit. in fin. vbi dicit, quod nec ſufficeret tunc, ſi quis eſſet paratus ſoluere, cum res iam cecidiſſet in commiſſum. & iſta videtur ſana opinio: nam poſtquam à iure emphyt. cecidiſſet, quomodo tunc facta eſſet exactio à lege? nulla quippe ex inde permittitur moræ purgatio. vt l. qui ob rem. ff. de condi. inde. l. iam tamen. 2. reſpon. ff. iudic. ſolui. l. ſi is, cui. ff. de legat. ſecun. & not. gloſſ. in c. mora. cum ſimil. de regul. iur. in 6.*

b ¶ Purgationem moræ. *De hoc & tota materia moræ, & illius purgationis, vide iſtum conſil. 31. incip. Ieſu Chriſti. numero 6. verſic. pro hoc etiam.*

## QVÆSTIO CXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes an poſſint denuo examinari ſuper articulo primo à iudice omiſſo.*
2 *Mulier, minor & ruſticus, an poſſint alios teſtes producere poſt didicita teſtificata.*

Si Iudex vel commiſſarius datus ad exa-
1 minãdum teſtes omittat † per errorem, vel inaduertentiam ſuper aliquo articulo teſtes examinare, poterunt poſtea teſtes examinari ſuper articulo omiſſo: licet poſtea pars, quæ hoc petit, didicerit teſtificata teſtium ſuper aliis articulis examinatorum: quia error iudicis vel commiſſarij non debet nocere parti: vt in c. per tuas.
a ibi, in ver. niſi forte, &c. De teſtib. vbi ita dicunt docto. Et ita ſeruatur conſuetudo omnium curiarũ: quia hoc caſu ceſſat timor ſubornationis, de quo in c. fraternitatis. extra eod. ita etiam vidi ordinari in Curia Parlamenti, die 23. mẽſis Iunij,
2 1457. in manibus Ioan. Albi ſecretarij Delphin. † Quid autẽ de minore, muliere, & ruſtico, an poſſunt alios teſtes producere poſt didicita teſtificata? vide Bar. in l. 1. §. nunciatio. ff. de noui operis nunciat. Sunt tamen certi caſus ſpeciales, in quibus etiam publicatis atteſtationibus & didicitis teſtificatis admittitur productio & examinatio aliorum teſtium, etiã ſuper eiſdem articulis, qui ponuntur per dom. Io. de Graſſis in d. c. per tuas: prout reperio in recollectis per me ſub eo ſcriptis, dum ipſe actu legeret in vniuerſitate Taurini. ponit etiam Specula. titul. de teſte. §. ſatis vtiliter circa prin. vbi etiam enumerantur certi caſus. vide alios caſus ſupra quæſt. 72. Et alium caſum ſpecialem, de quo tetigi infra, quæſt. 201. De teſtibus examinatis corã arbitris, quod non probent coram ordinario, niſi inter partes aliud fuerit actum. in l. penultim. C. de arbi. Si debeant repeti teſtes: ſi non fuerint examinati: iuxta interrogatoria per partem tradita. vide, quæ ſcripſi ſupra, q. 72. in fin.

a ¶ In c. per tuas. *Et ibi domin. Innocent. & Ioan. Andr. in nouella. vide domin. Bal. in l. ſi quis. §. nec iterum. ff. de edend.*

## QVÆSTIO CXXV.

SVMMARIVM.

1 *Examinationes teſtium ad tempus iuramenti referuntur.*

Prædicatur in Curia Parlamẽti, & in cæteris curiis præſentis patriæ Delphin. ſeruatur in iudicando, quod ſufficit, vt te-
1 ſtes iurent † infra dilationem datam ad probandum, licet poſtea deponant. Item etiam ſi iurent die non feriata, & deponant die feriata, valent depoſitiones talium teſtium: quia eorum depoſitiones referuntur ad tempus iuramenti, vt no.
a Bartol. a in l. ſi quando. b. C. de teſti. & Speculat.
b in tit. de teſte. §. qualiter. verſicul. is quoque cui, &c. & not. in c. 1. extra, de teſti. & in cap. licet cauſam. extra de probatio. & per Bartol. in l. damni. §. Sabini ſenten. ff. de dam. infec. & ponit domi. Ioan. de Graſſis in cap. cum ſuper. extra, de teſti. cog. De materia iuramenti teſtium, vide quæ dixi infra, quæſtione 542. Si pars fuerit citata viſura teſtes iurare ad certam diem: & illa die ſit feriatum, an teneatur die ſequenti comparere: vel ſi ſit neceſſaria noua citatio: vide, quæ ſcripſi, infra ca. quæſtion. 542. Et ſi teſtes non fuerint examinati, iuxta interrogatoria partium, quid iuris: ſcripſi, ſupra, q. 77. in fin.

a ¶ Bart. *No. practicam quam tangit dom. Bart. in d. l. ſi quando. in verſic. ſi.*

b ¶ In l. ſi quando. *Et ibi dom. Bal. in 3. colum. in verſic. item iurat.*

## QVÆSTIO CXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Notario cauſæ aſſerenti in ſuis actis commiſſam ſibi fuiſſe teſtium examinationem, an credatur.*

AN

1 AN in hac Curia Parlamenti ſecretarius
†cauſę poſſit ſcribere in actis, quod Do
mini Curiæ Parlamenti ſibi commiſe-
runt examinationem teſtium illius cauſæ. do.
Bartol. de Saly. mouet iſtam quæſtion. & deter-
minat, quod non. Et ſi faciat, quod ei non eſt cre
dendum: ſed debet facere ſignari per alium no-
a tarium: *a* ita dicit ipſe dominus Salycet. in l. iu-
riſiurand. C. de teſtib. & ibidem dicit idem tene-
re Hoſt. & Io. in c. quoniam contra falſam. extra,
de probatio. Et ita etiam ſeruat ſtylus præſentis
curiæ: & quod plus eſt, quia ſecretarij dictæ Cu-
riæ Parlamenti committebant fraudes in dictis
commiſſionibus, & examinabant teſtes aſſeren-
tes, ſibi fuiſſe commiſſas examinationes, licet
non eſſent. Ideo de anno domini 1461. fuit factū
edictum, quod non valeāt eorum atteſtationes:
nec eis fides adhibeatur, & quod mulctentur in
25. lib. turo. fiſco applicandis: niſi eorū commiſ-
ſiones ſint ſignatæ manu alterius ex Dominis
Parlamenti: & eſt dictum edictum regiſtratum
in groſſo lib. albo, exiſtente in camera conſil.

*a* ¶ Per alium notarium. *Iſtud expreſſe tenet dom. Bald. in d. l. iuriſiurandi. in 2. colum. verſicu. quæro, an vni. teſti.*

## QVÆSTIO CXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Verba derogatoria primo teſtamento adiecta.*
2 *Teſtamentum primum, an poßit reuocari per ſecundum.*
3 *Onus ſpecificandi clauſulas derogatorias, ſcienti imponitur.*
4 *Obliuio præſumaturne in teſtatore ſecundo teſtante.*

4 IN Camera *a* Parlamenti Delph. Gratio-
no. reſidentis de anno domini 1457. & de
die 2. menſis Auguſt. fuit diffinitus pro-
ceſſus motus & vertens in dicta curia ad cauſam
caſtri Mirabelli in manibus Ioannis Botuti, inter
nobilem Iaco. Robe. & illos de Cordone, & eorū
conſortes agētes ex vna parte, & nobilē Mariam
de Mirabello, ream ex altera: in cuius proceſſus
viſitatione fuerunt vocati & præſentes ſpectabi-
les & egregij viri do. Io. Baiuli vtriuſque iuris do-
ctor, præſidens, Ma. Thomaſſini licentiatus in le
gib. & miles. Io. de ſancto Germano. legum do-
ctor aduocatus fiſcalis. d. Pet. Mileti, actu legēs,
in vniuerſitate Valēti. d. Roſtagnus Renati, legū
doctor ciuis Valētiæ. d. Io. de Villeta, legū doct.
d. Pet. & Io. Baiulli fratres leg. doct. d. Petrus A-
cardi licentiatus in legibus. & ego Guido Papæ,
in cuius proceſſus diffinitione fuerunt deciſæ &
determinatæ 11. quæſtiones infra proxime parti-
culariter declaratæ per dictos dominos nemine
diſcrepante. prout infra particulariter deſcribun
tur. Et pro introitu dicendorum ad declaratio-
nemq; dictarum 11. quæſtionum, præmitto hic
verba duorum teſtamentorum, de quorum vi-
ribus in dicto proceſſu diſceptabatur, ex quibus
dependent dictæ vndecim quæſtiones deciſæ. Et
primo ſequitur effectus primi dictorum duorum
teſtamentorum. Nobilis Petrus dominus mira-
bili, de anno domini 1427. & die 19. menſis Iunij,
eius condidit teſtamentum, in quo ſibi hęredem
vniuerſalem inſtituit dominam Mariam eius ſo-
rorem: dominam Sonacij, & adiecit verba dero-
1 gatoria, quæ ſequuntur. † Et caſu, quo ipſum te-
ſtatorem in poſterum aliud teſtamentum facere
contingeret, illud vult eſſe nullius valoris & mo-
menti, niſi expreſſe & ſpecifice fiat mētio de hoc
ſuo præſenti teſtamento, & contentis in eodem
in dicto teſtamento fiendo, & de verbo ad ver-
bum tenor præſentis inſtrumenti in ipſo inſtru-
mento fiendo inſeratur. Contigit poſtea, quod
dictus nobilis Petrus die 6. Iulij, anno, & ſic infra
17. dies aliud condidit teſtamentum ſufficienti
numero teſtium, & aliis iuris ſolennitatibus ro-
boratum, in quo ſibi hæredem vniuerſalem in-
ſtituit do. Io. de Mirabello militem, eius patruū
inſequendo & approbando, vt dicebat, ſubſtitu-
tiones adiectas in teſtamento domini Amedæi
eius quondam patrui: in quo teſtamento, adiici-
untur verba ſequētia. Verum cum præfatus no-
bilis Petrus teſtator, in loco Chamberiaci quod-
dam aliud teſtamentum ſeu ordinationē de bo-
nis ſuis fecerit: in quo ſeu qua Mauricium mar-
chandi eius auunculum hæredem ſibi inſtituit,
ac etiam Mariam eius teſtatoris ſororem, & eius
filium ſeu filios hæredes ſibi inſtituerit, ſeu certa
legata eis fecerit, dictum teſtamentum ſeu ordi-
nationem, & aliud & alia quæcūq; fecerit vel re-
perietur feciſſe per hoc ſuum pręſens vltimum
nuncupatiuum teſtamentum reuocat, irritat pe-
nitus, & annullat, & ſi aliqua verba derogatoria,
modi, formæ, adiectiones, vel alia quæcunque
ſint facta, vel poſita in dictis teſtamentis, vel or-
dinationibus per ipſum alias factis, per quod, ſeu
per quas præſens teſtamentum non poſſet vale-
re: vult omnia alia eſſe reuocata, irrita, annulla-
ta, & pro non factis, appoſitis, dictis, vel etiā non
ſcriptis habere debere. Nam quorumcunq; de-
rogatoriorum & dictæ & cuiuſlibet prioris, tunc
vltimæ voluntatis ſe omnino aſſeruit pœnitere.
Quoniam ſuæ propriæ & vltimæ voluntati eſt
hoc eſſe ſuum ipſius teſtatoris vltimum nuncu-
patiuum teſtamentum, & nullum aliud præter-
quam iſtud valere, nec valere debere. Et quia id
teſtator iuuenis eſt nondum ætatis 22. anno. nec
recordatur, nec memoriam habet, nec poteſt ha-
bere ipſorum verborum derogatoriorum for-
mam, modorum, conditionum adiectionum, &
aliorum contentorum poſitorum in dicto teſta-
mento, ſeu ordinatione, per quod, ſeu per quam
præſens infringi poſſet, vel nō haberet, vult, & iu-
bet dictus teſtator omnia præmiſſa in hoc ſuo te-
ſtamento vltimo haberi expreſſe pro expreſſis
& ſpecificatis, & præſens ſuum hoc vltimum te-
ſtamentum nuncupatiuum valere, ac ſi omnia
prædicta in eodē eſſent declarata. Et vt magis ap-
pareat de eius mēte & intētione, quod non vult,
nec intendit dictum Mauricium marchandi, nec
dictam Mariam, vel quamcunq; aliam perſonam
habere caſtrum ſuum Mirabelli, nec quæcunque
alia ſua bona, præterquam dictū do. Io. de Mira-
bello, & hæredem ſuum vniuerſalē, vt ſupra per
eum inſtitutum, iurauit ad ſancta euangelia teſta
tor in manibus noſtris notariorum ſcriptorum,
hoc eſſe ſuum vltimū teſtamentū, & id valere, &
nō aliud, per quamcunq; aliā ordinationem per
eum alias factam, & quod non vult, nec eſt inten-
tionis alium hæredem habere, præterquā dictū
do. Io. eius patruū, & eius liberos maſculos, pro-
ut ſuper eos inſtituit & ſubſtituit, non obſtanti-
bus ipſis verbis derogatorijs, clauſulis, formis,
modis, adiectionibus, cōditionibus, vel quibuſ-
1 cunq; alijs poſitis in dicto teſtamento, & ordina-
tione alias per ipſum factis, & quæ in eis ordina-
uit ſeruari in præſenti teſtamento, quæ ignorat:
& ſi ipſorū recordaretur, de eiſdē in præſenti ſuo
vltimo teſtamento mētionē expreſſam feciſſet,
&c. Ex quibus & ex dicto proceſſu oriuntur 11.
2 quæſtiones proxime ſequentes. Et primo, † an
per ſecundum teſtamentū fuerit dictum primū
teſtamentū reuocatum. & videtur primo, quod
non: quia quanquam fiat generalis mētio, de ver
bis derogatorijs etiam in nota teſtamenti, non
videtur ſufficere ad demonſtrandum cōtrariam
voluntatem teſtatoris: ſed requirebatur mentio
b fieri in ſpecie, de verbis derogatorijs, *b* in primo
teſtamento appoſitis. ¶ Et quod ſpecialis & non
generalis mentio verborum derogatoriorū fieri
debeat ad ſubuertendum primum teſtamentū,
c tenent Bar. in l. ſi quis. in prin. teſtamenti. *c* ff. de
leg. 3. in lectura. & plenius in ſua repet. Dyn. in c.
quod ſemel placuit. de regul. iur. lib. 6. Bal. & Sal.
in l. ſancimus. C. de teſta. Cyn. in l. 1. C. de ſacro-
ſanc. eccl. gl. in l. ſi mihi & tibi. §. in lega. ff. de le. 1.
Et hæc eſt communis opin. Licet Iac. de Are. te-
nuerit contrarium: volēs dicere, quod nec in ge-
nere, nec in ſpecie ſit neceſſaria mentio fieri in
ſecundo teſtamento de verbis derogatorijs pri-
mi teſtamenti: cuius tamen opin. reprobatur per
omnes doct. vt refert Cyn. in d. l. ſancimus. & in
l. 1. C. de ſacroſan. eccle. in fi. Sed quia dictus no-
bilis Petrus teſtator condendo dictū ſuū ſecun-
dum teſtamētum, dicit ſe non habere memoriā
dictorum verborum derogatoriorū, & ea igno-
rare aſſerendo vlterius, quod ſi de ipſis recorda-
tus fuiſſet, expreſſam mentionē feciſſet. Credo
iſtud ſufficere ad reuocationem dicti primi teſta-
menti. Quia quæ ſupra dixi pro parte contraria,
intelligūtur, quādo teſtator recordatur de clau-
ſulis, & de verbis derogatorijs. Sed quando teſta-
tor non recordatur, ſufficit, quod dicat in teſta-
mento, non obſtantibus clauſulis & verbis dero-
gatorijs in primo teſtamēto p me adiectis, quæ-
cunq; & qualiacunq; ſint, de quibus mentionem
nō facio: quia de eis nō recordor prout dixit ipſe
teſtator. Et hanc opin. tenet expreſſe dom. Saly.
in d. l. ſancimus. C. de teſt. in 6. quæſt. probat ipſe
per tex. in d. l. ſi qs in principio teſtamenti. ibi, in
3 verbo, ſciens, &c. † Ex quo infert Sal. quod illud
onus ſpecificandi clauſulas derogatorias impo-
nitur ſcienti & immemori, vel non recordanti.
Et ſic reſoluitur contrariū, quod fieri poterat de
l. diui. §. licet. de iur. codi. Quia ibi loquitur in ig-
norante, le. vero, ſi quis in principio teſtamenti.
loquitur in ſciente. ita dicit ibi Saly. ſed quomo-
do poteſt dici neq; præſumi, quod dict. Petrus te
ſtator non fuerit recordatus de dictis verbis de-
rogatorijs in primo ſuo teſtamento adiectis, cū
inter ipſa duo teſtamēta non fuit, niſi interuallū
ſeptendecim dierum: & in facto proprio nō ad-
mittitur ignorantia. iuxta l. fi. ff. pro ſuo. maxime
quando factum non eſt antiquū, vt dicit Bal. in l.
Celſus. ff. de vſucap. prout in caſu iſto. Si enim
lapſi fuiſſent decem anni ante ſecundū teſtamē-
tum, ſatis potuiſſet tolerari obliuio. iuxta ea, quæ
not. ſunt per doc. & gl. in l. quanquam. ff. ad Vel-
leia. & in l. peregre. ff. de acquir. poſ. Sed ille cur-
ſus temporis hic ceſſat: igitur, &c. Tamen domi-
4 nus Saly. in d. l. ſancimus. tenet, quod † creditur
teſtatori dicenti ſe non recordari. allegat ipſe in
arg. l. hac conſultiſſima. in §. at cum humana. ibi,
in text. minus memoria. C. qui teſt. fac. poſ. Sed
adhuc nō videtur reſpōdere ſufficienter do. Sal.
ad id, quod proxime dixi, quod in facto proprio
de recēti ſicut in caſu iſto nō debet præſumi ob-
liuio. Quia d. §. at cū humana. in d. l. hac conſul-
tiſſima. loquitur in illo, qui teſtando erat in ago-
ne mortis: tūc ſatis præſumitur in eo obliuio cau
ſantibus cogitatione & turbatione mortis. vt ibi
apparet tex. Sed in caſu noſtro ſecus eſt, quia ipſe
Petrus teſtatus eſt ſecundo in dicto mandamen-
to Mirabelli, & poſtea per multos mēſes deceſſit
in bello de Vernuel. & ſic ceſſat dicta ratio turba-
tionis mortis, de qua in d. §. at cū humana. Ideo
ſeruando opi. d. Sal. & ſequaciū, quæ in iudicādo
videtur æqua, dico, ꝙ etiam in caſu noſtro debet
præſumi, dict. nobilem Pet. non recordatū fuiſſe
de dictis verbis derogatorijs in primo teſtamen-
to adiectis. pro quo adduco, quod alibi dicit Bar.
nam, vt dicit ipſe, nō ſolū obliuio præſumitur ex
facto de longinquo, vel antiquo, ſed etiam quā-
do factū eſt multū implicitū: licet de recenti. ita
dicit ipſe d. Bar. no. in l. ſi res. §. 1. in prin. ff. de le. 1.
Modo ſic eſt, quod dicta verba derogatoria in d.
primo teſtamento Petri adiecta, ſunt multū im-
plicita, qa tria continēt. Primo, quod ſecundum
teſtamentū, ſi ꝙ faceret, non valeret, niſi expreſ-
ſe & ſpecifice fieret mentio de primo teſtamēto.
Secundo ꝙ etiā de contentis in ipſo primo teſta-
mento fieret mentio in ſecūdo. Tertio quod de
verbo ad verbū tenor primi teſtamenti inſereре-
tur in inſtrumento ſecundi teſtamenti. Et ſic cū
iſta derogatoria verba ſint multū implicita, po-
teſt faciliter præſumi obliuio iuxta dictū Bar. vbi
ſupra maxime reſpectu dicti Petri, qui potius cir-
ca arma quā ſcripturas verſabatur, vt patet in p-
ceſſu. Et ſatis de obliuione apparet: qa in primo

teſtamento non inſtituerat, niſi dict. Mariã, & tamẽ credebat etiã inſtituiſſe Mauriciũ marchãdi: qui nõ eſt in teſtamento nominatus, niſi pro teſte. Et ſic reſtat opi. dicti Sal. vera, dicẽtis, ꝙ dict. teſtator ſecũdo teſtãdo præſumitur oblitus fuiſſe verba derogatoria primi teſtamenti. Maxime, quando ſecundum teſtamentum conditur prope mortem, vel quando verba derogatoria primi ſunt multum implicita. Et quãdo dicit in ſecundo teſtamento ſe de ipſis non recordari, prout fecit d. Petrus. Et ita fuit deciſum & determinatum in dicta cauſa, per d. Doct. ſupra nominatos, per dictas rationes, & multas alias, per eos tũc allegatas, & inde iudicatum in dicta cauſa. de verbis vero derogatorijs adiectis in reſcriptis, ſtatutis, & alijs diſpoſitionibus, vide Io. An. in nouel. in c. cũ ex eo. extra, de exceſ. præl. & ibi plene & per Bar. in l. fi. C. ſi cõtra ius. vel vti. pu. & plene ſcripſi in tract. per me Guid. Papæ compilato, qui intitulatur tractatus reſcriptorum & clauſularũ derogatoriarum, & non obſtantiarum in tabulis reſcriptis principum apponi ſolitarum.

a ¶ In Camera. *Ad declarationẽ præſentis quæſtionis, An teſtamentum vel legatum habẽs clauſulam derogatoriam ſequentis voluntatis, reuocetur per ipſam ſequentem voluntatem ſeu teſtamentũ, niſi de ipſo vel eius qualitate fiat ſpecialis mentio in ſequẽti, & an ſufficiat generalis mentio. Et quando dicatur fieri ſpecialis mentio. Et quid ſi in teſtamento contineatur iuramentũ: an requiratur ſpecialis reuocatio. Et quid in verbis derogatorijs ſolennitatis, niſi dicat, volo in teſtamento ſequenti talem ſolennitatem ſeruari, nec dicat vlterius quid vult fieri, ſi nõ ſeruetur. de omnibus his vide Pau. de Caſt. conſ. 281. in anti. conſ. & habebis ex hoc lucrum & honorẽ coniuncta præſenti quæſtione d. Guid. Papæ. Et hæc ſufficiant pro additione totius huius præſentis quæſtionis. Hic annotantur verba derogatoria adiuncta in ſecundo teſtamento. Hic inſeritur iuramentum ipſius ſecundi teſtamenti confirmatorium & approbatorium. Hic proponitur prima quæſtio ex themate prædicto reſultans, hic deciſa alijs prætermiſſis in ſeq. tamẽ determinatis.*

b ¶ De verbis derogatorijs. *Tu vide de hoc iſtum, cõſ. 64. incip. viſis duobus teſtamentis. nu. 1. verſ. credo dicendum. & verſ. nec ſufficit. & conſ 65. incip. viſo themate. num. 5. verſ. item dicta dubia.*

c ¶ Bart. in l. ſi quis in principio teſtamenti. 3. *colum. in verſ. venio ad ſecundum. Nota caſum, in quo præſumitur obliuio de facto recenti.*

## QVÆSTIO CXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in ſecundo teſtamento adiectum, an habeat vim verborum derogatoriorum.*

ET pro iſta parte habita relatione ad præcedentem quæſtionem, facit etiam alia
1 ratio: quia dict. Petrus de Mirabello, † in dicto ſuo ſecundo teſtamento iurauit illam eſſe ſuam vltimam voluntatẽ, & quod nolebat dict. Mariã eſſe ſuam hæredẽ. Sed tantummodo dictũ
a d. Io. de Mirabello eius patruum. illud enim iuramentum *a* operatur, ac ſi ſpecifice mentionẽ feciſſet de dictis clauſulis derogatorijs in primo teſtamento adiectis. ita dicit not. Bald. in d. l. ſancimus. circa fin. Mouetur: quia reuocatio clauſulæ derogatoriæ non operatur validationem ſecundi teſtamenti: ſed voluntas ipſius teſtatoris, quæ præſumitur mutata, ſi derogatoria verba in primo teſtamento adiecta, in ſecundo reuocentur. vnde ſi appareat de voluntate mutata, puta, quia teſtator ita iurauit, tũc ſecundum teſtamentum præualet, etiam ſi non habeat derogatoriam derogatoriæ. ita dicit ibi Bal. per iura ibi per eum allegata. Sic ergo concludo, quod dictum primum teſtamentũ, in quo dictus Petrus inſtituit dictã Mariã, fuit reuocatum per ſecundũ teſtamentũ in quo inſtituit dict. Io. eius patruum, non obſtãtibus dictis verbis derogatorijs in primo teſtamento adiectis, iuxta §. poſteriore. inſti. quibus mod. teſt. infi. cum multis ſimil. Et ita etiam fuit deciſum in dicto proceſſu, per dom. doct. ſupra in præced. q. nominatos, & indicatum.

a ¶ Iuramentum. *Ad hæc vide d. Bart. in d. l. ſi quis in princip. teſt. in 5. colum. ante §. miles. in verſicu. quæro vtrum iuramentum. & in l. omnes populi. 9. col. verſi. circa ſecundum. & verſicul. ſeq. ff. de iu. & iur. & in l. eam quam. C. de fideicom.*

## QVÆSTIO CXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Notarius an poſſit notam per eum receptam per interuallum extendere.*

2 *Officium publicum bonam fidem inducit.*

SED quomodo poterunt excuſari duo tabelliones, qui receperunt & groſſauerunt dictum ſecundum teſtamentum: qui plus ſcripſerunt in groſſa, quam in nota in verbis de-
1 rogatorijs. † Circa hoc puto conſiderandum, ꝙ dictum ſecundum teſtamentum nõ fuit groſſatum per notarios ad hoc commiſſos authoritate iudiciaria. Sed per ipſoſmet notarios, qui ipſum teſtamentum receperunt. Ideo eiſdem eſt credẽdum, iuxta l. decurio. C. ad leg. Cor. de falſis. nec præſumuntur aliud ſcripſiſſe in groſſa, quam eis fuerit dictum & iniunctum per teſtatorem: quia tabellio non præſumitur aliter facere, aut ſcribere, neque ſcripſiſſe, niſi ſicut fuit rogatus de ipſo actu ſcribendo, nec attenditur in tabellione ſcientia priuata: ſed ſcientia, quã habet vt tabellio, id eſt, vt publica perſona. Et pro his faciunt no. in l. ſciendum. ff. de verb. obligat. in gl. fi. & in authen. de tabel. §. nos autem. quia notarius non præſumitur exceſſiſſe fines mandati, ſed fideliter
2 ſcripſiſſe ſibi iniuncta, ſecundum voluntatem eius, qui rogauit. † Nam publicum officium præſumptionem bonæ fidei inducit. vt l. cum precibus. C. de proba. & l. 2. in verbo non arbitramur. C. de iuriſd. om. iud. tex. eſt in hoc notabilis: iſta dicit Bal. in l. errore. C. de teſt. Maxime, cum dicti duo notarij probati fuerint in dicto proceſſu bene famati, & conſueuiſſe eorum officium notariatus probe & legaliter exercere. Talia enim in notario



notario ſunt attendẽda: vt ff. de eden. l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. ff. de teſti. l. ob carmen. §. fi. prout dicit Io. Fa. inſt. de inut. ſtip. §. item verborum. & Bar. ff. quemad. teſt. ape. l. 2. §. ſi dubitetur. potuerunt ergo dicti notarij, qui dictum teſtamentũ
a receperunt, dicta verba derogatoria extendere *a* in groſſa iuxta voluntatem, quam ſciuerunt à teſtatore: vt voluit Spe. in tit. de inſtr. edi. in §. oſtẽſo. ver. quid ergo, ſi abbreuiatura. & § inſtrumẽtum. in ver. hoc autem puto, &c. Maxime, quia in nota iam fiebat mẽtio de verbis derogatorijs: licet in genere in primo teſtamẽto adiectis: ideo notarij extendere potuerunt verba cõuenientia verbis iã expreſſis in nota, ita dicit Bart. in l. Gallus. §. idem credendum. ibi, niſi euidenter conueniant ſub illo verbo, &c. ff. de libe. & poſt. Præterea poſito, quod in groſſa non eſſent alia verba quam in nota, adhuc reuocatum eſſet primum teſtamẽtum, cum in ipſa nota etiam fiat expreſſa mentio, quod ipſe Petrus teſtator iurauit illã velle eſſe eius vltimam voluntatem. & non aliam diſpoſitionem, in qua inſtituerat dictam Mariam eius ſororem, quæ verba ſufficiunt ad tollendum vires primi teſtamenti, ſecundum Bal. in d. l. ſancimus. C. de teſt. vt ſupra iam dixi. & ita iam fuit determinatũ per dominos doctores ſupra, q. 127. nominatos: & iudicatum in dicta cauſa.

a ¶ Extendere. *Et licet notarius circa ſubſtantiam negotij nihil debeat extendere: poteſt tamen intellectũ quem habuerunt cõtrahentes in rogando, & ipſe in ſcribendo exprimere: vt dicit d. Bal. in rubr. C. de fide inſt. 6. col. verſ. 4. quæritur.*

† ¶ *Tu adde, quod ſi reperiatur, quod notarius aliter ſcripſerit, quam probatum fuerit à partibus tempore actus geſti, præſumitur potius per errorem, quam per dolum. Ita no. concludit Alexan. in conſ. 74. incip. viſo teſt. colum. 2. verſ. accedit. in 1. vol. Idem voluit Bart. & alij in l. quoties. §. 1. per illum tex. ff. de hær. inſtit. & adde, quod actus qui affirmatur per notariũ in inſtrumento, cenſetur celebratus tempore inſtrumenti: licet notarius vtatur verbis præteriti temporis: vt no. Bar. in l. poſt dotem. ff. ſol. matrim. & ibi Bal. allegans Inno. in c. quoniam contra falſum. de probat. ad idem glo. in l. 1. C. de fide inſtr. & iu. haſtæ fiſc. lib. 10. Nec poteſt notarius id aſſerere: niſi in præſentia ſua fiat. id, quod ipſe aſſerit: vt not. gl. & doct. in l. ſi ex cautione. C. de non num. pecun.*

## QVÆSTIO CXXX.

SVMMARIVM.

1 *Error adiectus in teſtamento, quãliter probetur.*

2 *Error partis quomodo probandus.*

SED adhuc reſtat videndum, an dicendum ſit dictum teſtamentum Petri validum, cum fuerit in cauſa productum per dictum d. Ioan. de
1 Mirabello, hæredẽ ſcriptum ſub data diei 6. menſis Iunij. † Et credo indubitanter, quod ſic. cum per 9. teſtes in ꝓceſſu nominatos incluſis dictis duobus notarijs probetur fuiſſe in data erratum videlicet, quod dictum ſecundum teſtamentum receptum fuerit die 6. Iulij. Qui teſtes ad probationem iſtius erroris debent ſufficere: imò & duo teſtes hoc caſu ſufficerent: vt tenet Bart. in proprijs terminis, quem ſequitur Saly. in d. l. errore. in q. fin. C de teſta. Maxime, quia iſtud fuit teſtamentum nũcupatiuum, licet in ſcriptis redactũ: aliud autem eſſet in teſtamento in ſcriptis: vt voluit Dyn. ſecundum quod ibi recitat Barth. & in
a hoc caſu ſufficiunt duo teſtes: quia iſte error cõcernit factũ tabellionis. *a* vbi autem concerneret factum teſtatoris, vt ſi teſtamentum redar-
2 gueretur vt de falſo, tunc plures teſtes requirentur: ita dicunt ibi Saly. & Bal. Sed quicquid ſit ille error in data, fuit probatus per nouem teſtes. Et inde partibus auditis interlocutum per Curiã
b Parlamẽti ipſum errorem fore corrigendum. Et inde per dictos notarios fuit correctus *b* & loco diei 6. Iunij, poſita eſt dies ſexta Iulij. & iſte fuit rectus modus procedẽdi in huiuſmodi correctione erroris, ſecundum practicam, quam circa hoc ponit Spe. in ti. de inſt. edi in §. inſtrumentum. ver. ſed nunquid confecto inſtrumento. quem ſequitur Saly. in d. l. errore. in 2. q. Et ita deciſum fuit per dictos dominos doctores ſupra, in q. 127. nominatos. & iudicatum in dicta cauſa. De hac materia vide plenius infra, quæſt. 504.

a ¶ Tabellionis. *Pau. de Caſt. in d. l. errore. C. de teſta. dicit ſingulariter poſt Bart. quod ſemper notarius præſumitur in dubio appoſuiſſe verba importantia voluntatem defuncti vel contrahentium. Et ideo inquit ipſe, ſi teſtes dicant notarium aliter ſcripſiſſe dictum eorum quam ipſi dixerunt, plus creditur notario, quam ipſis. Et hæc nota, quia ſæpe accidunt.*

b ¶ Correctus. *Et bene: nam poſt publicationem inſtrumẽti licet notario errorem ſuum corrigere, duobus concurrentibus, videlicet, comperto errore, & mandato iudicis: vt ſentire videtur dõ. Bar. in l. Imperator. ff. de ſtatu hominum. Et quod authoritas iudicis ſit neceſſaria, tenet dõ. Bal. in l. ſi quis. ff. iterum. verſic. vlt. habet. ff. de eden.*

## QVÆSTIO CXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Pars quomodo, & quando poſſit inſtrumentum de falſo arguere.*

2 *Inſtrumentum qui dixit verum, an poſſit poſtmodum falſum arguere.*

SED vlterius prætendit pars rea, quod dictus
1 † error non potuit corrigi ex eo etiam, quia d. do. Io. de Mirabello inſtrumentum dicti teſtamẽti produxerat iudicialiter in cauſa ſub illa data di ei ſextæ mẽſis Iunij. Sed videtur, quod male moueatur in hoc pars rea. Pro quo ſciendum eſt, ꝙ aliquoties error committitur in aliquo inſtrumento de cõſenſu reprobare volentis ipſum inſtrumentum. Et tunc ipſe qui conſenſit inſtrumento, non poſſet illud arguere de falſo, poſtquã illi cõnſenſit: vt l. generaliter. C. de nõ nu. pec. & in C. arbitrium tutelæ. l. fi. Si autem allegaretur error aliunde interueniſſe, vel fictio, tunc audiretur. l. nec ignorans. C. de donat. ff. de pactis. l. e. Item, quia conuentiones. & l. 1. & 2. C. plus vale-

 re, quod

re,quod agitur. & hoc ſi allegatur iuſta cauſa er-
roris: puta,ſi mihi aſſertum ſit, quod ita erat ſcri-
ptum,ſicut actum, & ego fidem adhibui, & me
ſubſcripſi,vel dixi, placet mihi in forma, in qua
eſt. Vel ſi ſit laicus,&aliqua pacta ſint ibi ſubtilia,
quæ non intellexit, dixit, tranſeat, placet mihi,
&c. Si enim probari poſſit error,non video,dicit
Io.Fa. quin debeat admitti probare volẽs:& hoc
ſatis concludunt l. ſi quis cum aliter. ff. de verb.
oblig.& l.& ſi ad te.C. de fal. Aliquoties inſtru-
mentum non eſt confectum in tali forma de cõ-
ſenſu reprobare volentis,& tunc certum eſt poſ-
ſe reprobari,vel per aliam ſcripturam, vel per te-
ſtes: & ſic intelliguntur iura ſupra pro hac parte
in præcedẽti quæſtione allegata:alias ſequeretur
a magna iniuſtitia, ſi talis erroris correctio *a* non
admitteretur. Et ſi diceretur in inſtrumento, ꝙ
de conſenſu partis:adhuc dicit Io. Fa. quod hoc
non obſtante, pars admitteretur ad probandum
talem errorem. Ad officium enim iudicis perti-
net, vt acerrima fiat veritatis indagatio. l. vbi C.
de fal.ita dicit Io.Fa.inſti.de inuti.ſtip. §. itẽ ver-
borum,cedit enim error veritati, veritate com-
perta: vt 8.diſtin.c.veritate. Iſtam partem etiam
2 tenet Bal.in l.alia.C.de his,quibus vt indig. † vbi
dicit,quod ille,qui dicit inſtrumentum eſſe verũ
non poteſt poſtea ipſum dicere falſum, ſi inſtru-
mẽtum conſiſtit in facto proprio opponentis. Si
autem conſiſtit inſtrumentũ in facto alieno, tũc
licet falſum dicere: quia vult probare errorem:
vt ff.de his,quibus vt indi.l.poſt legatũ. in princ.
& facit.C.de fal.l. & ſi ad te negotium. & ſubdit
idem Bal.quod licet iſte, qui produxit inſtrumẽ-
tum,videatur ipſum inſtrumentum confiteri eſ-
ſe verum, vt habeat vim confeſſionis factæ per
verbum,credit, tamẽ ſi appareat id, quod credit
eſſe falſum, diſcedere poteſt à tali confeſſione,
tanquam erronea. Contrarium tamen tenet In.
b in c.cum olim. *b* extra,de cenſi. Sed fuit iudica-
tum contra opi.Inno.in hoc caſu. Conſiderato,
quod error notarij, qui procedit ex facto ipſius,
veluti in data, etiam poterat per eoſdem notari-
os corrigi,antequam parti expediuiſſent: vt dicit
Bar.in l.Imperator.l.2.ff.de ſta.ho.& idem Bart.
pulchre in l.ſi librarius.ff.de reg.iur. De hac ma-
teria,plenius dixi infra,q.503.de inſtrumento cõ
fecto ſine appoſitione diei, per errorem notarij.
vide quæ plene dixi infra,q.582. Aliquis produxit
inſtrumentum in iudicio credens pro ſe facere,
ſed contra ſe facit & pro aduerſario ſuo,an poſſit
pœnitere,& petere ſibi reſtitui:quia erronee pro
ductum. Specu.dicit,quod non in ti.de inſtr.edi.
in §.videndum reſtat,verſi.quid ſi aliquis produ-
xit inſtrumentum,&c.

*a* ¶ Erroris correctio. *Si tamen error corrigi nõ poſſet, tenetur notarius parti læſæ ad intereſſe. vt dicit d. Bar. in l. Imperator in vltim. verſi. ff. de ſtatu hominũ.*

*b* ¶ Inn.c.cum olim. *In fi. & ibi aſſignat rationẽ diuerſitatis inter productionem inſtru. & confeſſionẽ, cõtra quem admittitur quid ad probãdum contrarium:*

# QVAESTIO CXXXII.

*De edict. diui Adria. tollen.*

SVMMARIVM.

1 *Errore probato & correcto, an iure mittere poſſit in poſſeſſiones bonorum, quæ poſſidebat teſtator.*
2 *Probari ſtatim, vel de proximo fieri, quando quid dicatur.*
3 *Tempus magnum vel paruum, dicitur arbitrio Iudicis,*
4 *Poſſeſſori hæreditatis, competatne ſemper beneficium l. edicto C. de edi. di. Adr. tol.*
5 *Beneficium l. edicto. C. de edi. di. Adr. tol. an competat pro re ſingulari.*
6 *Titulum habens alium à defuncto quam teſtamenti, an ſit legitimus contradictor. vide & num. 7.*
8 *Appellari an poſſit à ſententia, lata ſuper poſſeſſorio.*
9 *Beneficium l. edicto. C. de edi. di. Adr. tol. competatne fideicommiſſario vniuerſali.*

SED probato illo errore &correcto,pro-
ut factũ fuit ex ordinatione Curiæ Par-
lamenti: vt viſum eſt in recitatione pro-
1 ceſſus,† an dici poſſit,quod ipſa Curia bene pro-
ceſſerit ordinando mitti dictũ d. Io. in poſſeſſio-
nem dictorum caſtri & bonorum quæ quondam
poſſidebat idem Petrus teſtator ex beneficio. le.
edicto.C.de edi.di.Adrian. toll. & credo, quod
ſic,cum probato dicto errore apparuerit primũ
teſtamentum,in quo inſtituerat dictam Mariam
fuiſſe reuocatum,iuxta dictũ §. poſteriore. cum
multis ſimilibus. Sic ergo ſi de ipſo primo teſta-
mento reuocato apparuerit,ipſi Curiæ Parlamẽ-
ti potius ius fuiſſe deductum,& probatum per di-
ctũ do.Io.propterea eidem do.Io. miſſionem in
poſſeſſionem ex beneficio dict.l.edicto. iuridice
fuiſſe conceſſam. nã ei eſt talis miſſio in poſſ. cõ-
cedenda,qui potiora iura probat. per textũ dictæ
l.edicto.in prin.& ibi plene per Bar.in 8.notabili
nec obſtat ſi dicatur, talem miſſionem in poſſeſ-
ſionem ex edicto per dictam Mariam petitam nõ
debuiſſe impediri ex tali correctione erroris,quę
requirebat altiorem indaginem. Nam talia & ſi-
milia requirentia altiorem indaginẽ, in tali poſ-
ſeſſorio non ſunt admittenda: vt not.gl. Bar.Bal.
Sal.& omnes in l.2.& fi.C.de edict.di.Adr.tol.&
glo.in l.3.§.ſciendum.ff.ad exhi. nota. etiam in l.
fin.C.de compen. & habetur etiam in cle. ſæpe.
extra,de iudi.& per Bar.in extrauag. ad reprimẽ-
dum. Quia ad hoc reſpondeo, quod quotieſcun-
que contradictor opponit talem cauſam ſiue ex-
ceptionem, quæ non requirit altiorem indaginẽ
vel etiam ſi requirat altiorem indaginem, quam
tamen eſt paratus ſtatim probare, ſiue de proxi-
mo admitti debet ad ipſam probandã. De primo
expeditum eſt. De ſecũdo probatur per l.fi.C. de
compenſa.ibi,ſi poſſit iudici,& c. & melior text.
in l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus. ff. de re iud. cum
ibi not.per gl.& doct.&ibi in executione ſenten-
tiæ,quæ eſt ſummaria: vt in dicta l. à diuo Pio. in
prin.&§.in vẽditione. Cognoſcitur de exceptio-
ne pro-



ne proprietatis & dominij quæ ſui natura altio-
rem requirit indaginem: vt l.in rem.ff.de rei ven.
Sed tamen cognoſci debet ſummatim.& hoc vo
luit Bal.Bar. & Saly.in d.l.fi.& ita ſentit glo. in d.
l.2.de edicto di.Adri.tol.gl.1. ibi, aut ſtatim vult
eam probare filius,&c. vbi tenet gl. quod ſi filius
velit ꝓbare exceptiones. de quibus in d.l.2. quæ
de ſui natura requirunt altiorẽ indaginem,quod
2 auditur & admittitur. † Sed nũc inſurgit alia dif-
ficultas, quando dicetur probare ſtatim vel de
proximo:& dicẽdum eſt,quod ſtatim vel de pro-
ximo fieri,dicitur ſecundum aliquos, quando fit
infra duos menſes.l.aufertur. §. qui cõpenſatio-
nem.ff.de iure fiſc.ponit gl.in l.fi.C.de comp.vel
a aliter & verius,ſtat in arbitrio iudicis, *a* ita tenet
gl.Cy.in d.l.fi.& in l.ſi ita.in princ.ff.vt in poſ. le.
Ita etiam tenet Cy.in d.l.fin.poſt Ia.de Rauen.&
3 Pet.dicentes arbitrabitur. † ergo iudex quando-
que paruum,quandoq; magnum tempus, vt ſibi
videbitur. in ſequẽdo æquitatem, quam ſemper
b præ oculis habere debet. *b* idem tenet Bal.in d. l.
fi.Sal.ibidem.ad idem Inn.in c.veniens.extra,de
teſt.ſuper verbo,incontinenti.vbi dicit, hoc re-
linqui arbitrio iudicis,forte vſq; ad octo dies vel
forte plures. Bart.tamẽ in d.l.ſi is,à quo.vt in paſ.
l.dicit,quod ibi eſt tex.ſingularis,quod de tali ex
ceptione cõſtare debet infra illud tempus, infra
quod examinatio negotij principalis ſui aduer-
ſarij eſt fienda. vnde ex præmiſſis infertur, quod
oppoſitio facta per dictum d.Io.de Mirabello ſu-
per dicto errore notariorum fuit admiſſibilis, cũ
etiam ex teſtimonijs publicatis ſuper teſtamen-
to nuncupato ad æternam rei memoriam, com-
petat beneficium dictæ l. edicto. vt ibi tenent gl.
& Bal.& ita etiam fuit concluſum in diffinitione
dicti proceſſus. † Vtrum autem beneficium di-
4 ctæ l.edicto.competat poſſeſſori hæreditatis? dic
quod ſic,non vt poſſeſſio ſibi tradatur: ſed vt ſibi
confirmetur.in l.1. ſecũdum vnum intellectum.
C.de Carb.edic.& l.3.§.miſſum.ff.eod.titu.& ibi
hoc tenet Bar.& ita fuit iud.& vide infra,q.229.
† Sed an dictum beneficium.l.edicto. competat
5 pro re ſingulari.vide, quæ dixi infra, q.362. circa
medium.&plene tangit Io.Ferrarij.in tit.de for-
ma libelli, quo petitur hæreditas ex teſtamento
6 in gl.ſuper verbo,in omnibus eius bonis. † Vtrũ
habens titulum à defuncto, alium, quam teſta-
mẽti, ſit legitimus contradictor in hac materia.
Azo.tenet,quod ſic,per l.vendicantem. ff. de æ-
dil.edi.cui videtur adhærere,glo.ibidem ibi reci-
tando opi.Azo.Odofr. ſequi videtur opin. Azo.
tamen non loquitur clare, quando poſſeſſor ha-
bens titulum à defuncto,habuit poſſeſſionem in
defuncto poſt mortem defuncti: quia iſtũ caſum
tacet,& ſolum exprimit caſum, quando habuit
titulum & poſſeſſionem viuente defuncto.Iaco.
But.dicit,quod non,dicens,quare titulũ habens
à defuncto debeat excludere, quo minus hæres
poſſeſſionem, quam defunctus habuit tempore
mortis,reciperet: quia non impediretur recupe-
rare per interdictum, quorum bonorum. l. non
tantum.ff.de petit.hæred. vnde dicit,quod vide-
tur tutius dicere, quod ille non ſit legitimus cõ-
tradictor,qui ſimilẽ cauſam prætẽdit, puta aliud
teſtamentum, quantũ ad excludendum ſumma-
riũ iudiciũ:non tamen negat, quin ſit legitimus
contradictor,quantũ ad petitorium. Communi
ter tamen tenetur, quod habens † titulum à de-
7 functo,vel hęrede,ſit legitimus cõtradictor,etiã
ad impediendum poſſeſſorium. Pet.Iac.ſuper d.
l.fi.dicit ſic.credo probabiliter poſſe dici, quod
ſi Martinus poſſidens aliquam rem,dicat ſe habe
re titulum à defuncto,vel ab hærede, ipſe audię-
tur ad probãdum indiſtincte. idem ſequitur Bal.
& Sal.in d.l.edicto.allegant l.fiſtulas. §. fundum
ff.de cont. emp. De materia huius edicti in alio
caſu,vide,quæ ſcripſi infra,q.356.in fin. An à ſen-
8 tentia lata † ſuper huiuſmodi poſſeſſorio poſſit
appellari? dic quod non, vt dicit Ioan. Ferrarij
in titulo ſuper forma libelli, quo petitur hæredi-
tas ex teſtamento. in gloſſ. ſuper verbo quare ad
prædicta.in fin.& allegat le.1.C. ſi de mo. poſſeſ-
ſio.fue. appel.& l.quiſquis.C. quorum appel. nõ
recip.poteſt,tamẽ in integ.reſti. peti ex iuſta cau-
c ſa,ſecundum Iac.But. *c* quem ſequitur Io. Ferra-
rij: vbi ſupra,in gl.ſuper verbo, per veſtram diffi-
d nitiuam ſententiam. *d* Et de legitimo contradi-
ctore tangit idem Io.Ferr.vbi ſupra. in glo. ſuper
9 verbo,iniuſte occupauit. † An beneficium dict.l.
e edicto.competat fideicommiſſario *e* vniuerſali?
f gl.ibi dicit,quod non. *f* & hoc verum maxime.
vbi nõ eſt hæreditas ſaltem verbo reſtituta fidei-
commiſſario,ſecundum doct. Vltramontanos,
vt ibi refert,& ſequitur Iacob.But. De hac mate-
ria.l.edicto. vide in ſingularibus meis. vt in 140.
conſ.meorum.ſuper.7.dubio.

*a* ¶ In arbitrio iudicis. *Vide in pract. Ferra. in exec. ſen. diffiu. in glo. 1. in verſ. quando autem dicatur.*

*b* ¶ Præ oculis habere debet. *vt ff. de eo, quod cert. loco. l. quod ſi Epheſ. in fin. & extra, de tranſactio.*

*c* ¶ Iac. But. in l. falſam. *C. ſi ex fal. inſtr.*

*d* ¶ Per veſtram diffinitiuam ſententiam. *in ver. an autem à tali. & alleg. d. Iac. But. d. l. falſas. & not. in l. cum te. C. ſi aduer. rem iudica.*

*e* ¶ Fideicommiſſario. *Poſt reſtitutam hæreditatem competit beneficium d. le. edicto. ipſi fideicommiſſario, qui tunc præfertur hæredi. vt dicit d. Bal. in pra. l. fin. edicto. in* 11. *col. in ver. 3. ſe præferendo.*

*f* ¶ Quod non. *Iſtam partem amplectitur d. Io. An. poſt d. Ric. Malum.. in addit. ad Spe. ſuper rubrica de teſtam. in 3. col. in ver. ſub hoc tit. generali. vbi adduntur rationes pro hac parte facientes.*

# QVAESTIO CXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Liberorum maſculorum appellatione, an contineantur maſculi ex filia, in patrimonialibus.*
2 *Verbum, ſine hærede, quomodo capiatur in feudalibus.*

SED poſito quod dictum ſecundum teſtamẽ-
1 tum do. Petri valeat, † an virtute donationis
factæ per d. Amedæũ Gulielmo eius filio, & ſuis


liberis

liberis maſculis, ius aliquod pertineat in bonis donatis liberis maſculis dictæ Mariæ *a* per hæc verba, & ſuis liberis maſculis, &c. & videtur, quod ſic. l. iubemus. §. penult. C. ad Trebel. & l. cognoſcere. §. liberorum. & l. liberorum. circa fin. ff. de verbor. ſignif. & l. 1. C. de cond. inſer. In contrarium, quod non. quia illa verba, & ſuis liberis maſculis, reſtringuntur ad illos, de agnatione ſua, quos præſeruare voluit, & non ad nepotes ex filia, ita dicit Saly. qui hanc quæſtio. mouet in d. l. 1. C. de condit. inſer. in princi. ibi, ſed extra, quæro, &c. & ibi Bart. in d. l. liberorum, de quo etiam tetigi infra, in q. 612. non obſtante, quod dictum caſtrum de Mirabello donatū ſit feudale: in quo filij ex filia ſuccedunt: cum hodie feuda ſint redacta ad inſtar patrimoniorum, de cōſuetudine generali præſentis patriæ Delphin. & etiam dixi ſupra, q. 59. Et ſimiliter in regno Franciæ, vt refert Io. Fab. inſti. de rerum diuiſ. & ita etiam concluſerunt dicti domini doctores, qui in relatione dicti proceſſus interfuerunt. Sed an nati ex filia dicantur ex proprio corpore nati? Bald. quod ſic, in d. l. 1. C. de cond. inſert. vide tamen quæ circa hoc
2 dixi plene. infra, quæſt. 353. † Et circa materiam feudalem attēde, quod verbum, ſine hærede, intelligitur ſine filio maſculo. & nomen filij ponitur, pro quolibet deſcendente ex linea maſculina: ita dicit Bald. in c. ſi clericus. de alienatione feudi, verſi. & ſi clericus. de hoc vide in l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebel.

*a* ¶ liberis maſculis dictæ Mariæ. *Vide de hoc plene per iſtum, conſil. 18. incip. ſuper caſu in terminis. nu. 2. ver. nec obſtat, quod ſuperſit. vol. 1.*

## QVÆSTIO CXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Filij fratrum qualiter ſuccedant auo ab inteſtato.*

SED qualiter dicta Maria & liberi trium
1 ſororū dicti domini Ioannis ſine † liberis vltimo defuncti, ei ſuccedēt ab inteſtato? & nūc ſubintro 8. dubium, in hoc dubio ſunt variæ opini. quia Azo, Iac. Butr. Saly. Oldr. Alber. de Roſa. Hoſt. Bal. & aliqui eorum ſequaces, Gofr. qui fuit diſcipulus Azo. in aut. ceſſante. C. de legit. hæredib. tenuerunt, quod ei debent ſuccedere in capita, gl. tamen in d. aut. ceſſante. & in aut. vnde ſumitur. & in l. 1. §. ſi. ff. ſi pars hære. petatur tenet contrarium, quod imo ei ſuccedere debēt in ſtirpes, etiam ſi frater defunctus non habet fratrem ſuperſtitem, quo caſu etiam liberi fratrum ſuccedent in ſtirpes, & non in capita: quam gloſſam ſequitur Dyn. Cyn. Iac. de Bel. viſu, Angel. & Bart. in l. poſt conſanguineos. §. 1. ff. de ſuis & legit. hæred. idem etiam tenet Ioannes Fab. in §. nos autem. inſtit. de legit. agnat. ſucceſſione. idē etiam tenet Bart. in ſuis conſilijs, cōſil. 17. Et hāc vltimam partem tenui propter glo. quæ eſt magnæ authoritatis, & à qua non debet recedi in iudicando, maxime, quando eius opinio eſt per alios doctores famoſos roborata: vt dicit Iacob. Butr. in le. 2. C. qui pro ſua iuriſdictione. & in l. 1. §. videamus. C. de rei vxo. act. & iſta eſt communis opinio. & refert Ioan. Fabr. in d. §. nos autem. Et ita etiam fuit concluſum & deciſum in dicto proceſſu, per dictos dominos doct. in dicta relatione proceſſus. De hac materia an ſit pro opi-
a nione gloſſæ *a* iudicandum, & quando, tetigi in notabilibus meis in §. ſecundum communem opinionem, &c.

*a* ¶ Pro opinione gloſſ. *In magnis dubijs ſemper eſt tenenda opin. glo. vt dicit dom. Bal. in l. 2. in vlt. conſi. verſicul. extra, quæro. in fin. C. de ſent. quæ ſine certa quantitate profer. Gloſſa enim dicitur idolum aduocatorum, vt per domin. Cyn. in leg. non moriturum. in 1. colu. in verſi. item ſi nō moneas. C. de contrah. & commit. ſtipulatione.*

## QVÆSTIO CXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio quando cenſeatur deſerta.*
2 *Deſertio an habeat locum in ſupplicatione ad Principem.*
¶ *Nota hic differentiam quod ad durationem reſcriptoris inter ius Ciuile & Canon.*

AN autem licuerit dictæ Mariæ eius reſcriptum à Rege tunc Delph. ſuper recurſu ſuo impetratum, proſequi poſt 24. annos à die primæ ſententiæ incurſos? Videtur quod ſic: quū reſcripta ad cauſas impetrata ſint perpetua de iure Ciuili. l. falſo. C. de diuer. reſc. licet ſecus forte de iure Canonico, quo videntur annalia. in c. plerūq;. extra. de reſcr. Sed quod dixi eſſe perpetua de iure Ciuili, per d. l. falſo. intelligo perpetuitate rei ſuper qua impetrantur. Nam ſi impetrantur ſuper reſtitutione temporis, non durarent niſi quantum tempus, ad quod peteretur reſtitutio, iuxta l. fin. ff. de minorib. facit cle. 1. de in integ. reſt. Idem etiam dicerem à ſimili in cauſa appellationis, vel ſupplicationis à ſententia præfecti prætorio, vt in caſu noſtro, quod dictum reſcriptum non debuerit eſſe perpetuum, niſi quantum durat tempus datum ad proſequē-
a dū appellationem, vel ſupplicationē. *a* † Sed ho-
1 die in Curia Parlamenti deſeruntur appellationes & ſupplicationes, niſi proſequantur infra tēpus fatalium à iure ſtatutū: vt patet in reſcripto per dominum noſtrum Delphin. conceſſo. die 2. menſis Maij. 1449, & regiſtrato in altero ex libris in Camera cōſilij exiſtentibus. Nec videtur poſſe excuſari dicta Maria, quod ante dictum ſtatutum non currebant fatalia in præſenti Curia Parlamēti ad inſtar conſiſtorij principis: iuxta auth. ſed & lis, C. de temp. appell. Quia dictum reſcriptum ſuper dictis fatalibus fuit conceſſum & publicatum per duos annos, & vltra, ante, quam ipſa Maria exhibuerit ſeu introduxerit dictum ſuū reſcriptū. Patet, qa dictū reſcriptū fuit cōceſſum & publicatū, 1449, die vero 2. mēſis Maij, & ipſa Maria dictum



dictum ſuum reſcriptū incepit proſequi die 10. Auguſti. 1451. Præterea dicta auth. en. ſed & lis. loquitur in cauſa, quæ ſperatur tractari in conſiſtorio principis. Sed ipſa cauſa reuiſionis non ſperatur tractari in conſiſtorio principis: quia rex non commiſerat cauſam eius magno cōſilio, nec magno cōſilio domini noſtri Delph. ſed Curię Parlam. quæ tantummodo obtinet vicē Curię præfecti prætorio. igitur, &c. Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ dictum reſcriptum ſuper fatalibus conceſſum loquitur ſolū de cauſis appellationum, quia etiā loquitur de cauſis ſupplicationū: patet, vt in dicto reſcripto, ibi, ꝙ pars appellans, ac etiā ſupplicans, &c. Et ſequitur alias habeatur & cenſeri debeat appellatio ſeu ſupplicatio ipſa pro deſerta. Et ꝙ reſcriptum etiā comprehendit cauſas inchoatas ante conceſſionem dicti reſcripti: vt patet ex tenore ipſius. Præterea, dicta auth. ſed & lis. loquitur, vbi ſtetiſſet per principem. Sed non ſtetit in hoc caſu per principem: quia ipſe cōmiſerat Curiæ Parlamenti, ideo debuit dicta Maria eius reſcriptum huic Curię Parlam. infra tempora fatalium exhibuiſſe. Sed quia non fecit, cucurrerunt tempora fataliū, vt ibi dicunt Bald. & Saly. in ſuis ſummariis. Igitur dici poſſet dictū recurſum Mariæ fuiſſe deſertum, & per conſequens primam ſententiam latam per Curiam Parlam. ad vtilitatem dicti do. Io. ratam remanere debere. cōſiderato etiam quod de ſtylo cācellariæ ac præſentis Curiæ Parla, (niſi introducatur reſcriptum principis infra annum coram iudice, cui dirigitur) po-
2 ſtea viribus non ſubſiſtit. Si vero † ſupplicetur ad principem, an locū habeat deſertio? dic ꝙ vbi ſupplicans notum non facit principi, vt pote quia
b eam coram principe non introduxit, *b* tunc iſto caſu non eſt damno mora, ita dicit glo. in d. auth. ſed & lis. & ita etiam dicit Bart. ſed ſupplicatione introducta coram principe non habet locum deſertio: vt in d. auth. ſed & lis. & in auth. de app. in §. ei. & hoc propter rationem ibi ſubiunctam. Et licet tex. ibi dicat, ſperat auferri, attamen poſſet intelligi, & fuit illata, hoc eſt, notificata. Sed poſſes quæri infra quod tempus notum fieri debeat principi, cum infra biēnium poſſit ſupplicari. C. de precib. imper. of. auth. quæ ſupplicatio,

*a* ¶ Supplicationem. *Noſſe oportet, quod effectus ſupplicationis eſt, quia ſi princeps reſcribit ad ſupplicationem obtinet vicem lit. conteſt. quantum ad hoc vt perpetuetur vſque ad triginta ann. ſecundum alios. vſque ad quadraginta. ita formaliter dicit Specul. in 2. parte. tit. de ſupp. §. effectus. & allega. C. de anna. exce. l. 1. & ex his videtur reſcriptum principis ſuper ſupplicatione emanatum, fore duraturum triginta vel quadraginta annos, cum effectus huiuſmodi ſupplicationis ſit, vt vicem obtineat litis conteſta. cuius virtute inſpiratur vita tanti temporis.*

*b* ¶ Non introducit. *In conſiſtorio principis currit tempus appellationis intimandæ, ſed non introducendæ, donec conſtituat, quis cognoſcere debeat, vt dicit dom. Salyc. in præal. l. ſed & lis. & per hoc patet differētia inter notificare ſiue intimare, & introducere, quæ hic per authorem confundi videtur.*

## QVÆSTIO CXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Acta in vno iudicio, an fidem faciant in alio. & num. 3.*
2 *Atteſtat. inualidæ, poſſunt conſenſu partium validari.*
4 *Facta in criminali, an fidem faciant in ciuili*

1 SI acta in prima & ſecunda inſtantiis † dicti proceſſus facta in materia poſſeſſorij fidem faciant in tertia inſtantia reſpectu petitorij? Credo ꝙ ſic, ſicut in ſimili videmus, ꝙ licet ſit perempta inſtantia iudicij, non tamē perimuntur probationes & confeſſiones, nec alia reſpicientia merita cauſæ, maxime in eodem iudicio & inter eaſdem perſonas: licet bene citationes, cautiones, & ſimilia, vt no. per Bar. & doc. in l. properandum. §. 1. C. de iud. etiam ſi ad aliud ageretur in cauſa pr. puta, ſi ageretur de matrimonio quo caſu atteſtationes ſuper dicta cauſa ſumptę fidem facerent in alia in qua ageretur ad legitimationes liberorum probandum, vt voluerūt aliqui dicere in c. cauſam. lo 1. extra, de teſtib. & valent tales atteſtationes & confeſſiones, non ſolum inter eaſdē perſonas, ſed etiam inter eorū hæredes: vt probatur in c. Alb. extra, de teſt. & nō ſolum hæredib. proſunt tales atteſtationes, ſed etiā omnib. quibus res inter alios iudicata aliis prodeſt vel nocet, vt ibi dicit Ioan. Andr. Et pro iſta parte faciunt. no. per Ant. de But. in d. c. cauſam. qui ibi dicit, quod acta facta in ſummario iudicio, fidem faciunt in plenario. Idem etiā tenet
2 in c. inquiſitionis. de elect. † Præterea atteſtatio-
a nes inualidæ, poſſunt cōſenſu partiū validari: *a* vt not. per gl. & doc. in c. veniens. extra, de teſt. & dixi infra, quæſt. 216. Sed dicta Maria conſenſit in hac vltima inſtantia dictis atteſtationib. eaſdem atteſtationes cum toto proceſſu producēdo ab-
b ſq; aliqua proteſtatione. *b* Igitur, &c. pro quo l. cū pretiū. C. de liber. cau. Et quod atteſtationes ſumptæ in cauſa poſſeſſorij fidem faciāt in cauſa petitorij, videtur bonus tex. in l. præſes. iuncta. l. 1. C. de plagiariis. & ita tenet Barth. in l. prætor. §. hoc edicto. ff. vi bono. rapto. Præterea videmus quod ſi quis plene probauerit in iudicio reſcindenti, obtenta reſciſſione, probationes fidem faciunt in reſtitutorio. Vnde ſi in iudicio reſcindenti probauero plene dominium, iſta probatio ſufficiet in iudicio reſtitutorio. ita tenet Ioan. Fab. inſtit. de actio. §. ſed iſtæ quidem. in penul. col. alleg ff. ad exhiben. l. Celſus. præterea Iacob. Butr. dicit etiam in l. is, apud quem. C. de edend. quod eſto, quod inter eaſdem perſonas mutetur res vel cauſa, etiam ſi non ſit acceſſoria primæ: ſi probationes factæ in prima ſint debito modo factæ, ſi cauſa ſequens ſit ciuilis, proſunt in eadem. Si autem non ſunt debito modo factæ, tūc non proſunt, nec in prima, nec in ſecunda. l. 2. C.
c de teſt. In cauſa autem criminali, *c* non ſufficerēt. Bal. etiā dicit in l. edita. C. de eden. quod ex probatio-

bationib. rite receptis ad plenã probationẽ, non ad ſimplicem inſtructionem ſuper inquiſitione generali, ſæpe condẽnantur magiſtratus & officiales eorum. ita dicit ipſe in d. l. edita. Præterea omnes Doctores in hoc conueniunt, ꝙ probationes, faciẽtes pro reo habitæ in vna cauſa, faciunt fidẽ inter eaſdem perſonas, etiam in alia cauſa: ita tenent doct. in l. vnica. C. quando ciui. actio crimi. præiu. Reſtat ergo vera concluſio, ꝙ acta, facta in poſſeſſorio, in prima & ſecunda inſtantia, fidem faciant in hac tertia, etiã in petitorio intẽtato. Et ita etiam concluſerunt vnanimiter dicti domini doct. ſupra nominati, in dicto proceſſu, ſuper caſtro Mirabelli, fuitq; ita iudicatũ de hac
3 materia. † An acta in vno iudicio, d fidem faciant
d in alio. Cyn. e plene diſtinguit in l. edita. C. de e-
e den. † Et an acta, facta in cauſa criminali fidem fa
4 ciant in ciuili. vide Salyc. & doct. in l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad legem Iul. de vi pub. Sed quid de confeſſione, facta in vno iudicio inter certas perſonas, an præiudicet aliis in alio iudicio? vide, quę dixi infra, quæſt. 254.

a ¶ Validari. *Innoc. in c. cum cauſam. in vlti. col. in gl. ſua in ver. præſupponere. de teſta. Acta tamen, quæ ſunt de ſubſtantia iudiciorum, vt litis conteſtationes, iudicata, & huiuſmodi non poſſunt per conſenſum partium validari: vt ibi dicit dom. Innoc.*

b ¶ Proteſtatione. *Acta producta & cum proteſtatione quatenus faciant pro parte producente, & non aliter, nocent & probant contra producentem: quia exinde conſtat iudici, vt iudici hic eſt Bal. in l. 1. 2. col. ver. ex hoc pono talem concluſionem. C. vt quæ deſ. aduo. par. iud. ſup.*

c ¶ Criminali. *An acta in cauſa ciuili, probent in criminali: & quid econtra. dom. Bar. in l. 2. §. 1. in 1. 2. & 3. col. ver. quæro vtrum. C. vi bo. rap.*

d ¶ An acta vno iudicio. *Vide de hoc quæſito, quod not. in deciſione Tho. quæſt. 198.*

e ¶ Cyn. *In l. is, apud quem. & ibi do. Odofr. Barto. & Bal. C. de eden. & do. Imol. & Felyn. in c. cauſam, quæ. lo. 1. extra, de teſt. & Barth. in d. l. 2. §. 1. C. vi bon. rap. An autem perempta inſtantia, acta probent in alia, inter eaſdem perſonas, vel ſucceſſores earũ particulares, vel vniuerſales? Alex. in conſil. 58. in 2. vol. & an acta in vno iudicio, faciant fidem in alio, vide poſt omnes doct. dom. Iaſ. de May. in l. edita. in 14. colum. in verſic. ſecundus caſus eſt. de edend.*

## QVÆSTIO CXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatio expenſarum, cauſæ appellationis vel ſupplicationis qualiter fieri debeat. vide num. 2.*

a SEd quid dicemus de expẽſis a dicti proceſſus, primæ, ſecundæ & tertiæ inſtantiarum: & quæ conſideratio habebitur
1 circa adiudicationem ipſarum. † Et ſuper his videtur, quod reſpectu expenſarum dictæ primæ inſtantiæ, dicta Maria male fuerit condemnata in expenſis, dicti dom. Ioan. de Mirabello, niſi à tẽpore, quo fuit probatus dictus error, & ordinario ſuper eius correctione facta, ita videtur dicere Bart. in l. properandum. §. ſin autem alterutra. C. de iud. per l. ſi quis inficiatus. ff. depoſiti. Item Bald. in l. deſtitiſſe. ff. de iud. concludentes quod pro parte temporis, quo habita fuit iuſta cauſa litigandi, non condẽnabatur in expenſis. Pro alio vero tẽpore ſic: quia iuſta cauſa litigandi excuſat ab expenſis. l. qui ſolidum. §. etiam. ff. de legat. 2. Sed quicquid dicant Barth. & Bald. credo contrarium, quod imo dicta Maria in omnib. expenſis dictæ primæ inſtantiæ, bene fuerit per Curiã Parlamenti condẽnata. Ratio, quia ex quo ipſa Maria poſt publicationẽ teſtium, ſuper dicto errore notariorũ examinatorum ſibi aperuit teſtamentum, de quo ipſe ſe iuuabat, non fuiſſe poſterius, & fuiſſe reuocatũ per aliud poſterius teſtamẽtũ: vt late dixi ſupra, quæſt. 127. & quæſt. 128. ipſa debuit in continenti deſiſtere à proſecutione cauſæ: & quia non fecit, ſed perſeuerauit vſq; ad finẽ litis, videtur dicta Maria ab initio ſciuiſſe ſe malã cauſam fouere, & fuiſſe in dolo, pro quo adduco tex. in ſimili, in l. 1. §. circa. ff. de excepti. doli. Et ideo dico quod bene iudicauit dicta Curia Parlamenti, in dicta prima inſtantia, etiã reſpectu expenſarum: in eo, quod condemnauit dictam Mariam in omnib. expenſis, dictæ primæ inſtantiæ. Sed quid erit de expẽſis huius inſtantiæ? Doctores variant in caſu, in quo victoriam habens in cauſa principali, ſuccumbit in cauſa appellationis. Nam gl. in l. generaliter. C. de reb. cre. tenet, quod neuter debet in expenſis condemnari. idẽ tenet Spec. in tit. de expenſis. §. nunc videndum reſtat. verſic. quid de appella. & Ioan. Mona. in c. cordi. de appella. in 6. quos ſequitur Henric. Bohic. in c. finem litib. de do. & contu. Contrarium tenet gl. in c. in primis. 2. quæſt. 1. & Cyn. poſt Pet. in d. l. generaliter. C. de reb. credi. Et ibi fixe tenet iſtam partem, & reſpondet iuribus, & rationibus in contrarium allegatis. Innocen. vero in d. c. finẽ litibus. & Io. And. in regula ignorantiæ. Bar. in d. l. generaliter. & Bald. in d. l. properandũ. & §. ſin autẽ. diſtinguunt, aut in primis actis ſuccumbit, & condemnatur in expenſis: aut ex nouiter probatis, & tunc non: vt dicit Bal. communiter tenetur iſta opin. Innoc. & hanc partem ſequitur Saly. in d. l. generaliter. qui hanc materiã declarat vltra omnes. Et adde. quod quando ex primis actis ſuccumbit, quod bene dicunt: quia fuit error iuris, &c. Sed quando ex nouiter probatis: tunc diſtinguũt. Aut nouiter probata erãt veriſimiliter nota ſuccumbenti, in cauſa appellationis: & tunc etiam debet condemnari in expenſis: quia non habuit iuſtam cauſam. Aut non erãt ſibi nota: & tunc quis habuit iuſtam cauſam, & non debuit condemnari. Et iſta opin. videtur ſequenda, ſecundum quam pars dictæ Mariæ videtur in expenſis condemnanda. Attento etiam, ꝙ apparet manifeſte ſecundum ſententiam magni conſilij, ſententiã à qua, fuiſſe & eſſe iniquã: quo
2 caſu etiam ſecundum Innoc. debet † in expenſis, ſuccumbens in cauſa appellationis, cõdemnari.
Et



Ea ita etiam fuit, vbi ſupra concluſum & ſententiatum per dic. do. Curiæ Parlamenti in diffinitione dicti proceſſus, caſtri de Mirabello. De mate
b ria expenſarum, b tam in cauſa principali, quã in cauſa appellationis, quando, qualiter & quomodo, & de multis quæſtionib. recurre ſemper ad Inno. in d. c. finem. extra, de dol. & contu. & quę dixi infra quæſ. 436. & ibi 48. quæro, &c. de materia expenſarum, etiam tetigi in notabili. meis. in §. poteſt fieri compenſatio expenſarum, &c. & Hẽri. Bohic. in c. finem, &c. vide etiam Ang. de Are. in l. negotiorum. ff. de appellatio. vbi allegat opiniones etiam docto. nouiſſimorum.

a ¶ De expenſis, &c. *Viſte iſtum con. ſuo. 2. incip. proceſſus dudum finitus. in fin.*

b ¶ De materia expenſarum. *Vide pulchre & ſubtiliter dom. Bal. in l. eos. §. cautionem. in 2. col. ver. ſubſequenter. & ſeq. vſq; ad fi. C. de appell. dom. Azo. in ſumma. C. de iud. 4. col. ver. in ſententia.*

## QVÆSTIO CXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Homicida deprehenſus in habitu clericali, an gaudere debeat priuilegio clericatus.*
2 *Homicida ad quem iudicem ſit vocandus.*
3 *Probatio tituli clericalis, eſt quid ſpirituale.*
4 *Et coniungit diuerſa.*
5 *Clericus captus ſine habitu, an debeat remitti eccleſiaſtico Iudici.*
6 *Homicida volũtarius an debeat immunitate eccleſiæ gaudere.*
7 *Epiſcopus an poſſit delegare iudici laico cauſam criminalem, contra clericum coniugatum.*

a IN Camera conſilij, a in qua erant domini mei Parlamenti, ſecũ vocatis aliquib. dominis Doct. præſentis ciuitatis Gration. In magno numero, de anno domini 1457. die 9. menſis Auguſti, fuit poſitum in deliberatione conſilij, an Claudius Marbodi, Panatarius Grationop. cum vnica virgine coniugatus, qui præpenſatis inſidiis die heſterna, Raymundũ Fabri notarium, & ciuem d. ciuitatis Gration. † ne-
1 quiter interfecit, gaudere debeat priuilegio clericali, cũ non deprehenſus fuerit in tonſura clericali. Et fuit ibi concluſum (nemine diſcrepante) quod non debet gaudere, cum fuerit deprehen-
b ſus portans pileum lanæ, & cum veſte frontiata b ſuper ſpatulas, cõtra diſpoſitionem c. quoniam. extra de vita & hone. cleri. in cle. & cũ veſte breui per dimidium pedem, vel circa ſupra genua ſua, quæ veſtis tam breuis, propterea non debet dici habitus clericalis. quia clerici non debent eas tã
c breues c portare, vt in d. c. quoniã. hinc eſt quod alibi dicitur, quod debent eſſe talares. 23. diſt. c. pen. nam habitus clericalis dicitur, quãdo ipſum habitum deferens ex inſpectione talis habitus, clericus præſumitur: & prima facie iudicatur clericus: hoc probat text, in c. ſi iudex laicus. de ſenten. excom. lib. 6. ibi. iuſtum eſt enim, vt talis geſtans, ex habitu præſumatur, qualis eſſet is, cuius fuiſſe habitum comprobatur, quod c. quoniam. non ſubmouetur nec corrigitur, per clem. 2. eod. tit. vbi fit mentio de veſtimentis bipartitis & diuerſorum colorum. vt dicit gloſſ. in d. clemen. 2. Sic quod propterea dictus homicida priuilegio clericali gaudere non debet. iuncto ca. 1. de cler. coniu. li. 6. vbi duo copulatiua requirũtur. videlicet, ꝙ deferat tonſurã & habitum: & ad verificationem coniunctiuæ non ſufficit alteram partẽ eſſe veram: vt legitur & not. in c. ex parte. & in c. inter cætera. extra, de reſcri. ita ꝙ deprehenſus in maleficio habens tonſuram, & non veſtẽ, vel veſtem, & non tonſuram, non dicitur captus in habitu clericali. Iſta ſunt verba Bal. in l. ſi qua per calumniã. C. de epiſ. & cleri. & alle. cap. ſi iudex laicus de ſenten. excõ. li. 6. & dicit idem tenere Ioa. And. in nouella. Quæ præmiſſa locũ habent non ſolum in clericis, in ſacris ordinibus conſtitutis: ſed etiam in ſimplicibus clericis, primæ tonſuræ per clem. 2. de vita & hone. cleri. etiam coniugatis, iuxta dictum cap. ſi iudex laicus. Pręterea ex alio capite, dictus homicida non abſtinuit ab officio & commercio ſecularibus, quia tempore dicti delicti erat fornerius decoquens, & vendens in bãco publice panes, in præſenti ciuitate, vt eſt notorium. Ideo perdidiſſe dicitur dictum priuilegiũ clericale: vt probat textus in cap. clerici. in princip. extra. de vita & honeſta. clerico. in antiq. & in clem. 1. eo. titul. de vita & honeſta. clerico. & ipſo iure: vt dicit cap. 1. de vita & honeſta. cleric. lib. 6. etiam non præcedente monitione, cum eſſet clericus coniugatus, vt dicunt Ioan. Mona. Archid. & Docto. in dict. cap. vnico. de cler. coniugat. lib. 6. & facit clemen. 1. & ibi Guliel. de mõte Lauduno. de vita & honeſta. cleric. Quod ſecus eſt in clerico non cõiugato, in quo huiuſmodi non requiruntur, vt in c. in audientia, & in c.
2 contingit. extra de ſentent. excom. Et † licet reuerendiſſimus in Chriſto pater, dominus epiſcopus Grationopolit. & eius officialis, petierit ſibi dictum delictũ remitti, pro cognoſcendo, an debeat gaudere priuilegio clericali, vel ne, ſecum vocato domino iudice communis Grationopo. iuxta formam dict. capit. ſi iudex laicus. Fuit tamen ibi determinatum & concluſum per dictos dominos, quod dicti dominus Epiſcopus & eius officialis, de hoc cognoſcere non debent, cum ipſe homicida non fuerit deprehenſus per præ-
d miſſa, in habitu clericali, d & propterea priuilegio clericali gaudere non debet, vt dicit Bal. in d. l. ſi qua per calumniam. per d. c. vnicum. de cler. coniu. li. 6. non obſtante d. c. ſi iudex laicus, quia d. c. loquitur in caſu, in quo erat dubium, an criminoſus eſſet clericus, vel ne, quanquam fuiſſet in quaſi poſſeſſione clericatus, propter tonſurã, ſecundum Iaco. But. & Bald. in d. l. ſi qua per calumniam. Quo caſu cognitio pertinet iudici eccleſiaſtico, an ſit clericus, vel ne, per exhibitionẽ tituli. Sed ille text. non loquitur, nec dicit, quod ſit quæſtio, & dubium de habitu, e an ſit clericalis, vel ne, ꝙ iudex eccleſiaſticus debeat cognoſcere, ideo non debet extendi diſpoſitio dicti capituli,

pituli ad caſum iſtũ de habitu: quia noſtra nõ intereſt legẽ & canonẽ vltra caſum ſuum ſe extendere, iuxta l. ſi vero. §. de viro. ff. ſoluto matrimonio. Si enim Papa voluiſſet, in d. c. ſi iudex laicus. extendi cognitionẽ iudicis eccleſiaſtici etiã ad alium caſum, reſpectu habitus, bene expreſſiſſet, vt dicitur in ſimili, in c. ad audientiã. extra, de decimis. Idẽ etiam dicitur de Imperatore, ſi voluiſſet, bene expreſſiſſet in l. vnica. in §. ſin autem. ad deficientis. C. de caducis tolle. ideo ille caſus omiſſus, reſpectu habitus, relinqui debet diſpoſitioni iuris cõmunis. l. cõmodiſſime. ff. de libe. &
3 poſth. † Et ratio differentiæ poteſt aſſignari, quia probatio tituli clericalis eſt quid ſpirituale: vt aperit tex. in d. c. ſi iudex laicus. circa pr. ideo merito iudex eccleſiaſticus de eo cognoſcere debet, vt ibi ſtatuitur. Sed ꝓbatio dicti habitus eſt quid tẽporale & prophanũ. Patet, qui aeccleſia abhorret ornari de veſte hominis, vel mulieris quãquã ſit precioſa. de conſecratione, diſt. 1. ad nuptiarũ. & alibi dicitur, quod iniurians clericum ſcindẽdo eius veſtem, vel aliquid aliud ſimile faciendo, non eſt excõmunicatus: quia licet iniuria fiat perſonæ: non tamen fit in perſonam. Iſta ſunt verba Bal. poſt Gul. de Cuneo, in d. l. ſi qua per calumniam. Ideo nõ eſt veriſimile, quod Papa de tali re prophana reſpectu iuriſdictionis, ſe intromittere voluerit, prout nec debet: vt legitur, & not. in auth. quomodo oportet epiſco. col. 1. Et ſi dicatur, quod imo Papa ſe intromittit & diſponit de veſtib. in d. c. clerici. & in cle. 2. de vita & honeſta. cleri. ad hoc poteſt reſponderi, quod ibi Papa diſponit de veſtib. reſpectu honeſtatis vitę clericorum, ſed nõ reſpectu ſibi iuriſdictionẽ attribuẽdi circa cognitionẽ, an habitus ſit clericalis, vel nõ, igitur, &c. Præterea, ꝙ nõ ſit fienda hoc caſu remiſſio petita. probat tex. in d. c. ſi iudex laicus. ibi, quod malefactor ſit clericus, qui huiuſmodi beneficio gaudere debeat, &c. Nota illa verba, qui huiuſmodi beneficio gaudere debeat. Sed dictus malefactor hoc caſu, gaudere nõ debet priuilegio clericali, per præallegata: igitur nõ eſt fiẽda dicta remiſſio. Quia cũ ibi tex. loquatur de clerico, qui debet gaudere priuilegio clericali: ergo de alio clerico, qui nõ debet gaudere, nõ videtur diſpoſuiſſe: quia ad poſitionẽ vnius, ſequitur remotio alterius. l. hæc verba. ff. de ver. ſig. & vnius incluſio, eſt alterius excluſio. l. cũ pretor. ff. de iudic. maxime circa cõtraria, iuxta no. l. commiſſoriæ. C. de pac. inter emptorem & venditorem. Nã non eſſe in habitu clericali, eſt contrariũ illius, qui eſt in habitu: vt patet ad ſenſum. igitur, &c. Nec poteſt dici, quod habitus ſit res connexa titulo clericali: quia imo eſt res totaliter diuerſa & ſeparata, vt aperit tex. in d. c. vnico. de cleric. cõ-
4 iuga. ibi dũ dicitur, ſi tonſurã, & veſtes. &c. Illa † enim dictio. &, coniungit diuerſa. vt ponit Saly. in l. ad inſtructionem. C. de epiſ. & cle. & no. in d. c. ex parte. de reſcri. Ideo nõ mirũ, ſi alterum ipſorum ſit ſpirituale, & aliud temporale, ſicut in ſimili videmus de petitorio rei ſpiritualis, quod eſt ſpirituale, & poſſeſſorium illius rei ſpiritualis, eſt temporale: vt vult gl. in c. literas. extra, de iuram. calũ. & ponit Archi. in c. 1. de reſti. ſpolia. lib. 6. & dixi ſ. quæſ. 1. Ex quib. propterea puto veram ſententiam, ꝙ iudex eccleſiaſticus nõ debet cognoſcere de habitu, ſed iudex ſecularis. & de hoc etiã tetigi in conſ. 110. conſi. meor. Et non mirãdum, ſi de hoc cognoſcat iudex laicus: quia ſunt multi alij modi, in quib. iudex laicus habet iuriſdictionẽ in clericos, vt habetur in c. princeps. 23. quæſt. 5. & ibi pulchra glo. Licet aliqui doct. nouiſſimi, videlicet de Zabarellis in cle. 2. de vita, & hone. cleri. de ſancto Gemi. in d. c. vnico. de cle. coniu. li. 6. voluerunt dicere, ꝙ imo iudex eccleſiaſticus debet habere cognitionẽ habitus, quorum tamẽ opinio non videtur inſequenda, quia tex. in d. c. ſi iudex laicus. hoc non aperit, ideo non debet caſus illius. c. ad alium caſum de habitu, ibi non expreſſum, extẽdi, vt iurib. ſupra allegatis. Nec obſtat ꝙ dicunt domini Doctores nouiſſimi, habitũ eſſe acceſſorium ad titulum, quia (ſalua pace) habitus non eſt res acceſſoria. Nã ambo habitus, & titulus ſimul, & principaliter cõcurrunt, vt patet in text. ibi tonſurã, & veſtes, &c. Ita ꝙ altero deficiente ceſſat priuilegium, vt ibi, quia illa dictio, &, coniũgit diuerſa totaliter ſeparata, vt iuribus ſupra alle. & ſeparatorum, ſeparata eſſe debet ratio, & iuris interpretatio. vt no. in c. ſecundo requiris. in glo. 2. extra, de appell. igitur, &c. †
5 Et quod clericus captus in delicto ſine habitu, non debeat remitti iudici eccleſiaſtico, expreſſe dicit Bal. in l. ſi qua per calũniam. in 4. quæſt. quæ incipit. Sed ponamus, ꝙ eſt captus ſine habitu, nunquid ſtatim debet remitti ad epiſcopum, &c. Licet ex poſt Curię Parla. fuerit exhibitus titulus clericalis dicti homicidæ. Quia dicto priuilegio gaudere non debet, cum fuerit captus in maleficio, abſq; habitu clericali. & hoc probat tex. in d. c. ſi iudex laicus. ibi, & ſi notorium fuerit, ꝙ idem malefactor, &c. Et ſequitur qui priuilegio gaudere debeat, &c. Sequitur etiã in continenti, ante cognitionem de clericatu, eccleſiaſticæ curię debet reddi, &c. ergo à contrario, ſi non conſtet de clericatu, non debeat gaudere illo priuilegio: vt in caſu iſto per ſupra plene deducta, & allegata: ſequitur, ꝙ non debet reddi eccleſiaſticæ curiæ. ar. à contrario ſenſu, quod eſt in iure fortiſſimũ, vt iurib. vulgatis. ſi enim fuiſſet captus in habitu clericali, debuiſſet remitti dicto do. epiſ. aut eius officiali: vt dicit Baldus in l. ſi qua per calum. in 5. quæſt. quæ incipit: Sed quid ſi iſte oſtendit poteſtati literas clericatus, & probatur in d. c. ſi iudex laicus. Sed aduertendum, quia licet dom. Bald. vbi ſupra, in dicta 4. quæſt. quæ incipit: ſed ponamus, quod eſt captus ſine habitu, &c. dicat, quod non ſit remittendus: tamen dicit, quod poteſtas debet ſuperſedere, donec per iudicem eccleſiaſticum cognitum fuerit de clericatu. Sed ad hoc poteſt reſpõderi duob. modis: primo, quod ſi illud

ſi illud



ſi illud eſſet verũ, ibi dictus malefactor deberet gaudere dicto priuilegio. Sed quia dictus homicida non deberet gaudere illo priuilegio, per ſupra allegata, & de hoc ſententialiter cõſtat huic Curiæ Parlamẽti. igitur, &c. Vel ſecũdo, poſſet dici, quod in hoc male mouetur do. Bald. quia ex quo ipſe do. Bal. in themate dictæ ſuæ quartę quæſtionis præſupponit, malefactorẽ fuiſſe captũ in maleficio, ſine habitu clericali: ſequitur neceſſario, quod ipſe nõ debeat gaudere illo priuilegio, per dictũ c. vnicum. de cle. coniu. li. 6. Si ergo nõ debeat gaudere, ſequitur quod illa futura cognitio iudicis eccleſiaſtici, non ſit expectãda: quia ex ea nullus ſequeretur effectus. pro quo l. aliquando. in fin. ff. ad Velleia. Ex quibus omnib. propterea apparet per dictos dominos Parlamenti, & cæteros dominos Doctores eiſdem aſſiſtentes, bene fuiſſe determinatum & concluſum, dictũ homicidã voluntarium, non fore remittendũ iuriſdictioni eccleſiaſticæ. Et ita etiam alias determinatũ fuit & iudicatum in dicta Curia Parlam. cõtra Petrum donoreti. 1435. in manibus magiſtri Cathalani chãterelli, ſecretarij Delphi. in qua cauſa
f Curia Parlam. cognouit de habitu, *f* vt plene in dicto proceſſu legitur. Nec etiam fuit remiſſus dictus Claudius homicida, ſed fuit laqueo per collum furcis ſuſpenſus, ex ſententia per Curiã Temporalem lata de anno currente do. 1457. de menſe Octobris. De cauſis autem ſpectantibus cognitioni iudicis ſecularis, vel eccleſiaſtici, vidi plene per Io. Fer. in tit. forma opponendi contra iudicem ſuſpectum. in gl. ſuper verbo, nec fuiſſe iudicem competentẽ. An autem dictus homicida volũtarius debuerit gaudere immunitate ec-
6 cleſiæ: vide quæ ſcripſi ſupra quæſt. 121. † Sed an clericus contrahẽs matrimonium cum muliere corrupta, quam credit virginem, vel cũ illa, quã defloraui, gaudebit priuilegio cleric. vide Arch. in d. c. vnico, de cle. coniu. lib. 6. & ibi dicit, quod non. Et qualiter clericus contrahens cum virgine perdat priuilegium. vide 84. diſt. c. quiſquis.
7 † Sed an epiſcopus poſſit delegare iudici laico, cauſam criminalem contra clericum coniugatum? Arch. vbi ſupra, tenet, quod ſic, ſuper verbo diſtingui, &c. Quid ſi clericus perdiderit literam
g clericatus, poſſetne per teſtem probare? *g* vide, quæ dixi infra. quæſt. 474.

¶ In Camera conſil. *Tu vide de hac materia, ſcilicet ad quem pertineat cognitio, an quis debeat gaudere priuilegio clericali, & alijs infra tactis, iſtum conſi. 110. incip. pro declaratione. num. 1. verſi. ad ſecundum quæſitum. & per totum conſi. & ſupra quæſt. 73. & tota deciſ. 83. & tota deciſ. 84.*

b ¶ Frontiata. *Clericus coniugatus portans talem veſtem, videtur perdere priui. clericale, vt ſentire videtur do. Car. in cle. 2. in 2. no. de vi. & ho. cle.*

c ¶ Breues. *extra, de vita & ho. cle. c. clerici offic. Credit tamen do. Innoc. illud c. loqui de conſilio & honeſtate, non autem de præcepto, vt ipſe ibidem inquit.*

d ¶ * In habitu clericali. *Adde ad declarationem huius articuli, quo pacto clericus primæ tõſuræ, ſine habitu & tonſura in crimine deprehenſus, puniri debeat, ſi fuerit coniugatus: & ad quẽ pertineat cognitio: & quid ſi non fuerit cõiugatus, vide pulchre per Ale. in conſ. 8. incip. videtur. in volu. 1. & an & quando gaudere debeat priuilegio clericali. tradit idẽ Ale. in conſ. 58. inci. quia ſæpiſſime in 4. volum. & an clericus poſſit ex ſola præſumptione criminis capi: vide Phili. Gor. in conſil. 325. inci. quantum. col. 2. verſ. nec obſtat. in 4. volum.*

e ¶ Habitu. *Licet enim in his caſib. non videatur agi de qualitate eiuſdem ſubiecti: tamen videtur agi de eadem qualitate: puta, an perſona, an vero habitus ſit clericalis. Et ſic quum iudiciũ in vtroq; caſu verſetur circa quid ſpirituale, videlicet vtrum illud, de quo quaritur, ſit clericale: non videtur illius rei cognitio ad iudicem ſecularem ſpectare: quia de ſpiritualibus nec incidẽter, nec principaliter, poteſt iudex laicus cognoſcere. ca. tuam. de ordine cognitio. capi. lator. extra, qui filij ſint legitimi. Quintmo nec de eo, quod eſt ſpiritualibus annexum. capitulo, quanto. extra, de iudic. & ſi quis dixerit, cauſa habitus clericalis non videtur ſpiritualis, quũ non ſit res ſacra. ad hoc poteſt reſponderi, quod ſaltem eſt coniuncta & connexa cauſis ſpiritualibus, quia dependet à iure ſpirituali, ac quoque ad ius ſpirituale ordinatur: & ſic duplici exigente ratione cenſetur annexa ſpiritualibus, ex ſexto, ſcilicet dependentiæ, & ordinationis. argu. eorum, quæ dicit dom. Fely. poſt beatum Thomam. in d. 4. ſecunda columna. verſiculo. ſed iſtis non obſtantibus.*

f ¶ Habitu. *Imo & cognoſcere potuit an eſſet clericus, vel non: vt per hoc ſcire poſſet, an ſua ſit iuriſdictio. do. Archid. in præalleg. cap. ſi iudex laicus. circa princ. allega. cap. ſuper literis. de reſcriptis. ff. de iudic. ſi quis ex ali. Verum tamen ibidem ſubiungit, quod, ex quo iudex laicus viderit contentioſe agi, an ſit clericus, vel non, tunc vltra procedere non poteſt.*

g ¶ Probare. *Quo ad probationẽ clericatus, vide do. Pet. de Ancha. not. in præallega. capit. ſi iudex laicus.*

## QVÆSTIO CXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Clerici an mutent forum in cauſa feudali.*
2 *Cauſam feudalem quis hodie debeat cognoſcere.*
3 *Dominus regulariter cognoſcit de cauſa feudali.*
4 *Clericus an ſortiatur forum in cauſa reconuentionali.*

SEcundum cõmunem opinionẽ doctorũ canoniſtarũ, clerici non mutant forũ
1 † in cauſa feudali: *a* vt plene diſputat Ar-
a chi. *b* in c. vnico de clericis coniugatis. li. 6. ſuper
b verbo condẽnari. vbi recitat varias opiniones doctorũ, & Gulielmus de Mõte Lauduno in cle. paſtoralis. de re iu. ſuper verbo, ex natura feudorũ. dicit, quod dominus, cũ ſit iudex ordinarius in materia feudali. poteſt ſentẽtiã mãdare executioni, & vaſallos ſuos (etiam ſi clerici ſint) ſine metu
c excommunicationis expellere, *c* per ſpatulas de feudo, ſi ab ipſo ciciderint in cõmiſſũ: licet melius facet (vt ibi dicit) ſi per iudicẽ feudatarium hoc facerer. Tamen prout ipſe do. Archid. dicit in d.

in d.c.vnico. ) inter laicos de conſuetudine ſer-
uatur,quod iudex laicus cognoſcit de re feudali,
contra clericum. Quæ conſuetudo etiam ſerua-
tur in Curia Parlam. Delph.prout vidi pluries ibi
obſeruari. Et credo, quod talis conſuetudo non
ſit aliter probanda in iudiciis: ſed quod pro pro-
bata debet haberi,cum ipſe do.Arch.doc.famo-
ſus,de dicta cõſuetudine atteſtatur. ita dicit Bar.
d *d* in l.de quibus.ff.de legib. Et de hac quæſtione,
vide pleniſſime per doc. in c. verum. & in c. ex
tranſmiſſa.de fo.comp.& in c.cæterũ.de iu. ſcri-
pſi de hoc in 72.conſil. meorum. & per Henricũ
Bohic.in c.ex parte.extra de feudis.in ſecunda di
2 ſtin. † Quis hodie habeat cognoſcere de cauſa
e feud. vide Bald. qui hanc materiam plene *e* tra-
ctat,per decem quæſtiones in feudis.de prohibi-
ta feudi.alie.per Federicum.in c.1. in §.præterea.
3 †Et veritas eſt, quod dom. feudi cognoſcit : ſed
an poſſit prorogari in alium iudicem talis cogni-
f tio,de conſenſu partium? Dic,quod non *f* ſecun-
dum vnam opin.gloſſ. poſitæ in d.§ præterea.&
ponitur per Ia.de Bello Viſu in feu. in ti.per quẽ,
vel quos quæ.feud.terminetur.qui tenet, quod
poſſit , dum tamen fiat coram eorundem ſupe-
riore,alias non.vt in l.1.§.& poſt operis noui.nũ.
ff.de no.ope.nun.Super hoc vide Bald.de prohi-
bita feud.alien.per Fed.in d.§.præterea. ibi: ſed
quæro,vtrum vaſal.&c.Quando etiam pares cu-
riæ cognoſcunt inter dominum & vaſallum , ne
g dominus ſit iudex in cauſa propria? dic *g* vt in tit.
de contro.feud.apud pares terminanda. De pro-
4 rogatione iuriſdictionis: vide ſupra.quæſt. 77. †
Sed an clericus ſortiatur forum in cauſa recon-
h uentionali? vide,quæ *h* dicit Archid. in d. c. vni-
co.de cle.coniuga.pro quo vide c.1.extra de mu.
petitioni. An iudex eccleſiaſticus poſſit cogno-
ſcere de delicto,perpetrato per laicum in perſo-
nam clerici: vide infra , quæſtione 561. an iudex
temporalis poſſit capere clericum, in flagranti
crimine: vide ſupra,quæſtio.73.

*a* ¶ In cauſa feud. *Vide de hoc per conſil. 72. nume. 1. verſ.ſed his non obſtantib.ibi,quia vbi agitur de feud.*
*b* ¶ Archidia. *Tenet enim dom.Arch.in præ.c.vnico. de cle.coniug.lib.6.quod clerici in cauſa feudali, nõ tenentur litigare corã domino ſeculari,à quo tenent feudum. Sed dom.Ioan.And.tenet contrarium: & ita dicit tenere omnes modernos & gloſſatores , dummodo non fiat diſt.perſonalis clerici,ſed ſolum ciuilis cauſa inter vaſallos auditur.vt in d.c.vno.in 1. colum. verſic. quicquid dicit Archid.*
*c* ¶ Expellere. *Contrarium videtur ſentire domin. Ioan. Andr.in c.verum.extra,de foro competenti.*
*d* ¶ Bartol. *Hoc autem tenet ipſe dom.Bart. in d.l. de quibus.in 9.colum.in verſicu.4.principaliter.& dom. Chriſtopho.Portius,inſtit.de his,qui ſunt ſui , vel alie. iuris.in 3.colum.in addi.quæ incipit , adde dum ſupra dixi.in fin.vbi dicit, quod erit approbata conſuetudo quando vnus doctor atteſtatur ita ſeruari de conſuetudine,& ad rationem huius dicti , probabiles rationes aſſignat ipſe dom.Bart.in loco præallegat.*
*e* ¶ Plene. *Plenius autem huiuſmodi materiam diſcutit do.Iac.de Alua.in d.§ præterea ſi inter.*
*f* ¶ Non. *& iſta opinio eſt vera, prout ſentire videtur do.Iac.de Alua.in præalleg §.præterea ſi inter.in 2.colum.in verſic.quæro.cum dicta glo.*
*g* ¶ Dic vt. *Ibi dicit dom. Iac. de Alua. & dom. Bald. qui ibi format notabiles quæſt.concernẽtes clericos, & in tit.apud quem,vel quos controuer.feud.diffin.*
*h* ¶ Quæ di. *Ioan.And.contra,in c.at ſi clerici. in glo. prima & 2.de iudiciis.*

## QVÆSTIO CXL.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio,facta per Epiſcopum , vel eius vicarium, ſuper iuramento,parte non citata,an valeat.*
2 *Cauſa debet inſeri in ipſa diſpenſatione.*
3 *Epiſcopus an poſſit diſpenſare ſuper iuramento,& num.4.*
5 *Hæres iurantis an teneatur petere diſpenſationem iuramenti.*

IN deciſionibus Capellæ Tholoſanæ,
quæſt. 63. continetur concluſio ſequẽs
1 de verbo ad verbum,vt ſequitur.† Item
fuit quæſitum,ſi diſpenſatio facta per Epiſcopũ,
vel eius vicarium ſuper iumento parte non voca
a ta,valeat ? Et fuit concluſum, quod non *a* per c.
licet canon.de elec.lib.6.per Archid. & reperio,
quod re.in Chriſto pater,& d.dom,Io.Payer.de-
cretorum doct. epiſc. Auraicen. actu legens de
pręſenti in vniuerſitate Auenionẽſi, in quodam
ſuo concilio incipiente,vt vobis,&c.ſequitur o-
pinio.dictæ concluſionis Tholoſanæ, & alleg.d.
b Innocent. *b* poſita in c.veniens. de filiis presby.
dicentis,quod ad hoc, vt intelligatur epiſcopus
diſpenſare,oportet,quod præcedant ea,quæ hoc
decretũ faciãt,videlicet,quod præceſſerit cogni-
tio ſummaria,ſuper cauſis diſpẽſationis,puta,an
ſit vtilitas,aut neceſſitas,vel alia iuſta cauſa.ff.de
in ius voc.l.libertus.1.quæ.7.c. requiritis. §. niſi
rigor diſciplinæ, cũ multis ibi ſequentib. c. imo
plus dicunt Innoc.& Archid. quod neceſſaria eſt
ſententia diſpen.vel decretũ,prius ſuper diſpen-
ſatione conceſſa, ſcilicet, dicendo decernimus
eũ idoneũ ad tale quid.& vocabuntur hi , quorũ
intereſt.1.quæſt.7.quoniam quicquid.& l. nã ita
diuus.ff. de adop.aliter præſumitur temerarium
factum Epiſcopi,nec pro diſpenſatione habetur:
imo epiſcopus punitur,ſi petatur: quod non fie-
ret,ſi epiſcopus diſpenſaſſet,ſicut debuiſſet,in ca
ſu ſibi diſpenſabili.51.di.qui in aliquo.81.di.quę-
cunq,.ſecundum Innoc. in d.c. veniens. Vbi e-
tiam not.Hoſt. quod ad hoc,quod diſpenſatio ri-
te fiat,eſt conſiderandum,quod in ipſa diſpenſa-
tione inſeratur cauſa. nam diſpenſatio eſt iuris
communis relaxatio,vt no.1.quæſt.7.§.pro tem-
pore. ſupple facta cum cauſæ cognitione ab eo,
qui poteſtatem habet diſpenſandi: ſecũdum In-
noc. dicitur enim diſpenſa. quaſi diſcreta penſa.
quando,ſcilicet,iudex in lance mentis ſuæ diſcre
ta penſat,& põderat quid magis expedit,ſcilicet,
ſequi



ſequi rigorem iuris, vel æquitatis diſpenſa. præ-
ferre: ſecundum Hoſt. Et ita debet eſſe ſufficiens
diſpenſatio & clara, quod nulla dubitatio ratio-
nabilis ſubſit.vt in c.ordinarij. §. ſi vero. de offi.
ord.lib.6.ita , quod diſpenſatio fiat iuſta & certa
cauſa exigẽte,alias eſt prohibita diſpenſatio, vbi-
cunq; non ſubeſt iuſta diſpenſandi cauſa.1.q. 7.c.
& ſi illa.alioquin non diſpenſatio , ſed diſſipatio
dici poteſt,ſecundum Arch.ibidem.& cum præ-
miſſis concordat id,quod dicit do. Panor.in c.1.
de iureiu.vbi dicit,quod quãdo actus , ſuper quo
iuramentum fuit præſtitum,non apparet , & pri-
ma facie vitioſum , non tenebit abſolutio parte
non vocata. Ratio , quia à iuramẽto parti præſti-
to,nõ abſoluit Epiſcopus: imo nec Papa,ſine cau
ſa,cum Deus receperit obligationem in fauorẽ
partis: vt no.gl.in c.quanto.de iureiur. & Inn.in
c.cum inter.P.de renun.antequam ergo ſibi con
ſtet cauſam ſubeſſe, non habet poteſtatem diſpẽ
ſandi,poſito,quod ſubſit cauſa , quia ignorat id,
quod eſt fundamentũ ſuæ poteſtatis. vt not.Bar.
in l.2.ff.de iudi.& in le.multis. ff. de condi. & de-
mon.facit quod legitur,& not. in c. ex parte. de
conceſſio.præben. Nec poteſt dici de cauſa con-
ſtare,parte nõ vocata, quia cauſarum merita par-
tium aſſertione panduntur.l.fin.C.ſi per vim,vel
alio modo.& in c. cum ex literis. de in integr. re-
ſtit.de quo ibi plenius per dictum do. Panor. Et
ſic ſecundum determinationem Capellæ Tho-
loſanæ,Inno.Arch.Hoſti.& do.Panor.non valet
diſpenſatio iuramenti , facta parte non vocata.
Quia in tali diſpẽſatione requiritur cauſæ cogni
tio,& quod fiat cum cauſa, prout de hoc eſt gloſ.
in c.non eſt voti.extra, de voto & voti re. & per
cõſequens requiritur partis, cuius intereſt, euo-
catio: quia aliter nõ poſſet de cauſa cognoſci. Et
quod requiratur euocatio partis in tali diſpenſa-
tione fienda,tenet etiam expreſſe Ioan. Andr.in
c addit.ad Spe.in tit.de iureiur. *c* in 3.col.in quæſt.
item quæro de illo,qui iurauit ſuper vſuris ſoluẽ-
dis. Et hæc proxime dicta ſunt,per ea, quæ narrat
dictus dom. Epiſcopus Auraicen.in dicto ſuo cõ-
ſil. Et ſecundum opinion. Capellæ Tholoſanæ,
Inno.Archid. Hoſti.& Panor. vidi iudicari in fa-
cto meo proprio de anno currente,1457.20.No-
uembris,per dominum vicarium,officialem do-
mini Epiſcopi Tricaſtrinen. Qui officialis iudi-
cauit participato conſilio,cum dicto domino E-
piſcopo Auraicen. cuius ſententiæ tenor ſequi-
tur de verbo ad verbum : Chriſti nomine inuo-
cato,& habentes præ oculis ſolum Deum , nos
officiales Tricaſtrinen. viſis & diligẽter inſpectis
præſentis cauſæ,meritis , ac omnibus & ſingulis
per vtranque partem , in cauſa huiuſmodi , hinc
inde propoſitis coram nobis ipſis, quæ cum ma-
tura deliberatione recenſitis ; per hanc noſtram
ſententiam ſeu ordinationem, quam , de perito-
rum conſilio pro tribunali ſedentes,ferimus , in
his ſcriptis pronuntiamus,decernimus,& decla-
ramus , diſpenſationem iuramenti per nobilem
Lancellotum de Pictauia,baſtardũ Valen. dom.
de Alaudo quõdam presbyteri, & per dom. Ste-
phanum Rodulphi , regentem officialatus Tri-
caſtrin. inciuiliter & minus canonice , parte non
vocata,factam fuiſſe,& eſſe nullam ; & vitio nul-
litatis ſubiacere , & quatenus de facto proceſſit,
annullandam fore: caſſamus , & annullamus no-
bilẽ Fran.de Pictauia , filium dicti Lancelloti in
perſonã eius procuratoris,& ecõtra in omnibus
expenſis pro parte alia , & pro hac cauſa corã no-
bis legitime factis,condemnantes ipſarum taxa-
tione nobis in poſterum reſeruata. Prædicta for-
ma ſentẽtiæ,videtur procedere de iure. ideo hic
propria manu ſubſcripſi ego Ioan. Payer,decre-
torum Doctor,Epiſcopus Auraicen. Et ita etiam
fuit determinatum,quod debet fieri diſpenſatio
cum cauſa,& cum cognitione cauſæ, parte voca-
3 ta: vt vide infr.quæſt.225. † Sed an Epiſcopus poſ-
ſit ſuper iuramento diſpẽſare? do. Humb. de Bo-
uenco,in ſua repeti.authen. ſacram. pub. in cau-
ſa fin.C.ſi aduerſus ven. dicit,quod ſic , & alleg.
15.quæſt.7.c.1.& 2.Cauſa tamen cognita : vt ple-
ne per Inn.in c. debitores. *d* extra, de iureiuran.
d quod verum puto, quod Epiſcopus poſſit diſpẽ-
ſare, vbi iuramentum non poſſet ſeruari ſine in-
teritu ſalutis æternæ: ſed ſi poſſet ſeruari ſine in-
teritu ſalutis æternæ,Epiſcopus non poſſet diſpẽ
ſare: ſed ſolus Papa poſſet hoc facere. in ca. vene-
rabilem §.pen.extra,de elect. & ita tenet Specu.
in tit.de legato.§. nunc oſtendendum. verſi. cæ-
4 terum cum ſolus Papa.† Sed communi obſeruã-
tia videmus, quod ipſi & Archiepiſcopi , quoti-
die indiſtincte diſpenſant ſuper iuramento,& to
lerantur tales diſpenſationes in vtroq; foro , ſpi-
5 rituali & temporali. † An hæres iurantis tenea-
e tur petere diſpenſationem iuramenti? Dic,quod
non, *e* vt ſcripſi in not.meis. in §.an hæres iuran-
tis,&c. Quia diſpẽſatio fit & petitur propter pe-
riculum animæ: ſed in hæredem iurantis, nõ trã-
ſit iuramentum quo ad periculum animæ, vt no.
Inno.& Hoſt.in c.veritatis,extra,de iureiuran.

*a* ¶ Et fuit concluſum,quod non. *Tu vide in allega.deci.Capellæ Tholoſanæ,deci.62. & in addi. ad ipſam deci.vbi diſtinguit, & hanc diſtinctionem ſerua.*
*b* ¶ Dicta Inno. *Aduerte,quod d.Inno.in d.c.veniens loquitur in alio,ſcilicet. quod Epiſcopus aliquid facit ſcienter,quod eſt contra ius commune: & eſt tale factũ, in quo poteſt diſpenſare,an habeatur pro diſpenſatione. & ſaltem quo ad caſum præl.c.veniens.videtur innuere,quod non. Sed in diſpenſatione requirũtur ſummaria cognitio cauſæ decretum, & forte( vt dicit )quorum intereſt,vocatio. & hæc facere videntur pro opi.authoris licet loquatur in alio caſu, propter identitatem rationis. Ad hoc bene facit,quod legitur & not. in auth.ſi omnes. & ibi d.Odof.in 1.col.in ver.or.ſuper auth.iſta C.ſi mi.ab hær.ſe abſti.vbi no.quod vbicunq; petitur aliquid in præiudiciũ alicuius,debet vocari is , cuius intereſt, & alleg.l.ſi is.& l.diuus Marcus.ff. de adopt.le. vlt.& pe.ff.de reſcin.ven.& l.in concedendo ff. de aqua plu.arcen.*

c ¶ De iureiur. *Super ru. circa princip. 3. col.*
d ¶ In c. debitores. *Et ibi do. And. in nouell. poſt do. Inn. qui dicit Epiſcopos in iuramentis dolo, vi, vel metu extortis diſpenſare poſſe. & ibi ſubdit, ad Epiſcopũ ſpectat relaxare iuramenta illicita. alleg. c. cum, qui. eo ti. de iureiu. de teſt. conſtitutis. 15. q. 6. authoritatem. & ſeq. c. & hic videtur ſentire arg. à contrario d. Fel. in c. debitores. in vlt. col. ver. poſtremo. dum dicit, quod ad Papam pertinet diſpenſatio liciti iuramenti, verũ quidem, vt inibi ſentiunt d. Inn. & Io. And. Quandoq; in iuramentis licite præſtitis diſpenſat Epiſcopus. 15. q. vi. uos ſanctorum. & c. iuratos. & quamuis liciti iuramenti diſpenſatio ad Epiſcopum non pertineat regulariter: poteſt tamen iuramentum licite præſtitum, in melius ſemper commutare, vt omnes pene Doct. tenent in d. c. debitores.*
e ¶ Non. *Facit quod dicit do. Fel. in præalleg. c. debitores. in vlt. colu. in verſi. 7. & vlt. & poteſt eſſe ratio, quia licet iuramentũ ex parte recipiẽtis, ſit reale tranſmiſsibile ad hæredem: tamẽ ex parte præſtantis eſt perſona, & ad hæredem nõ tranſit. Nam licet obligatio cõtracta in eum deſcendat: non tamen obligatur ad periurium. Ita videtur ſentire dom. Pet. de Ancha. in cap. cum C. laicus. in 3. not. de ſo. comp. libro ſexto.*

## QVAESTIO CXLI.

SVMMARIVM.

1 *Læſio an præſumatur in minore adeunte hæreditatem vel in omiſsione inuentarij.*
2 *Reſtitutionis in integ. beneficium, an poſsit cedi.*

1 SI minor petat † ſe reſtitui aduerſus aditionem
a hæreditatis, *a* vel, aduerſus omiſſionem inuentarij: non admittitur ad hoc, niſi probet ſe læſum licet probet ſe minorem: quia non ſequitur eſt minor, ergo læſus: niſi probet de læſione: vt di
b cunt & tenent, Iaco. de Aret. Cyn. *b* Ia. Fa. Sal. in auth. ſi omnes. C. ſi mi. ſe ab. hær. abſti. & idẽ Sal. in l. fi. C. in quib. cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſſa. & ita vidi determinari in dicta Curia Parlamẽti Delph. die 22. menſis Septembris, 1457. in diffinitione proceſſus ventilati, in manibus Io. Boturi Secretarij Delphin. inter nobilem Claudiũ Alamandi, agentem ex vna parte, & nobilem Io. Alamandi ex altera, ad cauſam caſtri Rupiſchinardi. & ſecundum quod tunc verius retulit ſpectabilis do. Io. Baiulli vtriuſq; iuris Doct. Præſidens dictæ Curiæ Parlam. fuerat idem dudum determinatum in quadam cauſa dom. Clarimontis, tunc minoris: cui fuit denegata reſtit. in inte. aduerſus omiſſionem inuentarij: quia nõ deducebat nec probabat hæreditatem eius quondam patris oneroſam, ſiue damnoſam, & per conſequens ſe fore læſum, tamen Bart. in d. l. fin. dicit, quod minor eo ipſo, quod permittit labi tempus ad appellandum, præſumitur læſus. Bal. tamẽ ibi tenet contrarium. De materia in inteſt. reſti. aduerſus cõfectionem inuentarij: vide, quæ dixi infra, q. 473. De hac materia reſtitutionis mino-
2 rum, vide, quæ dixi ſupra. q. 31. Vtrum † beneficium reſtitutionis in integ. poſſit cedi, Bar. quod
c ſic. in l. non ſolum. *c* ff. de in integ. reſti. vbi alle-
d gat l. ſi minoris. *d* ff. de adminiſt. tutor. &c.

a ¶ Aduerſus aditionem hæreditatis. *Tu vide de materia huius quæſt. & ſeq. iſtum cõſil. 160. incip. quod valeat inuentarium. nu. 6. verſi. ſed ad hoc. reſpondet. & verſi. verum, quia læſio.*
b ¶ Cyn. *Tenet ipſe poſt dom. Iac. de Are. in præalleg. auth. ſi omnes. in 2. col. in verſ. vlterius quæritur. idẽ videtur ibidem ſentire do. Odo. in 1. col. ſuper expoſitione tex. cum minor abſtinet.*
c ¶ Bar. in l. non ſolum. *In 1. not. & de hoc videtur tex. in l. quod ſi minor. in princi. & ibi dom. Bart. ff. de mino.*
d ¶ L. ſi minoris. *Et ibi tex. & gl. & do. Bar. in prin. & vlt. col. ver. ſed tunc remanet contrarium. & ibi do. Alex. in addit. ad Bar. qui remittit ad id quod dicit poſt eundem Bar. in l. per diuerſas. C. manda.*

## QVÆSTIO CXLII.

SVMMARIVM.

1 *Minor qualiter probetur læſus.*
2 *Minor debet probare facultates non ſufficere ad credita. Et id quomodo. num. 3.*

SED qualiter probabit minor ſe læſum? Iaco.
1 But. dicit, † quod ſufficit, ſi probet ſe tantum vni obligatum: quia ex obligatione apparet minorem: læſum, niſi per aduerſarium probetur, facultates ſufficere ad ſoluendũ. & iſtã opin. ſequitur & tenet expreſſe Salyc. in auth. ſi omnes. C. ſi mi. ſe ab hære. abſti. & dicit ipſe d. Sal. quod probatur per l. defendente. ff. de auth. tutor. per quã l. vt ibidem dicit Saly. fortius videtur, quod ſi ex actis in priori Iudicio innoteſcit Iudici, quod ipſe minor eſt læſus: quia contra eum petitur executio ſententiæ: in qua eſt condemnatus, vt hæres, poteſt petere ſe reſtitui, vt læſus ex aditione. nec expedit aliter probari læſionem: quia per ipſam ſentẽtiã, quæ executioni mãdari petitur, apparet Iudici de læſione. Bal. etiã hanc quæſt. mouet, dicens ꝙ minor eo ipſo, quod adijt hæreditatem, præſumitur læſus, ſi aliqua debita ſint in hæreditate. Nã eo ipſo, ꝙ minor probat debita eſſe, apparet eum læſum, poſtquam obligatus eſt: niſi per aduerſarium probetur, quod facultates ſufficiant. Iſta ſunt verba Bal. in l. 1. C. ſi vt hær. ſe abſt.
2 ſed d. Iac. de Are. † aliter dicit, & tenet, videlicet, quod minor debet probare tot eſſe credita hæreditaria, quod facultates non ſufficiant. quam o-
a pin. ſequitur *a* Cyn. in d. auth. ſi omnes. Dum dicit quod minor debet probare hæreditatem damnoſam. & iſta vlt. opin. Iacob. de Aret. & Cyn. fuit ſeruata in iudicando in diffinitione dicti proceſſus caſtri Rupiſchinardi. de quo proceſſu præ-
3 ced. quæſtione fit mentio. † Sed qualiter probabit ipſe minor hæres bona hæreditatis ad debita
b non ſufficere, cum iſta ſit negatiua? gl. *b* in l. cum de lege. ff. de probatio. dat modum probandi, vt dicat hæres tantum eſt in hæreditate, & nõ plus. Et qui voluerit dicere, quod plus eſt, probet. & de hoc eſt caſus notab. in leg. fin. §. licentiam. in

princ.



prin. C. de iure deli. vbi hæres oſtendens inuentarium, dicens, hoc eſt in hæreditate: creditores autem & legatarij, ſi voluerint dicere plus eſſe in hæreditate, probent. quod tene menti ſecundũ Bart. & faciunt not. per eundem Bart. in l. fin. C. de rebus credit, & iureiurando. & in le. decem. ff. de verborum obligation.

a ¶ Sequitur. *Hanc opinionem etiam amplectitur do. Alex. in 1. parte, conſil. 21. colum. 2. prope fin. in verſic. alia ratione videtur.*
b ¶ Glo. *ſcilicet prima, & ibi do. Bal. qui dicit eam eſſe notabilem, & menti tenendam.*

## QVAESTIO CXLIII.

SVMMARIVM.

1 *Reſcindens & reſciſſorium poſſunt in eodem iudicio intentari.*
2 *Reſtitutio in integrum non perpetuatur litis conteſtatione.*
3 *Sententia in reſtitutione in integ. quando poſsit ferri ſine litis conteſt.*
4 *Procedi poteſt in cauſa inquiſitionali ſine litis conteſt.*

1 AN prætendens ſe læſum, poſſit † petere ſe reſtitui in integrum & rem vendicare in vno, & eodem iudicio? Cyn. mouet iſtã quæſtionem in l. quod tempore. C. de reſtit. minor. ibi: ſecundo quæritur, iuxta hoc, &c. & arguit pro & contra. Et finaliter diſtinguit poſt Dyn. & Pet. prout ibi videtur. Et circa hanc materiam vide glo. in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quibus cau. ma. quæ vult, quod rei vendicatio non poſſit intentari, niſi reſtitutione prius conceſſa, quod ſequi videtur Salyc. in d. l. quod tempore. Et hæc etiam locum habent in minore, petente ſe reſtitui: vt dicit Cy. vbi ſupra, per not. in l. qui proprio. §. item quæritur. ff. de procur. ita dicit ibi Cyn. quam opi. ſequitur ibi Bal. Et ideo fuit cõcluſum in diffinitione proceſſus dictæ cauſæ, ſupra, in præceden. quæſtio. mentionatæ, d. nobilem Claudium Alamandi, non potuiſſe cumulare rei vendicationem cum reſtitutione in integrum, in eodem iudicio. Et ita etiam poſtea fuit deciſum & ordinatum in dicta Curia Parlamenti, 1461. & die ſexta menſis Februarij, in proceſſu, exiſtente in manibus Io. Gofredi Secretarij Delphin. inter dominum de Ayſio agentem ex vna parte: & dominam Aliſiam de area vſufructuariam terræ & Baroniæ montis Mauri. in qua cauſa fuit admiſſa prima pars libelli, dicti domini de Ayſio, in qua intentabatur reſciſſio tranſactionis, in ipſo libello deductæ. Et ſecunda pars ipſius libelli, in qua petebantur certa caſtra reſtitui eidem domino de Ayſio, fuit reiecta, donec de meritis dictæ cauſæ reſciſſionis fuerit cognitum. Crederem tamen in bona æquitate, vt circuitus euitetur, quod iſta poſſint ſimul in eodẽ
a iudicio intentari: *a* vbi dominium in eodem iudicio probaretur: vt volunt Dynus & Petrus in dicta l. quod tempore. in primo membro, eorũ diſtinctionis, quos ſequitur Bertrandus Caprioli in d. l. quod tempore. in ſua repeti. Et hanc partem, quod poſſunt in eodem libello ſimul intentari, tenet expreſſe & indiſtincte Spec. in tit. de in integ. reſtitu. in § 1. in ver. ſed nunquid. in eod. li-
b bello, &c. idem dicit ipſe in actione ad exhibendum. *b* & rei vendicatione. de cumulatione actionis ſcripſi ſupra, q. 109. An reſtitutio in integrum & reciſſoria poſſit in eodem iudicio intentari: vide Pet. Iac. in tit. de in integ. reſt. vt poſſit agi reſciſſo. & Ioan. Fab. inſt. de act. in §. rurſus. Sed an nullitas, & in integ. reſt. poſsint in eodem iudicio intentari? dic, quod ſic, pro quo allegat c. conſtitutus. extra, de in integ. reſt. An probationes, factæ in iudicio reſcindenti probent in reſtitutoria: vide, quæ dixi ſupra, q. 136. circa medium in verſi. preterea. Et de materia, ſi reſciſſoria cum reſcindente poſsint in eodem iudicio intentari: vide Spe. in tit. de reb. eccl. non alie. & ibi Ioan. Andr. in additio. Et circa hanc materiam ſecundum Pet. Iac. vbi ſupra, tria ſunt notanda. Primũ eſt, quod reſciſſoria actione non agitur, nec ipſa locum ſeu effectum habet, niſi reſtitutione in in
c tegrum obtenta. *c* ff. ex quib. cau. maio. l. nec nõ §. exemplo. & de iureiu. l. nam poſtea. §. ſi minor.
2 Secundo, † quod in integrum reſtit. non perpe-
d tuatur *d* litis conteſtatione. vt C. de temp. in in-
3 teg. reſtit. per l. fi. † Tertio, quod ſine litis conteſtat. poteſt procedi & ferri ſententia, in reſtitutione in integrum, ſi aduerſarius fuerit abſens,
e per contumaciam *e* in non veniendo. argu. ff. de mino. l. in cauſæ. §. in cauſa. & C. ſi vt hære. ſe abſti. aut. ſi omnes. Et idem eſt in cauſa appellationis. vt C. de temp. appella. l. vlt. §. illud. Et idem in priuatis delictis. ff. de pœn. l. abſentem. Et de modo procedendi contra abſentem, dixi infra,
4 quæſt. 429. † poteſt etiam procedi in cauſa inquiſitionali lite non conteſtata, ſecundum Inno. in c. ſi aduerſarius. extra, de eo, qui mit. in poſſeſsio. cauſa rei ſeruandæ.

a ¶ Intentari. *Quod ſimul vtrunq; poſſit peti, videlicet, contractũ reſcindi & poſſeſsionẽ rei reſtitui, verius eſt ſecundum communem opin. doct. tenet dom. Io. Petrus, de Ferra. in forma libelli, ſuper petitione reſtit. in integ. in glo. ad dimittendum & relaxandum. & hanc opin. poſt argumentationem ad partem pro & contra factam, amplectitur d. Dyn. inſt. de act. in §. rurſus. in 7. charta. in verſi. vlterius quæro an petitio. ibi, ego dico. vbi ipſe tradit modum & formam proponendi vtrunq; in eo libello.*
b ¶ Ad exhibendum. *Hoc eſt verum de conſuetudine iudiciorum, quæ admittit, vt vtrunq; in eo libello intentetur, vt dicit Spec. 2. parte. de actio. ſeu petitione. 2. col. 6. verſi. Item nota quod &c.*
c ¶ Obtenta. *Ita etiam videtur ſentire dom. Dyn. in d. §. rurſus. in 5. col. in verſic. modo reſtat videre. & in ver. item quæro, an eo ipſo.*
d ¶ Perpetuatur. *Eo autẽ ipſo, quod reſtitutio in integrum petitur, & conceditur, nõ cenſetur lis conteſt. in reſciſſoria ad eam perpetuandam. ſecundum do. Cyn. in prin §. rurſus. in alleg. verſi. item quæro, an eo ipſo.*
e ¶ Per contumaciam. *Tene perpetuo menti, quod citra litis cõteſtationẽ peruenitur ad diffinitiuam ſen-*

*tentiam,parte contumace,vbicunq; illud,quod petitur*
*eſt tale,ad quod non poteſt conſuli per miſſionẽ ex pri-*
*mo vel ſecundo decreto ſecundum dom.Bart. & Bal.in*
*aut.ſi omnes.C.ſi mi. ab hære.ſe abſti.*

## QVAESTIO CXLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Tutor Teſtamentarius quo caſu debeat priuari relictis per te-ſtatorem.*

AN autem dictus nobilis Ioannes Ala-
mandi olim tutor dicti nobilis Claudij
Alamandi, & legatarius in teſtamento,
quondam dicti Claudij,qui ſe non excuſauit à tu
1 tela † teſtamẽtaria: ſed ipſam acceptauit & exer-
cuit,ex hoc priuari debeat ſibi relictis & donan-
tis,iuxta auth.minoris debitor.C. qui tuto. dari
poſ.Et licet glo.Cyn.& Bart.dicant,quod ſic, li-
a cet ipſe nobilis Ioannes eſſet teſtamẽtarius, *a* ta-
men hoc eſt verum, vbi teſtator neſciuiſſet eum
eſſe creditorem. Sed quia ſciuit eum eſſe credito
rem,legando ipſi tutori dictum caſtrum Rupiſ-
chinardi:ſequitur propterea,quod ipſe tutor ac-
ceptando adminiſtrationem tutelæ, non incidit
in pœnam d.auth. minoris debitor. ita dicunt &
tenent ibidem Cyn.& Bart.& bene dicunt,cum
fides eius ſatis approbata fuiſſe videatur per teſta
torem,ſcientem eum eſſe creditorem.Et ita etiã
fuit determinatũ in diffinitione cauſæ, ſupra, in
præcedenti quæſtione mentionatæ.

*a* ¶ Teſtamentarius. *Creditor vel debitor minoris indiſtincte videtur in teſtamento dari poſſe tutor vel curator:quia eius fides approbata eſt à teſtatore:ita videtur ſentire domin.Azo in ſumma. C. qui da. tu. vel cu.teſta.poſſ.vel non.in 3.colum. verſi. item creditor. Sed idem dom.Azo contrarium ſcripſit, in l.pater.ff. de proc.& propterea concordando dicunt & tenent do. Cyn.Bart & Bald.in prædi.auth. minoris. quod ſi teſtator ſciebat debitum,tunc ceſſat prohibitio: ſin vero ignorabat,tunc ſecus.*

## QVÆSTIO CXLV.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta filio,in poteſtate conſtituto: cõtemplatione matrimonij,an valeat.*
2 *Sponſalitia largitas,quid dicatur.*
3 *Filius ſibi acquirit hodie,ex omni cauſa aduentitia.*
4 *Dos,& donatio,differunt.*
5 *Pater ſi quid donat filio,& id tacite,an intelligatur de donatione propter nuptias.*

FVIT etiam alia orta quæſtio in deciſio-
ne proceſſus dicti caſtri Rupiſchinardi,
ſupra, in quatuor proxime præcedenti-
1 bus † quæſtionibus mentionatis,videlicet,ſi do-
natio facta per nobilem Ioannem Alamandi Al-
a berto,eius filio,contemplatione matrimonij, *a*
dicti eius filij:& Ioannetæ Armuetæ ciuis Gratio-
b nop.ſit,& fuerit efficax & valida, *b* dubium facit
quia donatio,facta per patrem filio, in poteſtate
conſtituto,obſtante incapacitate filij, regulari-
ter non valet.l.2.C.de inoff.donatio. l. donatio-
nes.C.de don.inter vir.& vxor. & licet in aliqui-
bus caſibus ſpecialibus valeat,enumeratis per gl.
in d.l.2.quam gl.communiter Doct. ſequuntur,
& approbant: tamen iſte caſus nõ eſt inter dictos
caſus enumeratus.eſto enim,quod excipiatur ca
ſus dotis & donationis propter nuptias, tamen
longa eſſe videtur differentia inter eos, & dona-
tionẽ,de qua ſupra in themate fit mentio. Quia
dos nõ reſidet in perſona filiæ: ſed tranſit in ma-
ritum,& occultatur vnus actus: vt ff.de dona.in-
ter vir.& vxor.l.3.§. ſciendum. Et ideo valet.ita
ponunt Iac.Butr.& Bal.in d.l.2. non ſic eſt in ca-
ſu iſto:quia donatio,de qua hic agitur, reſidet in
perſona filij,& nõ tranſit in perſonam vxoris, &
ita videtur,quod non valeat. Eſt etiam differen-
tia inter iſtum caſum,de quo hic loquimur,& do
2 nationem propter nuptias. Pro † quo ſciendum
eſt: quod nos habemus ſponſalitiam largitatem:
quæ eſt,quando ſponſus dat ſponſæ, vel econtra
ſimpliciter:vt l.cum te.& alijs pluribus,in tit. C.
de donat.ante nuptias. & donatio. propter nup-
tias.quod idem eſt hodie:vt in l.fin.eo. tit. & iſta
donatio propter nuptias eſt, quãdo vir,vel alius
pro eo,ad ſecuritatem dotis dat vxori, vt ei opti-
me ſit conſultum, quandocunq; ſoluatur matri-
monium:iuxta not.per Azo.in ſum.dicti titu.in
prin.& Hoſt.in ſumma.eo.tit.§. qualiter. per di-
ſcurſum totius principij.& de hac materia loqui-
tur l.ſi liberis. cũ legibus ſequentibus tituli præ-
allegati.Et idem etiam ſi donetur viro, vt donet
vxori,propter nuptias,vt in auth.vt ſponſali.lar-
gitas in prin.coll.9.& in auth.inde ſumpta, poſi-
ta.C.de donat.ante nupt. & iura loquẽtia de do-
na. propter nuptias, intelliguntur & loquuntur
de dona.propter nupt.videlicet,de don.illa,quę
fit vxori,vt ſupra dictum eſt:vt C.de coll. l. vt li-
beris. ibi, nulla diſcrepatione,& c.l. illam.& l.il-
lud.eod.tit.& in auth.de qualitate dotis. in prin.
col.7.& de hac etiam loquitur glo.d.l.2.& Doct.
qui illam ſequuntur,& quæ etiam differt à dona-
tione:de qua ſupra, in themate huiuſmodi quæ-
ſtionis fit mẽtio. Quia prima non reſidet in per-
ſona filij:ſed tranſit in eius vxorẽ: & ideo merito
ad inſtar dotis iudicatur:ſed iſta donatio, de qua
in themate fit mentio,reſidet in perſona filij,igi-
tur,&c.& ſic apparet,quod l.Pom.Philadelphus.
C.fam.erc.& l.dedit dotẽ.ff.de coll. bo. nihil fa-
ciunt,quod donatio iſta,de qua in themate, va-
leat:quia loquuntur in dote, vbi eſt cauſa diſſimi
lis,vt prædictum eſt:ſed,his non obſtantibus,di-
cẽdum eſt,donationem (de qua ſupra in thema-
te fit mentio)valuiſſe,& fuiſſe,& eſſe validam,&
efficacem:licet enim non ſit ſponſalitia largitas,
nec donatio propter nuptias: tamen eſt donatio
inter viuos,facta contẽplatione matrimonij,per
patrem in filium collata, & quæ facta extitit in
contractu matrimonij, fuitque, & eſt pars dicti
contractus, & confunditur cum toto ipſo con-
tractu dotali,& fingitur eſſe vnus contractus: iu-
xta no.Bal.in l.2.& l.petens.C.de pac. Vnde cum
c *c* cõtractus ipſe dotalis valeat, acquiſitionis dif-
ficultate,de parte in filiamfamilias ſublata, ma-
trimonij



trimonij fauore idem cenſeri debet de don.factá
per patrẽ filio,in cohærentijs contractus matri-
monialis, fauore cõſimili in vtroq; caſu locũ ha-
bẽte,cuius etiã contractus retinet naturã, iuxta
no.in l.etiam.ff.de inoff.teſt.& l.Marcellus.ff.de
don.cau.mort.per Bar. per eundẽ in l. poſt dotẽ.
in primo contrario tertiæ lecturæ. ff. ſol. ma. Et
præſertim cum donatio fuerit cõditionata: quia
alias nobilis Artaudus Armueti,& dicta Ioanne-
ta,eius filia,non cõſenſiſſent dicto matrimonio.
& ita valuit,ſaltẽ tãquã pactum,vt præfertur,cõ-
ditionatum,per le.cum donationis,iuncta gl. C.
de tranſ.ſecundũ opi.Placen,quã ſequuntur Pet.
Cy.& Bal.alias ſi diceretur inefficax,remanerent
decepti dicti pater & filia,& non eſſet, nec ſerua-
retur æqualitas, vbi valeret, quod pater dat ex
cauſa dotis filiæ,fauore matrimonij.d.l.Pompo-
nius Philadelphus.ff.fam.erciſ.& l. dedit dotem.
ff.de colla.cum ſimili.& non valeret,quod pater
donaret filio,matrimonij contemplatione, quã
tamen ( ne quid ſequatur iniuſtum ) volunt iura
ſeruari.l.illud.§.ad hæc autem.C.de colla. & l.fi.
C.com.vtriuſ. iud. præſertim in cõtractibus do-
talibus:in auth.de æqualita.dotis, & donationis
propter nuptias.in rubro & nigro. in prin. col.7.
Præterea generalis conſuetudo & communis ob
ſeruantia habet, tales donationes in contractib.
matrimoniorũ perſæpe fieri,& factas teneri,quæ
pro lege debent obſeruari, & in hoc attendi. vt
tenet,& not.Bal.in ſimili.in l.pactum, quod do-
ta.C.de collatio.in 2. opp. Nec præmiſſis obſtãt
in oppoſitione allegata, videlicet, incapacitas fi-
lij,&c. qua obſtante non valet donatio inter pa-
trem & filium,vt iuribus ſupra pro hac parte, al-
legatis. Quia ſecundum iura antiqua quicquid
acquirit filius,acquirit patri: vt l.placet. ff. de ac-
qui.hære.Et propterea hęredem non habet regu
lariter: vt l.2.ff.de caſtr. pecu. Tamen in certis ca-
ſibus etiã de iure antiquo, ſibi acquirebat, vt in
caſtrẽſibus,& in dote,& in pluribus alijs caſibus,
3 nõ.per Bar.in d.l.placet, † hodie tamen ſecundũ
iura noua,acquirit ſibi ex omni cauſa aduentitia:
vt l.cum oportet.in prin.C.de bon.quæ lib. Etiã
ex profectitia, ſicut ob merita non ficta, vel ob
cauſam rationabilem: vt in auth.ex teſtam.cum
ibi not.per Bal.C.de colla. Et in omnib. præmiſ-
ſis eſt capax, & habet hæredem.in auth. de hære.
ab inteſt.veni.§ quis igitur. & in §. conſequens.
& §.ſi vero.coll.9. Et ita indiſtincte ceſſare vide-
tur illa incapacitas,de qua ſupra,ita ponit glo.ſe-
cundum vnam opinionem in l.2. C.de inoff.do.
Et ſi non indiſtincte, ſaltem in hoc caſu, de quo
agitur,ceſſat contemplatione matrimonij ad in-
ſtar dotis,per iura ſupra allegata.Et quando dici-
4 tur, quod longa eſt differentia inter dotem, & †
donationẽ, de qua ſupra in themate fit mentio:
quia dos tranſit in aliam perſonam. Reſpondeo
quod non,obſtante dicto tranſitu: eſt tamen, vt
dicitur,proprium patrimonium mulierum: vt l.
deniq;.§.proinde.ff. de mino. nec ex dicta ſubti-
litate veritas deleta,vel confuſa eſt.l.in rebus.C.
de iur.dot.Et propterea dicit lex, quod quamuis
in bonis mariti dos: ſit mulieris tamen eſt pro-
prium patrimonium.ita ponit tex.in l.quamuis.
d ff.de iure dot. Et iſtud operatur *d* fauor matri-
monij:conſimili ergo fauore locum habente in
donatione,de qua ſupra in themate, conſimilis
eſſe debet iuris diſpoſitio: vt iuribus vulgatis. Et
cum dicta donatio valuerit per præmiſſa non li-
cuit dicto patri donatori, eam reuocare. l. ſi quis
argentum.§.fin.C.de dona.& l. velles. nec ne.C.
de reuoc.don.in certis enim caſibus donatio,va-
lida inter viuos reuocatur. de quibus habetur le.
fina.C.de reuoc.do.inter quos caſus iſte, de quo
hic agitur,non enumeratur. Et ſecundum ſupra
allegata fuit concluſum & determinatum per di-
ctos dominos Parlamenti, in diffinitione dicti
proceſſus,caſtri Rupiſchinardi, inter dictas par-
5 tes.† Sed iuxta præmiſſa quæro, de alia q. Pater
non fecit donationẽ, filio,in ipſo contractu ma-
trimonij:ſed ante contractum,contemplatione
matrimonij, cum aliqua muliere contrahendi,
& non exprimit, quod donationem faciat pro-
pter nuptias,an dicatur talis propter nuptias do-
natio? Credo,quod ſic,per le.2.C.de bonis, quæ
lib.alius tex.eſt in d.l.illam.ibi, de collatione ve-
ro dotis,vel donationis ante nuptias, &c. & l. vt
liberis.verſi.nulla diſcretione intercedente, &c.
C.de colla.quartus & clarior text. eſt in l. fin. C.
commu.vtriuſq; iud.ibi, ſi quis etenim pro filio
ſuo ante nuptias donationem conſcripſerit. gl.
id eſt,per ſcripturam dederit.Sequitur,vel dede-
rit.gl.ſcilicet. ſine ſcriptura. licet aliqui, in iure
erranres, voluerint dicere, quod talis donatio
per patrem filio fieri non potuerit, niſi duntaxat
à marito ſponſæ vel à patre filij mariti ipſi ſponſę
iuxta l.quod ſponſæ.& l.quum in teſt.& l. fin. C.
de don.ante nuptias. Et talis donatio eſt de iure
valida, vt probant dicta quatuor iura: ſic etiam
tenent glo.Cyn.& Bar.in l.2.C.de inoff. donati.
etiam ceſſante quocunque iuramen.

*a* ¶ Contemplatione matrimonij. *Tu vide de hoc iſtum,conſilio ſuo duodecimo, incipiente. ex facti narratione.num.1.verſicu.ad primum dubium, & per totum conſil.vol.1.*

*a* ¶ Valida. *Huiuſmodi autem donatio,contemplatione matrimonij,in filium,in poteſtate exiſtẽtem,collata pro diuerſitate temporis,diuerſam ſortitur naturã:pro tempore enim conſtantis matrimonij cenſenda eſt donatio propter nuptias,& hoc reſpectu valida eſt ipſa donatio:pro tẽpore vero finiti matrimonij, dijudicanda eſt donatio ſimplex,& hac ratione non tenet:ſed morte confirmatur: vel,reſpectu Ioannetæ & matrimonij,erit donatio propter nuptias.Reſpectu autem ipſius Alberti tantum,erit omni tempore ſimplex donatio:ita belliſſime ſentire videtur d.Oldr.conſ.151.incip.ſi quis verba donationis,&c.enimuero ex his infertur talis reſolutio videlicet,quod dicta donatio eſt efficax & valida,quatenus concernit commodũ & fauorem dictorum Ioannetæ & matrimonij:in quorum nempe præiudicium nõ*

*debet aliquatenus infringi. verum quid: eorundē commodo & fauore penitus ceſſantibus, inquātum reſpicit perſonam tantū prædicti Alber. prætacta donatio non eſt valida, niſi morte donantis ea demum confirmetur.*

c ¶ Vnde cum. *Donatio inter patrem & filium an & quādo valeat, vide Pa. de Caſt. in cōſ. 345. in antiquis.*

d ¶ Operatur. *Tria enim ſunt quæ iſtud operatur, videlicet, priuilegiū dotis: quia propriū patrimoniū mulieris: & quia dos non reſidet in filia: ſed tranſit ad maritū: & occultatur vnus actus. do. Bal. in dict. l. 2. col. 2. verſ. contra primam partem. C. de inoff. do.*

## QVÆSTIO CXLVI.

SVMMARIVM.

1 *Donatio, facta à patre filio, in poteſtate conſtituto, an confirmetur iuramento.*
2 *Obligatio requirit duo extrema.*
3 *Pater quantum conferre poſſit filio.*

IMO & ſi dicta donatio, ſupra in præcedenti quæſtione mētionata, fuiſſet ſimplex donatio, & non ob cauſam matri-
1 monij, adhuc † valuiſſet vigore iuramenti, in dicta donatione per dictum donatorem pręſtiti, de nunquā reuocādo: licet facta fuerit inter patrem
a & filium, *a* in poteſtate conſtitutum, ſecundum determinationem, recolēdæ memoriæ, domini Petri Papæ, patrui mei, prout in quodā ſuo conſilio reperio: qui do. Pe. in hac materia, pro deciſione huius quæſtionis, ſic diſtinguit: quia dicit ipſe, aut donatio proceſſit à præcedenti conuentione, ſine traditione, aut à præcedenti traditione: primo caſu aut loquimur (dicit ipſe) de obligatione naturali, aut de obligatione ciuili. de obligatione naturali certū eſt, ꝙ valet: quia inter patrē & filium poteſt cōſiſtere naturalis obligatio.
b *b* l. frater à fratre. in prin. ff. de cōd. inde. & ita pater erit obligatus filio naturaliter. Si vero de obligatione ciuili, & tunc licet ciuilis obligatio nō poſſit conſiſtere inter patrem & filium, illa ratione: quia de iure Ciuili eadem perſona reputatur. l. fi. in fin. C. de impu, & alijs ſubſti. hinc etiam dicitur, quod pater eſt caput filij, & ſic filius nō dicitur integra perſona, iuxta not. in l. cum non ſo-
2 lum. §. neceſſitatem. C. de bon. quæ lib. † Et obligatio eſt vnum quid, quod requirit duo extrema ſcilicet, extremum obligans ſeu agens, & extremū obligatū ſeu patiens. Patet, quia nemo ſibi ipſi poteſt eſſe obligatus. l. hæres à debitore. §. ꝙ ſi ſtipulator. & §. ſeruo tuo. ff. de fideiuſſ. Et cum de iure Ciuili reputentur vna & eadem perſona, pater & filius: non eſt ibi niſi vnum extremum: & ſic ibi non poteſt cadere obligatio, quæ requirit duo. quod ſecus eſt de iure naturali: quia illo iure non erat identitas perſonarū inter patrē & filiū. ideo, nō mirū, ſi ibi cadat obligatio naturalis, cū ſint diuerſa extrema, & illa ratione nō poteſt cōſiſtere inter patrē & filium ciuilis obligatio, quia
c quicquid quærit filius, quærit patri. *c* l. vulgata.
d *d* Omnia iſta ſunt introducta per ius Ciuile, in fauorem, & priuilegiū patris, ſcilicet, quod ſint eadē perſona, & pater ſit caput filij: & quicquid quærit filius. &c. Et quod filius ſit neceſſarius hæres, & ſubeat onera hæreditaria, vt pater ſine hærede non moriatur. Sed quando aliquis contractus eſt nullus in fauorem, ſeu prærogatiuam alicuius, ita quod aliqua actio nō oritur, quia quod nullum eſt, apparere non poteſt. l. nā & ſi ſub cōditione. ff. de iniuſto, rupto, & irrito teſt. Si tamē iuramentum apponatur ſuper tali cōtractu nullo, validatur, & ex eo oritur actio ſecundum glo. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vend. vbi contractus eſt nullus, ſi deficiat decretum in fauorem, & priuilegium minorum. Certe, ſi apponatur iuramentū, validatur, & datur actio ex eo. vt ibi. Ergo dicamus idem in propoſito, cum in fauorem patris ſit donatio nulla, ſed per appoſitionem iuramenti conualidetur: quia quis poteſt renuntiare fauori ſuo. iura ſunt vulgata. & iſtud eſt primum fundamentum dicti dom. Petri Papæ. Præterea dicit ipſe, quod ius Ciuile vult ſeruari, iuramentum, & religionem. l. 1. C. de ſum. Trinit. & fid. cath. Si ergo vult iuramentum ſeruari, ergo vult veritatem ſeruari, quæ eſt de ſubſtantia iuramenti. ca. & ſi Chriſtus. extra, de iureiur. ſi ergo vult ſeruari veritatem: ergo vult tollere fictionem, ſcilicet, quæ eſt, quod pater & filius non ſunt, niſi vna extremitas, in qua non poteſt cadere obligatio. vt ſupra dixi. Ergo dicamus quod per appoſitionem iuramēti cum fictio tol-
e latur, *e* quod ſint duo extrema pater & filius, etiam de iure Ciuili propter iuramentū, quod vult ius Ciuile ſeruari, in quo iuramento nulla fictio cadit. & ſic ſi ſint duo extrema de iure Ciuili: ergo ibi cadit obligatio ciuilis: & ſic pater erit obligatus naturaliter filio: vt ſupra dixi, & ciuiliter propter iuramentum. Secundo caſu, quādo donatio proceſſit à præcedenti traditione: & tunc dicit ipſe do. Pe. Papæ, cum dominia ſint de iure gentiū. Sic eſt, quod licet illa, quæ ſunt iure gentium quæſita per filium ab extraneo, nō perſiſtāt
f per momētum *f* penes filium, imo ſtatim faciūt trāſitū in patrem: tamē illa, quæ ſunt de iure gētiū quęſita per filiū à patre, in ipſo filio permanēt & in eum incorporantur. l. frater à fra. § quęſitū. ff. de cond. inde. Cum ergo dominia ſint de iure gentium, dicamus in ipſo filio permanere, & incorporari in eo ſibi donata per patrē. & iſtud eſt ſecundū fundamētū dicti do. Pet. Præterea dicit ipſe do. Pe. donatio fit nudo pacto, l. ſi quis argētum. §. pe. C. de do. Sed in nudo pacto tātum in-
g eſt naturalis obligatio, *g* quæ cōſiſtere poteſt inter patrem & filium. l. frater à fratre. ff. de condi. inde. vnde ꝙ naturaliter agitur, cōfirmari debet iuramento, vt plene infra dixi, q. 190. circa prin. Præterea & quarto, dicit ipſe d. Pe. iuramētū facit de minore maiorē, & tollit obſtaculū minoritatis: vt probatur in d. aut. ſacramēta. & ibi per Doc. dicamus ergo, ꝙ facit de vnitate duo extrema. Præterea & quinto dicit ipſe, quod illa, quæ non ſunt ꝑpetuo ꝓhibita, poſſunt validari iuramēto: ſed donatio inter patrem & filium nō eſt perpetuo prohibita: quia in certis caſib. permiſſa, videlicet, donatio ob merita, donatio ob cauſam dotis, & donatio propter nuptias, vt ſupra dictū eſt, in præceden. q. ideo non eſt perpetuo prohibita, vnde iuramento firmari debet, vt no. in l. nō dubium. C. de leg. & pe Dy. in c. nō eſt obligatoriū, de re iu. li. 6. ita dicit ipſe Pet. Papæ. Et hanc partē
h tenet *h* d. Pet. de muris, & refert d. Henricus de Bouenco in d. auth. ſacramenta. in ſua repetitione. Licet ipſe d. de Bouenco ibi dicat, quod non confirmatur talis donatio iuramento, vt ex ea oriatur actio: licet pater poſſit compelli ad obſeruandū talem donationem, vigore iuramēti, iuxta c. cum contingat. extra, de iureiurando. ita dicit ipſe ibi. Sed d. Pet. Papæ tenet, quod imo ex tali donatione oriatur obligatio, & actio: vt ſupra dixi, & credo, quod hæc fuit opi. d. Iac. Balduini. in ſua repetitione d. authen. ſacramenta. licet per alias rationes: & pro hac parte allegat, vbi ſupra idē d. Ia. Balduini tex. in auth. de immenſis dona.
3 in pr. co. 7. Vbi, † iure nouiſſimo, pater poteſt cōferre donationem in vnum ex filiis, dummodo moderatam donationem in eum conferat: & dummodo patri remaneat tantum, quod alius filius poſſit excludi à querela. C. de inoff. do. l. 2. & quod iſta donatio inter patrem & filium iuramento firmetur, tenet Bald. in l. fin. C. de vſucapionibus pro do. & ita fuit determinatum anno 1469. de menſe Iunij, in reuiſione proceſſus dicti caſtri Rupiſchinardi, dicto menſe, diffiniti.

a ¶ Inter patrem & filium. *Vide de hoc, ſcilicet, quod donatio ſimplex inter patrem & filium firmetur iuramento, iſtum plene conſi. 20. inci. viſo facto, vt ponitur, nu. 3. ver. & ſi forte diceres. & conſ. 104. incip: præſuppoſitis. nu. 3. ver. ſed quid de donatione. & conſil. 263. incip. honeſta mulier. nu. 2. verſ. 1. quia dicta donatio.*

b ¶ Naturalis obli. *Contrarium videtur ſentire do. Bal. in l. ſi pater. in 1. col. circa princ. C. de inoffi. do. Sed do. Bar. in d. l. frater à fratre. in pen. col. ver. 6. quæro, videtur vergere in opi. authoris, quæ videtur probabilior quia patria poteſtas eſt de iure Ciuili, vt inſti. de patria poteſtate. §. ius autē poteſtatis, ſed ratio ciuilis, vinculum ciuile, non autem naturale poteſt tollere. §. fi. inſt. de le. agn. tutel. ergo, &c. & hanc opi. tenet expreſſe do. Bal. in præalle. l. frater à fratre §. quæſitum. & do. Io. in addi. Specu. in tit. de teſt. in ver. pone filius fecit. in addit. quæ in c. in fine. Hubertus.*

c ¶ Quærit patri. *Hoc intellige de iure antiquo, excepto tamen peculio Caſtrenſi, ſeu quaſi: vt inſti. per quas perſonas no. acqui. §. 1. & ibi gl. & Doct. & de hac materia vide do. Bart. & Bal. in d. l. frater à fratre. in pr. & per Doct. in c. 1. extra. de pecu. cler. & in Spec. de act. poſt ver. item quod eſt filiusfamil.*

d ¶ L. vult. *Credo quod voluit allega. præ. §. 1. inſtit. per quas perſo. no. acqui. vbi habetur, quod olim quicquid acquirebat filiusfam. acquirebatur patri. excepta cauſa caſtrenſi, vel quaſi, imo verius. l. 1. in princip. ff. ſi à pa. quis ma. fue-*

e ¶ Fictio tollatur. *Vide de hoc iſtum. conſil. 31. incip: in Ieſu Chriſti nomine amen. num. 3. ſolut. primi dubij. ver. item licet donatio.*

f ¶ Per momentum. *Vt in l. placet. ff. de acquiren. hæredi.*

g ¶ Naturalis obligat. *De hac naturali obligatione plene, & de illius effectu, loquitur iſte, conſil. 12. incip. ex facti narratione. num. 4. verſi. præterea & ſi dicta conuentio. volum. 1.*

h ¶ Tenet. *Hanc in partem inclinare videtur do. Io. And. qui dicit cōtractum patris cum filio, in poteſtate, initum firmari iuramento: vt in additio. Spec. titu. de teſt. verſ. pone, quod filius. in addit. incip. in fi. Hubertus de Bobio. ibi, quæ dicit, &c. iūcto ibi iuret. Et expreſſe iſtud firmat per pulchra media dominus Bald. in l. 3. col. 2. verſicu. ſed quid ſi fuit. C. de vſucap. pro dona. Et quod iuramentum validet contractum inter patrē & filium, qui alias non valeret, videtur tex. in c. quamuis de pac. in 6. & in c. cum contingat. in fine. extra, de iureiuran. Et facit, quia in prohibitis fauore perſonæ, iuramentum illius, cuius fauorem reſpicit: facit valere, quod non valebat: vt dicit do. Io. An. in regula non eſt obligatorium. in prin. de reg. iur. lib. 6.*

## QVÆSTIO CXLVII.

*Filius in patria poteſtate conſtitutus, an hodie habeat hæredem in profectitiis.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio, facta filio, redeatne ad patrem eo mortuo.*
2 *Quæſita per filium, patri non quæruntur, eo mortuo.*
3 *Verba in donatione appoſita, ad habendum, tenendum, poſſidendum, permutandum, quid operentur.*

SEd iuxta præmiſſa quæro, ſi mortuo d. Alberto Alamandi donatario, ſuperſtite d. Io. Alamandi eius patre, & donatore, bona, donata, ad ipſum Io. Alamandi patrem donantē redierint: vel an tranſierint ad dictum Claudiū filium, & hæredem d. Alberti donatarij,
a *a* dubiū facit, quia ſicut ſoluto matrimonio, patre dotāte ſuperſtite, dos ad ipſum redit: vt l. dos
b à patre profecta. C. ſol. matri. *b* ita donatio propter nuptias, redit ad donantē, in qua dos & donatio propter nuptias, æquiparantur. vt l. cū multæ. C. de do. ante nuptias. facit l. ſi liberis. cum ibi
1 no. per gl. & in authent. dos dota. eo. titu. † Et pariter dicendum videtur in dona. de qua agitur, facta d. Alberto: vt ſoluto matri. per mortē d. Alber. donatio ipſa redierit ad eius patrem donantem, attento præſertim, quod potiſſima ratio, propter quam dicitur donatio ipſa valere: eſt argumentum iuriū, de dote loquentium, propter quæ iura, ſupra allegata, à paritate rationis dicitur ipſa donatio valere, contemplatione matrimonij: nō ergo maioris efficaciæ debet eſſe dicta donatio, quā dotis conſtitutio: nec tacitū, quam expreſſū, ſic, quod ſoluto matrimonio, redierit ad patrē donātē, ſicut dos redit, de iure ad patrē dotantē. Præterea de hoc, quod donatio, de qua agitur, redierit ad patrem: videtur caſus in l. 2. C. de bo. quæ lib. His tamen non obſtantibus, di-

cendum eſt donationē prædictam, de qua hic agi
tur, ſeu eidē ipſi Alberto Alamādi competentē,
per eius mortem in d. Claudiū, eius filiū, & hære-
dem, tranſiſſe: quia poſtquam dicta donatio fuit
validata & efficax, per ea, quæ ſupra dicta ſunt, i-
pſo altero decedente, tranſierunt in dictū Clau-
2 dium, eius filium & hæredē † Quia ſecūdum iura
auth. iſtud eſt hodie expeditum, ꝙ ea, quæ perue-
niunt ad filium per patrem, patri non quærūtur:
ſed tranſeunt ad deſcendentes ipſius filij. in auth.
de hær. ab inteſt. §. 1. col. 9. & in auth. in ſucceſſio-
ne. C. de ſuis & leg. hæred. quæ ad huiuſmodi de-
clarationē fuit facta, ac edita. Ideo moriente fili-
ofam. patre & nepote ſuperſtitib. relictis, nepos
præfertur patri: vt ibidē habetur, & eſt ratio: quia
prima cauſa ſucceſſionis eſt deſcendentiū. Secū-
da, aſcendentium. Tertia collateralium: licet ne-
pos non ſit ſuus, reſpectu filij patris ſui prædefun
cti, cum in eius poteſtate non exiſtat: in §. ſui. inſt.
de hære. qual. & diff. & inſtit. de pa. po. in §. 1. nec
ibi diſtinguitur, in qua ætate, trium, vel quatuor,
aut plurium annorum talis filiusf. vel nepos de-
cedat: ideo nec nos diſtinguere debemus. l. pro-
ſpexit. ff. qui & à quib. manu. li. non fi. Et iſtā con
cluſionē ponit gl. in d. auth. in pr. ibi dū dicitur,
& ſic no. hic, &c. Præterea, quando filia de cōſen-
ſu patris, ſtipulatur dotē ſibi reddi, & ſuis liberis:
aut ipſe pater nomine filię ſtipulatur ipſi filiæ re-
ſtitui vel ſuis liberis, tunc, ſoluto matrimonio,
ipſa dos non redit ad patrē dotantem, ſed tranſit
ad filiam, ſi viuat, vt l. ſi cū dotem. in pr. & l. poſt
dotē. ff. ſol. matri. & no. Bald. in l. quæ dotis. in l.
Gaius. ff. ſolu. matri. Et ſi ſit mortua deuoluitur
ad eius liberos, tanquam hæredes, vt eſt text. in l.
inter ſocerum. §. cum inter. ff. de pact. dot. vbi in
caſu omiſſo, & non cōprehenſo in ſtipulatione,
facta per patrē de dote ſibi reſtituenda, donare vi
detur ipſi, & ipſius ſolius eſt actio, vt l. cum dotē.
in pr. ff. ſol. mat. & tranſit ad eius liberos, tanquā
hæredes ipſius filiæ. & ita intelligit dictum §. Bar.
inſequendo Odof. & Iac. de Bello Viſu in prædi-
cta l. poſt dotem. in verſ. quarto quæro. vbi dicit,
ꝙ quando dos ex donatione tacita vel expreſſa,
acquiritur filiæ ita, quod pater nihil habet in ea
facere, trāſit ad filios, & hæredes filiæ. Secus ſi nō
donauit tacite vel expreſſe, vt notatur ibi. Vnde
cum voluerit ipſe donator bona donata, de qui-
bus agitur, virtute ipſius donationis dicto Alb.
eius filio, pertinere, necdū conſtante matrimo-
nio, ſed etiam diſſoluto: vt patet primo per illa
verba, in dicta donatione appoſita, dedit dicto
Alb. ſuo filio præſenti, ſtipulāti, & recipienti, do-
natione appoſita, puta, ſimplici, & irreuocabili,
quæ dicitur inter viuos ſine ſpe de cætero reuo-
cāda, &c. Si enim non duraret, niſi conſtante ma
trimonio, & per diſſolutionē eiuſdem cēſeretur
eſſe reuocata, & finita non eſſet perpetua & irre-
uocabilis, qualem tamen eſſe voluit ipſe dona-
tor. Itē per verba illarum clauſularū, ſaluo & re-
tento, &c. Et ſaluis retentis, &c. prædictas enim
retentiones faciendo, reliqua omnia in ipſa do-
natione cōprehēdi voluit: & nihil vlterius reſer-
uari, imo & reſeruationes, ſi quæ aliæ de iure Cō-
muni eſſent, per hæc viderētur eſſe ſublatæ. C. de
pac. conu. l. fi. in auth. de nō alie. §. vt autem. col.
2. & l. quæſitum. §. idē reſpōdit. ff. de fundo inſtr.
l. cum prætor. ff. de iud. & l. 1. in fi. cum ibi not. in
3 fi. magnæ gl. ff. de re iud. † Itē per illa verba, ad ha-
bendū, tenendum, poſſidendū, permutandū: vt
in quēcunq; voluerit, transferendū in teſtamen-
to, vel extra, &c. Per quæ manifeſte apparet, ꝙ vo
luntas in teſtamēto ipſius patris, donatoris, fuit
ꝙ tam conſtante matrimonio, quā diſſoluto, va-
leret dicta donatio: quia ſi fuiſſet intentio, ꝙ, ſo-
luto matrimonio etiam per mortē dicti Alber-
ti eius filij. dicta donatio rediiſſet ad ipſum patrē,
non eſt veriſimile, quod ei dediſſet poteſtatē alie
nandi bona, donata, & ea in quēcunq; transferē-
di, prout fecit. Poſtquā ergo apparet ex præmiſ-
ſis, d. patrē voluiſſe, & fuiſſe eius intētionis, quod
dicta bona, donata, pertinerent dicto eius filio,
abſq; limitatione tēporis, & quod donatio ipſa
eſſet perpetua & irreuocabilis, &c. dicendum eſt
per mortē dicti Alberti filij, bona ipſa non rediiſ
ſe ad dictū eius patrem: ſed tranſiuiſſe ad dictum
Claudiū filiū, & hæredē dicti Alber. Sicut & dos
in caſu ſimili tranſit ad liberos, & ad hæredes, fi-
liæ, & non redit ad patrem dotantē, per ea, quæ
ſupra dixi. Ex his patet reſponſio ad rationes, &
iura in oppoſitum allegata. Quia illud, quod dici
tur, quod dos, & donatio propter nuptias æqui-
parātur: & ſicut dos ad dotantem, ita & donatio
ad donantem redire debet: &c. habet locū, quā-
do non apparet patrem dotantem, vel donantē
voluiſſe, quod dos, vel donatio, perpetuo, nedū
conſtante matrimonio, ſed etiā diſſoluto, perti-
neret filiæ vel filio, ſecus, ſi de hoc appareat per
ea, quæ ſupra dicta ſunt. vnde cum in caſu iſto, de
quo hic agitur, de hoc appareat, &c. Et hanc opi-
c c etiam tenui dum practicabam: vt patet, in quo-
dam meo conſilio, incip. tribus ſatis, &c. ſuper
proceſſu caſtri Morgiarum facto, pariter etiā nō
obſtat l. 2. C. de bo. quæ li. quia loquitur in caſu,
vbi non apparebat, quod pater voluiſſet dotem
vel donationem propter nuptias, filio, vel filiæ
pertinere omni tempore, etiam matrimonio
diſſoluto. Et ita ſecundum hanc concluſionem
fuit determinatum per dominos meos, in diffi-
nitione dicti proceſſus caſtri Rupiſchinardi.

a ¶ Dicti Alber. donatarij. *Vide iſtum conſil. 12. in-*
*cip. ex facti narratione. num. 6. ver. ad 3. vero dubium.*
*volum. 1.*

b ¶ *De hoc plene per d. Bart. in l. poſt dotem. 7. colum.*
*verſic. 5, quæro. ff. eod. tit. ſolut. matrim. Adde, quod di-*
*cta illa l. dos à patre. intelligitur ſi filius, aut filia dece-*
*dant ſine liberis, ſecundum opi. Bart. quam ibidem glo.*
*recitat, & dicit eam teneri de conſuetudine. Et ſic quæ-*
*ſtio præſens non habet difficultatem, quia ſatis ſuſtineri*
*poteſt. quod Claudius, filius Alberti donatarij, ſuccedit*
*in dicta donatione, per d. l. dos à patre. C. ſolut. matri.*
*Et ſic poteſt dici domino authori huius libri, quid no-*
*dum in ſcirpo?*

c ¶ Opinionem. *Hæc videntur clara per ea quæ le-*
*guntur & notantur in ipſa auth. de hære. ab inteſt. ve-*
*ni. col. 9. iunctis his, quæ ſcribuntur per do. Bart. in alle.*
*l. poſt dotem. in 6. col. in 4. q.*



## QVÆSTIO CXLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Caſtrum an poſſit vel vindicatione vendicari, vel agi confeſ-*
*ſoria.*

IN proceſſu exiſtente in manib. Petri de
Boliaco, Secretarij Curiæ Parlamenti, &
diffinito per dictam Curiam die 16. mē-
ſis Febr. 1458. inter Reue. in Chriſto patrē, domi-
nū, D. Epiſcopum ſancti Pauli, Tricaſtrinæ diœ-
ceſis, ad cauſam caſtri de Balmis: agentem ex vna
parte, & nobilē Gabrielem de Baluiciis, dominū
de Targes, ſe defendentem ex alia, fuerunt factæ
23. deciſiones in iure proxime ſequentes, in Ca-
mera Conſilii, in qua erant vndecim, tam Docto
res, quā Licentiati, videlicet domini Ioan. Baiul-
li Præſidens, Vtriuſq; Iuris Doctor. Ma. Thomaſ-
ſini in legibus Licentiat. miles. Guil. Guillonis,
decretorum Doct. Ioa. de ſancto Germano. leg.
Doctor, Aduocatus fiſcalis. Io. de ſanct. Germa-
no. in legibus Licentia. præpoſitus eccleſiæ ſan-
cti Andreæ Gratian. Ioan. Vileta legum Doctor.
Pet. Anshelmi. Ioan. Moreti, Franciſcus Chan-
terelli. Anto. Valerij legū Doctores. & ego Gui-
do Papæ. Licet aliqui fuerint in cōtraria opinio-
ne: attamen maior pars ita concluſit. † Primo,
1 namq; fuit quæſitum, an dictus dominus Epiſco-
pus petendo dictū caſtrum de Balmis, potuerit
intentare, prout intentauit rei vendicationē, vel
an debuerit intentare confeſſoriam, prætextu iu
rium incorporaliū dicti caſtri, cum petat ipſum
caſtrum cum iuribus & pertinentiis: quæ pertinē
tiæ videlicet, iuriſdictio, pulueragiū, ius paſquei-
randi, & ſimilia ſint incorporalia. Iſtam quæſtio-
nem mouet dominus Inno. qui ponit exemplū,
quando petitur ciuitas, caſtrum, vel villa, an cō-
petat rei vendicatio. Et poſt multa concludit, ꝙ
hoc caſu potuit intentari rei vendicatio, cū ipſe
dominus Epiſcopus prætendat, dominium dicti
caſtri ſibi in ſolidum pertinere. pro quo allegat i-
pſe in ar. l. 2. C. de fundis limit. & l. 2. C. de bon.
vacantib. Secus autem dicit ipſe dominus Inn. Si
dictus dominus Epiſcopus prætenderet, tantū-
modo in dicto caſtro ſibi pertinere aliquod ius.
a videlicet, iuriſdictionem, *a* vel aliquod ius in-
corporale: nam tunc eo caſu non cōpeteret rei
vendicatio, ſed confeſſoria, quia rei vendicatio
b non cōpetit pro re incorporali, *b* vt videtur velle
glo. in c. paſtoralis. ſuper verbo vendicare. extra,
de cauſa poſſeſſionis & proprietat. ita dicit ipſe
dominus Innocent. quem ſequitur dominus An
ton. de Butr. in c. cum venerabilis. extra de reli-
gioſ. do. Ita etiam dicit Io. Fa. inſti. de actio. infra,
§. præiudiciales. in 8. col. ver. ſatis vidimus. de a-
ctionib., quæ competunt, &c. & in §. omniū. eo.
tit. in 10. col. & ibi late de hoc. Et ita fuit conclu-
ſum inter dictos dominos, nemine diſcrepante.

a ¶ Iuriſdictionem. *Vide ſuper hoc dom. Bal. in l. 1.*
*vlt. col. verſic. quæritur vtrum. ff. ſi cert. pet.*

b ¶ Rei vendi. pro re incorporali. *Hoc autem verū*
*eſt, quod actio rei vendicationis, non datur ad incorpo-*
*ralia, hac limitatione tamen adhibita: videlicet, niſi*
*incorporalia veniant acceſſorie ad rem corporalem, vt*
*dicit dom. Alex. in addit. ad Bar. in l. vendicatio. ff. de*
*rei vendic. alleg. ad hoc. l. 1. §. 1. & §. ſi fundus. ff. de vi*
*& vi arma. vbi licet interdictum, vnde vi. non detur*
*ad mobilia principaliter, tamen datur in conſequētia,*
*quando accedunt rei immobil. & ita dicit tenere Inno.*
*per ibi no. in c. examinata, extra, de iudi.*

## QVÆSTIO CXLIX.

SVMMARIVM.

1 *Res Eccleſiæ vt alienentur, quid requiratur.*

1 SEcunda concluſio in dicto proceſſu caſtri † de
Balmis, fuit iſta, quod pro forma alienationis
a rerum eccleſiæ, *a* non requiritur forma requiſi-
ta, & data in authen. hoc ius porrectum. C. de ſa-
croſan. eccleſ. ita tenent Cy. Bar. & Bald. & Ang.
in d. auth. hoc ius. idem tenent gl. & Innoc. in c.
dudum. de re. eccle. non alie. li. 6. & Hoſt. Io. An.
Henric. Bohic. & Ant. de Butr. in c. nulli. de re ec-
b cleſ. non alie. Sed ſufficit ſolennitas, *b* & forma,
data in ſumma. 12. q. 2. in c. ſine exceptione. eadē
cauſa. & q. in c. dudum. de re. eccleſ. non alie. quæ
forma eſt, quod alienetur cum tractatu præce-
denti, & de conſenſu Capituli: & ibi non dicitur
requiri conſenſus Archiepiſcopi. licet Bal. & An-
gel. in d. auth. hoc ius. dicant illud requiri. idem
dicit gl. in c. 1. in verbo, defenſore. in fin. de reb.
eccleſ. non alie. li. 6. quod requiratur conſenſus
Archiepiſcopi, quādo Epiſcopi vel Archiepiſco-
pi alienant. An autem requiratur in alienatione,
facta per Epiſcopum, authoritas Archiepiſcopi,
& eius conſenſus: Io. And. in d. c. 1. de reb. eccleſ.
nō alie. li. 6. ſe remittit ad ea, quæ notauit de his,
quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Ca. & ibi con-
cludit, quod ſi Epiſcopus iurauit nō alienare, ſi-
ne conſenſu Papæ, vel Archiepiſcopi, requiritur
conſenſus Archiepiſcopi, aliter non valeret alie-
natio. Aut non iurauit, & non requiritur conſen
ſus, nec authoritas Archiepiſcopi, nec Papæ, cū
hoc iure cautū non reperiatur, ita ibi concludit,
quē ibi ſequitur. Inno. & Hoſt. in c. 1. de his, quæ
fiunt à prælat. ſine conſenſu Cap. Idem Henricus
Bohic. in c. irrita. eod. titul. idem ibidem tenet
domin. Card. Florent. referendo ibi ita tenere
Archid. idem tenet & concludit Anton. de But.
in c. 1. de his, quæ fiunt à prælato. Idem tenet In-
noc. quem ſequitur Do. de ſancto Gemin. in c. 1.
de reb. Eccleſ. non alien. ita concluſerunt di-
cti domini Doctores in deciſione dicti proceſſus
exiſten-

existentes,licet do. Io.de Imo.dicat,quod tutius eſſet requirere cõſenſum Papæ,vel Arch.propter oppoſitiones euitandas.in c.1.de his, quæ fiunt à Prælat.ſine conſenſu Ca. Vide etiã ad hanc materiã,quæ dicta ſunt ſupra. q.100. & j. q.594.Sed quę ſolennitas ſit ſeruãda in alienatione rei fiſca-
c lis:vide gl.in l.1. *c* C.de fide inſtr. & iure haſtæ fiſ.
d li.10 Sed quæ ſolennitas requiritur, *d* quãdo vẽditur res priuati pro debito fiſcali.no.in l.ſi quos. C.de reſcind.vend.vide infra,q.594.

*a* ¶ Rerum eccleſiæ. *De materia alienationis rerum eccleſiæ,de qua in hac quæſtion. cum decem ſequent.& quæſt.594.tangit,vide in deciſ.Tho.quæſt.97.*

*b* ¶ Sufficit ſolẽnitas.*Et quod hodie in alienatione rei eccleſiæ ſufficit conſenſus Epiſcopi & Capituli , tenet dom.Gofr.in ſumma,de re.eccle non alien.1.colum. ver.prohibentur.Et ibi ſubiũgit,quod ſi res modica ſit, & neceſſitas magna, non requiritur conſenſus Capituli.alle.12.q.2.terrulas. Et quænam ſint cauſæ, propter quas de iure,res eccleſiæ poſſunt alienari:ponit, vbi ſupra,do.Gofred,dicens,quatuor eſſe cauſas,ad quas fere omnes aliæ reducuntur.videlicet,cauſa neceſſitatis: vt cum debitum vrget.cauſa pietatis:vt pro redemptione captiuorũ,vel alimoniis pauperum.cauſa vtilitatis:vt in cap.ſine exceptione.12.q. 2. cauſa incommoditatis, vel minoris vtilitatis: vt in d. c. terrulas. & de hoc, quod prædixi,vide dominum Innocen.in cap.ſi.de re. Eccleſ.alienan.vel non.*

*c* ¶ L.1.*Et ibi dom.Bart.*

*d* ¶ Requiritur.*Vide gl.1.in l.ſi minori.C. de iure fiſ. lib.10.*

# QVAESTIO CL.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio contra Eccleſiam , an incipiat currere à tempore Prælati male alienantis,vide & nu.2.*

TErtia concluſio fuit , in dicto proceſſu
a caſtri de Balmis. quod præſcriptio *a*
1 contra eccleſiã , † non incipit currere à tempore Prælati male alienantis : ſed à tempore eius ſucceſſoris:& ſubducitur tempus, quo vixit Prælatus male alienans,per text.in c.ſi ſacerdos. 16. q.3. & ita tenent Innoc.in c.cum ex literis.in prin.de reſtit.in integ.& gl.fi.in c.1.de reſt. in integ.& videtur ſentire Ioan.Fab.in l.fin.C.in qui. cau.in integ.reſtit.non eſt neceſſaria.in fi. † No-
2 tanter loquor de Prælato male alienante: quia ſi Prælatus aliquid alienauerit,quod potuerit de iure alienari, & cum ſolennitate, ad hoc requiſita, de qua ſupra dixi,q.149.tũc curreret præſcriptio de tempore Prælati alienantis.vt volunt. Docto. in locis præallegatis,ita concluſerunt dicti domini Doct.ibi præſentes.

*a* ¶ Præſcriptio. *Quod contra Eccleſiam non currit præſcriptio:viuẽte Prælato in bonis alienatis, tenet do. Bald.in l.1.C.de bonis mater.1.col.circa prin. verſic.in text.ibi nullam præſcriptionem.*

# QVÆSTIO CLI.

SVMMARIVM.

1 *Res Eccleſiæ an præſumantur alienatæ in vtilitatem eccleſiæ.*

QVarta concluſio fuit,vt in dicto proceſſu caſtri de Balmis, quod licet in inſtrumento dicatur & narretur, quod ſit
a factum cauſa vtilitatis *a* † Eccleſiæ, quod tamen
1 non præſumitur,niſi aliter probetur.*b* text.eſt in
b c.1.iuncta gl.& ita ibi tenet Dominicus de S.Geminiano.de re.eccle.non alie.lib.6.licet contrarium voluerit ſentire gl.Inno.Hoſti. Cardi. Florent.in q.1.in c.ea noſcitur.de his, quæ fiũt à Prælato ſine conſenſu Capit.vbi dicit ipſe do.Cardi. Floren. ꝙ quando Abbas præſentat aliquem, licet non dicat,quod præſentat de conſenſu Capituli,præſumitur cõſenſus Capituli interueniſſe: cum de iure interuenire debeat : de quo ibi per eum.ita etiam dicit do.Ant.Butri.maxime,quãdo inſtrumentum facit pro eo , qui eſt in poſſeſſione non recenti, ſed longinqua:in dict. cap.ea noſcitur.de his,quæ fiunt à Prælato.

*a* ¶ Vtilitatis. *vbi enim eſt forma ſeruata, & decretum ſuperioris interpoſitum, ſemper præſumitur factũ pro vtilitate Eccle.vt dicit do.Bal.in c.1. in verſ.quæritur.qui feu.da.poſ.in vſi.feu.*

*b* ¶ Niſi aliter probetur.*Pro hoc bene facit,quod dicit do.Bart,in l.ſi forte.verſic.vlt.ibi,ego dico. & melius ibi.& hoc dixi,vbi dicit, quod ſi inſtrumento vẽditionis,factæ à Capitulo,alicuius Eccleſiæ cõtinentur, præcedentibus legitimis tractatibus,&c.Iſta verba inter eaſdem perſonas non probant:ſed forte ſecus eſſet dicendum,ſi ſpecificaretur,quæ , & qualis vtilitas Eccleſiæ interueniſſet.arg.eorum.quæ dicit Bal.in auth.vnde ſi parens. circa pr. ver.debet tamen.ibi,ergo quando pa.C.de inoffi.teſta.*

# QVÆSTIO CLII.

SVMMARIVM.

1 *Tempus,quo Eccleſia fuit in commendam conceſſa, an debeat ſubduci de præſcriptione*
2 *Eccleſia conceſſa in commendam,an dicatur vacare.*
3 *Depoſitum quo caſu non debeat reddi.*

QVinta concluſio, quod de tempore præ-
1 ſcriptionis non ſubducitur tempus† quo Eccleſia data fuit in commendam : quia
a tunc non dicitur vacare. *a* ca.nemo. & ibi glo.de elec.lib.6.& Archid.Ioan. Mo. & Dominicus de ſancto Geminiano. quia illo modo habet legitimum defenſorem:& eſt canonicus titulus,datio in commendam:de quo in c.dudum.2.de elec.& in c.qui plures.21.q.1.& per Innoc.& Doct. in c. ſi conſtiterit.de accuſat.& maxime per do.Card. Flor. qui omnes concludunt,quo dicitur legitimus & canonicus titulus : & facit fructus ſuos: nec† tunc dicitur vacare Eccle.nec obſtat.c.1. de depoſito:quia ibi dicitur,quod canonici & eccleſia non tenẽtur de depoſito,ex eo , ꝙ pecunia nõ fuit cõmendata,id eſt , in depoſitũ tradita eccleſiæ:ſed viro Belial , de quo non tenetur eccleſia,
3 & ſic nihil facit ad factũ. nec † pariter obſtat tex. in c.ne quis arbitretur. vbi dicitur, ꝙ ſi tu mihi in cõmendam, id eſt in depoſitũ tradideris gladiũ tuũ,& poſt efficiaris furioſus, ꝙ tibi reddere non debeo. Non obſtat pariter c. 1. iuncta gloſſ. fin. de præſcrip. quia ibi loquitur , quando Prælatus eſt hæreticus,tunc contra eccleſiã nõ currit præſcriptio,quia tunc dicitur quaſi vacare:nec eſt legitimus Prælatus & ſponſus. Sed quando datur in commendã,cõmẽdatarius eſt bene legitimus Prælatus:vt prædixi ſupra,& ſic non obſtat.

*a* ¶ Vacare.*Eccleſia commendata, cenſetur vacare de iure,non autem de facto,ita videtur ſentire do. Archi. in c.qui plures.21.q.1.Et facit , quia commendatarius non habet ius in Eccleſia,ſecundum d.Inn.in c.dudum. 3.col.1.in gl.ſua ſuper ver.conceſſionem.extra de elect. poteſt tamen ſumere alimenta,vt dicit d. Arch. in d.c. qui plures.& in c.nemo.colum.in ver.commendare.de elect. lib. 6. Et ſic videtur,quod eccleſia commendata, ſublata commenda,remaneret vacans in Curia Roma. facit,quod not.Archi.in c.is,cui.circa prin.ibi,& quia Papa.eo.tit.lib.6.Sed & forte verius videtur, quod cõmendatarius fructus ſuos faciat , & eccleſia commendata,non dicatur vacare : quia commenda eſt canonicus titulus,ſecundum gl.& do.Arch.& Io.An.& Pet. de Anch.in d.c.nemo.& do.Car. in clemen.ſi.pen col. 12.q.de proc.item quia commenda habet quandam attinentiam,vel affinitatem cum prælatura:licet non ſit prælatura,per quam Eccleſia non dicitur vacare in qua dictũ eſt,habetur titulus commendæ : quia titulus eſt tantus ad acquiſitionẽ fructuũ,ita ſentit.Io.An.in præalle.c.nemo.in 3.glo. commendare.& ibidem poſt eũ d. Pet.de Ancha.in verſ.quæro.& pro hoc aliqui allegant Lap.in additio.ad Fed.in tracta.permut.quæſtio.15.*

# QVÆSTIO CLIII.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus rem repertam in menſa Eccleſiæ,non poteſt infeudare inconſulto Papa*

1 SExta cõcluſio, † quod Prælatus Epiſcopus,vel alius quicunq; ſit, non poteſt rẽ eccleſiæ,& menſæ Epiſcopalis , nõ ſoli-
a tam infeudare, de nouo infeudare *a* inconſulto Romano pontifice,obſtante iuramento præſtito,per eos de non infeudando Rom.põtifice inconſulto.per c.vt ſuper.de reb.Eccle. non alie.& c.2.de feudis.& per tex.in c.1.& ibi gl. fi. qui feudum dare non poſſ.in vſibus feudo. per text.in c. 1.Epiſc,vel Abbatem feudum dare non poſſe. & in c.1.de clerico,qui inueſtituram facit.& iſta eſt vera concluſio,quam tenet gl. iuris Canonici pariter & Ciuilis in locis præalleg.Hoſt.Inn. Henr. Bohic.& Ioan.An.Card.Flor.Inno.Ant.de But. & omnes Doct.in d.c.2,de feud.Bar.Bal.Ang.& Sal.in authen.quas actio.&in authen.ſi quas ruinas.C.de ſac.ſanct.eccle.& Andr. de Iſern. & Iacob.de Aluarot.in feud.in cap. præallegatis.Sed
b ſi Prælatus non iurauerit, *b* non infeudare incõſulto Romano pontifice, non requiritur eo caſu authoritas Papæ : vt dixi ſupra q. 149. & ita fuit cõcluſum in diffinitione dicti proceſſus caſtri de Balmis:in quo proceſſu non reperitur, quod dominus Epiſcopus Deodatus,infeudãs iurauerit, non infeudare rem eccle.inconſulto Rom.pontifice,nec quod aliud iuramentum præſtiterit.

*a* ¶ Infeudare. *Clericus ſeu Prælatus non poteſt infeudare ea bona,quæ tempore ſui ingreſſus,reperit incorporata,in eccleſiæ poteſtatem & mẽſam,ſolita infeudari: vt dicit do.Iaco.de Aluarotis.in c.7.in princip.3. colũ. verſ.quæro.cum glo.ibi ex quibus infertur.de his, qui feu.dare non poſſunt.in vſi.feud.*

*b* ¶ Iurauerit.*Omnes autem exempti, & qui aliquod beneficium ,ſeu aliquem gradum à Papa recipiunt , tenentur iurare de non alienando res eccleſiæ , Romano pontifice inconſulto:vt dicit do.Bal.in d.c.1. in princi. 3.col.verſicul.quæro:quæ ſint.de his,qui feu.alien. non poſſ.& gloſſ.in verbo,ſacramento.in præalleg.c. vt ſuper de rebus Eccleſiæ alienan.vel non.Si tamen non iurarunt & alienauerunt rem eccleſiæ , tenet alienatio ſeu infeudatio.dummodo neceſſaria , in alienationẽ rei eccleſiaſticæ,adhibeantur,de quibus in cap.1. dominus Petr.de Ancha.de rebus eccleſ.non alienan.lib 6.& ita notando ſentire videtur dom.Bal.in c.1.verſicul. not. quod Archiepiſcopus. ibi,cum omnes Epiſcopi. de cle. qui ineſti.fac.in vſib.feu.*

# QVÆSTIO CLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus quo caſu rem Eccleſiæ infeudare poſſit,& quo non.*
2 *Bona quando dicantur applicata menſæ Eccleſiæ.& numero.3*
4 *Menſa Eccleſiæ,quid dicatur.*

1 SEptima concluſio,quod, licet res † eccleſiæ,ſolita infeudari poſſit per Prælatũ,ſi aperiatur feudũ,inconſulto Romano pontifice , debitis ſolennitatib. requiſitis infeudari, per iura prædicta,tamen ſi aperiatur feudum , & Prælatus dictum feudum apertũ, & ſolitũ infeudari,non infeudet,ſed recipiat fructus,& ſucceſſor Prælatus reperiat illud feudum inter bona menſæ,non poterit inconſulto Ro.pontific. infeudare,ſi tenuerit per annum inter bona menſę ſuæ,& non infeudauerit.ita tenet Arch.in c.1.35. q.8.Barto.vero in l.ſi vacantia.C. de bon.vacan.
2 lib. 10. dicit , quod tunc † dicantur applicata menſæ,& eſſe de menſa,quando per officiales,ad hoc deputatos , deſcripta ſunt in libro aliorum bonorum menſæ, vel quando prælatus hoc declarauerit.gloſ.vero,in clem. 1. de exceſſib.prælato.in verbo, menſam.poſt Inno. in c.vt ſuper
4 a de rebus Eccle.alien.vel non. dicentem, quod bona

bona intelliguntur de menſa quando percipit
Epiſcopus non ſolũ directum dominiũ, ſed etiã
vtile,& tunc infeudari non poteſt:ſecus,quando
ſolum percipit dominiũ directum. Sed do. Card.
Flore.dicit in c.2.extra,de feudis,quod ſi per an-
num Prælatus tenuerit feudum apertum in men
ſa ſua,quod deſinit eſſe feudum, ſolidum infeu-
dari,& amplius non poterit incõſulto Romano
pontifice:quia poſtquam tenuit per annum,ſatis
videtur innuere,quod voluerit applicare menſæ
ſuę: niſi ex alia cauſa diſtulerit infeudare:de qua
appareat:puta,vt poſſet reperire bonũ vaſallum,
propitiũ Eccleſię. Et de hoc proteſtetur,quod li-
cet teneat,& non infeudet infra annũ,eſt tamen
deliberatus infeudare: dummodo inueniat vaſal
lum propitium.gl.etiam in c.1.qui feu.dare poſ.
hoc idẽ ſentit,videlicet,quod Prælatus bona Ec-
cleſiæ,quę reperit tempore ſui ingreſſus de men-
ſa Eccle.licet alias ſint ſolita infeudari, nõ poſſit
infeudare,niſi dũtaxat bona ſolita infeudari,quę
tempore ſuo aperiuntur. Sed illa glo.communi-
ter reprobatur,per c.1.in fi.de clerico,qui inueſti
turam facit:vbi dicitur,ꝙ Archiepiſcopus Medi-
ola.id,quod tempore ſui ingreſſus reperit in Ec-
cleſia non infeudatũ, non poteſt infeudare:licet
ſit ſolitum infeudari. Alij vero Epiſcopi ea, quæ
ſunt ſolita infeudari,licet tẽpore eorũ ingreſſus,
reperiant in bonis Eccleſiæ,ſi ſint ſolita infeuda-
b ri,poſſunt infeudare.& hoc ibidem tenet Bal. b
dicens ad hoc,vt poſſit nõ infeudare,requiritur,
quod probaretur incorporatio facta menſæ Ec-
cleſiæ ſecundum ea,quæ dicit Bar.in l.vlti.3.not.
C.de bo.vacan.li.10.& ſecundũ Bal.ibidem hoc
quaſi videtur ſentire Innoc.in c. vt ſuper. de reb.
eccl.non alien.& glo.poſt eum in c. Eccleſia fre-
quens,in verſi.ad menſam.extra de exce. Præ.vbi
3 dicunt.quod † bona intelliguntur de menſa,quã-
do Epiſcopus percipit vtile, & directũ dominiũ.
Sed dictus dom. Epiſcopus Deodatus, qui dictũ
caſtrum de Balmis infeudauit baſtardo de quæra
lio,percipiebat directum, & vtile dominium di-
cti caſtri de Balmis, tẽpore dictæ infeudationis:
ergo intelligitur de menſa.do. Iac. de Aluarotis
vero,in c.qui feudum dare poſſunt. tenet idem,
quod Bal.videlicet, quod licet Prælatus tempo-
re ſui ingreſſus reperiat bona Eccleſiæ, alias ſoli-
ta infeudari,poterit infeudare, ſicut feciſſet præ-
deceſſor ſuus, per rationes ibidẽ poſitas per Bal.
Niſi(vt dicit) eſsẽt incorporata Eccleſiæ,& facta
de mẽſa,vt dicit ipſe.habetur per Doct.in c.vt ſu-
per.extra,de reb.eccl.nõ alie.& per gl.in cle.præ-
alle.in quibus dicũt Docto.quod quando perci-
pit Epiſcopus vtile dominium,dicitur de menſa.
vt ibi:quia tunc inconſulto Papa, infeudare non
poſſet.ita ibi dixit And.de Iſern. in d.c. qui feu.
dare non poſ. vbi tenet, quod licet prædeceſſor
non dediſſet in feudum illud, quod ſolitum fuit
infeudari:nihilominus poſſit ſucceſſor dare:arg.
not.in l.cum de conſuetudine,ff. de legib. niſi à
prædeceſſore immediate fuiſſet illud feudum re-
ceptum in menſam ſuã,per triginta annos, quo-
niam tunc eſſet inducta cõnſuetudo non dandi.
& iſtæ ſunt opin. Doctor.in hac materia ſcriben-
tium. Sed ſi dicta dominorum Doct. & iura,quæ
ipſi allegant,recte conſiderentur,vidẽtur omnes
ſentire id,quod ſonat gl. Archi.& do. Card. Flor.
videlicet,ꝙ illa bona,ſolita infeudari, reuertan-
tur ad eccleſiam, & nouus prælatus reperiat de
menſa eccleſiæ ſuæ,licet ſint ſolita infeudari, &
tenuerit per certum tempus,ſaltem per annũ,ſe-
cundum Archi. & Card. Floren. imo etiam ſine
tẽporis præfinitione, dũmodo fuerit reducta ad
menſam, & deſcripta cum aliis bonis de menſa,
ſecundum Barto. Bal.& Iac.de Aluarotis in loco
præallega.& tunc nõ poterit illud nouiter infeu-
dari. Et dicuntur & prę ſumuntur in dubio eſſe de
menſa Eccleſiæ,ſecundum Inno. Hoſt.do. Card.
Flor.& Doct.in c.vt ſuper.præalle. quo caſu non
poteſt,incõſulto Romano Pontifice, Epiſcopus
infeudare:ita omnes ſentiunt. Et pro iſto caſu,in
quo ſumus:quia apparet ex diſcurſu dicti proceſ-
ſus, quod dictum caſtrum de Balmis, ſit ſolitum
infeudari:ſed apparet, ꝙ dictus Epiſcopus Deo-
datus de ſtagno, Epiſcopus Tricaſtrin. infeudans
tenebat in menſa,& cum aliis bonis eccleſiæ ſuæ:
dicendum eſt, quod dictus dominus Epiſcopus
c Deodatus,non potuit infeudare c dictum caſtrũ
de Balmi,dicto baſtardo de quęralio,inconſulto
Romano põtifice:per tex.in d.c. vt ſuper.de reb.
4 eccl.alie.vel non. † Quæ dicatur menſa, & quid
appellatione menſæ contineatur, vide text.gl.&
Bart.in l.cum pater.§.menſæ.ff.de leg.2. Quæ res
dicantur eſſe de menſa Epiſcopi vel Abbatis. vi-
de Innoc.in d.c.vt ſuper & ponit remittẽdo Bar.
in auth.qui rem. C.de ſacroſan eccl.& vide gl.&
Ioannem Andr.in clement.1. de exceſſi. Prælat.
verbo,ad menſam.d

a ¶ Inno.dicit. *In præallega.c.ſuper.in glo.ſuo.in ver. de menſa.dicit ipſe do.Inno. quod cum Epiſcopus iurat non alienare ea,quæ ſunt de menſa,intelligitur, vt non ſolum teneatur non alienare, quæ antiquitus aſſignata ſunt menſæ:ſed etiam,quæ de nouo:ſecus autem eſt in illis rebus,quæ Eccleſiæ ſunt: ſed aliis datur vtile dominium,etiam quando ad Eccleſiam reuertuntur. & dat exemplum in feu.& ſic not. quod res. in quibus Eccleſia habet directum dominium,& alias vtile, non poſſunt dici de menſa,cum alius fructus percipiat: hoc eſt, quod rerum feudalium,etiam ad Eccleſiam reuerſarũ, fieri permittitur noua infeudatio: vt in d.c.2.de feu. res enim,quæ apud Eccleſiam ſunt, ita vt in bonis, & vtilitate eius perſeuerent, cenſendæ ſunt de menſa.& de illis ne quid exeat de menſa,non licet alienare ſeu infeudare,Romano Pontifice inconſulto, obſtante iuramẽto,hæc quidem colliguntur ex ſcriptis eiuſdem dom. Innoc.in loco præallega.& dom.Bal.in præalleg.cap.1. de cler.qui inueſt.facit.*

b ¶ Ibidem tenet Bald. *Videlicet, in præalleg.c.1.in prin. in 5.colum.ver.conſuetudo ibi,ea enim,quæ non ſunt,vel verius in d.c.1,puta,in vlt.not de cle. qui inueſt.facit.vbi dicit notando,quod eo ipſo,quod Eccleſia reperitur in poſſeſ.feudi. non ideo præſumitur incorporatam eſſe,niſi hoc probetur, quod dicit menti fore tenendum,& remittit ad not.per dom. Bart.in l.vlt.C. de bon.vacan.lib.10.& per dom.Ioan. And. in c. 1. de reſcri.in clem.*

c ¶ Non potuit infeudare. *Hoc eſt intelligendum, ſi iuraſſet non alienare ſeu infeudare,iuxta ea, quæ dicta ſunt ſupra,in quæſtione proxime præcedenti.*

d ¶ Glo.& Ioan. And. *Super ver. menſam, Illa gloſſ. bene declarat,quæ ſint Eccleſiæ,ſeu res de menſa. Eccleſiæ autem illæ dicuntur de menſa, quæ ſunt ita vnitæ, quod non habent rectorem perpetuum, vt dicit dom. Cardin.in prædi.clem.1.in verſicu.præſentatos.2.col. 3.q.de exceſſi.Præla.*

## QVÆSTIO CLV.

SVMMARIVM.

1 *Contractus feudalis,vel permutatio an dicatur, quando in infeudatione reperitur, quid datum in recompenſam.*

2 *Feudum gratia,non præmio conceditur.*

1 ET ita vt in proxima præcedenti † deciſio
ne continetur,fuit cõcluſum per dictos
dominos Doct.in caſu, in quem dictus
cõtractus,de cuius reuocatione in dicto proceſ-
ſu agebatur,fuiſſet mere feudalis. Sed aliqui ex di
ctis dominis Doct. opinando dixerunt,hoc caſu
dictum contractum non fuiſſe feudalem,ſed po-
tius fuiſſe contractum permutationis, cum pro
dicto caſtro de Balmis, dictus baſtardus de Quæ-
ralio tradiderit in compenſam dicto Epiſcopo
Deodato bona,quæ habebat in ſancto Reſtituto
2 & in certis alijs locis. † Quia ſecundum naturam
feudi,non conceditur feudum præmio, ſed gra-
a tia.a vt ſunt iura vulgata.& cum natura feudi, de
qua in ipſo contractu fit mentio, alterari & con-
uerti potuerit in contractum,& naturam permu
tationis.arg.l.vbi ita donatur.ff.de do.cauſ.mor.
& per conſequens,non fuit opus conſenſu Papæ,
qui requiritur in infeudatione rei Eccleſiæ, non
ſolitæ infeudari:vt dixi ſupra, quæſt. 153.in prin-
cip. Sed hoc caſu ſufficere debuit tractatus,& cõ-
ſenſus Capituli,prout in quacunq; alia alienatio
ne:vt plene ſcripſi ſupra,q.149. Et iſtud fuit vnũ
fundamentum, quare fuit lata ſententia abſolu-
toria,ſuper dicto proceſſu, pro dicto domino de
Targes,reo.

a ¶ Sed gratia. *Hoc tenet dom.Bal.in l. quoties. in vltim.colum.verſ.ex his ibi,& per quos & glo. in cap. 1. & ibi do.Iac.de Aluar.de benef.fra.& tex.expreſſus in c.1.in fin.de feu.da.in vic.l.cõmiſſ.ſed veritas eſt,quod feuda poſſunt acquiri per pecuniam,indiſtincte: vt tenet concluſiue do.Iac.de Aluar.in præalle.c. in 2. col. in verſ.ex qua gl.elicit duas cõcluſiones.ibi,ſed tu melius & ſubtilius.de beneſi.fra.in vſi.feudo. & ex hoc patet ſolutio præſentis quæſtionis. Nam dare pecuniam, vel rem aliam pro feudo acquirendo, non eſt cõtra ſubſtantiam contractus feudalis,& ſic non tranſit in aliũ contractum,obſtante quoq; verborum ſignificatione, quæ id non patitur:facit quod legitur & ſcribitur in l. cum precario.ff.de preca.vide dom.Bart.in l. vbi ita donatur.prima oppoſitione.ff.de donatione cauſa mortis.*

## QVÆSTIO CLVI.

SVMMARIVM.

1 *Res inutiles & oneroſæ Eccleſiæ, poſſintne alienari ſine vlla ſolennitate.& num. 2.*

3 *Iuramentum non debet extendi ad grauamen Eccleſiæ.*

ALIA concluſio fuit in dicto proceſſu,
1 quod licitum eſt,tam ſecundum † text.
2 quam gl.& Doct. alienare res Eccleſiæ
minus vtiles, vel quæ ſunt oneroſæ Eccleſiæ, &
quæ plus incõmoditatis afferũt, quam commo-
ditatis,etiam ſine aliqua ſolennitate, a ſecundũ
a diſpoſitionem vniuerſitatis,Concilij Agatenſis,
relati in c.terrulas.& in c. item dominus. 12.q.2.
& in c.fugitiui.& in c.non liceat.eadem cauſa. &
q.gl. 1. in ſumma. eadem cauſa & quæſtione.& i-
b dem Hugo.& Archidi. b Idem tenent Inn. Hoſt.
Henric. Bohic.do. Franc. de Zabar. Card. Floren.
in c.nulli.extra,de rebus Eccl.non alie. Idẽ Hoſt.
in ſumma.eo.titul.§.ex quibus.ver.5.cauſa incõ-
moditatis.idẽ gl.in c.1.extra,de his,quæ fi.à Præ-
latis.quam gl.ſequitur ibidem Hoſt.& Car.Flor.
dicentes: † quod Epiſcopi poſſunt alienare do-
2 mos, etiam in ciuitatibus exiſtentes, quæ ſunt
maioris oneris quã vtilitatis, & maioris incom-
modi, quam commodi. Idem tenuit Fede.
de Senis in ſuo conſi.303. in quo conſilio dixit
& conſuluit (vt refert Cardin. Floren. in c. 1.
extra,de his,quæ fiunt à Prælat) quod Prælatus,
qui iurauit non alienare inconſulto Papa, poteſt
alienare, dando in emphyteuſim rem exigui va-
3 loris. † Quia iuramentum non debet extendi ad
grauamen Eccleſiæ:nec ad id, quod eſt in detri-
mentum Eccleſiæ.idem tenet do. Anton.de But.
in c.1.extra,de his, quæ fiunt, à Prælat. vbi dicit,
quod Doct.dicunt,& tenẽt,quod Epiſcopus po-
teſt alienare domos Eccleſiæ, quæ ſunt maioris
ſumptus,quam reditus, ſine aliqua ſolennitate.
idem tenet Hoſti.in Summa.de his,quæ fi.à Præ-
lat.ſine conſenſu Capituli.§.& in quibus. vbi et-
iam dicit,non requiri conſenſum ſui Capituli,in
alienãdis rebus Eccleſiæ, quæ ſunt magis onero-
ſæ,quam vtiles:& ſic cum dictum caſtrum de Bal-
mis probetur per teſtes, quod,tempore dicti cõ-
tractus,erat magis oneroſum, quam vtile, bene
potuit per hunc alienari.& ſuper hoc aliqui ex di
ctis dominis Doctoribus,opinando circa diffini-
tionem dicti proceſſus, dixerunt, dictum cõtra-
ctum valuiſſe.

a ¶ Sine ſolennitate. *Alienatio rei Eccleſiaſticæ, facta ſine iuris ſolennitate,valet, ſi ſit vtilis Eccleſiæ,vt per Doct.& domin. Abb. Sicu.in c.1.de his, quæ fiunt à Prælat.& eſt in electione Eccleſiæ,an velit ſtare huiuſmodi contractui:vt in c.1.per gloſſ.in verſic. ſede vac. aliquid inno.& d.Inn.in prædicto c.1.de his,quæ fiunt à Prælatis vbi autẽ res eſſet parua, alienatio, facta per*

*Prælatum ſine conſenſu Capituli, valeret indiſtincte: vt videtur innuere d. Inn. in præall. c. 1. de his, quæ fiũt à Prælat. ſed ſecundum do. Abb. videtur exigi tacitus conſenſus, in alienatione perpetua rei paruæ: vt ipſe ſentit in iam d. c. 1. in fi. de his, quæ fiunt à Præl. & in c. 2. eod. tit.*

*b* ¶ Archidi. *Iſtud videtur eſſe verum, in rebus inutilibus, paruis, longe poſitis: ſecus autem in magnis rebus licet inutilibus, vel longe poſitis, quæ quidem, citra debitam ſolennitatem, alienari non poſſunt: niſi forte magna imminente neceſſitate: vt ſentire videtur domin. Archid. in c. terrulas. duodecima quæſt. 2.*

## QVAESTIO CLVII.

SVMMARIVM.

1 *Tempus an debeat inſpici in contractibus alienationis rerum Eccleſiaſticarum.*

NOTANTER, ſupra, in præcedenti quæſtione, dixi, de tempore contractus: quia
1 in † contractibus huiuſmodi alienationum factarum per Eccleſiam, inſpicitur tempus
a contractus: *a* An Eccleſia ſit læſa, tempore contractus, vel ne. Et non inſpicitur, an poſt contractum res ſit reducta ad magnam fertilitatem, diligentia acquirentis, multum vtilis & fructifera. ita decidit glo. iuncto text. in propria materia in c. ad aures. de reb. Eccl. non alie. & gl. iuncto tex. in c. cum dilecti. in propria materia. de empt. & venditio. facit gl. not. in c. dudum. extra, de elect. etiam tenet Inno. in c. dilecti. & Hoſt. poſt eum, extra, de empt. & vendit. idem tenet Hoſt. in d. c. ad aures. vbi dicit, quod tempus contractus inſpiciendum eſt, ſi Eccleſia dicat ſe læſam, propter alienationem, quam facit: ita, quod ſi res alienata, ſit multum meliorata, hoc nõ cõſiderabitur, ne agri cultores & emptores ſuam diligentiã, & laborem deperdant. facit tex. cum ibidem not. per eundem Hoſt. in c. 1. de reſti. in integ. ita etiã tenet Car. Flo. & do. Ant. de Bu. in d. c. ad aures. & in c. cũ dilicti. extra, de emp. & vend. Idem etiam tenet Raymun. in ſumma ſua, de caſibus in tit. de vſu. Et iſta eſt communis opinio Canoniſtarum, in reb. Eccl. & idem in rebus prophanis. & plene per Doct. in l. 2. C. de reſcind. vend. & facit gl. in c. cum cauſam. extra. de teſti. quam glo. ibi commendat ſingulariter dominus meus, do. Io. de Graſſis, prout ſub eo reportaui, in ſuis lectionibus, dum legeret Taurini dictum. c. cum cauſam. & pro hoc faciunt, quæ dixi poſt Ang. de Are. infr. q. 526. q. 594. & q. 161. Et ideo licet dictũ caſtrũ de Balmis ſit nũc & vtile, per diligentiã dicti domini de Targes, rei, vt dicunt teſtes: non tamen, propter hoc, debet conſiderari illud tempus pręſens, ſed tẽpus cõtractus, & in hac opinione fuit maior pars dictorũ Doctorum, quæ in deliberatione dicti proceſſus interfuerunt.

*a* ¶ Tempus contractus. *Iſtud expreſſe tenet domi. Inno. in c. ad aures. in gl. ſua. in ver. tunc poſſunt. extra de reb. Eccleſ. alienandis vel non.*

## QVÆSTIO CLVIII.

SVMMARIVM.

*Terræ Eccleſiæ incultæ, poſſunt per Prælatum, cum ſolennitate, dari in emphyteuſim perpetuam, vel feudum.*

ALIA, & 11. cõcluſio fuit facta per dictos dominos Doc. in deciſione dicti proceſ-
1 ſus † caſtri de Balmis, quod terræ Eccleſiæ, quæ ſunt incultæ, & hermes, poſſunt per Prælatum, cum ſolennitate, de qua dixi ſupra, q. 149. dari in feudum & emphyteuſim perpetuam. iſte
a eſt tex. in c. ad aures. *a* extra, de reb. Eccleſ. nõ ali. & ita etiam dicunt, & tenent Innoc. & Hoſt. in d. c. ad aures: ibi dicit Hoſt. quod æquum & iuſtum eſt, quod talis alienatio fieri poſſit, ne alij à ſimilibus retrahantur, ſed potius inducantur ad meliorandum res hermes Eccleſiæ: ita tenet etiam Card. Flo. & do. An. de But. in d. c. ad aures. dummodo tradatur res hermis, & inculta, vt reducatur ad culturam, & quæ inculta non afferebat tãtam vtilitatem, ſicut quando eſt culta: quia ſi inculta afferret tãtam vtilitatẽ Eccleſiæ, ſicut poſt culturam, non poſſet alienari: vt ibi per eos, &c.

*a* ¶ In c. ad aures. *Caſus autem, prout hic ponitur, videtur eſſe de indubitato: vel ſaltem deciſus, per ea, quæ dicta ſunt ſupra, in q. 156. ſed pr. eal. c. ad aures. poſitum ſum magis dubitabilẽ, videlicet, Eccleſia dedit ſyluam reducendam ad culturam, & ea reducta ad culturam, concedetur reducenti in emphyteuſim. in hoc quidem dubio reſpondetur ibi, in litera, id fieri poſſe.*

## QVÆSTIO CLIX.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei Eccleſiaſticæ, ſolenniter facta, ex qua tamen Eccleſia eſt læſa, an ſit efficax.*

2 *Alienatio, per Prælatum ſine conſenſu Capituli facta, quando valeat.*

DVODECIMA concluſio facta fuit in deciſio-
1 ne dicti proceſſus, † quod alienatio rei Eccleſiæ facta cũ ſolẽnitate, de qua in c. ſine exceptione. & in c. dudum. ſupra, in præcedentibus quæſtio. allegat. licet cauſa alienationis non ſubſiſt, vel ex ea alienatione Eccleſia ſit læſa: tamẽ tenet
a cõtractus, *a* licet poſtea reſcindatur, per reſtitutionem in integrum. ita tenet glo. in Summa. in fi. 12. quæſt. 2. ita etiam tenet glo. iuncto text. in c. 1. extra, de reſtitutione in integr. facit tex. in c. ad noſtram. iuncta glo. ibi Innocent. Hoſtien. Card. Florent. & Anto. in Butr. extra, de rebus Eccleſiæ non alie. quando videlicet, in contractu alienationis Eccleſiæ, ſeruatur forma, licet enormiter lædatur ex illo cõtractu: tamẽ tenet contractus, & ſic cum in iſto contractu, alienationis dicti caſtri de Balmis, fuerit ſeruata ſolennitas, ad hoc requiſita, de qua dixi ſupra, q. 149. dicendum eſt contractum tenere: imo plus dicunt, Doct. in c.
2 1. & in c. 3. extra, de his, quo fiunt à Prælato. † quod alienatio per prælatum facta ſine conſenſu Capituli, non eſt ipſo iure nulla, ſi Eccleſia velit poſtea eam ratam habere. ita tenet Innoc. in c. 1. & in præallegatis. & Hoſt. in c. fi. ne ſede



ſede vacãte. & in c. 1. 2. & 3. extra, de his, quæ fiũt à Prælato. vbi recitat opiniones, & tenet, quod valet contractus, per Epiſcopum ſeu Prælatum factus, ſine conſenſu Capituli: quia aliter non reſcinderetur, & tamen reſcinditur, in c. ſi qua de rebus. 12. q. 2. idem tenet ipſe Hoſti. in c. 1. extra, de his, quæ fiunt à Pręlato. vbi dicit, quod alienatio, per Prælatum facta ſine conſenſu Capituli, non eſt omnino irrita, quia ſic non poſſet ratificari. Et tamen ratificari poteſt, per c. 1. & 3. extra, de his, quæ fiunt à Prælato, idem tenet de Zabarellis, & Ant. de Bu. in d. c. 1. & 3. & c. cum nos. extra de his, quæ fiunt à Prælato, & idẽ do. Ant. de But. in d. c. 1. ne ſede vacan. dicentes, quod conſiderato tempore præterito, contractus eſt nullus, ſed habendo reſpectum ad tempus futurum, in quo Capitulum poteſt ratificare, non eſt nullus. & ibi proſequuntur per longa verba, de quo ibi plene per eos. Plus dicit Hoſt. quem ſequitur dominus Ant. de But. quod alienatio, per Prælatum ſine conſenſu Capituli facta, adeo tenet, ꝙ præſtat cauſam præſcribendi, & confert titulum pręſcribendi, per textum, extra, de iure patro. vbi bonus caſus, iuncta glo. quæ vult, quod ex donatione, facta per laicum de rebus Eccleſiæ, ſine authoritate Epiſcopi, & conſenſu Capituli, nõ poteſt quicquam donatarius retinere, niſi præſcriptione longæua ſit tutus: ergo ille titulus inualidus, ſicut ibi ſentit glo. dat cauſam præſcribendi.
b *b* & ibi dat tres ſolutiones glo. & Inn. addit duas, & Hoſti. eas ſequitur, & do. Card. Flor. & Ant. de Butrio, qui addit vnam ſolutionem, quã tenuit, & diſputauit Florẽtiæ, vt ipſe refert. & ibi eſt maxima difficultas in ſoluendo contrarium, per gl. formatum, & inſeruiendo text. dicti ca. cura. Et iſte eſt verus intellectus illius c. cura. de iure patronat. per Doct. communiter approbatus, quia licet, ad transferendum plenum ius, nõ ſufficiat ſolus conſenſus Epiſcopi: ſed requiratur conſenſus Capituli: tamen ad cauſandum præſcriptionem, ſufficit conſenſus Epiſcopi, quem intellectum ſequitur Innocent. Hoſtien. Ioan. Andr. & Henricus Bohic. & Anton. de Butrio in d. c. cura. Sed in iſto contractu, facto de dicto caſtro de Balmis, non ſolum interuenit conſenſus Epiſcopi alienãtis, qui ſufficit ad cauſandum præſcriptionem, vt proxime dixi, ſed etiam interuenit tractatus, & conſenſus Capituli: vt patet in inſtrumento dicti contractus. ergo ſufficit dictus titulus, ad cauſandum præſcriptionẽ. Sed iuxta præmiſſa quæro; nunquid emptor habet actionem contra prælatum, alienantem rem Eccleſiæ, in-
c debite, ad repetitionem pretij: vide Inno. *c* in c. ſi quis. de reb. Eccle. non alic. vide etiam infra, q. 305. de illo, qui tenuit rem feudalem, tanquam allodialem, an perdat pretium.

*a* ¶ Tenet contractus. *Vt plenius liqueat de huiuſmodi iuris articulo, eſt dicendũ, quod alienatio de reb. Eccle. facta contra debitam formam, eſt nulla ipſo iure; licet facta fuerit in caſu conceſſo: vt 12. q. 2. ſine exceptione. Sed ſi facta, forma ſeruata, & in caſu conceſſa: tenet de iure. arg. extra, de his, quæ fi. à Prælat. ſine conſ. Ca. c. cum nos. & de emp. & vend. c. cũ dilectus, & c. cũ cauſa. ſed ſi damnoſa fuerit Eccleſiæ, reſcinditur per Beneficium reſtitutionis. vt extra, de in integ. reſt. c. 1. ſed ſolus conſenſus dat cauſam contractui: puta dolo inducitur Eccleſia, vt vendat, & venditura non erat, tunc ipſo iure non tenet contractus. vt ff. de dolo. l. eleganter ar. 12. q. 2. quiſquis Epiſcopus. in fi. & de rerum permuta. cum vniuerſorum. ſi vero dolus incidat in contractum: vt quia Eccleſia ſponte vendidit; quia venditura erat: ſed circumuenta eſt in pretio, quia minori pretio vendidit, quam res valeret, & hoc per circumuentionem emptoris, tunc tenet contractus: ſed agitur, vt Eccleſia non decipiatur. vt ff. de act. empt. & vend. l. Iul. § ſi venditur. vbi autem Eccleſia deciperetur vltra dimidiam iuſti pretij, & agitur de iure cõmuni: vt extra, de emp. & vend. & c. cum dilect. & c. cum cauſa. & C. de reſcin. vend. l. rem maioris. ita formaliter inquit do. Gofr. in Summa. de reb. Eccle. alie. vel non. in 2. col. in verſicu. & not. quod ſolennitas. ibi, alienatio facta.*

*b* ¶ Cauſam præſcribendi. *Adde nunquid titulus inualidus à principio, præbeat cauſam præſcribendi. Pe. de Ancha. in ca. cura. hic allegat. Et quando titulus inualidus confirmetur per approbationẽ, poſtea ſecutam: & quantum tempus requiratur. vide Bartol. in l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. & licet titulus, ex inutili cõtractu, transferat poſſeſſionem, non tamẽ eſt iuſtus. ita tenet Bar. in l. poſſideri. §. ex pluribus cauſis. ff. de acquirenda poſſeſſione.*

*c* ¶ Innocen. *Qui in d. cap. ſi quis. format hanc quæſtionem, & reſpondendo, dicit, quod emptor habet actionem ex contractu, aduerſus Prælatum vendentem; ad pretium reddendum, vbi tradit modum, & formam petendi.*

## QVAESTIO CLX.

SVMMARIVM.

1 *Alienationes rerum Eccleſiæ, cum conſenſu Capituli, valent modo vocentur præſentes.*

2 *Abſentes quot, & quibus caſibus debeant vocari, in alienatione rerum Eccleſiaſtic.*

ALIA & decima tertia deciſio fuit in dicto
1 proceſſu caſtri de Balmis facta, † videlicet quod in alienationibus rerum Eccleſiæ, in quibus requiritur conſenſus Capituli, & Ca-
a nonicorum Capituli, ſufficit vocare præſentes. *a* Nec eſt neceſſe expectare conſenſum abſentium ſed ſufficit conſenſus præſentium. ita concludũt Inno. & Hoſt. in c. 1. extra, de his, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli. idem ibidem tenet Henr. Bohic. idem dominus Card. Flor. in d. c. 1. in vltima ſua quæſtione, quos ſequitur Anto. de Butr. per regulam poſitam; per glo. in c. præſen-
2 tium. extra, de teſti. quæ dicit, quod abſentes † nõ debent vocari, niſi in tribus caſibus, ibidem expreſſis, inter quos non eſt iſte, & ſic non fuit neceſſe, quod in dicto contractu caſtri de Balmis,

vocati fuerint Canonici abſentes, ſed ſufficere
debuit conſenſus tunc ibi præſentium,

a ¶ Præſentes. *Quod autem conſenſus tantum præſentium, & non abſentium, ſit requirendus, in alienatione rei Eccleſiaſticæ. videtur expreſſe ſentire dom. Inno. in præalleg. c. 1. & ibi do. Abb. de his, quæ ſiunt à Prælat. ſine conſenſu Cap.*

## QVÆSTIO CLXI.

SVMMARIVM.

1 *Tempus contra Eccleſiam præſcribendi, quantum requiratur.*
2 *Præſcriptio quadraginta annorum currit contra Eccleſiam excepta Roma.*

VLterius in diffinitione d. proceſſus caſtri
1 de Balmis, fuit alia deciſio † facta, ſuper
eo, videlicet, quod licet aliqui viſi fuerũt
tenere, quod in materia feudali contra Eccleſiã,
in præſcribendo rem Eccleſiæ, quæ datur in feudum,
requiratur tantum tempus, cuius initij me
moria non exiſtat in contrariũ. vt tenet gl. quarta,
qui feudum dare poſſunt. Alij, vt Azo, quod
a ſufficiunt 30. anni. a Alij, vt Iac. de Bel. Viſu. in c.
1. qui feu. dar. poſ. dicit, quod requiruntur 40. an
ni. Alij, vt Nicolaus de Neapoli. d. c. qui feu. dar.
poſſ. dicit, quod ſufficiunt 30. anni, cum infeuda-
tio non ſit omnino alienatio, cum remaneat do-
minium directum, per quod vtile poteſt conſo-
lidari & reuerti ad eccleſiam: ſed poſtea ſuperue-
nerunt Bal. & Iac. de Aluar. Doctor nouiſſimus,
actu legens, de præſenti, in vniuerſitate Paduæ,
qui in dicto c. 1. qui feu. dare poſſunt. iſtas varias
opi. concordare voluerunt: ſic diſtinguendo: aut
infeudatio ſeu alienatio rei Eccleſiæ, eſt manife-
ſte damnoſa eccleſiæ, & tunc requiritur tantum
tempus cuius initij memoria non habetur. Et ita
intelligatur dicta prima opinio, ſecundum gl. ſu-
pra in princ. allegatam. aut eſt manifeſte vtilis, &
ſufficiunt 30. anni, & procedat opinio Nicolai
de Neapol. Aut eſt dubium, & tunc requiruntur
40. anni. Sed omiſſis iſtis difficultatibus & ſubti-
litatibus, vera cõcluſio, tam antiquorum, quam
2 Modernorum, † eſt iſta, ſcilicet, quod contra ec-
cleſiam, niſi ſit eccleſia Romana, currit præſcri-
ptio 40. annorum. Ita dicunt & tenent Doctores
b in auth. quas actiones. b C. de ſacroſanct. eccle.
per illam auth. & Canoniſtæ in c. de quarta. & c.
c ad aures. & c. illud. & c. quia iudicante. c extra, de
præſcriptionibus. & in c. cura. extra de iure pa-
trona. Et iſta eſt vera concluſio, etiam in materia
feudali, licet aliqui voluerint dicere, quod con-
tra eccleſiam, in materia feudali, ſufficiunt 30.
anni. per c. ſi quis per 30. ſi de feudo fuerit con-
trouerſia. vbi ſi vaſallus poſſederit per 30. annos
feudum, dominus poſtea ſibi nõ poteſt mouere
controuerſiam, ſed feudi conſuetudines locum
habent in rebus eccleſiæ. vt in c. 1. & 2. extra, de
feudis, & ita ibi tenẽt Doct. Hoſt, & Car. Flo. Bal.
& Iac. de Aluar. in c. 1. qui feu. da. poſſunt. Tamen
quicquid, ſit, cõmunior opi. eſt, quod requirun-
tur 40. anni. Sed per dictum proceſſum apparet,
d quod deducto tempore, d quo vixit dominus E-
piſcopus, Deodatus, infeudans, dict. dominus de
Targes, reus, dictum caſtrum tenuit & poſſedit,
tam per ſe, quam per eius prædeceſſores, à quib.
in hac parte cauſam habet dictum caſtrũ de Bal-
mis, quadraginta, imo quadraginta quatuor an-
nis, & vltra, ante litem huiuſmodi motam. Igi-
tur, &c. De præſcriptione contra Eccleſiam Ro.
& Eccleſias ſibi immediate ſubiectas, vide, quæ
ſcripſi ſupra, q. 36.

a ¶ 30. anni. *Huiuſmodi autẽ præſcript. 30. ann. etiam in priuato non haberet locum, ſi modo is cauſam ignorauit quia ciuiliter poſſediſſet. ita ſentire videtur d. Io. An. in addi. Spec. de feu. in prin. 1. col. in ver. Iac. ve.*

b ¶ In auth. quas actiones. *Et in l. ſin. & ibi Doct. & do. Bart. eod. tit. C. de ſac. ſanct. Eccle.*

c ¶ Et c. quia iudicante. *Et in c. ad audientiam. & ibi Doct. eod. tit. de præſcrip. & iſtud eſt verum, quod 40. ann. præſcriptio, & non minor requiritur, & ſufficit contra Eccleſiam, niſi lata ſententia etiam iniuſta victor poſſediſſet 30. annis. 16. q. 3. inter cætera. §. item ſi de rebus & ibi do. Archid. in glo. imo præſcriptio.*

d ¶ Deducto tempore. *Hoc ideo dicit: quia tempore Prælati male alienantis, non currit præſcriptio, ſed poſt eius mortem incipit currere: vt formaliter dicit dom. Archi. 16. quæſtio. 3. poſt quingentos.*

## QVÆSTIO CLXII.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus an poſſit feudum alteri infeudare ſine conſenſu domini.*
2 *Vaſallus ſi vendat rem feudalem, irrequiſito domino & poſtea recuperet, an euitet pœnam commiſſi.*

FVIT etiam concluſum in diffinitione
1 dicti proceſſus caſtri de Balmis, † quod
licet iure antiquo, nouo, & nouiſſimo
vaſallus, ſine cõſenſu domini, poſſit feudum ſu-
um alij infeudare. vt eſt text. in c. 1. ſi de inueſtitu
feu. cõtrouerſ. fue. §. fi. & in c. 1. qualiter olim feu
dũ poterat alienari. §. 1. & in c. ſcilicet per quos fi-
at inueſtitura. §. ſed etiam res. & c. Beneficiũ. ſi de
feudo controuerſia fuerit. de lege Corradi. c. 2. §.
ſimiliter. & c. Imperialem. de prohib. feu. alie. per
a Fede. §. illud quoq; præcipimus. & ita tenet gl. a
Iac. de Bel. Viſu. Nicolaus de Neapoli. Bal. & Iac.
de Aluarotis, in locis præallegatis. Ita etiã tenent
gloſ. Hoſt. Vincentius. Ioan. An. Henric. Bohi. &
communiter Doct. in c. quæ in Eccleſiarum. ex-
tra, de conſtitutionibus. tamen vaſallus, irrequi-
ſito domino, rem feudalem vendere non poteſt
licet olim, de iure antiquo, poſſet neceſſitate
ſuadente, vſq; ad mediã partem, etiam ignorante
domino, alienare. vt in c. 1. quibus modis feu-
dum amittatur. in §. rurſus. hodie tamẽ vaſallus
nec partem, nec totũ feudũ, irrequiſito domino
poteſt



poteſt alienare. Quod ſi vendat, domino irrequi
ſito, cadit ipſo iure à feudo: & aperitur feudum
domino: vt dicit tex. in c. Imperialem. §. habito.
de prohib. feud. alien. per Feder. & in c. Imperi-
alis. de prohib. feu. alien. per Lotharium. & ita te-
b nent Canoniſtæ poſt glo. b Innocent. Hoſt. Car-
din. Flor. & dom. Anton. de Butr. in c. 2. extra,
de feud. & Doct. in c. quæ in Eccleſiarum. extra,
de conſtit. & in tit. de feud. §. quoniam. verſi. 30.
& ibi Ioan. And. in addit. ad Specula. idem tenẽt
Legiſtæ, videlicet, Ia. de Aluarotis. in c. ſi quis mi-
les. de feudo ſine culpa non amittendo. vbi dicũt
quod cadit ipſo iure, nec requiritur aliqua ſentẽ-
tia. Idem tenent glo. Iac. de Ardizono, Nicolaus
de Neapoli, Bald. & Iac. de Aluarotis in c. 1. de p-
hibita feud. alien. per Lotha. & in c. Imperialẽ de
prohibita feud. alie. per Feder. quod verũ puto, ſi
prætextu talis venditionis, ſequatur traditio: ali-
ter non aperitur feudum: vt probat text. de pro-
hibita feud. alien. per Feder. in c. Imperialem. in
§. callidis. ibi dum dicitur, & in alios transferũt,
&c. & ita etiam tenent Petr. Iaco. in tit. de actio.
in rem, quæ pro re feudali competit. & idem pu-
to in re emphyteuticaria, quæ, ſi vendatur, & nõ
ſequatur traditio, non committitur, vt plene di-
2 xi ſupra, q. 101. † Sed quid ſi vaſallus alienat, & tra
c dit, & c poſtea recuperat, an euitet pœnam com-
miſſi? Doct. vbi ſupra, dicunt, quod non. de ma-
teria iuris emphyteuticarij in alijs terminis etiã
tetigi, infra, quæſtion. 575. & quæſt. 46.

a ¶ Glo. *Puta, qui feudum alie. quod intellige verum, dũmodo non infeudet Eccleſiæ, quia tunc deterioratur conditio prioris domini, vt dicit Fel. in d. c. quæ in Eccleſiarum. in 27. colum. in glo. in verſic. feudum. circa princip.*

b ¶ Poſt glo. *Videlicet, in verſic. alienare. & ibi dom. Odo. in ſum. tit. de feudis, in verſ. amittatur.*

c ¶ Poſtea recuperat. quod non. *De hoc eſt text. rotundus in c. 1. quid iur. ſi poſt aliena. feud. vaſall. id recuper.*

## QVÆSTIO CLXIII.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus rem feudalem vendens, irrequiſito domino, quo pacto euitet pœnam commiſſi, vide & nu. 2. & 3.*

SED ſecundum iura feudorum tradunt
1 Doct. † remedium vaſallo ad euitandũ
commiſſum, ſi vendat rem feudalem,
domino irrequiſito: puta, ſi vaſallus vendens di-
cat in inſtrumento venditionis hæc verba: vẽdo
vobis tale feudũ, ſaluo iure domini, & non alias
a nec alio a modo: quia tunc licet vẽdat, & tradat,
non cadit à iure feud. ita limitat Bald. & poſt eũ
Iac. de Aluarot. in c. 1. quæ fuit prima cauſa bene-
ficij amittendi, quos ſequitur d. Card. Flor. in c.
2. extra, de feud. in 3. oppoſitio. vbi dicit, quod il-
la verba important, quod non intendit alienare,
niſi poſſit: & æquitas ſuadet, maxime in caſu i-
ſto, vbi agitur de pœna alienantis, vt fiat mitior
interpretatio, iuxta c. in pœnis. de re iu. lib. 6. & c.
eam te. extra, de iureiur. vbi plene per Card. Flo.
Et facit ratio ſecundum eundem do. Car. Flo. in
d. c. 2. quia iſto caſu quando venditur cum clau-
ſula, ſaluo iure domini, nõ videtur dominus cõ-
temni: quia illa clauſula habet, niſi dominus cõ-
tradixerit. idem tenet Iac. de Aluarottis in c. Im-
perialem. de prohibita feudi alie. per Fed. vide-
licet, quod non priuetur. iuxta not. in ſimili, in l.
ſi quidem. C. de exceptionibus. & per Bart. in le.
1. C. de his, quæ pœnæ nomine. Idem etiã tenet
Pe. in tit. de actione in rem, pro re feudali, in ver.
item eſt notandum, quod ſi vaſallus, &c. reperi-
tur etiam alia limitatio in hac materia, videlicet,
2 † ſi vaſallus vendat, & transferat ſub conditione,
ſi poteſt hoc facere de iure, ſine amiſſione iuris,
& pretij, tunc etiam hoc caſu non committitur,
vt dicunt Iac. de Ardizono, & poſt eum Iaco. de
Aluar. in c. 1. de prohi. feu. alie. per Fed. arg. ff. de
acqu. poſ. l. ſi me in vacuam. & ita ibi etiam tenet
3 Bar. Item etiam ſi † dicat, ſi domino placuerit. b
b Ita determinat Iac. in ſum. ſua. ti. quib. mod. feu.
amittatur. ſub rubricella, ſi vendat ſub conditio-
ne. Idem Bal. in §, hoc quoq;. c. 1. de ſucceſſ. feu.
per l. ſi quis locuples. de manu. teſtam. Idem Iac.
de Aluaro. in c. Imperialẽ, in quæſtione ſua, quæ
incipit: Quæro, quid ſi vaſallus vendat. & ideo cũ
inſtrumento venditionis, dicti caſtri de Balmis
factæ, per dominum de Quæralio, dicto domino
de Targes, reo, fuerunt appoſita illa verba, ſaluo
iure domini, &c. concluſum fuit, quod ex hoc di
ctum caſtrum non eſt commiſſum, nec apertum
dicto domino Epiſcopo, actori de iure feud. De
hac materia, & de forma libelli, ſuper commiſſo
rei feud. vide, infra, q. 454.

a ¶ Non alias, nec alio. *Bene adduntur hæc verba: quia illa verba, ſaluo iure domini, nõ ſufficerent ad euitandum pœnam commiſſi, quod innuere videtur dominus Ioan. And. poſt Hoſt. in c. eam te. 2. col. in ver. afferes. extra, de iureiu. & iſtud expreſſe dicit dominus Bal. in c. 1. in §. fi. in vlt. co. in ver. ſed pone, quod pater. quæ fuit prima cauſa bene. ami. quod equidem cũ grano ſalis eſt intelligendum, videlicet, niſi aliqua captio domini, poſſet interuenire, per corporalem traditionem, puta, caſtrũ, quod vix dominus recuperare poterat. ita pulchre dicit do. Bal. in c. 1. §. hoc quoq;. 5. col. ver. ſed pone quod vendidit. de ſuc. ſeu. vel niſi de facto fuiſſet cogitatum. do. Bal. in l. 1. 16. q. C. de his, quæ pœn. no.*

b ¶ Si domino placuerit. *An vaſallus alienans feudum, reſeruando beneplacitum domini, euitet commiſſum: vide iſtum, conſ. 58. incip. ex facti narratione. nu. 2. verſ. ad ſecundum dubium.*

## QVÆSTIO CLXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus, ſi non præſtiterit fidelitatem domino, infra annum, & diem, perdit feudum. Et quid ita, numero 2.*

1 ALIA concluſio in dicto proceſſu † caſtri de Balmis, facta fuit, quod ſi vaſallus ſteterit per annum, & diem, & non petierit renouationem inueſtituræ, nec præſtiterit fidelitatem, amittit feudum: per textũ. in c. 1. in princ. quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi. & in c. 1. §. nulla. & ibi glo. pulchra. per quos fiat inueſtitura. & in c. 1. §. præterea. Et ibi gl. de pro- 2 hib. feu. alie. per Fed. Et ratio, quia † petere renouari inueſtituram, eſt quaſi quidam cõſenſus recognitionis, & reuerentiæ, quæ debet præſtari domino: alias res cadit in commiſſum, ſecundum Andr. de Iſernia. Bald. & Iaco. de Aluarot. in c. 1. quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi. idem tenet Hoſti. in ſum. de feud. §. quod ius acquiratur vaſallo. verſicul. propter iniuriam. idem tenent glo. Hoſti. dominus Card. Flor. & Panorm. in c. 2. extra, de feud. & iſta eſt veritas, ſecundum diſpoſitionem vtriuſque iuris: ſed hoc caſu non priuatur vaſallus feudo, ſi contrarium faciat non a quidem ipſo iure, ſed per ſententiam. a ita tenet Hoſtienſis in ſumma de feudis. §. quibus ex cauſis. verſicul. poſſet autem quæri, & c. & dominus Card. Flo. in cap. 2. de feudis. in 7. q. & Andr. de Iſernia. Bald. & Iac. de Aluarotis in c. 1. quæ fuit prima cauſa Beneficij amittendi. dum dicunt, quod poteſt mora purgari ſic, vt dicam infra, q. 166. ſic ergo non ipſo iure, ſed per ſententiam. nec obſtat, quod ſupra dixi, q. 162. circa finem. quod res cadit ipſo iure abſque ſententia, in cõmiſſum. Quia hic loquimur in diuerſo caſu, videlicet, quando cadit in commiſſum, propter non petitam inueſtituram infra annum, & diem, quo caſu non cadit, niſi per ſententiam, quia tex. in c. 1. quæ fuit prima cauſa Beneficij amittendi. dixit, damnetur. & in c. Imperialem. dixit, amittat. & ſic per ſententiam, &c. ibi vero loquimur, quando in commiſſum ex alienatione, facta ſine conſenſu. Quo caſu text. non loquuntur per verba futuri, ſed præſentis temporis. ideo ibi ipſo iure b b abſque ſententia declaratoria cadit in commiſſum, &c.

a ¶ Per ſententiam. *Iſtud ſatis aperte innuit dominus Iac. de Aluar. in c. ſi. 2. col. ver. & ſecundum iſtum modum. ibi, & tunc priuabitur vaſallus iure ſuo, per quos fiat inueſtit.*

b ¶ Ipſo iure. *Ita no. d. Innoc. in c. ex parte. extra de feu. idem voluit dom. Bald. in c. 1. §. vel ſi cum filia. quibus modis feud. amit. verſic. porro. licet contrarium videatur notare d. Bald. in c. 1. §. ſi. quæ fuit prima cauſa Benef. amit. verſicul. not. quod ille. ſed ſi ipſius domin. Bal. verba ſedulo attendantur, videntur notare idem, quod d. Innocent. prout etiam ſentire videtur domin. Iacob. de Aluarot. in præallegat c. 1. §. fin. 2. colum. ibi. cariturum.*

## QVÆSTIO CLXV.

SVMMARIVM.

1 *Annus, & dies datus emptori, rei feudalis, quando incipiat currere.*

2 *Vaſallus, qui non poſſidet, non tenetur domino ad onera feudalia.*

1 SED iuxta proxime dicta, in præcedenti quæſtio. † Quæro quando incipiant currere annus & dies, qui dãtur emptori, vel alias in re feu. ſuccedenti. dico, quod non à die emptio. ſed à die adeptæ poſſeſſi nõ fecerit ſe inueſtiri à domino, infra annum, & diem cadit à iure ſuo, & aperitur feudum domino, aliter non. ita tenet Gulielmus de Cu. in l. ſolennibus. C. de rei vendicat. per leg. forma. §. ſi cum ego. ff. de cenſibus. & per l. c. quo quiſque. ff. de acquiren. re. domin. ¶ Præterea ra- a tionem a dicit ipſe Gulielm. de Cun. ad hoc, vt vaſallus amittat feud. requiritur dolus vt in c. ſi. de prohib. feud. alien. per Lotharium. ſed non poteſt ſibi dolus imputari, quamdiu non poſſidet, quia ex quo non habet commoda feudi, nõ tenetur ſubire onera. Item, & quia non debet ſibi imputari tempus illud, quamdiu non eſt in poſſeſſione: vt C. qui admit. ad bon. poſſeſſ. l. 1. ita dicit ipſe dominus Gulielm. de Cun. quem referunt & ſequuntur Docto. Moderni, per rationes prædictas: primo Bald. Sal. Raph. Ful. in dict. l. ſolennibus. & Andr. de Iſern. in c. 1. de capitulis Corradi. in princip. vbi dicit, quod ſolum ille, qui poſſidet, priuatur feudo ex eo, quod non petijt inueſtituram infra annum, & diem, & ad hoc adducit tex. in c. 1. in princip. per quos fiat inueſtit. quæ loquitur de poſſidente. etiam in §. præterea. de prohib. feud. alien. per Federic. præſupponit vaſallum poſſidere, ex quibus concludit, quod eſt neceſſe, quod poſſideat, antequam cõmittatur. idem refert, & tenet Iacob. de Aluarot. in c. 1. quæ fuit prima cauſa Benef. amit. in q. quæ incipit: quæro, quid ſi vaſallus. item tenet dom. Card. Florent. in c. 2. in 7. quæſt. extra, de feud. quos ſequitur Bald. in c. 1. de capitulis Corradi. vbi dicit, quod iſtud tempus non currit filio, vel hæredi, qui non ſe immiſcuit, vel adiuit hæreditatem, cum non ſit in poſſ. & vltra præmiſſa, venerabilis, & egregius d. Guliel. Guillonis decretorum Doctor & Conſiliarius Delph. pro hac limita. adducit tex. notabilem. in c. 1. extra, de feu. vbi dicit ipſe, videtur caſus pro hac limitatione: 2 quia quando † vaſallus non poſſidet, non tenetur ad onera feudalia, nec alia præſtanda domino, quæ requiruntur de natura feudi, preſtari domino: & incumbebat dicto domino Epiſcopo Tricaſtrino, onus probandi, quod dictus dominus de Targes ante petitam inueſtituram, poſſediſſet dictum caſtrum de Balmis, per annum, & diem. ita dicit Baldus, quem ſequitur d. Iacob. de Aluarottis. in c. quæ fuit prima cauſa Benefic. amittendi. quod non probauit idem dominus Epiſcopus ſancti Pauli. igitur, &c. iſtud fuit vnum aliud fundamentorum in iure, pro dicto domino de Targes, reo.

a ¶ Ratione. *Et pro hoc facit, quia alienatio rei feudalis demum punitur, ſi vallata fuerit traditione. & non alias: vt not. per do. Cyn. & alios, in l. alienatum. ff. de verb. ſign. ita dicit do. Bald. in c. 1. §. ſi libellario. verſic. ſequitur. quib. mod. feud. amit.*



## QVAESTIO CLXVI.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus ſi non petierit inueſtituram infra tempus debitum, an, & quando poſſit moram purgare.*

1 SED quia ſupra, quæſt. 164. dicitur, quod ſi vaſal. infra annum, † & diem nõ petierit inueſtituram, priuatur feu. quæro an poſſit iſta mora purgari. Et quanquam Iac. de Alua. & quidam alij, in c. 1. quæ fuit prima cauſ. Benefi. amit. dixerit, quod nõ, cum lege feu. hoc expreſſe non caueatur: & ideo clementiores lege eſſe non debeamus. tamen do. Ardiz. in ſumma. quib. mod. feu. amit. tenet, quod poteſt purgari, a a dummodo celeri ſatiſfactione ſibi conſulere ſtuduerit. arg. extra, de loca. c. potuit. & c. ſi quis presbyterorum. extra, de reb. eccleſ. non alie. & dicunt d. Bal. & Iac. de Aluar. in c. 1. quæ fuit pri. cau. Benefi. amit. ꝙ iſta opinio eſt æqua, licet lege b non prohibetur: & dicitur celeriter prouiſum, b ſecundum Hoſtien. in ſum. de loca. §. potuit. & §. quid ſit de naturæ. verſi. quod verius videtur, & ſeq. & ſecundum Inno. Card. Flor. Ant. de Butr. quando prouidet antequam vocetur in iudicio: & ideo cum dictus dominus de Targes, reus, antequam vocetur in iudicio, per dictũ do. Epiſcopum Tricaſtri, obtulerit velle præſtare homagiũ ipſi domino Epiſcopo, poteſt dici dictus reus purgaſſe morã, licet probatur, quod poſſediſſet per annum, & diẽ ante, quam obtuliſſet dictum homagium: & ita in diffinitione dicti proceſſus fuit concluſum per prædicta: & hæc locum habent in re feudali: ſed quando in re emphyteutæ, mora poſſit purgari, vide, quæ ſupra dixi, in quæſti. 123. An autẽ baſtardus ſuccedat in feudo, vide in 18. conſil. meorum.

a ¶ Poteſt purgari. *D. Bald. videtur tenere contrarium, per tres rationes, quibus mouetur, vt in c. 1. in pr. quo temp. mil. inue. pe. deb. opi. tamen ipſius do. Iac. de Ardizo. videtur ſanior, propter æquitatem, cui innititur. Nec obſtant rationes d. Bal. quæ ſibi locũ vendicare videntur in caſu, quo feudũ reuertitur, ipſo iure ad dominũ, quod nõ eſt in hac ſpecie: ſed in caſu alienationis, iuxta not. de prohib. feud. alt. per Fed. §. callidus. in glo. ipſo iure, & quæ ſupra dicta ſunt, q. 164. & quæ dicit d. Bald. in c. 1. §. fin. per quos fiat inueſti.*

b ¶ Celeriter prouiſum. *In hoc enim caſu cenſetur quis celeri ſatiſfactione ſibi conſuluiſſe, qui exactus in iudicio, vel extra iudiciũ, ſtatim, & ſine vllo termino homagium præſtat. ar. eorum, quæ dicit d. In. in gl. ſua. in verſic. niſi celeri. circa fin. extra, de loca. Et quod rite ſumitur arg. de e emphyteuſi ad feudum, præſertim in huiuſmodi iuris articulo, probant ea, quæ dicit d. Bald. in c. 1. in pr. in verſic. petere inueſtit. quæ fuit prima cauſa Benef. amit.*

## QVÆSTIO CLXVII.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallo ſufficit petere inueſtituram, ad euitandum commiſſum.*

2 *Laudimia an debeantur pro re feudali.*

1 LICET aliqui voluerint dicere, ꝙ non ſufficiat vaſallo petere inueſtituram, † niſi etiam offeratur fidelitas: tamen veritas eſt, quod ſufficit petere inueſtituram: licet non offeratur fidelitas, quia petendo inueſtituram ſatis videtur offerre a fidelitatem, ita tenet gl. in c. 1. a per quos fiat inueſt. & c. 1. quo temp. miles. & ita etiã tenet And. de Yſer. quem ſequitur Ia. de Alua. in c. 1. quę fuit prima cau. bene. amit. gl. & Bal. in c. 1. §. nulla. per quos fiat inueſti. & ideo viſa oblatione, per dictũ do. de Targes, in qua petiit inueſtiturã, licet non obtulerit fidelitatẽ, ſufficit, ita fuit determina- 2 tum. Sed an † debeantur laudimia pro re feudali, ſicut pro re emphyteuticaria, vide, quæ ſcripſi infra quæſt. 405. in fine.

a ¶ Glo. in c. 1. Scilicet. in §. fin. in verſi. à fidelitate. *quæ gloſſ. eſt multum ſolennis. & ponit practicam, & formam, quomodo fidelitas ſit pollicenda, & inueſtitura petẽda, & quomodo, & qualiter vaſallus debeat dominum adire, & adeundo honorare præſentibus parib. Curiæ, & aliis magnis, & honorabilibus viris: & an dominus, ſi nolit inueſtituram facere, priuetur fidelitate. & qualiter fidelitas ſit facienda. & quibus verbis, de iure.*

## QVÆSTIO CLXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Dominus proprietate ne priuetur, ſi vaſallo deneget inueſtituram. vide & num. 2.*

1 SED iuxta præmiſſa, quæro, quid ſi vaſallus† petierit inueſtituram infra tempus debitum, & dominus noluerit eum inueſtire an debeat dominus priuari proprietate? gloſſ. in c. 1. in fin. per quos fiat inueſt. & And. de Yſer. in c. 2. in §. 1. de l. Corradi. & Iac. de Alua. in c. 1. quæ fuit prim. cau. bene. amit. tenent, quod ſic. Idem etiam tenent Iac. de Bello viſu, Nico. de Neap. & Bald. in c. 1. §. nulla. per quos fiat inueſt. 2 dicentes, quod ſi dominus diſtulerit facere inueſtituram vaſallo, † petenti infra tempus debitum, certe priuabitur proprietate feudi: niſi ſit aliqua iuſta cauſa, ex qua ipſe dominus ſit motus ad differendum, cum ad paria iudicetur, vt in ca. 1. de for. fide. in fin. Et iſta eſt opin. quam omnes ſequuntur. & ideo cum d. dominus Epiſcopus Tricaſtrin. renuerit, aut alias diſtulerit inueſtiturã bon. de Targes ſine cauſa legitima, de qua appareat per proceſſum, certe quãdiu ipſe do. Epiſcopus viueret, veniret priuandus proprietate: ſed non

ſed non Eccleſia.ar.no.in c. cum veniſſent. extra
de inſti. De hac materia vide, quæ dixi infra, quæſt.
304.& quæſt.415.

## QVÆSTIO CLXIX.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus ſi meliorauerit feudum, dominus non poteſt illud vendicare, niſi refectis expenſis meliorationum.*

SEd quid ſi vaſallus meliorauerit feudum,
1 puta, quia ibi domum ſiue † caſtrum fabricauit,
prout fecit d. dominus de Targes, reus: ex quibus feudum eſt melioratum: vel
domum de lapidibus fecit, quæ ante erat de tabulis: vel alias fecit feudum vtile, quod erat inutile:
vel ſeruitutem ibi acquiſierit: vel libertatem nō
ſoluendi ibi per homines, talias ſiue ſubſidia
Delphi. prout fecit dominus de Targes, in d. caſtro de Balmis: quia affranchiri fecit homines, in
d. loco de Balmis habitantes, per d. noſtrū Delp.
de non ſoluēdo ibi ſubſidia Delp. vt patet in Ca.
Comp. Delph. Et aperiatur feudum domino alias, quam ex delicto: vt puta, quia feudum erat
datum agnatis, qui deficiunt, certe dominus nō
poterit feudum vendicare, niſi ſolutis expenſis
meliorationum & acquiſitionum: quia in feudo
permiſſa eſt retentio, propter expenſas meliorationis, in eo factas, ſiue in faciendo de nouo, ſiue
in reficiendo, donec per facientem tollatur, aut
ſoluatur per dominum: & ſi interim agat dominus ad feudum vendicandum, poterit per exceptionem doli repelli. Ita voluit text. iuncta gloſſ.
quæ hoc decidit ad literam, in c.1.§. ſi vaſal. in ti.
hic finitur lex, deinde incipiunt regni cōſuet. &
ad hoc facit text. qui ſimiliter hoc decidit, in alia
materia, quam feud. in §. certe. & ibi glo. & Ioan.
Fab. inſtit. de re. diui. vbi qui bo. fide ædifi. in fundo alie. licet ædificium cedat fundo: dominus tamen fundi non poteſt vendicare fundū: niſi prius
offerat preciū ædificij: alias exceptione doli poſſet repelli, ita tenent Andr. de Yſer. Bald. Iac. de
Alua. in d. c.1. §. ſi vaſal. præall. & per illum. §. idē
tenet Hoſt. in ſum. de feud. in §. apud quem. ver.
præterea. quos ſequitur Bald. & Iac. de Alua. in d.
§. ſi vaſallus. & dicunt ibidem dicti Doct. quod ita ſeruatur de conſuetudine, de hoc etiam habetur per Bald. in auth. excipitur. C. de bon. quæ liber. & in l. fin. §. emp. C. commu. de leg. & ſuper
rub. C. de iur. emphy. Circa hāc materiam dicūt
a Bal. *a* & Ang. quos ſequitur, & refert Imol. in l. ſi
Seruius. §. Marcell. ff. de leg. 1. quod ſi emphyteuſis fuerit finita culpa emphyteutæ, vt quia nō ſoluit canonem: vel nō fuit debite inueſtitus: quod
tunc nihil poterit detrahere de melioramentis:
ſed commodum meliorationis pertinebit domi
2 no. † Quæro ſi res emphyt. fuerit alienata incapaci, an dominus directus poterit petere poni in
b manibus capacibus? dic, quod ſic: *b* vt per Spec.
in tit. de emphy. §. nunc aliqua. verſicu. 116. & ſequen. idem Bald. in l. cum quæſtio. C. de leg. vide de hoc, infra, quæ. 438. & ideo in diffinitione
d. proceſſus, aliqui ex dominis Doct. opinando
voluerunt dicere, quod d. dominus Epiſcopus
Tricaſt. poteſt repelli exceptione doli, cum non
obtulit precium ædificij, & meliorationis feudi
d. domino de Targes, reo. Tamē dubitaui in hac
opinione reſidere, cum ea, quæ ſupra dicunt Doctores, loquantur, quando feudum aperitur domino, alias, quam ex delicto, puta, defectu agnatorum: vt recitaui ſupra, circa princi. Sed in caſu
præſentis proceſſus dictus dominus Epiſcopus
prætendit apertionem feudi ex delicto, ſiue dolo: quia dictum caſtrum de Balmis fuit venditū
per d. de Quæralio, dict. domino de Targes, ſine
conſenſu ipſius Epiſcopi. Et ex eo etiam, quia ipſe de Targes, reus, non fecit ſe inueſtiri à d. domino Epiſcopo infra annum, & diem, igitur, &c.
Et vide, quæ circa hæc dixi, infra, quæſt. 438.

*a* ¶ Bal. *Videlicet in §. ſi vaſallus. & ibi do. Iac. de Alua. in verſic. quæro ad extra, & vt ipſi dicunt eſt ratio: quia text. præalleg. §. ſi vaſallus. loquitur quando per defectum generationis amittitur feud. ſecus autem propter delictum & culpam: quo caſu ſi amittitur principale, amittitur etiam acceſſorium: vt per l.2. C. de iu. emphyt.*

*b* ¶ Dic, quod ſic. *Et iſtud videtur habere rationem, ne quidē domino directo ius ſuum detrahatur: vt inſti. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iuris. in § dominorum quidem. ibi, nec cuiquam hominum ius ſuum detrahi. nō obſtat, libro ſexto de immuni. Eccleſ. cap. 1. § ſane. ibi. vel extra manum ſuam ponant huiuſmodi acquiſitū. Quia loquitur in alio caſu diuerſo, videlicet collectarū & taliarum. hic autem loquitur de oneribus naturalibus ipſius rei, quod immunitate non cōgruit: etiam per præmiſſa.*

## QVÆSTIO CLXX.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia quando dicatur enormiter læſa.*

ALia deciſio fuit facta, in concluſione di-
1 cti proceſſus † caſtri de Balmis, quod tūc
in alienatione rei Eccleſiæ, dicitur Eccle
a ſia enormiter læſa, *a* quando apparet de læſione
vltra dimidiam iuſti precij, iuxta ea, quæ legūtur
& notantur per gl. in c. ad noſtrā. extra de reb. Eccleſ. non alie. & in c.1. extra de reſtit. in integ. & in
c. cum dilecti. & in c. cū cauſam. extra, de emptio.
& vend. & ibi gl. & Doct. ſed ex iſto contractu, de
cuius reuocatione agitur, conſiderato tempore
cōtractus, qui debet conſiderari, per ea, quæ plene dicta fuerunt ſupra, quæſt. 157. & conſideratis
depoſitionib. teſtiū, dicentium, quod dictum caſtrum de Balmis illo tempore, erat magis oneroſum Eccleſiæ, quam vtile: & conſiderato, ꝙ quaſi
omnes teſtes dicunt, quod dictum caſtrum erat
tunc ruinoſum, & hermum: & cōſideratis etiam
bonis, datis in recompenſam: ac etiam cōſideratis oneribus in cuſtodia, dicti caſtri, ac retentionibus, in inſtrumento dictæ infeudationis, declaratis,



ratis, per dictum dominum Epiſcopum Deodatum, infeudantem factis, nō poteſt dici dicta Eccleſia enormiter læſa. & in hac opinione fuit maior pars dictorum dominorum Doctorum, & Licentiatorum, qui in deciſione dicti proceſſus interfuerunt. Et inde fuit lata ſententia abſolutoria, pro dicto domino de Targes, reo dicta die 16.
menſis Februa. 1458. &c.

*a* ¶ Enormiter læſa. *Dicitur enim enormis læſio, quando eſt vltra dimidiam iuſti precij. Iuſtum autem precium intellige, id eſt, æquum, ſecundum æquitatem iudicis, attento eo, quod videtur communiter æquum ſecundum opin. vulgi, vel ſecundum æſtimationem diſcretarum perſonarum: vt dicit do. Bal. in l.2. colum. 1. in 4. & vlt. no. de reſcin. vend. & quia ad talem læſionem non reſtituitur Eccleſia, ſed ei ſubuenitur iure communi, & etiam cuilibet. vt præ. l.2. C. de reſcin. vend. ſed vbi eſſet infra illam læſionem cœpta, tunc iure minoris Eccleſia reſtituitur, ſi reperiatur enormiter læſa: vt per glo. hoc ideo dicit in c. pe. extra de reb. Eccl. non ali. Enormis autem læſio, æſtimabitur arbitrio iudicis, inſpecta quantitate cauſæ, & qualitate perſonarum, gloſ. in ver. diffinierit. inſt. de emp. & vend. in §. precium. dom. Bar. in l. ſcio. ff. de in integ. reſti.*

## QVÆSTIO CLXXI.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus an commiſſum ſimul, & penſionem petere poſſit.*
2 *Moræ purgatio quādo admittatur, vſque ad litis cōteſtationē.*
3 *Solutio eſt facti.*
4 *Dominus recipiendo canonem ſine proteſtatione, an renunciat commiſſo.*
5 *Compenſatio non fit ipſo iure in pœnalibus.*
6 *Canonis remiſſio an fiat propter guerram. diſting.*

REperio in quodam conſilio, recolendæ
memoriæ, domini Pet. Papæ, patrui mei,
incipiente, an lapſo triennio, &c. quod ipſe multum ample & not. declarauit in iure iſtud
1 dubium, videlicet. † an lapſo triennio dominus
directus poſſit efficaciter petere commiſſum, &
penſionem non ſolutam, cum proteſtatione, ꝙ
recipiendo vnum, nō ſibi præiudicet ad aliud. Et
a videtur dicere ipſe d. Pet. Papę, ꝙ ſic, *a* per l. ſi per
emptorem. alias eſt §. in l. fundo. ff. de lege commiſ. & Bar. no. per illum tex. quod vtrunq; poſſit
peti. Vt ibidem dicit Bart. contrarium tamen tenet ipſe d. Pet. Papæ, per ea, quæ not. Spe. in tit. de
emp. in §. nunc aliqua. in ver. 23. & 26. & quæ not.
c. potuit. extra, de loca. & in l.2. C. de iur. emph.
Præterea, dicit ipſe d. Pet. quod vtrunque poſſit
peti, facit ratio, quia pœna commiſſi eſt conditionalis, ſcilicet, ſi non ſoluatur penſio per triennium: vt patet, per l.2. circa prin. C. de iur. emph.
ſi bene inſpiciatur. & extra de loca. c. potuit. vbi
gerundiuum, æquipollet ablatiuo caſui, qui ablatiuus reſoluitur in conditionem. l. ſi quis ita. §. ſi
duo. de ſtat. lib. & de cond. & demon. l. à teſtatore, modo ſi dominus directus petat penſionem,
& commiſſum, ſi emph. ſoluat pēſionem, etiam
poſt triennium, deficit conditio commiſſi. Cum
ergo deficiat conditio commiſſi, patet, quod nō
poteſt petere commiſſum. nec obſtat, ſi dicatur,
quod iſta emp. fuit in mora quolibet anno: quia
non ſoluit die ſtatuto inter ipſos contrahentes.
Et ſic non poſſit mora purgari, per l. magnam. C.
de contrahen. & commit. ſtip. quia dies interpellat pro homine, vt ibidem. & c. potuit. in fi. extra,
de loca. quia illud eſt verū, quod nō poſſit mora
purgari, quādo dies, & pœna ſunt appoſiti ab homine: quia tunc non admittitur purgatio moræ,
vt d. l. magnam. & eſt ratio: quia quando apponitur per cōtrahentes dies, & pœna, debitor poteſt
ſibi prouidere, ne currat dies, & ideo ſi dimittat
labi, ſibi imputetur, vt clare patet, per d. l. magnā.
2 in fi. † Sed quando dies eſt appoſitus ab homine,
ſed pœna nō eſt appoſita ab homine, ſed à lege, vt
in caſu noſtræ quæſtionis, tunc bene admittitur
purgatio moræ, vſq; ad litis cōteſt. vt no. per Dy.
in l. ſi ita quis. §. Seia. ff. de verb. oblig. & per Bar.
in l. ſi inſulam. ff. eod. tit. & in l.1. ff. de pen. legata. Et eſt ratio, quod admittatur purgatio moræ
in hoc caſu, quando eſt appoſitus dies tantum ab
homine: & non pœna: licet debitor potuerit ſibi
prouidere. Tamen quia lex ſubrogat ſibi pœnam
commiſſi, ſi nō ſoluatur die ſtatuto ab homine,
& per l. Ex æquitate introducta eſt purgatio moræ: vt l. ſi ſeruum. §. ſequitur. circa medium, ipſius §. Ideo nō mirum ſi pœna, quam lex ſubrogat, etiam tollatur per purgationem, quam lex
etiam introduxit, & ſic vna lex per aliam legem
tollatur. ar. Inſti. de leg. agna. tute. §. fin. Cum ergo in caſu quæſtionis noſtræ, dies ſit appoſitus ab
homine, & pœna ſubrogetur à lege, patet ex prędictis, quod debet admitti purgatio moræ: prout
de hoc etiam tetigi ſupra, q. 123. Cum ergo poſſit
emph. purgare morā, etiam poſt triennium, ſaltem vſq; ad litis conte. vt ſupra dictum eſt, vel vſque ad modicū tempus poſt trienniū: iuxta not.
in c. potuit. extra, de loc. patet, quod non poteſt
dominus petere pœnā cōmiſſi: quia quoties lex
ſubrogat aliquā pœnā alicui facto, vt puta, ſolu-
3 tioni, vel alicui facto: † quia ſolutio eſt facti, iuxta
l. conſilio. §. fi. ff. de cura. furioſ. talis pœna ſubrogata per legem non poteſt peti, vt no. per glo. expreſſe in l. ſi quis ab alio. §. fi. ff. de re iud. quia intereſſe, dicitur eſſe pœna reſpectu ſoluētis, ſicut
commiſſum. vt ff. de eo, per quem factum eſt. l.
1. §. ſi plures. Præterea dicit ipſe d. Pet. quando
eſt in poteſtate alicuius, annullare aliquē actum,
ſi ex illo actu recipiat commodum, non poterit
poſtea annullare. vt l. poſt legatum. ff. de his,
quibus vt indi. vbi filius exhæredatus poteſt per
querelam, annullare teſtamentum, ſi tamen recipiat aliquod commodum ex illo teſtamento,
non poterit poſtea annullare, vt ibi, ita in propoſito, poſt triennium in poteſtate domini directi
eſt, annullare cōtractum emph. Si ergo aliquod
commodum accipiat ex emphyt. non poterit petere annullare: & ita nō poterit petere commiſſum, & ſi petat cōmiſſum, & annullet contractū,
non

non poterit poſtea petere penſionem. Præterea,
dicit ipſe do. Pet. poſito, ꝙ talis pœna poſſit peti
in libello, tamẽ adhuc vtrunq; non poſſet peti, vt
vtrunq; cõſequatur, quin dicit ipſe tantũ opera-
tur tacitũ, quantum expreſſum. l. cum quis. ff. ſi
cer. pet. ſed ſi inter contrahentes fuiſſet expreſſa
pœna cõmiſſi, ſic dicendo, ſolues tantũ, & ſi non
ſoluas per triennium, ꝙ res cadat in commiſſum
per expreſſionem pœnæ commiſſi, transfuſa &
nouata eſſet præcedens diſpoſitio: vt l. ita ſtipula-
tus. in fi. ff. de ver. obli. & l. obligationum fere. §.
fi. ff. eo. tit. & de pen. legata. l. 1. Ergo patet, ꝙ vtrũ-
que non poſſit petere, cum vna transfundatur in
aliã. Præterea & quinto, dicit ipſe mitius agitur
cum lege, quam cum homine. l. Celſus. ff. de arb.
& no. in c. delentes. in fin. extra, de celebra. miſſa.
ſed ſi iſta pœna eſſet appoſita ab homine, nõ pe-
teretur vtrunq;, vt dictum eſt, ergo nec petatur
vtrunq;, quando pœna apponitur à lege, vt in ca-
ſu præſentis quæſtionis, ita dicit ipſe do. Pet. pa-
pæ. Et ſecundum hãc opinionẽ vidi determinari.
4 ¶ † Iuxta hãc materiam quæro, an dominus reci-
piendo canonẽ ſine proteſtatione, renunciat cõ-
miſſo? glo. videtur voluiſſe, ꝙ ſic. in l. 2. C. de iure
emphy. & in c. potuit. de loca. cũ qua pertranſit
Io. An. in d. c. potuit. dũ remittit ad ea, quæ dicit
Spec. in ti. de loc. §. nunc aliqua. in verſi. 26. & 27.
vide tamen diſtinctionem, quã fecit Imo. in d. c.
5 potuit. in ſua repetit. in 27. colu. poſt. Card. Flo. †
Sed iuxta hanc materiã quæro: ceſſaui in ſolutio-
ne canonis domus meæ, dominus directus vult
agere ad cõmiſſum: replico ſibi, ꝙ ipſe tantundẽ
debet mihi. An hoc caſu habeat locũ cõmiſſum?
dic ꝙ non, quia in pœnalib. fit ipſo iure cõpenſa-
tio, vt pœna euitetur. ar. C. de compe. l. etiã. alias
regulariter non fit cõpenſatio ipſo iure, niſi op-
ponatur. iſta ſunt verba Pet. Iac. in ti. de act. in rẽ,
quæ pro re emphy. quæ cecidit in cõmiſſum, cõ-
petit. circa pr. ibi item eſt notandũ, quod ſic. &c.
¶ Si emptor rei emphyt. non dicat verũ precium
domino directo: forte vt ipſe emptor minus ſol-
uat de laudimiis domino: vel vt forte dominus
directus non capiat, ita faciliter iure prælationis,
b res cõmittitur: & cadit emptor à iure ſuo. *b* Pet.
Iac. in tit. de act. in rem. generalis libellus ibi effe-
ctus, quia emphyt. &c. Et ſic eſt hic vnus caſus, in
quo mendacium punitur. ¶ An propter guerrã
c *c* fiat remiſſio canonis? Doctor. communiter di-
d cunt, quod ſic. aliqui tamẽ diſtinguunt, *d* aut du-
rauit modico tempore, aut duobus vel tribus an
nis, vt plene tractat Imol. in cap. potuit. de loca.
in ſua repetitione. 31. colum.

*a* ¶ Quod ſic. *Et hæc opinio eſt vera, & optima ratio-
ne fundata, quod ſic oſtenditur. Nam in hac ſpecie ſunt
duo, quorum quodlibet onus ſuum, vnum ſcilicet, quod
emphyteuta percipit fructus, vel per eum ſtetit quomi-
nus perciperet, propter quod ad penſionem tenetur: a-
liud, quod fuit in mora & in retentione penſionis ſol-
uendæ per triẽnium, & ob hoc meretur expulſionem, ſi
domino placet. Res ergo & pœna propter diuerſas cau-
ſas exiguntur, nec pœna ſuccedit loco rei. vt ff. de arb. ſi
quis rem. Vtrunq; igitur exigitur, quia cum pœna ex-
pulſionis, ſit pœna legalis, exigi poterit res & pœna. ſi-
cut euenit in re furtiua, & pœna furti. ff. de condi. fur.
ſi pro fure. 2. reſponſo. In pœna autem conuentionali nõ
ſic. ff. de act. emp. l. prædia. Iſtud proculdubio procedere
videtur, quando dominus primo deiecit emphyteutã,
quod tunc poteſt penſionem petere. ff. loc. l. colonus. &
colum. 2. in auth. de non alie. aut permu. re. Eccl. §. ſcire
autem emphyteutas. ſed quando prius penſionem rece-
pit: & tunc aut temporis poſterioris, & non eſt dubiũ,
quin emphyteuta expelli non poſſit, cum dominus reci-
piendo penſionem poſterioris temporis, iuri ſuo, quo ad
hoc renunciare intelligatur. & ita loquitur Spe in ti. de
loca. §. nunc aliqua. verſi. 23. & 26. Aut vero temporis
præteriti: & tunc ſi recipat penſionem ſimpliciter, &
non expellet, quaſi purgata ſit mora. ff. ſi quis cau. l. 2.
facit. ff. de publ & vectig. l. fin. & de eo, quod certo lo-
co. l. fin. Sin autem recipiat cum proteſtatione ſui iuris,
& tunc deijcere poteſt ff. quibus modis pig. vel hyp. ſol-
ui. l. ſi debitor. & hoc ſentit Specul. in prælleg. §. nunc
aliqua. quæſt. 25. Sane quantum ad fructus perceptos ab
eo tempore, quo res incidit in commiſſum, expulſo em-
phyteuta à re emphyteutica, dominus iure experitur.
Spec. in d. §. nunc aliqua. quæſt. 10. Et quod vtrunq; vi-
delicet, commiſſum, & penſio temporis præteriti, peti
poſſint pariter & damnum in re datum tenet d. Spec.
in ſæpe d. §. nunc aliqua. verſic. 11. ibi. alij tamen dicũt.
quam quidem opin. ibidem format dom. Ioan. And. in
addit. quæ incipit, hoc placet, & pro hac opinione facit,
quod dicit Specul. in verſic. 35. ibi Iac. contra. & bene.
& hanc opinionem à parte videtur tenere in verſicul.
25. ibi, nam & ſi cum expellere vellet, &c.*

*b* ¶ A iure ſuo. *Et eſt ratio, quia perinde eſt, ac ſi non
denunciaſſet, vt dicit Spec. in d. §. nunc aliqua. in ver-
ſicul. 92.*

*c* ¶ Propter guerram. *Videtur diſtinguendum, aut
emphy. ſuſcepit in ſe periculum caſus fortuiti, aut non.
Primo caſu, tenetur: ſecundo, non. Vel ſi cenſus debeba-
tur ex fructibus, non tenetur: alias ſic. dom. Ioan. And.
in addit. ad Spec. in prælleg. §. nunc aliqua. verſi. 137.
in addit. quæ incipit, quid ſit ſterilitas. vbi arguit, pro
& contra, & prope finem dicit, quod præmiſi.*

*d* ¶ Diſtinguunt. *Sed quod emphyteuta, qui propter
guerras non potuit fructus, ſeu reditus percipere, poſſit
petere remiſſionem mercedis, & ſic effectualiter, non
teneatur, voluerũt Iac. de Are. Cy. Barth. & Saly. in l.
1. C. de iure emphy. ar. l. cum vnus. §. vlt. iuncta l. 3. §.
Labeo. & in l. interdum. §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. & per
l. in venditione. §. 1. ff. de peri. & commo. rei vend. Idẽ
tenuit Pet. de Anchar. in c. potuit. in 11. quæſtio. de loca.
Et licet Anto. in d. c. potuit. diſtinguat, an guerra duret
per triennium vel minori tempore, tamẽ eum damnat
ibi Ioan. And. de Imol. in d. ca. potuit. tenens ſimplici-
ter opin. Iac. de Aret. & ſequacium. quæ eſt communis
opin. Legiſtarum, prout dicit Abb. Sicul. in d. c. potuit.
in fin. licet dicat, quod Flo. & conſilium Paduanum cõ-
trarium conſuluerit. vide tamen, quod eleganter con-
ſulendo tenuit Phili. Corn. in cõſil. 181. incip. viſis non-
nullis actis, col. 13. verſ. nam ad hoc. in 2. vol.*

QVAESTIO



## QVÆSTIO CLXXII.

SVMMARIVM.

1 *Proteſtatio domini an valeat, quod vtrunq; petere poſſit, penſionem, & commiſſum.*
2 *Proteſtationis vſus. & num. 4.*
3 *Lex quando ſubrogat loco obligationis, aliquam pœnam, vel aliquid aliud, illa ſubrogatio dicitur alternatiua.*

VNum aliud tetigit dictus d. Petr. Papæ in
dicto ſuo conſilio, in præcedenti quæſti-
1 one mentionato. † Videlicet, ſi dominus
poſt triennium recipiat ſolutionem canonis, ſeu
penſionis cum proteſtatione, quod poſſit pete-
re cõmiſſum, & econtra, ſi recipiat commiſſum
ſub proteſtatione, ꝙ poſſit petere penſionem, an
valeat iſta proteſtatio, & videtur, quod ſic. vt no.
per Spe. in ti. de emph. §. nũc aliqua. ver. 25. & no.
extra de locato. c. potuit. in gl. magna. & pro hoc
2 facit dictum generale, quod proteſtatio † conſer-
uat ius in futurum, vt iuribus vulgatis. contrariũ
tamen tenet ipſe d. Pet. Papæ, quod imo non va-
leat talis proteſtatio: quia dicit ipſe, ſi bene inſpi-
ciatur in materia proteſtationis, eſt vna regula ꝙ
proteſtatio cõſeruat ius in futurũ, tunc cum tale
ius futurũ eſt poſſibile de iure, exerceri per ipſum
proteſtantẽ, ſeu cõſiſtit in poteſtate ipſius prote-
ſtãtis. Sed ſi tale ius futurũ eſt impoſſibile de iure,
exerceri per ipſum proteſtantẽ, ſeu non conſiſtit
in poteſtate proteſtantis, tũc talis proteſtatio nõ
valet, nec conſeruat ius in futurũ. iſta regula pro-
batur. ſic dicit d. Pet. Papæ. Certũ eſt enim, quod
impoſſibile eſt de iure, quod Monachus habeat
propriũ. extra, de ſtatu Monach. in c. cum ad mo-
naſterium. modo pone, quod talis recipitur in
Monachum, cũ proteſtatione, quod habeat pro-
prium, nunquid valet talis proteſtatio? certe nõ.
vt no. ff. de vſu, & habitat. l. per ſeruum. §. 1. & ibi
eſt tex. & facit l. cum precario. ff. de prec. & not.
per Ioan. And. Hoſti. & alios Docto. in c. cum M.
Ferrarienſis. extra de conſtit. Ad idem certũ eſt,
quod poſt litis conteſtat. impoſſibile eſt de iure.
aliquid addi, diminui, vel mutari in libello: iuxta
not. in l. edita. C. de eden. Modo pone ꝙ ille, qui
tradit libellum, proteſtatur, quod poſſit addere,
diminuere, vel mutare, vſq; ad ſententiam, nun-
quid valet iſta proteſtatio? certe non valet: vt ha-
betur & no. extra de fide inſtr. in c. inter dilectos.
in glo. dicunt quidam, &c. Et ita patet, probata
dicta regula, & faciunt ea, quæ ponit Bart. in d. l.
edita. ver. quæro, dixi. &c. circa finem ſuæ repe-
titionis. & ibi notabiliter probatur per eum, hæc
regula. Sic eſt in propoſito pœna commiſſi cõdi-
tionalis. vt dixi ſupra, in præcedẽti quęſtione, ſci-
licet, ſi non ſoluatur per triennium, ſi ergo ſolua-
tur etiã poſt trienniũ, vt in præcedenti quæſt. di-
xi, deficit cõditio. Si ergo eſt impoſſibile de iure,
habere aliquam actionem ad commiſſum, patet,
quod proteſtatio non valet, nec conſeruat ius in
futurũ: per prædictam regulam. Item ſi recipiat
cõmiſſum dominus directus, impoſſibile eſt de
iure, eũ habere aliquã actionẽ ad penſionem nõ
3 ſolutã. † ¶ Et eſt ratio, quia quando lex ſubrogat
loco obligationis, aliquam pœnam, vel aliquid
aliud, tunc illa ſubrogatio dicitur alternatiua. pe
rinde, ac ſi debitor eſſet obligatus alternatiue,
pro hoc bene facit l. miles. §. decẽ. 1. reſpõſo. ff. de
re iu. & no. per Bar. in l. ſtipulationes nõ diuidun-
tur. 7. quæſt. ff. de ver. obli. Sed ſic eſt, ꝙ in obliga-
tione alternatiua, ſi creditor recipiat vnum im-
poſſibile eſt de iure, ꝙ poſſit petere aliud. l ſi non
ſortẽ. §. ſi dotẽ. ff. de cond. ind. cum ſi. Si ergo im-
poſſibile eſt de iure, petere ſolutionẽ penſionis,
propter recipientiũ cõmiſſum, patet ergo ꝙ pro-
teſtatio ſuper ſolutione pẽſionis, non valet, per
prædictã regulam. Præterea, ꝙ dicta proteſtatio
non valeat, probat ipſe do. Pet. Papæ: quia quo-
tieſcũq; aliquis habet neceſſario ceſſare à petiti-
one alicuius rei, ſi proteſtetur ſuper petitione il-
lius rei, talis ꝓteſtatio nõ valet: vt no. in l. alimẽ-
ta. C. de neg. ge. & per Doct. in c. gratiæ. de reſcr.
in cle. quia mulier habet neceſſario ceſſare à peti
tione alimentorũ, datorum filio infra trienniũ,
ideo ſi proteſtetur, nõ valet. Sic in propoſito, do-
minus directus habet neceſſario ceſſare ſuper pe
titione pœnæ cõmiſſi: cum deficiat cõditio, ſub
qua cõmiſſum debetur, ſcilicet, ſi ſoluatur pẽſio.
Itẽ habet neceſſario ceſſare ſuper petitione pẽſio
nis, ſi receperit pœnã cõmiſſi, ſicut dicitur in al-
ternatiua, vt ſupra dixi. Ad hoc faciũt no. per Pet.
de Bella Pertica in l. fi. ff. de eo, quod cer. lo. vbi di-
citur, ꝙ ſi creditor recipiat ſortem tantũ, & pro-
teſtetur, ꝙ poſſit petere intereſſe, iuxta materiã
illius l. ꝙ talis proteſtatio nõ valet, & eſt ratio, ſe-
cundũ Pet. de Bella Pertica: quia recipiendo ſor-
tem, ſublatũ eſt principale: ergo & acceſſorium,
ꝙ venit officio iudicis mercenario. Si ergo ex iu-
ris neceſſitate videatur remittere, patet, ꝙ non
ex voluntate videtur remittere, ideo ſua prote-
ſtatio nihil releuat, vt ſupra dictum eſt. Præterea
dictus do. Pet. Papæ dicit: certũ eſt, quod in pœ-
nis legalibus proteſtatio nil operatur: vt not. per
Bar. in l. fraudati. ff. de pub. vect. & com. Et poteſt
eſſe ratio: quia nemo poteſt facere, quin leges lo-
cum habeant in ſuis geſtis. Exar. in l. nemo po-
teſt. ff. de leg. 1. & no. extra, de foro comp. In c. ſi
diligenti. in prin. primæ glo. de teſta. c. tua. in fin.
ſic in propoſito pœna commiſſi, eſt pena legalis,
ergo patet, quod proteſtatio per eum facta, ſuper
pœna legali, non valet. Iſta ſunt verba formalia d.
Do. Petri Papæ, in dicto ſuo conſilio, manu ſua
propria ſcripto, & ſignato. Et ita etiam vidi deter
minari in iudicando de hac proteſtatione, in hoc
caſu, vide plene per Imo. in c. potuit. de loca. in
ſua rep. in 26. col. poſt Card. Flo. Sed quia ſupra,
de proteſtatione ſcripſi, iuxta hanc materiam
proteſtationis, quæro: aliquis comparet coram
iudice, à quo appellauit, & proteſtatur, quod eius
appellatio ſibi ſalua remaneat, an valeat talis pro
teſtatio. Inno. dicit, quod ſic. in c. quæſtio. extra,
de appel. & vide plene, quæ dixi infra, quæſt. 364.
4 Et † de materia proteſtationis, vide plene per
Bart.

Bart.in l.non ſolum,§.morte eius. & in l. de pupillo.§.ſi procurato.ff.de ope.no.nun. Sed vide alium caſum,in quo quis non renunciat ſuæ appellationi,comparendo coram iudice à quo, de quo tetigi infra,quæſ.436.in verſi.61.quæro,&c.

## QVÆSTIO CLXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta ſoluens Inſtitori domini, de cuius mandato non conſtat,an ſit liberatus.diſting.numero 3.*
2 *Procurator falſus,quis dicatur.*
4 *Creditore inuito & contradicente, nemo poteſt recipere ſolutionem à debitore.*

IN dicto ſuo concilio,ſupra proxime mẽtionato, dictus do.Pet. Papæ mouet aliud dubiũ,ſatis ſingulare,† videlicet,an
1 emphyteuta fuerit liberatus per ſolutionẽ, factã geſtori ſeu receptori domini, de cuius mandato vel ratihabitione nõ cõſtat:& videtur primo(dicit ipſe do.Pet.Papæ)quod nõ ſit liberatus: quia
2 ſoluit Procuratori falſo.& † dicitur falſus, a qui
a nunquam mandatum habuit: b vt no.in l.ſi Pro
b curatori.ff.de cond.ob cau.in 1.gl. Et quod non ſit liberatus,probatur per d.l.ſi Procuratori.in 2. reſpo.cum ſi.& vt dicit Bar.in iã d.l.ſi procuratori.debitor non liberatur,ſiue ſcienter,ſiue ignoranter ſoluerit illi,qui non habet mandatũ Non enim debet eſſe debitor ita credulus, & ſi ſecus, ſibi imputetur.vt l. quod ſi ſeruus.§. ſed ſi ſic accipit.ff.de in rem verſo.in c. per tuas. 2. extra de ſimonia.In contrarium faciunt not.per Bar. in l. Celſus.ff.de vſu.vbi dicit quod aſſertioni aduerſarij debet credi:& aſſertio aduerſarij inducit titulum,& ita patet, quod emphyteuta ſoluẽdo illi, qui ſe gerebat pro tali,ſit liberatus. Dictus tamẽ d.Pet.Papæ pro declaratione & deciſione præſẽ
3 tis materiæ ſic diſtinguit:† Aut talis geſtor publice in loco,vel illa habebatur pro recuperatore, ſeu Procuratore domini,& tũc dicit ipſe emphy
c teuſis ſibi ſoluendo eſt liberatus. c ar.l.3.in prin. ff.ad Mace.& l.Barbatius.ff.de off. præt.& 1. q. 4. [illegible]urbatur.& faciũt no.extra,de reg.iu.in c.ad pro[illegible]ndũ.in 1.gl.quia cum in communi opi. pro ta[illegible] habetur,valet,ꝙ agit,vt ibi dicitur,& quod no. per Inno.in c.1.extra,de fi.inſtr.in gl. item bona eſt argumentatio,ex eo,quod fieri conſueuit, vt habetur & not.extra,de ſent.excom.in c.ad hæc. & ff.de publ.& vect.l.ſi publicanus.§.fi.& not.in l.librorum.§.quod tamen Caſſius.ff.de leg.3.& l.ſi ſeruus plurium.§.fi.de leg.1.ſed ſi communiter conſueuit fieri, quod publici recuperatores non conſueuerunt demonſtrare mandatũ,quod habent à dominis directis.ar. notatorum per gl. Inno.& Doct.in c.cum in iure.extra,de off.dele. & faciunt optime,quæ dicit Bart.in l.ſi quis vxori.§.apud Labeonẽ.ff.de furt. ſed ſolum ſcribũt in papyro ipſorum emphyteutarum, confeſſionem ſoluti,ergo,&c. Et ita vidi in iudicando determinari. Aut talis geſtor publice in loco, vel villa non habebatur pro Recuperatore, ſeu Procuratore dicti domini directi:& tunc, aut dominus directus ſciebat iſtum geſtorem recipere ſolutionẽ penſionis,& non contradicebat, & tunc emphyteuta eſt liberatus,& pro hoc facit l.fin.ff. quod cum eo.& faciunt etiam notata per Io.Fabri,inſtit.quod cum eo.§.1.& eſt ratio:quia quando aliquis ſcit alium gerere actum, qui nõ poteſt inuito eo geri, talis ſciens & non contradicens,
d videtur conſentire. d l.ſi.ff.quod cũ eo.& faciũt no.in l.Caius.ff.de pig.actio.& faciunt no.extra, de his,quæ fiunt à Prælato.in c.quanto. & extra, de reb.Eccleſ.non alie.c. ſi quis presbyterorum.
4 Sed certum † eſt,quod nemo,inuito,& contradicẽte creditore, poteſt recipere ſolutionem à debitore.l.inuito.C.de ſolu. & c. eam te. extra, de iureiur.imo nec aliud pro alio, inuito creditore, poteſt ſolui.l.2.§.1. in fin. ff.ſi cert.pet.ita alteri pro altero:ſcilicet,creditore,inuito eo, ſolui nõ poteſt,iuxta materiam.l.vero Procuratori. ff. de ſolu.Si ergo dominus directus ſciuit, & non cõtradixit,patet per prædicta, quod videtur cõſentire,& ita ratum habere.facit illud, quod dicitur de domino ſciente, & non prohibente ſeruum delinquere:quia tunc in ſolidum tenetur, quiſi ignoraret,liberatur dando ſeruum pro noxa: vt iuribus vulgatis. Aut dominus ignorat iſtum geſtorem recipere ſolutionem Penſionis : & tunc dicit ipſe do.Pet.Papę emphyteutam non eſſe liberatum, per iura ſupra alleg. De materia iuris emphyteuticarij, commiſſi iuris, & Prælationis, tetigi etiam infra,quæſt.575.

a ¶ Dicitur falſus. *Is autem funditus dicitur falſus Procurator, qui nũquam habuit mandatum,ſed is, qui mandatum habuit:licet reuocatum,non dicitur funditus falſus Procurator. & not.differentiam inter hunc, & iſtum,vt colligitur ex ſcript dom. Barth.in l.falſus Procurator.verſic.oportet.dicta l. cum quis.in fin. C. de furtis. Et in l. Procuratori falſo.in gloſſ.1.ff.de cond. cauſa data,cauſa non ſecu.traditur caſus,in quo non eſt differentia.*

b ¶ Nunquam mandatum habuit. *Vel habuit, ſed eſt reuocatum:vt in glo.1.hic alleg. & in glo.1. in l.falſus.C.de furtis.*

c ¶ Eſt liberatus. *Tu dic quod liberabitur, ſcilicet,cedendo creditori actionem,quam habet cõtra ipſum falſum Procuratorem. Caſus eſt in l. cum fundus. §.ſeruũ tuum imprudens.ſi.ſi cer.pe.d.Bart.in l.ſi Procuratori. in 5.col.in ver.1.caſu,quæro.ibi,puto tamen.ff.de con. cauſa da.cauſa non ſecu. & in l.falſus.2.col.verſi.oppo. d.l.cum quis.C.de furtis.*

d ¶ Videtur conſentire. *Iſtud eſt regulariter verũ. vt in regula,is,qui tacet.in gl.1.circa mediũ.ibi, quid ergo in his,&c.de regu.iur.lib.6.*

## QVÆSTIO CLXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Partem cenſus qui ſoluit, an euitet commiſſum totius rei emphyteuticaria.*

2 Minor



2 *Minor ſi ceſſauerit triennio in ſolutione canonis,an tempus ſibi currat.*

VLTERIVS & quarto, dictus dominus Petrus Papæ in dicto ſuo conſilio, quærit de alio † dubio, videlicet, ſi emphy-
1 teuta pro re emphyteuticaria debeat pro canone Bladum & pecuniam, & ſoluerit Bladum triennio,ſed ceſſauerit in ſolutione pecuniæ:an tota res dicatur commiſſa pro parte pecuniæ, non ſolutæ? dictus dominus Petrus Papæ ibi determinat,quod nec in totum, nec in partem commit-
a titur. a pro quo bene facit,dicit ipſe, l. commiſſoriæ.C.de pact. inter empto. & ven. & extra, de pœnis.c.ſuam.Præterea ad hoc, quod committatur,requiritur, quod per totum triennium nil ſoluerit.ſed ſi nos cõpenſemus illud quod ſoluit in primo,ſecundo,& tertio anno; videbimus, ꝙ totum triennium non eſt lapſum: ſed compen-
b ſatione facta, b non erit forte niſi biennium, vel vnus annus, pro quo biennio, vel anno non eſt ſolutum, ſed ceſſatio per biennium in priuato, vel per annum, nõ facit incidere in commiſſum: ergo,&c. Præterea,particularis ſolutio, inuito creditore,non eſt ſolutio: ſed ipſo volente, particularis ſolutio,eſt ſolutio l.tutor. §. Lucius.ff. de vſu.ſed le.2.C.de iur. emph. dicit quod ſi non ſoluerit per totum triennium, cadit in commiſſum. Sed eſt certum, quod iſte ſoluit, licet partẽ cenſus, quia volẽte domino directo,ergo ſoluit. Si ſoluit,ergo non cadit in commiſſum. Præterea dicit ipſe do. Petrus certum eſt quod illud, quod debetur nobis ex prouiſione noſtra, fortius nobis debetur,quam illud, quod debetur nobis ex prouiſione aliena.ff.de cap. & poſtli. reuerſis.l.ſi quis in bello.& ibi no.& ff.de fideicomm. lib.l.ſi filius.§.erit.faciũt ibi no. per Doc.in c.nullus. de elect.lib.6. Sed certum eſt, quod ſi venditor apponat pactum legis commiſſoriæ in contractu venditionis, & ſic iſtud pactum eſt ex prouiſione ſua, & poſtea poſt diem præſtitutum legis commiſſoriæ,petat venditor partem precij,vel vſuras renunciare videtur pacto legis commiſſoriæ,per ipſum ex prouiſione ſua appoſito. vt l. commiſſoriæ.C.de pact.inter empt.& vend. Item, ſi creditor apponat pœnam,ſi nõ ſoluatur principale, & ſic iſta pœnę appoſitio eſt ex prouiſione ſua. Et poſtea creditor recipiat partem principalis, renũciare videtur toti pœnæ, per ipſum, & ex prouiſione ſua appoſitæ:vt c. ſuam. extra, de pœnis. Si ergo ſic eſt,quod videamur renũciare id,quod venit ex prouiſione noſtra, cũm magis debeatur nobis,vt ſupra dixi: multo fortius videmur renũciare id, quod debetur nobis ex prouiſione aliena,vt in caſu propoſito: quia pœna commiſſi nõ debetur nobis ex prouiſione noſtra, ſed ex prouiſione aliena, ſcilicet, per legem: & ita patet ex prædictis,quod renũciare videtur ipſi pœnæ cõmiſſi.& ita nec totum,nec pars committatur.ita dicit & tenet d.Pe.Papæ.& ſunt verba ſua formalia, & pro hac parte, tanquam magis æqua, vidi iudicari.& de hac materia tangit Specu. in tit.de arbitris. §. ſequitur. ver. qd ſi plura capitula, &c.
2 † Quid ſi minor ceſſauerit triennio in ſolutione canonis,an tempus ſibi currat? vide, quæ plene dixi infra,quæſt.435.Item quid ſi emphyteuta ceſſauerit in ſolutione cenſus pecuniæ, & dominus eidem emphyteutæ in tantum teneatur, an locũ habeat commiſſum? dic, quod non: quia in pœnalibus fit compenſatio ipſo iure: vt dixi ſupra, quæſtione 171.in fin.

a ¶ Nec in parte cõmittitur. *Dum enim dixit,nec in totum,videtur probabile ſecundum Spec. in titu. de emph.§.nunc aliqua.verſi.31.ſed d.Ioan. And. in add. ad Spec.in iam d.ver.ſi.in addi. quæ incipit, dic quod ſuperior.ver.tenet contrarium,ſcilicet, quod propter ceſſationem in parte canonis, cõmittitur in totum. & ibidem,ſub compendio,pulchre reſpondet ad contraria.*

b ¶ Sed compenſatione facta. *In caſu pene ſimili, hæc quidem ſubtilitas primo aſpectu placuit do. Ioan. And.ſed plenius meditando eidem diſplicuit, propter conſequentiam abſurditatis, & inconuenientiæ. vt in addit.ad Spec.in d.§.nunc aliqua.in verſic. 71. in additione,poſita ſuper verſic.ſi vnus.*

## QVÆSTIO CLXXV.

SVMMARIVM.

1 *Literæ ſine teſtium ſubſcriptione,non probant.Limit.nu.2.*

LITERAE quantumcunq; habeant ſigillum
a a publicum, habens † authoritatem à publi-
1 co,non probant niſi habeat teſtium ſubſcriptionem, vel niſi per Notarium Curiæ apud acta ſint ſcriptæ: vel conſuetudo hoc approbet. ita tenet
b Ioan. And. b in c.poſt ceſſionem. extra, de probatio.ſequendo opinionem Archidia. in cap. vt circa.de elect.lib. 6. quos ſequitur Salyc. in l. ad inſtructionem.C.de Epiſc.& Cle. ita etiam fuit declaratum in concluſione proceſſus Carmelitarum Belliuiſius in Roianis,& Prioris Sonnæ,in manibus Cathalani Chanterelli Secretarij Delphin. ſed quando ſigillum dicatur authenticum, vide Bald.in l.ſi qua per calum.C. de Epi. & Cle. in quæſt.pen.Sed literæ, quæ emittuntur à Can-
c cellaria Regis Franciæ, c & Domini noſtri Del. bene probant, ſine teſtium inſcriptione, quãdo ſunt ſigillatæ ſigillo authentico Cancellariæ. & hoc operatur conſuetudo,quę in hoc ſibi locum vendicat:vt dicit Salyc.in d.l. ad inſtructionem. Et ſimiliter literæ iudiciales, quæ emanant à Curijs temporalibus, & ſpiritualibus præſentis patriæ Delphin. fidem faciunt cum ſigillo, ſine teſtium ſubſcriptione,& iſtud operatur actus iudiciarius: quia tales literæ conceduntur in iudicio, quo caſu etiam probant,vt dicit Saly. vbi ſupra.

¶ Sed quæro,circa hoc,dominus Ia.Marchi Legum Doc.quondam iudex terræ Caſſennatici, vno ſemel dum eſſet in villa Coſte ſancti Andreæ pro aliquibus alijs negotijs, conceſſit literas patentes,nõ in figura iudicij, quæ fuerunt ſignatæ

L manu

manu Ioan. Berengarij, Notarij dictæ ſuæ Curiæ abſque teſtibus, & ſigillatæ ſigillo dicti domini iudicis: in quibus literis inter cætera ipſi do. Iac. Marchi faciebat locum tenentem ſuum d. Odonem Ancellini, in Legibus Licentiatum, quondam ad inchoandum & complendum coram eo inuentarium, tunc inchoatum pro Maria vxore Ant. Actacherij. An fidem faciant dictæ literæ locum tenentis, vt valuerit dictum inuentarium, coram dicto domi. Odone Ancellini inchoatum & completum? credo quod non inſequendo opinio. Archid. Ioan. An. Salyc. in locis ſupra alle. nec in hoc caſu vidi contrarium ſeruari de conſuetudine. De ſigillo, quem effectum habeat, vide Bal. in l. quam ipſe fecit, quæ incipit Imperialis clementiæ. circa prin. ſuper verbo ſigillo. & de hac materia ſigilli, vide, quæ dixi in tractatu de præſumptionibus, per me Guido. Papæ compilato. in §. reperitur aliquod, &c. De materia ſigilli etiam tetigi infra, quæſt. 481.

a ¶ Literæ quantumcunq; habeant ſigil. *De hoc vide per d. Rot. deci. 22. in deci. Tholo. quæſt. 24.*

b ¶ Ioan. And. *Speciale autem eſt in actis iudiciorum, quod credatur tabellioni ſine ſubſcriptione teſtium: ſed literis & ſigillo Epiſcopi, ſine ſubſcriptione teſtium non creditur: imo non videtur plene prouiſum: licet ſit ſubſcriptio teſtium: quia poſſet apponens furtium ſigillũ ſubſcribere teſtes mortuos, non tunc viuentes. Item dicit Io. An. in c. poſt confeſſionem. 3. colum. in ver. & ibi ſubſcriptione. iuncta 6. col. in verſi. item cũ ipſe Inn. de pro. & quod hic dicitur de conſuetudine, tenet Spe. in 2. parte. tit. de prob. §. fi. verſi. 10. ibi, ſtatur enim in hoc. vbi, dicit, quod conſuetudo facit ſigilla authen.*

a ¶ A Cancellaria Regis Franciæ. *& iſtud tenet Spe. in d. ver. ibi ſigillum autem Cancellarij. Pariſi.*

## QVÆSTIO CLXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio, facta per creditorem extra iudicium, quidnam operetur.*

2 *Confeſſio extra iudicium, ſine cauſa facta, non inducit obligationem.*

In deciſione proceſſus diffiniti in ſentē-
1 tijs † prolatis, in vigilia Ramiſpalmarũ anno dom. 1454. inter nobilem Baudoinum adhemarij agentem ex vna parte, & dominum Gordereum ex altera, in manibus Io. Botuti Secretarij Delphin. fuit facta concluſio, quod confeſſio per creditorem, extra iudicium, facta etiam parte abſente, valet, quo ad probationem liberationis inducendam, per l. Publia Meuia. §. fi. ff. depoſiti. & ita dicit etiā Io. Fa. inſti. de actio. in §. item ſi quis. Sed quid de confeſſione debiti, extraiudicialiter facta, quid ſuper hæc operetur iuramentum? Vide Humb. de Bouenco in ſua repetitio. in authen. Sacramenta puberum in ma-
2 teria de cauſa formali. C. ſi aduer. ven. † Confeſ-
a ſio enim extra iudicium, ſine cauſa, a facta, non inducit obligationem, caſus eſt in le. cum de indebito. §. fin. ibi: ſin autem cautio. ff. de prob. idē tenet glo. in l. 1. glo. fi. vbi vt ergo hoc videas plenius. ff. de inter. acti. idem tenet Cyn. in l. generaliter. in 1. 2. & 3. quæſt. C. de non num. pecu. Idem Bar. in d. l. cum de indebito. maxime ſi fiat in partis abſentia, vt in c. fin. ibi, in Abbatis abſentia. extra, de ſucceſ. ab inteſtato. l. certũ. §. ſi quis abſente. ff. de confeſſis. ſecus tamen eſt in confeſſione iudicialiter facta, quæ etiam valet ſine cauſa: ſicut ponunt Bart. & Cy. in locis præalleg. nec
b etiam valet promiſſio ſine cauſa b facta, vt tenet gl. in d. l. 1. in fi. ff. de interrog. actio. Etiam ſi ſtipulatio interueniat obſtante exceptione doli, quæ poteſt opponi. l. 2. §. circa. ff. de excep. doli. De confeſſione extraiudiciali, plene tractat Io. And. in addi. Spe. in tit. de teſte. §. 1. Et de confeſſione facta inter certas perſonas, ſi præiudicetalijs: vide, quæ dixi in quæſt. 254. infra.

a ¶ Sine cauſa. *Vel cum cauſa: ſed indiſcreta: vt not. dom. Bald. in l. cum de indebito. §. ſin autem cauſa. ff. de probatio.*

b ¶ Promiſſio ſine cauſa. *Hoc intellige, quando præceſſit confeſſio, & ſubſequitur ſtipulatio, verbi gratia. Meuius confitetur ſe debere cētum Titio, quæ per ſtipulationem reddere promittit, ſed vbi non eſt confeſſio, ſed promiſſio ſine cauſa diſcreta, vel ſpecifica, videtur facta animo donandi. omnes Doc. concludunt in l. campanus ff. de ope. li. refert do. Alex. in addi. ad Bart. in d. l. cũ de indebi. in §. ſed hoc. in addi. quæ incip. ſed pone.*

## QVÆSTIO CLXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Creditor ſi partem debiti recipiat, ſine proteſtatione, an poſſit poſtea agere ad reſiduum.*

Evit etiam concluſio facta in deciſio-
1 ne dicti proceſſus, quod ſi actor † petat minorem ſummā, & ad illam fuerit reus condemnatus, vel ſoluerit ſine cōdemnatione, quod talis actor poterit iterum agere ad reſiduũ ſecundum Ioan. Fab. inſti. de acqui. in §. ſi minus intentione. in 6. colum. 1. quæſtio. quid ſi actor, &c. quod intelligo, etiam ſi actor in prima petitione non fuerit proteſtatus de agendo ad reſi-
a duum, quia ibi loquitur Ioan. Fab. indiſtincte: a igitur, & c. Et hoc verum, niſi petierit actor in pri-
b ma petitione, pro reſta, b &c. Quia tunc videtur tacite fateri ſolutionem reſidui, nō petiti. ita ſeruat hæc Curia Parlam. in iudicādo. ſed ſi petitio, facta in iudicio pro parte, probetur, & pro alia nō an pro parte probata poterit ſententia ferri pro actore? vide, quæ dixi ſupra, quæſtione 27.

a ¶ Indiſtincte. *Ita etiam loquitur dom. Dyn. in §. ſi minus. in verſic. ſine periculo. & in verſi. vlterius quæro. inſtit. de actio.*

b ¶ Pro reſta. *Et pro hoc facit, quod dicit domin. Anton. de Aret. in præallega. §. ſi minus. in 1. not. vbi idem ſentit de dictione taxatiua, quod hic dicit de dictione ſcilicet, reſta.*

QVAESTIO



## QVÆSTIO CLXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex Laicus poteſt cognoſcere, & punire de periurio, ſacrilegio & adulterio,*

2 *Iudex Eccleſiaſticus debet cognoſcere de clerico periuro, adultero vel ſacrilego.*

3 *Princeps ſecularis an poſſit diſpenſare ſuper iuramento.*

4 *Periurus qualiter puniatur.*

5 *Transactio, facta inter duos priores, vel curatores, an ſit perſonalis vel realis.*

a De periurio a poteſt Iudex Laicus † co-
1 gnoſcere, & punire: quia eſt crimen cōmune: vt in auth. de mandatis Prin. §. ſi vero. & no. per Io. An. in c. licet. extra, de iureiur.
b b lib. 6. & not. in l. nulli. C. de teſti. & ibi Bal. & in l. 2. C. de fide inſtr. Ita tenet Bald. in extrauagant. Imperialis cle. de pace Conſtan. in glo. ſuper verbo, tam vaſalli. ibi, ſed hic quæro. vbi etiam tenet quod periurium eſt crimen commune, & quod Iudex ſecularis poteſt punire de periurio. Et facit l. ſi quis maior. C. de tranſact. Nec obſtat c. vene-
c rabilis. c extra, de elect. & quod not. in c. cum ſit generale. extra, de fo. comp. quia loquuntur in Clerico. hic autem loquimur in Laico. & idem de Laico ſacrilego vel adultero. ita intelligitur d.
2 le. ſi quis maior. & alia † iura Ciuilia. de Clerico vero adultero, periuro, vel ſacrilego, Iudex Eccleſiaſticus debet cognoſcere. Et ita loquuntur contraria. & ita tenēdo ius in quolibet foro ſuo, nihil eſt contrarium, ita tenet glo. in d. c. cum ſit generale. vbi glo. enumerat caſus, in quibus co-
3 gnitio ſpectat ad Eccleſiam. ¶ † Sed an Princeps ſecularis poſſit diſpenſare ſuper iuramēto? Credo, quod ſic, per l. fi. in prin. ff. ad municip. & vide, quæ plenius dixi ſuper hoc, infra, quæſti. 414.
4 Sed qualiter † puniatur periurus, d alibi dicitur,
d quod pœna capitali. 23. queſtio. 5 c. Rex. quod intellige verum de teſte, qui fert falſum teſtimonium in cauſa criminali, talis enim mortem meretur. ff. de fica. l. 1. §. 1. & dixi plenius ſupra, quæſtione 44. alias enim ſi in contractibus quis periurus eſt, notatur infamia. vt in le. ſi quis maior. C. de tranſact. & plenius de hoc tetigi in tractat. quem feci ſuper materiam d. l. ſi quis maior. in princip.
e alias ſolum Deum habet vltorem. e l. 2. C. de rebus cre. quod intellige verum, ſi in alterius non cedit præiudicium, ita dicit glo. in c. quicunque. 6. quæſt. 1. Et eſt periurus fuſtigandus fuſtibus, ſi iuret per genium Principis. ff. de iureiur. in leg. ſi duo. §. vlti. & de pœna teſtis, qui deierando deponit falſum in cauſa criminali, vide quid iudicatū fuit in hac Curia Parlamenti Delphinalis, ſupra, quæſtione 44. & ita quod Iudices cognoſcant & puniant de periurio, ſeruant ſtylus & cōſuetudo omnium Curiarum præſentis temporis, patriæ Delphin. vt videmus in Aſſiſijs, quas tenent domini Iudices locorum. in quibus puniūt Laicos
5 de periurio. De pœna † autem periurij vide Bald. in l. final. C. de fideiuſſo. & in authenti. ei, qui iurat. C. de bonis author. iud. poſſi. Et in 89. conſilio. meorum.

a ¶ De periurio. *Vide quis Iudex puniat periurum, & quæ ſit eius pœna: iſtum conſil. 29. incipien. ille incarceratus. nume. 3. verſicu. item etiam dictus: vbi remittit ad ea, quæ ſcripſit conſi. 89. in 1. dubio. verſicu. 1. circa primum. & in quæſtio. Tholo. quæſt. 16. 1. addi.*

b ¶ De iureiuran. *Et ibi in d. c. licet. in verſicul. multum facit. dicit dom. Io. And. ex litera, petere, Iudicem Secularem de periurio, vel iuramento cognoſcere poſſe, & diffinire. Et idem videtur ſentire do. Pet. de Anch. in præalleg. c. licet. in 5. no.*

c ¶ Nec obſtat c. venerabilis. *Tu dic, quod illud c. venerabilis. loquitur in caſu, quo dubitatur an iuramentum ſit licitum, & ſeruandum nec ne: in quo quidem caſu eſſet remittendum ad Iudicem Eccleſi. Ita dicit dom. Io. And. in c. cum Laicus. ſuper vlti. glo. de foro competen. lib. 6.*

d ¶ Qualiter puniatur periurus. *Super hoc vide dom. Cyn. C. de rebus credi. in l. iuriſiurandi. in verſic. iuxta hoc. & ibidem domi. Bal. qui tangit octo modos puniendi periurum.*

e ¶ Deum habet vltorem, *Dicunt aliqui, quod periurus poteſt extraordinarie puniri, licet ſolum Deũ habeat vltorem. & alle. do. And. in authen. ſceni. non ſolum ſi fideiuſſor. præſtent. colla. 5.*

## QVÆSTIO CLXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus an poſſit dare Laico in compenſationem, aliquam penſionem, ſine conſenſu Capituli.*

An Prælatus in recompenſam alicuius meriti, poſſit Laico dare penſionem, ſine
1 conſenſu Capituli. † Et an poſt mortem ſuam poſſit ſucceſſor hoc reuocare? circa hoc poteſt diſtingui: quia aut cōceditur perpetuo dicta penſio, aut ad tempus. Si perpetuo, non valet ſine conſenſu Capituli: Si ad tempus, tunc valet talis conceſſio: & non poteſt per ſucceſſorem reuocari. Ita dicit Archi. 16. quæſt. 1. c. poſſeſſiones.
a a & in c. 1. in fin. de rebus Eccl. non alie. lib. 6. Ita fuit concluſum in viſione proceſſus Carmelitarum Belli Viſus in Royanis, ex vna parte agentium, & Priorem Sonnæ ſe defendentē ex altera parte, in manibus Magiſtri Cathalani Chanterelli Secretarij Delphin. in quo proceſſu domini Carmelitæ petebant à dicto priore quandam pēſionem 50. florenorũ dudũ. circa 200. anni ſunt lapſi. per olim Priorem Sonnæ, impoſitam perpetuo, ſuper dicto Prioratu Sonnæ, & ſolui promiſſam domino noſtro Delph. pro ponte, capella & hoſpitali Sonnæ, eidem Priori per dominũ tunc Delphinum dicto Priori Sonnæ, & ſuis ſucceſſoribus perpetuo traditam, & quæ penſio fuit per do. Humb. Del. dicto conuentui in fundatione, & donatione ipſius conuent. donata. An autem tranſactio, facta inter duos Priores, vel curatores

tores,ſit perſonalis, vel realis? Dic quod perſo- b nalis,ſed ſi Papa cõfirmet,erit realis. *b* vide text. not.in c.veniens.de tranſact.

*a* ¶ Archid.capi. poſſeſſiones. *Puta in verſicul. clericis.ibi,& quod dicit,&c. & allegat 16. quæſtio.6. illud.*

*b* ¶ Erat realis. *Hoc intellige verum.quando Papa cõfirmaret huiuſmodi tranſactionem cum cauſæ cognitione,& non in communi forma,quæ nihil iuris addit, ita dicit dom.Innocent.in c. veniens. in ſua glo. ſuper verſi.confirmatum.extra,de tranſactio.*

## QVÆSTIO CLXXX.

SVMMARIVM.

1 *Felonia vaſalli contra dominum,qualiter probetur.*

1 AD probandum feloniam per † dominum cõtra vaſallum,requiruntur quinq; teſtes omni a exceptione maiores, *a* vt probatur in lib.feud.in c.vno ſub rub. quot teſtes ſunt neceſſarij ad probandam ingratitudinem. & ita fuit concluſum in Camera Conſilij die 20.menſis Martij,1458.in diffinitione proceſſus nobilis Baudoini, domini ſancti Germani, actoris ex vna parte, & domini Guardæ rei, ex altera, in manibus Ioan. Botuti, Secretarij Delphi. in quo proceſſu dictus dominus Guardæ opponebat contra dictum Baudoinum,eius vaſallum de felonia: licet glo. in d.c. vno dubitauerit an dictus text. pro lege debeat obſeruari. An autem liber feudorum faciat ius apud omnes, vide infra, quæſt.297.

*a* ¶ Quinque teſtes omni exceptione maiores. *Et huius deciſionis eſt ratio,vt cautius ageretur cũ vaſallis,ne de facili forte per viles, & redẽptos teſtes, aut paucos poſſent domini priuare vaſallos ſuos feudis. Ita pulchre inquit domi.de Aluarotis.in vſib.feudo.in tit. quot teſtes ſunt neceſſarij ad probandum feud.ingra.in cap.vno.in verſ.& fuit ratio decidendi.Verum, quod ille tex. debeat ſeruari pro lege,optime probat ibi dom. Iacob.de Aluarotis per plures rationes.*

## QVÆSTIO CLXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Stylus Curiæ ſancti Marcellini habeatne locum in inſtrumento debiti,non etiam ſigillato.vide & num.2.*

3 *Et, inducit repetitionem qualitatis præcedentis.*

4 *Submiſſus Curiæ Sancti Marcellini, poſſitne ante litem conteſt.pœnitere.*

IN viſitatione proceſſus Celeſtinorum de Columberio,in regno agentium, ex vna parte, & Anton. Neireti ciuis Grationop. ſe defendentis ex altera parte, diffiniti die 24.Martij,1458.in manibus Anton. de Molena Secretarij Delphin. Circa ſtylum dictæ Curiæ Sancti Marcellini in dicto proceſſu,pro parte dictorum dominorum Celeſtinorum,productum fuit inter dominos meos Parlamenti in Camera 1 Conſilij determinatum,† & concluſum, verbis ipſius ſtyli bene penſatis&cõſideratis,quod quis non videtur obligatus rigori dicti ſtyli, etiam ſi in inſtrumento obligatorio reperiatur expreſſa ſubmiſſio ad dictã Curiam, niſi tale inſtrumentum etiam fuerit ſigillatum, ſigillo dictæ Curiæ & hoc probant verba dicti ſtyli ibi, quod inſtrumenta, quæ reperientur ſigillata, ſigillo dictæ Curiæ, & c. A quibus verbis non eſt recedẽdum. argum.in l.non aliter.in princip. ff. de leg. 3. maxime in re dubia,vt leg.1.§.ſi is, qui nauem.ff.de exerci. Dictus enim ſtylus ſtatuendo, quod, cõtra tertium poſſeſſorem in actione perſonali fiat executio,eſt contra iuris diſpoſitionem.in l. 1.§. ſi hæres.ff.ad Trebellian. & in l. final. ff. de contrahen. emp. & vendit. cum ſimil. maxime non diſcuſſo principali,iuxta authent.hoc ſi debitor. cum materia.C.de pign.actio. etiam in eo,quod non amittit tres exceptiones, excludendo præſcriptionem, & alias exceptiones de iure admiſſibiles.Et ideo ſtricte intelligendus eſt,videlicet, vt non ſufficiat ſimplex ſubmiſſio ad ipſam Curiam Sãcti Marcellini: ſed requiratur etiam ſigillatio talis inſtrumenti obligatorij,iuxta.le. conſtitutionibus.ff.ad munic.iuncta leg.quicquid aſtringendæ.ff.de verborum obligatio. ¶ Sed iux2 ta præmiſſa,quæro,† aliquis ſe obligauit,& ſe ſubmiſit rigori ſtyli, & ſigilli Curiæ Sancti Marcellini, prout etiam in dicto inſtrumento obligatorio,per dictos dominos Celeſtinos in dicto proceſſu producto,hæc verba deſcribuntur: an hoc caſu requiratur ſigillatio inſtrumenti obligatorij.& videtur,quod non,per verba dicti ſtyli in l. c.in fin.ibi,& in alijs documentis, & membranis quibuſcunque,ad vires,dicti ſigilli,cõfectis, &c. in qua clauſula non repetuntur illa verba,ſigillata ſigillo,&c. Sed fuit tunc per dominos meos contrarium determinatum in dicta cauſa Celeſtinorum:& credo quod bene:quia licet ibi non repetantur illa verba,ſigillata ſigillo, &c. tamen a cenſentur repetita: *a* cum copula,&,inducat† re3 petitionem qualitatis præcedentis: vt dicit Bart. b *b* in l.Seia.§.Caio.ff.de fun.inſtr.& inſtrumento legato.& dixi latius infra,quæſt.527. Et facit pro hac parte. capi. ſecundo requiris. de appellatio. vbi clauſula, appellatione remota, adiecta in prin.commiſſionis, cenſetur in medio repetita. Sed de quo operabitur ſimplex ſubmiſſio ad dictam Curiam in inſtrumento obligatorio non ſigillato,deſcriptam,credo quod operabitur, vt debitor etiam alterius territorij ad dictam Curiã c Sancti Mar.poſsit cõueniri, *c* iuxta l.1.& 2.de iur. om.iud.& le.ſi conuenerit.ff.eo.tit. Sed contra eum procedetur ſecundum iuris communis diſpoſitionem, nõ autem ſecundum diſpoſitionem dicti ſtyli, à iuris cõmunis diſpoſitione exorbitãtis, cum rigori ipſius debitor non reperiatur,nec cenſeri debeat obligatus: nec per conſequens ſimplex ſubmiſsio ad dictum rigoroſum ſtylum extendi.ar.eorum, quæ leguntur, & not. in l.



in leg. ſed ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis cautionibus. Si enim voluiſſet debitor dicto rigori ſe obd ligaſſe,bene expreſſiſſet: vt dicitur in ſimili; *d* in l.vna.§.ſi autem ad deficien.C.de cadu.tol. & ita etiam in hoc caſu ſeruatur in d.Curia Parlam.

¶ De materia ſtyli d.Curiæ Sancti Marcellini, vide,quæ dixi ſupra,quæſt.15. in quodam alio ca4 ſu.† Sed iuxta præmiſſa, quæro, an ſubmiſſus d. Curiæ Sancti Marcel. ante litem conteſtatã poſſit pœnitere? dic,quod ſic,de iure. l. ſi conuenerit.cum glo.ff.de iuriſ.om.iu. Sed de ſtylo d. Curiæ nõ admitteretur pœnitentia, vt ſcripſi ſupra, quæſt.77. Sed quid de præſcriptione: quæ non poteſt opponi de ſtylo in d. Curia Sancti Marcel.vide, quæ dixi infra,quæſt. 319. ¶ Sed quid ſi debitor ſe ſubmiſit omnibus Curijs Delph. an intelligatur facta ſubmiſſio ad Curiam Sancti Marcel. Cabeoli, vel parui ſigilli Montiſpeſſula,quæ Curiæ ſunt rigoroſæ? Credo quod non comprehene dantur ſub illa generalitate. *e* argu.l.ſed & ſi quis §.quæſitum.ff.ſi quis cau.& in l.filiusfa.§.ſi.ff.de dona.& videtur caſus in cle. non poteſt. de Procurat. & ita ſeruatur in iudicando in hac Curia Parlamenti.

*a* ¶ Cenſetur repetita. *Pro hac opinione vide optimũ textum in §.illud.in fin.ibi,quod prima parte eo verbo vſa eſt inſtit.de l.Aquil.*

*b* ¶ Bart. *Dicit enim ipſe do. Bart. quod virtus copulatiuæ qualitatem præcedentis legati,repetit in ſeq.*

*c* ¶ Poſſit conueniri. *Hoc forte verũ,niſi priuſquam adiretur ipſe iudex mutata fuerit volũtas: vt habetur in l.ſi conuenerit.ff.de iuriſ.om.iudic.*

*d* ¶ In ſimili. *Facit c.ad audientiam. in fin. cum ibi nota.extra,de deci.*

*a* ¶ Sub illa generalitate. *Nam in conceſſione generali non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus.vt in c.in generali.de reg.iur.li.6.*

## QVÆSTIO CLXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Poſitione negata an poſſit quis ſe iuuare.*

AN quis poſſit ſe iuuare poſitione per eum 1 negata?† d.Arch.in c. 1. *a* de confeſſis.li. a 6.arguit pro & contra: & finaliter determinat,quod nõ.ita etiam tenet do.Bar.in l. poſt legatum.ff.de his,quibus vt indi. & iſta eſt communis opinio,niſi pars peteret errorem corrigi. dicit Archi.vbi ſupra. Et ita determinauerunt & concluſerunt domini mei de Parlamento in diffinitione proceſſus, appellationis Bart. Sacherij appellantis,& Claudij diuionis appellati, diffiniti de menſe Martij die ſententiarum,1358. in manibus Ioan.Cabodi Secretarij Delphina.

*a* ¶ Dominus Archi.in c. *Scilicet.col. 2. ver.nunquid ergo. vt ipſe huius dicti aſſignat rationem,dicens quia ſuam turpitudinem allegaret:quia contra ſuum dictum veniret,ſcilicet,ponens contra ſuam aſſeuerationem, & reſpondens contra ſuam negationem. & ſic inuit idem ius eſſe in vtroq; videlicet,ponente & reſpõdente,quod dicit eſſe verum:niſi probaret ſe erraſſe: & iſtud limita eſſe verum, quando error reuocaretur ſtatim,per tex.l.1.C.de erro.aduo.*

## QVÆSTIO CLXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Penſio annua ſuper feudis Delphinalibus impoſita.*

2 *Penſio an poſſit imponi in re emphyteuticaria.*

REPERITVR in Camera Computorum Delphin.quod dudum anno 1389. 1 & die 26.menſis Octobris.dom.Iac.† de Monte Mauro tunc guberna. Delph.ſtatuit & ordinauit,quod ſuper feudis, aut rebus emphyteuticarijs Delphin. non poſſit nec debeat imponi penſio:& quod impoſitæ à 40. annis tunc proxime lapſis tollantur, quæ ordinatio ex poſt fuit confirmata per Curiam Parlamenti,& dom.Mafuſo tunc gubernatorem, anno 1427. & die 26. menſis Aprilis. Reperitur etiam in Camera Cõputorum alia ordinatio, cõfirmatoria præcedẽtium,facta per do. Radulphum de Gaueour.tũc gubernatorem Delphin.1434. & die 11. Decembris.& ſecundum dictas ordinationes fuit iudicatum in manibus Io. Botuti Secretarij Delph. anno 1452.inter Petrum Moyrodi, de Turre Pini ex vna parte,& certos homines, de dictis penſionibus tunc conquerentes: & quæ penſiones fuerunt dicto anno, per ſententiam Parlamenti ſublatæ & reuocatæ: vt latius in ſententia continetur. Sed ex poſt anno 1458. & die 23. mẽſis Decembris fuit contrarium iudicatum in manibus Petri de Bolliaco, Secretarij Delphin. in cauſa Abbatis, & conuentus ſancti Andreæ Monachorum Viennæ, in qua Ioan. Pugeti, alias Collomat,ciuis Lugdunen. fuit condemnatus ad ſoluendum quandam annuam penſionem, duorũ ſcutorum auri:licet probaretur fuiſſe impoſita ſuper feudo Delphin. & à tempore dictarum or2 dinationum citra. † Et de hac materia,an poſſit imponi penſio ſuper re emp.tangit Bald. in l.fin. a in fin.ff.de contrah.emp. & vend.& Ioan.Fab. *a* inſtit.de acti.§.item Seruiana.& Specu. in tit. de emp.§.nunc aliqua.verſic.125.& verſic.166.& vide,quæ ſcripſi infra,quæſtione 575. Et de materia c penſionum ſuper certis rebus aſſignatarum, *c* vide in l.lega.ff.de an.leg.in §.1.

*a* ¶ Ioan.Fab.§.item Seruiana. *Scilicet in 9.colum. verſicul. quid de iuris. cauſæ. tamen quia loquitur in alio caſu.*

## QVÆSTIO CLXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Maſculi cenſeanturne inuitati ad bona teſtatoris, ex tacita mente teſtatoris,excludendo filias.*

2 *Liberi maſculi filij teſtatoris,an cenſeantur ſubſtituti, ex verbis teſtatoris:Si filij mei deceſſerint ſine maſculis, ſubſtituo Sempronium.*

*Liberis ſubſtitutis, vel inuitatis, an remaneat patri inſtituto, facultas eligendi.*

4 *Liberi liberorum in quibus terminis cenſeantur inſtituti.*

IN illa quæſtione, qua quæritur ſi teſtator dicat: ſi hæres meus ſine liberis 1 deceſſerit,† talem ſubſtituo, an liberi veniant ad bona teſtatoris ex teſtamento, vel ab inteſtato. dixi plene ſupra, q. 39. quod liberi nõ veniunt ex teſtamento, inſequendo opinionem gl. 2 Bar. Raymun. & ſequacium.† Sed iuxta hæc quæro, de alia quæſtione, quam non reperio motam per Doctores. Aliquis in ſuo teſtamẽto inſtituit filium ſuum, & adiecit talia verba: & ſi filius meus deceſſerit ſine liberis maſculis, ſubſtituo Sempronium. An hoc caſu liberi maſculi filij teſtatoris, cenſeantur ſubſtituti in bonis teſtatoris, ſaltem ex tacita mente teſtatoris. Et videtur, quod non, per ea, quæ dixi, in d. quæſtio. 39. In contra- *a* rium videtur, *a* quod imo hoc caſu liberi maſculi videantur ex tacita mente teſtatoris, ſubſtituti. *b* *b* Sicut videmus in ſimili: quod ſi ſtatuto ciuitatis caueatur, vt, extantibus liberis maſculis, filiæ non ſuccedant: certe hoc caſu liberi maſculi cenſentur inuitati ad hæreditatem paternam: quia illa verba continent diſpoſitionem in perſonam liberorum maſculorum: vt cenſeantur maſculi inſtituti. Ita dicit & tenet Bart. in l. liberorum. ibi pone exemplum in themate. ff. de verb. ſign. & pro fundamento allegat Barth. l. fideicommiſ. §. cũ eſſet. ff. de lega. 3. Et faciũt, quæ dixi infra, quæſtio. 485. circa finem. ibi, & eſt ratio, &c. & quæſt. 299. & l. in ratione. la 2. §. tam etſi. ff. ad l. Falcid. Nam illa verba ſtatuti habent duo capita: vnum incluſiuum maſculorum: aliud excluſiuum filiarum. Et primo capite, quo maſculi includuntur, videntur fœminæ excluſæ, vt no. in c. Ray. in glo. ſuper verbo maſculis. extra de teſtamẽtis. ita dicit ibi Gofre. quia incluſio vnius eſt excluſio alterius. ff. de leg. 1. le. quod in rerum. §. ſi quis poſt. & habẽt illa verba, ſtãtibus maſculis, tacitam diſpoſitionem in perſonam maſculorum: vt dicit Bal. in l. maximũ vitiũ. in ſecundo notabili. C. de liberis prẹteritis, vel exhæredatis. qui ibi ſequitur opin. Bar. & nõ mirum: quia quandoq; verba conditionalia etiam inducunt diſpoſitionẽ, ex mente legis. vt ff. de oper. lib. l. ſi ita ſtipulatus. vt ibi etiam dicit Bal. ideo pro concordia iſtorũ cõtrariorũ puto diſtinguendum: quia aut teſtator dicit, ſi hæres meus ſine liberis deceſſerit, &c. & tunc liberi liberorum nõ veniũt in diſpoſitionẽ, ita loquitur prima pars ſecundum opi. gl. Bar. & ſequaciũ in d. l. Lucius. Aut teſtator adiecit verbũ, maſculis, dicendo, ſi filius meus hæres deceſſerit ſine liberis maſculis, talem ſubſtituo. Et tũc procedit ſecunda pars, quod liberi maſculi remanent in diſpoſitione, ſecundum Bart. & Bald. in locis præallegatis. Et faciunt ad hæc, quæ dixi infra, quæſt. 299. Et iſte eſt vnus caſus ſingularis, qui quotidie occurrit in facto, in quo liberi non veniunt in conditione, ſed in diſpoſitione: contrarium tamen fuit deciſum, infra, quæſt. 599. Alius caſus in terminis noſtræ quæſtionis reperitur, ſecũdum Bar. quando videlicet ex verbis teſtatoris liberi cenſentur grauati: vt ſi dicat teſtator: ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, vel liberi ſui ſine liberis, bona mea deueniant ad talẽ, &c. Quia tunc eo caſu videntur inſtituti: vt dicit Bar. in l. Cẽturio. in quæſt. vlti. tertiæ quęſtionis principalis, quæ incipit: Quæro vlterius quid ſi teſta- 3 tor, &c. de vulga.† Sed an hoc caſu, in quo liberi videntur ſubſtituti vel inuitati, remanet patri inſtituto facultas eligendi, quem ex dictis liberis voluerit, ita vt ſufficiat, & volũtati teſtatoris ſit ſatisfactũ: dum tamen ad aliquem vel aliquos dictorum liberorum, hæreditas perueniat? Credo, *c* quod ſic: per l. filiusfa. § cum pater. *c* ff. de lega. 1. & l. ſi is, cui cum plures. ff. de leg. 3. & facit le. fœminæ. C. de ſecundis nuptijs. vbi mater poteſt relinquere vni, ex liberis primi matrimonij, cui voluerit. Et licet illud ſit correctum hodie: tamen ratio manet. facit etiam l. vnum ex familia. §. ſi de 4 Falcid. ff. de leg. 1.† Reſtat ergo, quod non reperiuntur niſi duo caſus, in quibus in terminis propoſitæ quæſtionis, liberi liberorum cẽſentur inſtituti. Primus, videlicet quando liberi liberorũ ex verbis teſtatoris cenſentur grauati, quo caſu videntur inſtituti: vt dicit Bart. vbi ſupra in dic. l. Centurio. vel quandocunque appareret de voluntate teſtantis tacite, vel expreſſe. Secundus caſus, quando videlicet teſtator adiecit verbum maſculis, quo caſu per excluſionem filiarum videtur inuitare maſculos ad eius ſucceſſionem, vt volunt Bart. & Bald. in locis ſupra alleg. Sed reſpectu huius ſecundi caſus, in quo fit mentio de verbo, maſculis, fuit determinatum cõtrarium. *d* *d* 1461. die vero 10. menſis Iunij, in diffinitione cauſæ reuiſionis nobilis Claudij Alamandi actoris: & nobilis Ioan. Alamandi, dicti de Grangia, ſuper caſtro Rupiſchinardi: quia maior pars dominorum, qui in dicta reuiſione interfuerũt, ita concluſerunt: licet aliqui fuerunt in contraria opinione, quod imo per illud verbum, maſculis, videbatur ipſe Claudius inuitatus, ex teſtamento domini Eymari, eius patris, per iura & rationes ſupra declaratas. Tamẽ maior pars dominorum fuit in contraria opinione. Alias deciſiones ſuper dicto proceſſu reuiſionis, tunc factas, vide infra, quæſt. 596.

*a* ¶ In contrarium videtur. *Prima opi. videtur verior: quia vtrobiq; eſt eadẽ ratio. ſicut enim per illa verba, ſi ſine liberis, non intelliguntur ex teſtamento vocati ipſi liberi, ſiue ſint maſculi, ſiue fœminæ: ſic nec cenſeri debent inuitari ex teſtamento ſi dicatur, ſi ſine liberis maſculis, cum expreſſio eorum, quæ tacite inſunt, nil operatur. l 2. ff. de lega. 1. non obſtat, quod hic inducitur de ſtatuto: quia aliter mens ſtatuti omnino offenderetur, niſi filius maſculus ſuccederet, excluſa filia: quia ſi ſecus fieret, ad ſucceſſionem defuncti veniret filia, quod foret contra mentem ſtatuti de directo. ſed in caſu diſpoſitiuo vltimæ voluntatis teſtantis, ſi quidem volũtas nihilominus, ſeruaretur: ſi liberi maſculi non veniant ex teſtamento, dummodo illis extantibus, veniat ad eius ſucceſſionẽ: & ſic teſtator per verba prædicta, non intendit ipſos vocare ad eius ſucceſſionem ex teſtamento: ſed eiſdem ius ſuccedendi ſaluum eſſe voluit, illiq; nolens in quoquam prætext. ſubſti. derogare. ſtatutum vero excludendo filiam, in exiſtentiam filiorum maſculorum, eos ad ſucceſſionẽ vocauit: quia quod de vno negatur, de alio conceditur. 25. diſtin. qualis. & ff. de iudi. l. cum prætor. vnde horum tanquam ſeparatorum, ſeparata debet eſſe natura. l. finali. & ibi do. Bar. ff. de calum.*

*b* ¶ Subſtituti. *Aduerte, ſi duabus inſtitutis teſtator dicat, ſi altera earum decedat ſine liberis, &c. quod per illa verba non veniunt filij vocati ex teſtamento, tanquam ſubſtituti. Ita tenet Alex. in conſilio 251. incipiẽ. videtur. prima colum. 2. ver. non obſtat. in 2. vol. vbi dicit ita ſe habere communem opin. quæ fuit originaliter gloſſ. fin in l. Lucius. ff. de hæred. inſtitu. quam etiã ibi ſequuntur Iac. de Are. Cynus. Rayn. Bart. Bald. Angelus & Ioannes de Imol. Licet contrarium teneat Old. prout refert Alex. in præalleg. conſil.*

*c* ¶ §. Cum pater. *In ver. ſed ſi omnes. & ibi do. Bart. in princip. præalleg.* §.

*d* ¶ Determinatum contrarium. *Et bene, vt ſupra, in apoſtil. poſita in verſic. in contra.*

## QVÆSTIO CLXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Appellationem deſertam poteſt Princeps admittere.*

2 *Releuamentum an, & à quo debeat fieri.*

1 PRinceps ad ſupplicationẽ † partis, poteſt admittere deſertã appellationẽ, per aliquã veriſimilẽ prẹſumptionẽ, quẹ eũ mo- *a* ueat. *a* ita dicit d. In. in ca. ex literis. in fi. extra, de reſtitut. in integ. idem etiã facere poteſt præfectus Prætorio. vt ibidem dicit Innocen. quæ obſeruari, & fieri vidi in Cancellaria domini noſtri Delphini, dum in hac patria reſidebat. Sed nondum vidi hoc obſeruari per hanc Curiam Parlamenti: licet vicem præfecti Prætoris obtineat, licet ipſa Curia via ordinaria bene reſtituat partẽ, per viam reſti. in integ. parte audita, & probatis legitimis impedimẽtis per teſtes, ex clauſula generali, ſi qua iuſta cauſa, &c. Et ita vidi in plurib. 2 cauſis fieri temporibus meis. † De releuamento temporis, an, & à quo debeat dari, ſi pars fuerit negligens in appellatione interponenda, aut introducenda, aut proſequẽda, dic, quod princeps hoc poteſt facere, per tex. in l. 2. § quod ſi ita contigerit. ibi à noſtro numine reparationem peti præcipimus, &c. C. de tem. appel. & ibi dicit Azo. & ita ſeruatur in regno Franciæ. De poteſtate principis, vide, quæ plene dixi in tractatu, per me Guidonem compilato, qui intitulatur tractatus reſcriptorum. & clauſularum derogatoriarum, & non obſtantium, in reſcriptis principum apponi ſolitarum.

*a* ¶ Quæ eum moueat. *Vide, quod dicit dominus Abbas. in c. ex literis. in vltim. not. de reſtitu. in integ. Et ibi ipſe ponit diffinit. ſupplicatio.*

## QVÆSTIO CLXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Mutuans pecuniam ad mercandum, ad medium lucrum & dãnum, an ſit vſurarius contractus.*

2 *Contractus ſapientes vſuram. remiſ.*

SI quis mutuat pecuniam ad mercandum 1 ad † medium lucrum & mediam perdam, an ſit vſurarius contractus. Ioannes Andreas, in c. nauiganti. extra de vſuris. ſuper verbo, mutuans. &c. dum ibi facit differentiam de mutuante, & de illo, qui contrahit ſocietatem: videtur dicere, quod ſic. idem tenet d. Raymundus, in ſumma, de caſibus. in ti. de vſuris. verſ. itẽ mutuat aliquis, &c. Veruntamen de conſuetudine generali tolerantur tales contractus, etiam de iure canonico, ſecundum opinionem aliquorum, pro quibus facit, quod nota. 14. q. 3. c. pleriq; & iſta eſt veritas, quod de iure non eſt contractus v- *a* ſurarius: *a* ita dicit d. Petr. Papæ, vt reperio in ſuis notab. Nec obſtat dicit ipſe d. Petrus Papẹ, c. nauiganti. ſupra alleg. quia loquitur in illo, qui vult habere totum lucrum, & totam perdã: ſed aliud eſt in illo, qui vult habere ſolum medietatem lucri, & perdæ: quia tunc eſt ſocietas. Quia vnus ponit pecuniam, & alius operam: vt in gl. dicti. c. nauiganti. ſuper verbo, mutuans, &c. Nec obſtat verbum mutuat, quia per ſequentia, verbum: ad medium lucrum, & ad mediam perdam, declaratur, & conuertitur in alium contractum: videlicet, ſocietatis. arg. l. vbi ita donatur. ff. de do. cau. mort. Senſum enim magis, quam verba, attendere debemus. ar. c. conſtitutus. extra, de relig. domi. vbi emphyteuſis accipitur pro contractu cenſuali. & ff. de præſcriptis verbis. l. inſulã. iſta ſunt 2 verba d. domini Petr. Papæ. De materia † contractuum, quæ ſapiunt vſuram: vide, quæ plene dixi ego Guido Papæ, in quodam tractatu, per me cõpilato: qui intitulatur tractatus de contractibus, qui ſapiunt vſuram, & qui vſurarij dici poſſunt, vel non, &c.

*a* ¶ Non eſt contractus vſurarius. *Crederẽ probabiliter conſiderandũ, dum dicitur ad medium lucrum, & ad mediam perdã: an intelligatur de perda illius, quod poſſet euenire ratione lucri: an vero quod poſſet contingere ad capitale ſeu ſortem. in primo autẽ caſu: quia mutuans occaſione mutui ſtat ſecurus, quo ad damnum capitalis: & ſic mutuum id ſaltem cõmodi in tuto habet: ita quod lucrũ exinde prouenienſ, cenſeatur vſura, in 2. vero caſu. quia eſt perinde, ac ſi is exerceret mercantiam: ſeu mercimonia, in quibus eſt lucrum & damnũ, etiam in ipſo capitali. Non eſt quid, quod dici poſſit vſura: cum capitale ſubiiciatur fortunæ, vt in cæteris neg. Ad præmiſſa faciunt, quæ dicit do. Pa. extra, de vſu. in c. nauig. in ſecundo not. & in verſic. ſed ad verſic.*

## QVÆSTIO CLXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Capellæ fundatæ per laicos in fundis propriis, ſint ne beneficia Eccleſiaſtica.*

2 *Hæredes fundatorum capellarum, poſſunt, ſine authoritate ſuperioris conferre capellas, cui lubet.*

1
AN capellaniæ quæ quotidie† fiũt & fun-
dantur ſeu dotantur per laicos in ſuis
propriis fundis, & domibus, ſint bene-
ficia Eccleſiaſtica? Reſpondetur, quod ſic, ſi au-
thoritate diœceſani ſunt ordinatæ, vt not. gl. or-
dinaria. in c. ſi beneficiorũ. gl. 1. in fi. de decimis.
in cle. ergo à cõtrario ſenſu illius gl. ſi authorita-
te diœceſani, non ſint ordinatæ, non ſunt benefi
a cia Eccleſiaſtica *a* imo ſunt prophana, vt not. per
Io. Fab. inſti. de re. diui. §. nullius. ver. ſi quis Baro
2 authoritate, &c. Ex quibus† infert d. Pet. Papæ
patruus meus in ſuis no. ꝙ hæredes taliũ fundato
b rum abſque alia præſentatione diœceſani, *b* vel
alterius ſuperioris fienda, poſſunt libere confer-
re tales capellanias illis, quibus placet: dummo-
do idoneis ad hoc, iuxta & ſecundum diſpoſitio-
nem teſtatoris: iuxta no. per Gulielmũ de Mon-
te Lauduno, in c. gratiæ. de reſcriptis. in cle. & ita
pluries vidi obſeruari in hac patria Delphi. & fie-
ri per aliquos Barones habentes capellas in eorũ
caſtris, qui conferunt eorum propria authorita-
te abſq; præſentando diœceſano. Et ſimiliter fa-
c cit dominus noſter Delphinus, qui confert *c* ca-
pellam ſancti Vincentij fundatã in Eccleſia bea-
tæ Mariæ Grationop. per regem Carolum ma-
gnum. Et de iſtis capellis facit mentionem Ioan.
And. in c. 1. circa prin. extra, de ſucceſſio. ab inte-
ſtat. & hæc faciunt pro capella, quam ego Guido
Papæ de anno currente domini 1457. fundaui &
dotaui in domo mea, mandamenti Curnillionis
loco in dicto in fontanillo, ad honorem beatæ
Mariæ virginis: quæ capella tunc ex poſt fuit au-
thorizata per dominum Epiſcopum Grationo.
de anno domini 1458. Et in ipſa authorizatione
retinui ius patronatus, vt conſtat in literis, penes
me exiſtentibus.

*a* ¶ Non ſunt beneficia Eccleſia. *Quia priuatus non facit locum ſacrum: vt in c. ad hæc. de relig. do.*

*b* ¶ Sine alia præſen. diœce. *Iſtud non videtur procedere de iure, quia inſtitutio benefi. ſpectat ad Epiſcopũ vel eorũ offi. c. ex freq. de inſti. & collatio ſeu inſtitutio facta à patrono laico: non valet: vt in c. cum lai. de iur. pat. Inno. excommunicatur patro. laici qui cleri. inſtituunt. c. præterea. eod. tit.*

*c* ¶ Delphin. qui confert. *Rex quoq; Anglorum & rex Vngariæ, conferunt in ſuis regnis præbendas ex Priuilegio Papæ: vt dicit dom. Bal. in l. reſcri. penult. col. in verſ. & ideo. C. de preci. Imper. offe.*

## QVÆSTIO CLXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica an detrahatur de piis relictis.*

2 *Cauſæ piæ quæ.*

1 LIcet† hodie indubitatum exiſtat, quod de re-
lictis ad pias cauſas Falcidia non detrahatur:
vt probat text. ſecundum communem intelle-
ctum. in auth. ſimiliter. C. ad l. Falci. & probatur
in l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſc. & Cler.
Tamen de Trebellianica non ita eſt indubitatũ:
quia aliqui glo. puta Ioan. And. in c. ſi pater. ſuper
verb. Trebellianicæ. de teſta. li. 6. & ibi etiam Ar-
chi. videtur tenere, quod etiam de relictis ad pias
cauſas detrahatur Trebellianica, quos ſequitur
dominus Ludouicus Pontanus dictus de Roma.
in ſua repetitione dict. authent. ſimiliter. quorũ
opinionem ſequutus fuit dominus Oldra. in ſuis
Cõſiliis, vt ibi refert dictus dominus Ludouicus.
a contrariam tamen opin. *a* quod non detrahatur
de piis relictis, tenet Specu. in tit. de inſtrumen-
torum edi. §. compendioſe. verſic. ſed cum dedu-
b ctio. & Bald. *b* in l. id quod pauperibus. C. de Epi.
& Cler. idem Iac. de Bel. Viſu. & communiter Le
giſtæ. in d. auth. ſimiliter. & ita ſecundum opinio.
Legiſtarum, quod non detrahatur Trebellianica
de piis relictis, quia magis æquum videtur fauo-
2 re animæ iudicare. Et† de materia piarũ cauſarũ,
recurre ad dictam repetitionem domini Ludo-
uici: vbi magis plene tractat, quam alibi viderim
licet Bald. in d. l. id quod pauperibus. aliqua tan-
gat. licet non ita plene. De materia piorum reli-
ctorum etiam ſcripſi infra, q. 200. in fin.

*a* ¶ Contrariam tamen opinio. *Et in hanc opin. videtur vergere d. Pet. de Anch. in c. 1 3. col. verſ. 8. opponitur. iuncto ver. ex hoc. & verſi ſequen. de teſta. li. 6.*

*b* ¶ Bal. *Et do. Bar. in l. Marcellus. in 3. col. ver. vltim. quod. ff. ad Trebell.*

## QVÆSTIO CLXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Cautio iuratoria an ſufficiat in materia authenti. quæ ſupplicatio. C. de precib. Imper. offer.*

2 *Cautio iuratoria qua forma præſtatur per Iudicem.*

3 *Supplicari bina vece an poßit à ſententia Parlamenti.*

CIRCA materiam authenticæ, quæ ſup-
plicatio. C. de precibus Imperatori offe
1 rendis† fuit inter nos dubitatum, in Ca-
mera Conſilij, in cauſa Charueti contra Guillie-
tum, ſi pars, quæ obtinet ſententiam non poſſit
dare fideiuſſorem, & iuret feciſſe diligentiam
de reperiendo, & velit iuratoriam cautionem
præſtare, an executio ſententiæ debeat retarda-
ri, donec fideiuſſ. præſtiterit. quia Doct. in iure
ſcribentes non mouent iſtam quæſtionem. fuit
tamen inter nos concluſum, talem iuratoriam
a cautionem fore de iure admittendam *a* per au-
thent. generaliter. C. de Epiſcop. & Cler. & per
not. Spec. in titu. de contumacia. §. fin. verſic. ſed
nunquid excommunicatus. & verſic. cautio au-
tem. & de procura. §. vt autem. & notat. per Ho-
ſtien. in ſumma. vt lite non conteſtat. §. 2. ſuper
verbo conſtituatur. Et pro hoc facit: quia in cau-
tione vſusfructus, ſi non poſſit idonea cautio
præſtari, ſufficit iuratoria, vt tenent Petr. & Cyn.
l. vſusfr. C. de vſufru. licet gl. ibi voluerit contra-
rium: vt plene dixi infra, quæſtion. 250. vide etiã.
quæ dixi de iuratoria cautione, ſupra, q. 50.
2 ¶ † Sed iuxta hæc quæro, quæ forma debeat te-
neri per iudicem, in præſtatione talis iuramen-
ti. dic, quod ſufficit, quod pars iuret, quod cre-
b dit, *b* ſe non poſſe fideiuſſores reperire, neque
requiritur alia indagatio fideiuſſorum, ita dicit
3 Odofre. in d. auth. generaliter. Sed † an à ſenten-
tia Parlam. poſſit bina vice ſupplicari. vide, quæ
dixi infra, quæſt. 345. Et de materia authen. quæ
ſupplicatio. vide, quæ dixi infra, q. 420.

*a* ¶ Iuratoriam cautionem fore de iure admit. *Videtur, quod iuratoria cautio non ſufficiat, quia nil debet addi formæ ſtipulationis Prætoriæ, vel 1. §. quod ſi ſit aliqua. ff. de Præt. ſtipul ſed forma legis eſt, vt cum fideiuſſoribus caueatur vt in præallegat. auth. quæ ſupplicatio. ibi, niſi victrix pars dignam fideiußionẽ præbuerit. ergo, &c. Præterea, ſi conditor legis iuratoriam cautionem voluiſſet, ſicut expreſſit de fideiußione, ita de cautione iuratoria expreßiſſet. c. ad audientiam. de decim. ad hoc cap. ſi Papa. de priuileg. li. 6. Nec obſtat authen. generaliter. hic alleg. quia ibi hoc fuit expreſſum. In contrarium videtur, quia qui fideiuſſ. dare debet, & dare non poteſt, remittitur iuratoria cautio. vt l. 1. per gl. generaliter. circa fin. & ibi domin. Bar. in vltim. oppoſit. ff. qui ſatiſdare cog. Sane in hoc caſu pro concordia videtur dicendum, quod ſi is, qui cauere debet, ſit ſuſpectus, non audiatur, niſi det idoneam cautionem: iuxta ea, quæ dicit dominus Bart. in l. omnibus. ff. de iudic. Sed ſi ſecus, res forte erit ſequeſtranda, ſecundum ea, quæ ſcribit dominus Gofred. in ſumma, de ſequeſtr. poſ. & fruct. in §. generaliter. verſicul. 3. quid circa. & verſicul. & not. vbi vero ſuſpitio ceſſaret, locus iuratoriæ cautioni eſſe videretur, vt hic traditur.*

*b* ¶ Quod credit. *Cautio iuratoria præſtatur ſub hac forma ſcilicet: Iuro, quod non poſſum inuenire fideiuſſorem, & quod faciam, quod incumbit. vt dicit, domin. Bald. in authent. generaliter. 2. colum. verſic. in text. ibi, iuratoriam. C. de Epiſcop. & Cleric. & hanc formam iurandi pene formaliter ponere videtur glo. 3. in præalleg. l. 1. ff. qui ſatiſdare cogantur.*



## QVAESTIO CXC.

SVMMARIVM.

1 *Iudex quomodo debeat verſari in ſalariis Aduocatorum.*

2 *Actio & obligatio an oriantur ex pacto Clientuli, facto cum Aduocato de eminenti ſalario.*

3 *Iuramenti diffinitio.*

4 *Iuramentum inducit obligationem de iure Ciuili.*

5 *Donatio inter virum & vxorem an firmetur iuramento.*

a IN honorariis Aduocatorum *a* ita verſa-
1 ri iudex debet, vt pro modo litis, † proq;
Aduocati facundia, & fori conſuetudi-
ne, & Iudicij, in quo erat acturus, exiſtimationẽ
adhibeat: dummodo litium honorariũ centũ au
reos non egrediatur. iſta ſunt verba Iuriſconſulti
in l. 1. §. in honorariis. & §. ſi cui. ff. de variis & ex-
2 traor. cog. † Sed iuxta hoc quæro: Clientulus ex
pacto, habito cum Aduocato promiſit, & iurauit
ſoluere Aduocato pro patrocinio vnius cauſæ, vl
tra dictã ſummam centũ aureorũ: videlicet, mil-
le florenos: vel aliam maiorem ſummam: vtrum
ex tali conuentione iurata oriatur actio & obli-
gatio. Doctores non tangunt: tamẽ credo, quod
oriatur actio & obligatio vtroq; iure, & Ciuili, &
Canonico. Et primo de iure Ciuili ꝓbatur, nam
licet ex tali promiſſione excedente ſummã cen-
tum aureorum, non oriatur obligatio ciuilis, per
dictũ §. in honorariis. §. ſi cui. oritur tamen natu
ralis obligatio: quia ex contractu, etiam de iure
reprobato. propter conſenſum iure Gentium o-
b ritur naturalis obligatio: *b* vt in l. prima. ff. de no
uat. & in l. ſi pupillus. ff. de verborũ obligationib.
Ideo iuramento firmatur talis promiſſio, quia v-
bicunq; eſt naturalis obligatio, iuramentum ad-
c ditum habet in ſe contractum confirmare: *c* vt
dicit Hoſt. in c. quinta vallis. extra, de iureiu. quẽ
ſequitur do. Raph. Cumanus, Doct. nouiſſimus,
in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. & non mirãdum,
ſi naturali obligationi tantum accedat iuramẽ-
tum. quia tali naturali obligationi tantum po-
teſt accedere fideiuſſor. l. 2. ff. de fideiuſſ. & l. fin.
§. 1. ff. eo. pro quo vltra eos, adduco text. in l. 1. C.
de Summa Trin. & fi. ca. vbi lex Ciuilis vult iura-
mentum ſeruari, cuius obſeruantia tranſit ad hæ
redes. in auth. de iureiur. à moriente præſtito. Ex
quo etiam patet, ex eo obligationẽ induci, quia
aliter non tranſiret contra hæredes. l. 2. ff. de fi-
deiuſſo. & l. fin. §. 1. ff. eo. nec obſtat, quod dicere
voluit Bartol. videlicet, quod ille, qui iurat, non
d conſentit parti, ſed Deo, *d* quia hoc eſt falſum, vt
dicit ipſe do. Raphael Cumanus per l. 3. §. fi. ff. de
3 iureiur. † Nam iuramentum ſecundum Tul-
lium, nihil aliud eſt, quam affirmatio iureiuran-
do firmata. Nam ille, qui iurat, licet Deum in te-
ſtem adducat, tamen iurat parti, ſecundum Ci-
ceronem. 3. Officiorum. & Ouidius inquit, iura-
uit amanti, & ſic iuramentum habet conſenſum
reſpectu partis, ſed adducitur Deus in teſtem, ita
quod iuramentum iure Ciuili inducit obliga-
tionem. Nec obſtat, dicit ipſe d. Raph. Cum. tex.
in d. l. ſi quis pro eo. in princ. quia loquitur in iu-
ramento operarum incertarum, pro quo etiam
ſtipulatio non valet, propter incertitudinem. l.
antep. ff. de ſtip. ſeruorum. & ibi gloſ. ita ſoluit
ipſe do. Raph. iſtud contrarium. vel aliud poteſt
dici, quod licet ex ſimplici iuramento non oria-
tur obligatio, tamen vbi præcederet aliqua cer-
ta conuentio, prout in caſu noſtro, cum iura-
mento oritur obligatio. Et iſtud eſt de mente
Bart. in dict. l. ſi quis pro eo. ibi, ſecundo quæro,
4 vtrum de iure Ciuili, &c. † Ex quibus præterea
patet, quod iure Ciuili iuramentum inducit ob-
ligationem. Similiter etiam iure Canonico ex
e iuramento *e* oritur actio, *f* & obligatio, vt te-
f nent Canoniſtæ in c. cum veniſſent. extra de in-
ſtitutionibus. quos ſequitur Barto. in d. l. ſi quis
pro eo. dicens, quod quia ius Canon. dicit iura-
mentum ſeruandum, in c. cum contingat, extra,
de iu-

de iureiur. ergo debet producere actionē & obli-
gationem. ar. ſecūdum eum. in l. ſtatuas. ff. de ac-
qui. rer. do. & not. per gl. in auth. ſacramēta pub.
C. ſi aduerſus ven. ita etiam dicit Henri. de Bouē.
in auth. ſacrām. in ſua repeti. in materia cauſæ ef-
ficientis, in 1. q. pr. ver. ex iſtis effectibus. licet In-
no. in d. c. cum veniſſent. & in c. nouit. de iud. di-
cat contrarium, ſcilicet, ꝙ non producat rationē
ſed monitionem: tamen Innocen. in d. c quinta
vallis. in princ. voluit, quod producat officium
iudicis. ſed Hoſt. & Io. And. in d. c. cum veniſſent.
& cōmuniter Canoniſtæ tenent, ꝙ producat a-
ctionem, pro quo allegant ipſi c. ex reſcripto. de
iureiu. & Bart. in d. l. ſi quis pro eo. ibi aduerte, li-
cet dicta capi. &c. dicit hanc opi. eſſe verā de iure
Canonico, præterea pro fortificatione huius, di-
cit Bar. in d. l. ſi quis pro eo. in fi. (quem in hoc ſe-
quitur dictus d. Henric. de Bouen. in dicta ſua re-
peti. in materia cauſæ finalis) quādo contractus
prohibetur propter ſubditorũ vtilitates, ſicut in
l. 2. & in l. cũ his. ff. de tranſ. vbi prohibetur trāſa-
ctio ſuper alimentis, itē prohibetur pactum, pro-
pter quod quis renunciat futuræ ſucceſſioni. in l.
pactum. C. de pac. & l. pactũ. C. de coll. ꝙ in iſtis
caſib. contractus firmantur iuramēto, & ex ipſis
producitur act. & obl. vt in c. quāuis pactum. de
pac. li. 6. non enim ſunt prohibiti dicti cōtractus,
ex eo, quod ſunt cōtra bonos mores: ſed propter
vtilitatē ſubditorũ: quia de facili pro modico re-
nunciarēt eorũ iuri futuri: ideo lex voluit proui-
dere vtilitatib. ſubditorũ, & hoc principaliter ob
fauorē publicũ. Idē in donatione inter virũ & v-
xorē, quæ prohibita eſt, ne vnus efficiatur ditior,
& alius pauperior: quæ etiā confirmatur iuramē-
to, ſecund. Raph. Cu. in l. 1. ff. de dona quē ſequi-
tur Bar. in d. l. ſi quis pro eo. in fi. & in l. Seius Au-
gerius. ff. ad legē Fal. & Henric. de Bouen. in dicta
ſua repet. Raph. Cu. in d. l. ſi quis pro eo. & iſta eſt
cōmunis ſententia, ſecundum quam vidi pluries
iudicari per recolendæ memoriæ d. Iaco. de Gau-
dal. Officialē quondam Gratian. licet Ang. volu-
erit contrariũ, vt refert idem d. Raph. Cum. in d.
l. ſi quis pro eo. quam opi. Ang. etiam tenet Gu-
liel. de Monte Lauduno. in cle. 1. de iureiu. quo-
rum opin. non ſeruatur in iudicando. Modo re-
ducendo iſta ad thema ſupra propoſitũ, iura no-
ſtra prohibuerunt, pro ſalario Aduocati ſolui vl-
tra centum aureos. in d. §. in honorariis. & in §. ſi
cui. nō quod ſit cōtra bonos mores, vltra dictos
centum aureos velle exigere, nec etiam prohibe
tur ea ratione, quod ſit contra publicā vtilitatē
principaliter, ſed propter priuatam vtilitatē Cli-
entulorum, qui præſumuntur omnia velle dare
g propter timorem litis, *g* ſicut infirmus propter
timorē mortis: vt dicit gl. in l. quiſquis. in §. præ-
terea. ſuper verbo, præterea contractum. C. de
poſthu. ideo à ſimili dicamus talem pactionē, ex-
cedentem ſummam centum aureorũ, iuramēto
in ſe confirmari, vt producatur ex ea pactione a-
ctio & obligatio, ſicut ſupra dixi, in donatione
inter vir. & vxor. cum ſit eadem ratio: iuxta l. il-
lud. ff. ad leg. Aqui. cũ ſim. Nec obſt. ad præmiſſa
h dictus §. præter ea. ibi, præterea *h* nullum cũ eo
litigatore contractũ, quem in propria recipit fi-
de, ineat Aduocatus: nullamq; conferat pactio-
nē, &c. allegatus per dominũ Vitalē de Cabanis,
in quodam ſuo conſilio, volens ex dicto tex. dice
re, quod talis pactio, excedens ſummam centum
aureorũ, non poſſit iuramento in ſe confirmari:
cum ibi lex dirigat prohibitionē in perſonā Ad-
uocati: inſequendo opi. Bar. in d. l. ſi quis pro eo.
ibi, aduerte tamē, quia prędicta ſunt vera, &c. Sed
5 †ad hoc poteſt reſponderi, ꝙ reſpectu huius opi.
Bart. non videtur procedere: cum in donatione
inter virũ & vxo. donans prohibeatur: vt l. 3. §. 1.
& §. prohibetur. ff. de don. inter vir. & vxor. & ta-
men ſecundũ Bar. in d. l. ſi quis pro eo. firmatur
talis donatio iuramēto: ideo in hoc Ang. voluit
reprehendere Bar. dicendo. quod Bar. fuit in hoc
paſſu ſibi contrarius, cum fuerit in opinione, ꝙ
donatio facta inter virum & vxor. iuramento cō
firmetur: cum lex prohibeat perſonam iurantis,
& tamen Bar. dicit, ꝙ quando lex prohibet per-
ſonā iurantis, non inducitur obligatio prætextu
i iuramenti. Ad idem etiam contra Bart. *i* facit §.
& cum lex. C. de rei vxo. act. & inſt. quibus alie. li-
cet. in prin. & l. Iulia. ff. de fundo dot. vbi maritus
prohibetur alienare fundum dotalem: & tamen
iuramento alienatio firmatur: in c. licet. de iure-
iur. li. 6. quia licet ibi tex. non dicat contractũ cō
firmari: ſed iuramentum eſſe ſeruandũ: tamen ſa
tis putat Bar. in d. l. ſi quis pro eo. ibi, Tertio. &c.
contractũ confirmari. Ideo dictus do. Raph. Cu.
in d. l. ſi quis pro eo. in hoc paſſu reprehēdit Bart.
dicens: non eſſe fiendam differentiam ante, quā
prohibeatur cōtractus vel perſona. ita etiam di-
cunt Ant. de But. & Innoc. in c. cum contingat.
in eorũ repetitionibus. dicēs vltra, ipſe d. Raph.
Cu. ꝙ tranſit talis obligatio iuramenti cōtra hæ-
redes, cum producat actionem & obligationem
per præmiſſa: quia aliter non tranſiret contra hæ
redes: in c. veritatis. extra de iureiur. iſta ſunt ver-
ba d. Cu. Item etiā non obſtat l. ſi quis Aduocato
rum. C. de poſt. per dictum d. Vitalem de Caba-
nis, pro parte do. Rupis Arnandorum, & contra
hæredes do. Iuſteti Mehenſe in hoc caſu allegata:
quia loquitur in eo, qui facit pactum de quota li-
tis: vt patet ibi in tex. ſibi certæ partis, &c. iuncta
gl. 2. ibi, & ſic dic hanc legem loqui, cum paciſci-
tur de magna parte, &c. Sed quid dicendum ad l.
k non dubiũ. *k* in fi. C. de legi. allegatam etiam in
contrarium per dictum dominum Vitalē de Ca-
banis? reſpondet Bal. & dicit poſt Iac. de But. ſic,
pro ſolutione iſtius contrarij: quod aut contra-
ctus ſecundũ naturalem æquitatē, & ſecundum
merum ius Gentium habet eſſe, & formā. verbi
gratia: minor ex neceſſitate vendit rem ſine de-
creto, æquum eſt, quod valeat: tamen ius Ciuile
non vult, quod valeat: quia deficit ſolennitas, ta-
men ſi interueniat iuramentum, omnia roborā-
tur



tur: quia robur iſtud eſt diuini iuris, & habet iſtud
iuramentũ cauſam ſubſiſtēdi, ita, ꝙ poſito, quod
minor luſerit precium, non debet reſcindi con-
tractus, iuxta aut. ſacra, pub. idem in ſimili dica-
mus in caſu noſtro: Clientulus ex neceſſitate ad-
uocationis promittit Aduocato vltra centũ au-
reos: æquum eſt, quod valeat ex naturali æquita-
te iure Gentiũ, propter conſenſum. Tamen ius
Ciuile non vult, quod valeat: ſi tamen iuramen
tũ interueniat, omnia debēt roborari. ar. d. auth.
ſacra. Si autem contractus non contineret natu-
ralē æquitatem: vt quia deficeret forma & cauſa,
tunc non valeret iuramentũ. ita loquitur d. l. nō
dubium. in fi. Iſta ſunt verba Bal. poſt. Iac. de But.
in d. l. non dubium. & ideo ego Guido opinando
in Camera Conſilij cum aliis dominis meis Par-
lamenti, circa deciſionem proceſſus dictæ cauſæ
d. Rupis Arnādorum, & hæredum domini Iuſte-
ti Mehenſe, dixi, dictũ contractum fuiſſe iuramē-
to vallatũ, cauſis, & rationibus ſupra tactis, & ali-
qui ex dominis meis etiam fuerunt huius opini-
onis, & tam ex cauſis præmiſſis, quā multis aliis
ibidem, tunc per dominos meos deductis, & alle
gatis ſignanter, propter reiteratam obligationē,
quam fecit dictus dominus Rupis dicto domino
Iuſteto de ſumma petita: ſicut videmus in exce-
ptione non numeratæ pecuniæ. in l. cum fidē. C.
de non nu. pec. & in Velleiano. in l. ſi mulier per-
fecte. C. ad Vellei. fuerunt literæ præciſæ conceſ-
ſæ dictis hæredibus domini quondam Iuſteti, cō-
tra dictos hæredes domini Rupis Arnandorum,
de ſumma centum & mille florenorum auri, die
ſententiarum natalis Domini, anno currente
1458. in manibus Io. Iofredi Secretarij Delph. cō-
ſiderato etiam, quod d. l. 1. in §. in honorariis, &
§. ſi cui. ff. de var. & extraor. cog. loquitur in Ad-
l uocatis ſalariatis de publico *l* vt dixit Gofred. in
ſumma. in tit. de offi. iudi. quo petitur ſalarium,
&c. in §. 1. in verſic. quartum, quod ſalarium. Sed
iuxta præmiſſa quæro, Cliētulus ex pacto conue-
nit ſoluere Aduocato pro vna cauſa, vltra centũ
aureos, & non iurauit ſoluere, ſed poſtea lite pen
dente, vel ante litē motam, vel poſt litem finitā,
ſoluit realiter, An ipſe Clientulus poſſit tanquā
indebitum repetere ab Aduocato? Doctores nō
mouent hāc quæſtionē, quod viderim, ſed credo,
quod non poſſit repetere: quia etiā ex contractu
à iure reprobato, propter conſenſum iure Gen-
tium, oritur naturalis obligatio. vt ſupradixi, per
l. 1. ff. de don. & l. ſi pupillus. ff. de verb. ob. quæ na
turalis obligatio impedit repetitionē indebiti,
iuris ignorantia, ſolut: vt legitur & no. per gl. Bar.
& Doct. in l. cum quis. C. de iur. & fact. igno. Sed
de hac vltima quæſtione nondum vidi iudicari,
tamen pendet de facto in Curia Parlam. in quo-
dā proceſſu inchoato, 15. anni ſunt elapſi, in ma-
nibus Io. Botuti Secretarij Delph. & nōdum dif-
finito, quia dormit, & dormiuit decem ann pro-
xime elapſis. Vlterius etiam audiui, quod Imo.
in l. 1. §. fi. ff. de don. dicit, quod quando Aduoca-
tus patrocinatur pro ſalute vitæ hominis, vel de-
fenſionis eius, in cauſa criminali, quod tunc po-
teſt Aduocatus pro maiori ſumma centum au-
reorũ, paciſci: ſed neſcio, ſi ita dicat, nec ex quib.
moueatur ita dicere, quia non habeo lecturam
dicti do. Ioan. de Imol. Fertur etiā, quod Ang. in
d. l. 1. ff. de variis & extraord. cog. dicit, ꝙ vbi cau-
ſa eſſet ardua, & opus eſſet magnis laboribus, &
m ſtudio, quod tunc Aduocatus poſſet paciſci, *m*
vltra dictam ſummam centũ aureorum, ſed ne-
ſcio ſi ita dicat, quia nō habeo eius lecturam. Et
de hac materia pactorum inter Aduocatum &
Clientulum, vide, quæ vltra hæc dixi ſupra, quæſ.
102. qualiter Aduocatus & Medicus poſſunt pe-
n tere ſalarium. & de forma libel. *n* vide Cyn. in
auth. dos data. C. de dona. ante nup.

*a* ¶ In hono. Aduo. *Vide de hoc per iſtum, qui alleg. hanc q. conſil. 205. incip. circa proceſſ. venti. nu. 9. ver. 6. quia licet. ibi, & non obſtaret etiam. & in deciſ. Tho. q. 10. & in addi. & q. 406. & 448.*

*b* ¶ Oritur naturalis obligatio. *De hoc vide pulchrā diſtinctionem d. Bal. in l. non dubium. 8. col. ver. 11. ibi, iuxta hoc quæro. C. de legi. & do. Bar. in l. cum lex. 3. co. & ver. iuxta prædicta, quæro. ibi, dic. ergo. ff. de fideiu. & do. Pa. in c. cum contingat. in 5. col. ver. circa primũ. ibi tamen ſi minor. de iureiu.*

*c* ¶ Contractum confirmare. *Vbicunq; præcedit obligatio naturalis, iuramētum ſuper illa præſtitũ, etiam de iure Ciuili inducit obligationem. do. Panor. in præa. c. cum contingat. in vlt. col. ver. vlt. iſta.*

*d* ¶ Sed Deo. *Cui iuratur. do. Pan. in d. c. cum contingat. in 10. col. ver. & primo ſciendum. ibi, & ideo promittens. & in 11. col. ver. ſecundo membro. ib. multo ergo fortius. & d. Bar. in l. ſi quis pro eo. 2. col. ver. ſecundo quæro. ff. de fideiuſ. Obligatio tamen oritur parti ſecundario: vt ſentire videtur do. Abb. in c. 1. col. 5. ver. tertio non placet. extra, de iureiur.*

*e* ¶ Ex iuramento. *Iuramentum enim firmat contractum inutilem. do. Pan. in alle. c. cum contingat. in 7. col. 3, ver. venio ad ſecundum ibi, concludit ergo, & ibi dicit eſſe communem opinionem Doct. & d. Bar. in præalle. l. ſi quis pro eo. in pr. in 3. col. ver. tertio dixi. & in pen. col. ver. decimo prohibetur. & do. Ale. cōſ. 8. 2. vol.*

*f* ¶ Actio. *An actio oriatur ex iuramento. d. Bar. in l. ſi quis pro eo in 2. col. ver. ſed contra iſtud opp. & ver. ſed quæro, quid de iure Can. ff. de fideiuſſ. Et tenet ibi, quod non de iure Ciuili: ſecus autem de iure Canonico.*

*g* ¶ Propter timorem litis. *Hoc verum intellige, ſi pactum fiat pendente lite, vt dicit gl. in d. l. quiſquis. & text. in l. 1. in §. in honorariis. ver. litis cauſa. ff. de var. & extraor. cog.*

*h* ¶ Præterea. *Aduerte. quod ille text. loquitur in caſu, quo honorarium promiſſum fuit Aduocato, pendente lite.*

*i* ¶ Contra Bart. *Hanc ſingularem op. d. Bar. egregie impugnat do. Pan. in præalle. c. cum contingat. in 4. col. in ver. circa primum.*

*k* ¶ Ad l. non dubium. *Vide Pulchre do. Pan. in d. c. cum contingat. in 3. col. ver. nunc attingendo. ibi, vnde formalius.*

*l* ¶ De

l ¶ De publico. *Vide Spe.in tit.de ſalariis.§.ſequitur.
ver.ſed & id.*
m * Poſſet paciſ. *Aduerte, quod aduocati poſſunt ante
litem motam, vel eã durante, vel finita de ſalario con-
uenire, niſi recipiant ſalarium de publico. Ita tenet Pet.
de Ancha. in c.1. de poſtul. per l. antepenult. C. de Profeſ.
& Med. lib.10. & l.1.§. ſi cui. ff. de var. & extraor. cog.
& per Hoſtien. in ſumma illius titul. de poſtu. in §. qui
poſtulare.*
n ¶ De forma libelli. *Spec. in tit. de magiſtris. circa
prin. & verſ. cæterum. & verſic. ſed & ſalarium.*

## QVAESTIO CXCI.

SVMMARIVM.

1 *Lex Imperialis ſuper diffidamentis qualiter fieri debeat.*
2 *Diffidamentum quomodo debeat denunciari.*
3 *Bellum vt dicatur iuſtum, quinque requiruntur.*
4 *Bellum quis poßit indicere,*
5 *Proditor, quis dicatur,*

EOs, qui de cætero aduerſus aliquos iuſtã
diffidationis cauſam ſe habere fingẽtes,
ipſos in locis, vbi domicilia non obti-
nent, aut ea cõmuniter non habitant, intẽpeſti-
1 ſtiue† diffidant, declaramus: dãna quæcunq; per
incendia, ſpolia, vel rapinas diffidatis ipſis, cum
honore ſuo inferre non poſſe, & quia patrocina-
ri non debet alicui fraus, & dolus in præſenti cõ-
ſtitutione, in perpetuum valitura, ſancimus dif-
fidationes huiuſmodi, quibuſcũq; dominis, aut
perſonis, cum quibus aliqui fuerũt in ſocietate,
& familiaritate, vel honeſtate, quamuis amicitia
conſeruati, ſic factas vel fiendas in poſterum nõ
valere, nec licere prætextu diffidationis cuiuſli-
bet quẽpiam inuadere, per incẽdia, ſpolia, vel ra-
pinas niſi diffidatio per tres dies naturales ipſi dif
fidãdo perſonaliter, vel in loco, in quo habitare
conſueuit, publice fuerint intimata, poſſitq; de
intimatione huiuſmodi per teſtes idoneos fieri
plena fides, quiſquis ſecus quẽpiam diffidare &
inuadere modo præmiſſo non ſeruato, præſum-
pſerit, infamiã eo ipſo incurrat, & ſic nulla diffi-
datio, ac ſi nulla facta eſſet, quẽ etiam tanquam
proditorẽ, per quoſcunq; iudices, pœnis legalib.
ſtatuimus caſtigari. Inhibemus etiã & dãnamus
vniuerſas & ſingulas guerras, & lites iniuſtas, cũ-
cta, quoq; iniuſta, incendia, ſpolia, & rapinas, in-
debita, & inconſueta thelonia, & conductus, &
exactiones, pro ipſis conductoribus extorqueri
conſuetas, ſub pœnis, quibus ſacrę leges præmiſ-
ſa, & eorum quodlibet, faciunt punienda. ¶ Hæc
lex non eſt in corpore iuris clauſa: ſed fuit dudũ
in Camera Computorum Delph. regiſtrata: ſed
ad effectum obſeruationis eiſdẽ tẽporibus, quib.
domini Gubernatores huius patriæ Delp. erant
Vicarij Imperiales, & quã l. ego Guido Papæ hic
duxi cõmendandam, pro declaratione materiæ
eiuſdẽ, per modum gl. ¶ Dic ergo, ſuper verbo,
diffidant, de materia diffidamenti, vide plene per
Io. And. in Nouella. de homi. in c.1. & tetigi j. q.
437. Sed qd ſi poſt diffidamentũ capiãtur treugæ
ad certum tẽpus, an lapſo tẽpore poſſint debella
ri impune, ſicut ante treugas captas facere pote-
a rãt? dic, q ſic, *a* per l.3.§. ſi ad diem. ff. de re mili. †
2 Super verbo, tres dies. dic, quia diffidamẽtũ de-
b bet ita denũciari, *b* vt ille, qui diffidatur, poſſit ſe
munire cõtra eius aduerſarium, aliter diceretur
proditio. pro hoc adducũt Doct. tex. in l. aut qui
aliter.§. ſi quis ſe denunciauerit. ff. q vi, aut clam.
in verbo, habitare conſueuit. iſtud videtur ſuffi-
cere per tex. & gl. in l. licet. C. de repudiis. licet cõ
trarium videatur per l. quæ abſenti. in princ. ff. de
acq. poſſ. vbi dicit text. certior factus fuerit, &c.
quomodo enim poterit dominus certior fieri, ſi
fiat citatio ſeu intimatio in domo, in perſonã al-
terius ex familia? ſi dominus ſit lõge abſens, nõ
video, tamen oportet hoc caſu ſtare huic legi, cũ
fuerit condita per Imperatorẽ habentem pote-
ſtatem legem condẽdi, vt plenius de hoc dixi in-
fra, ſuper verbo, domicilia, de citatione, facta in
domo habitationis in perſonã vxoris. vide, quæ
dixi infra, q.255 & q 445. ſuper verbo, domicilia.
quæro nuncius portans literas diffidamenti, ac-
ceſſit ad domũ propriæ habitationis diffidandi,
ſed eũ ibi non reperit: ideo ipſe nuncius ibi dimi-
ſit literas diffidamenti in dicta domo, vel eas trã-
didit alicui de familia diffidati, an hoc ſufficiat? vi
detur q ſic, ar. l. licet. cum ſua gl. C. de repu. in cõ-
trariũ videtur per l. qui abſenti. in prin. ff. de acq.
poſſ. nam ibi dicit text. certior factus fuerit. mo-
do de tradita alicui de familia, dominus non eſt
certior: nã pone, q dominus eſt abſens, quomo-
do poteſt certiorari? certe nullo modo. Præterea
non eſt dubiũ, quod in caſu d. l. abſenti. tractatur
de fauore illius, ad quem mittitur epiſtola, & re-
quiritur, quod fuerit certior factus. ergo multo
fortius in caſu huius quæſtionis, cum in ea tracte
tur de odio. ar. l. cum quidem. ff. de li. & poſt. &c.
odia de reg. iur. li.6. & pro hac parte facit l. abſen
ti. ff. de don. Crederem tamen primam partem
veriorem: videlicet, quod ſufficiat tradere literas
diffidamenti, in domo habitationis alicui de fa-
milia ſua, per verba huius legis, ibi, dum dicitur,
vel in loco, vbi habitare cõſueuit, publice fuerit
intimata, &c. Si teneamus pro lege hanc conſti-
tutionem imperialem, prout facere debemus,
c cum omnes nationes ſub ipſo Imperatore *c* ſint.
11. q.1. c. ſi quis. in ver. volumus, etiam natio Frã-
d ciæ. *d* vt dicit tex. in l. in nomine domini.§. iube-
mus. ibi, Galliæ ſeu Francorum. C. de offi. Præfe.
3 Præt. ſuper verbo, iniuſtas. † dic, quod quinq; re-
e quiruntur ad hoc, vt guerra dicatur iuſta, *e* ſcili-
cet, perſona, res, cauſa, animus, & authoritas, &
plene vide in ſumma Raymundina, de caſib. in
rubrica, de bellis & plenius per Io. de Lignano,
in tractatu ſuo bellorum. & ibi etiam de materia
Duelli, quid dicatur bellum licitum, & illicitũ, &
ex qua cauſa indici poſſit bellum: vide Inno. in c.
quo ſupra, extra, de voto & voti. red. Sed quis
4 poſſit indicere bellũ? dic, † quod ſolus Princeps.
24.q.3.c.1. & 2. & tenet. Spec. in tit. de off. Dele.§.
conſti-



cõnſtituitur. ver. ſed nunquid poteſt bellum, &c.
¶ Super verbo, proditorem, quæro, quis dicatur
f proditor? *f* dic, † quod ille eſt proditor, & vulgus
5 appellat proditorem eum, qui ſine aliqua cauſa,
& ſine vlla diffidatione eum, qui de eo cõfidebat,
vulnerat, vel grauiter offendit. Idem dicit Bar. in
l. reſpiciendum.§. delinquunt. ff. de pœn. & ma-
xime committendo proditionem contra maio-
rem ſuum. vt in l. fi. C. de delatorib. lib.10. itẽ di-
cit Io. And. quod mouentes bella ſine vlla diffi
datione, dicuntur agere proditorie. in c. pro hu-
ma. de ho. li.6. Ia. Butr. vero dicit, quod omnes,
qui dant alicui potionem venenatam, ſunt pro-
ditores in l.1. C. de Male. & Mathe. aliquando et-
iam dicitur proditor, reuelator ſecretorum. ff. de
his, qui no. infa. le. athletas.§. calumniator. dici-
tur etiam proditor, qui permittit tranſire gentẽ
inimicam. C. de re mil. ſi quis barbarum. lib.10.
Bald. in l.1. quibus mod. feudum amittatur circa
medium. ¶ De materia Duelli, plene dixi infra,
quæſtione 617.

a ¶ Quod ſic. *Iſtud intelligendum eſt, ſi guerra præ-
ceſſerit: ſecus, ſi materia tantum præparata fuiſſet ad
guerram, nondũ motam: quia tunc treuga facta fuerit
ad certum tempus, debet illa finita, de neceßitate fieri
diffidatio, alias primus erumpens in bellum, ſeu territo
rium alterius aggrediens, dicitur latro. Et eſt, quia vbi
non præcedit diſpoſitio, ibi lapſus temporis pro ſe nõ ha-
bet diſpoſitionem inducere: ſed vbi diſpoſitio, id eſt guer
ra præceßit, ex priuato tempore ſufferentiæ, ſeu treugæ,
ipſo facto remanent contendentes in guerra. Ita dicit
dom. Bald. in tit. de pace Conſtan.§. vaſalli, qui tempo-
re, in verſ. ſed quid.*

b ¶ Denunciari. *In factis enim armorum nunquam
debet perueniri ad bellum, niſi præcedat admonitio &
diffidatio. Quandoq; tamen lex indicit bellum, & tunc
non eſt neceſſaria monitio: cum tunc furtiue & clam li-
ceat conſulere damnis ſuis. dom. Bald. in l. ſi manumiſ-
ſori. in ver. adde. ff. de obſequijs pat. præſtan.*

c ¶ Sub ipſo Imperatore. *Ipſe enim Imperator eſt
ſuperior, & dominus omnium Prouinciarum. 63. diſt.
Adrian. & ibi glo. in verſi. per ſingulas. item omninm
rerum. 8. diſtin. quo iure. 23. q. 8. conuenior. C. de quad.
præſcrip. l. bene à Zenone. imo ipſe eſt dominus totius
mundi. l. de precario. ff. ad leg. Rhodiam. de iac. ſecun-
dum gl. ibi. & gl. 1. 12. q. 1. futuram. & ideo poteſt mũ-
dum, ab alio occupatum. vendicare. vt dicit dom. Bar.
in extrauag. ad reprimendum. circa prin. in glo. ſuper
verb. totius orbis.*

d ¶ Natio Franciæ. *Contradicit Specula. in titul. de
app.§. nunc tractemus. poſt princip. & elegantißime
domi Oldra. conſil. 69. incip. conſueuit dubitari. & in-
fra, q. 239.*

e ¶ Iuſta. *Iſta quinq; requiſita ponit in contrario caſu
gloſſa in cap. quod autem. 24. q. 2. Quot autem ſint ge-
nera belli, & quod ſit iuſtum bellum, d. Are. in c. iuſtum
bellum. 23. q. 2. do. Inno. in c. olim. lo. 1. in gl. ſua, in ver.
videlicet. de reſtit. ſpol. & d. Bart. in l. ex hoc iure. 1. col.
verſ. quæro, quæ ſunt bella licita. ff. de iuſtit. & iur.*

f ¶ Proditor. *Chriſtianus Chriſtianum non debet of-
fendere, niſi prius ipſe eum diffidauerit, vel iudicis aut
iuris authoritatem habuerit: alias eſt proditor. d. Bald.
in l. item nulla. in 5. not. C. de Epiſc. & Cler.*

## QVÆSTIO CXCII.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula: Salua legali echeuta quid valeat.*
2 *Filia dote contenta cum iuramento, ceßit bonis paternis, his
verbis adiectis, ſalua legali echeuta, an eo caſu filia ſuccedat
patri inteſtato. Et an debeat à patre in aliquo inſtitui. nu.3.*
4 *Filia quittans bona paterna, & materna, an videatur etiam
quittaſſe bona fraterna.*

NON reperitur iure cautũ de legali echeũ
1 ta, † licet illis verbis ſæpiſſime vtantur
Notarij in inſtrumẽtis matrimoniorũ,
vbi filiæ, dote contentæ, renunciãt cum iuramẽ-
to bonis paternis. Sed bene legitur de legitima
a ſucceſſione, de qua facit mentionem Cyn. *a* in l.
vna. in princ. C. quando non peten. partes, petẽ-
2 tibus accreſcant. † Sed iuxta hoc quæro, filia do-
te contenta, cum iuramento quittauit bona pa-
terna, adijciendo illa verba: ſalua legali echeuta.
An eo caſu filia ſuccedat patri inteſtato? Reperio
d. Petr. Papæ in ſuis notabilibus, ſic diſtinguentẽ:
quia dicit ipſe: aut pater reliquit alios liberos,
qui non quittauerunt vna cum filia, quæ quitta-
uit: aut reliquit illam ſolam filiã, quæ quittauit.
Primo caſu non poteſt talis filia ſuccedere patri
inteſtato. Ratio, quia illud pactum videtur fuiſſe
factum in fauorem aliorum filiorum. ita etiam
dicit Sal. in l. pactum, quod dotali. C. de pact. in
q quæritur modo an pactum, &c. Et etiam in fa-
uorem patris, vt poſſit facere ad libitum ſuũ de
bonis ſuis. Secundo caſu poteſt ſuccedere patri
inteſtato: quia ceſſat fauor prædictus, ſcilicet, fi-
liorum, qui non ſuperſunt. Et quia nõ diſpoſuit
de ſuis bonis, videtur eidem filiæ, tanquam pro-
b ximiori reliquiſſe. le. conficiuntur. in princ. *b* de
iure codi. & hanc diſt. approbat expreſſe Ioan. de
Lign. in c. final. extra, de don. vbi pulchre de hac
materia tangit, & ſecundum prædicta poſſunt in
telligi illa verba, ſalua legali echeuta. ita dicit di-
ctus do. Pet. Papę, Idem tenet recolendæ memo-
riæ d. Steph. Guillonis, Legum Doctor, Præſides
quondam huius patriæ Delphin. Sed dicit, quod
credit, quod talis filia non admittatur hoc caſu,
ad ſucceſſionem patris inteſtati, niſi deficientib.
agnatis, & alijs proximioribus, viro, vxore, vel fi-
ſco, excluſis, ſicut ponit tex. in le.1. C. vnde vir &
vxor. Ita dicit d. Steph. Guillionis, in ſuo reper-
torio, ſuper verbo, legali echeuta. Sed ego Gui-
do, credo contrarium, videlicet, quod filia præ-
textu dictæ reſeruationis legalis echeutæ, nõ ex-
tantibus alijs liberis, ſuccedat patri inteſtato, ex-
cluſis agnatis alijs venientibus ab inteſtato: ſecũ-
dum dictum d. Petr. Papæ, per rationes ſupra tã-
ctas. imo plus voluerunt aliqui dicere, quod talis
filia indiſtincte ſuccedat patri inteſtato. & dicũt
eſſe caſum in l. fin.§. illud. ff. de hæred. vel ac. ven.
ex noua voluntate, licet tacita, per d. l. conficiũ-
tur. Pro quibus videtur caſus in c. cum inter. ex

tra, de renun. Ita etiam tenet Gencelinus in c.
quamuis pactum. de pac. li. 6. Et ſecundum dictã
opi. dicti d. Petr. Papæ communiter vidi iudicari,
videlicet, quod filia, quæ quittauit bona paterna
cum illa reſeruatione legalis echeutæ, non ſuc-
cedat patri inteſtato, ſtantibus alijs liberis, qui
non quittauerunt: non exſtantibus autem alijs li
beris, ſuccedat exclusis agnatis, & alijs venienti-
bus ab inteſtato. Secus autem ſi non fuiſſet adie-
cta dicta clauſula: quia tunc non ſuccederet patri
inteſtato, etiam ſi alij liberi nõ exſtarent, ſed de-
uoluerentur bona alijs, venientibus ab inteſt. ſe-
cundum communem Docto. opin. in l. pactum,
quod dotali. C. de coll. licet Gencelinus voluerit
3 contrarium: vt ſupra recitaui. † Sed an filia, quæ
quittauit bona paterna, debeat per patrem in ali-
quo inſtitui, vt valeat teſtamentum? do. Ioan. de
Aram. in d. le. pactum, quod dotali. tenet, quod
non, in ſua repetitione, quam penes me habeo
ego Guido. & de hac etiam tetigi infra, q. 295. &
q. 426. De filia, quæ quittauit cum iuramento, vi
de, quæ plene dixi infra, quæſt. 224. cum quatuor
4 alijs ſequentibus quæſtionibus. ¶ † Iuxta hanc
materiam quæro: filia quittauit bona paterna, &
materna, an videatur quittaſſe bona fraterna? dic
quod non: niſi expreſſe dicatur de fraternis: quia
licet procedant à patre, non tamen fuerunt poſt
mortem patris amplius paterna, ſed fraterna: vt
dicit Bart. in d. le. 2. §. illud. ff. de hæred. vel actio.
vend. Sed pone, quod in inſtrumento quittantię
non dicitur, quod filia quittet bona fraterna: ſed
tantummodo dicitur, & notarius vſus fuit hoc
verbo, frarenchiæ. An ſub hoc verbo, frarenchiæ
dicerentur bona fraterna comprehendi, vt filia
videatur bona fraterna quittaſſe: relinquo cogi-
tandum.

a ¶ Cyn. *Etiam facit ibi mentionem text. in princ. de ipſa legitima ſucceßione, quæ vendicat ſibi locum quinque modis, in genere. Vnus modus eſt liberorum alius nepotum ex filijs. in poteſtate conſtitutis: tertius eſt parentum: quartus agnatorum, vocatorum ab inteſtato: quintus eſt non ſolum ab inteſtato, ſed etiam ex teſtamento, in quibuſdam perſonis, etiam extraneis. ita dicit d. Odofre. in dicta lege vnica. in 3. col. ver. vide circa iſtum art. C. quando non peten. par. peten. ac. & poſt eum ibi dominus Cynus in principio in præall. l. vnica.*
** Adde. de hac quæſtione videndum Dominicũ de ſancto Geminiano, in c. quamuis. in vlt. q. de pact. lib. 6.*

b ¶ In prin. *Verſ. ſed ideo fideicommiſſa. & in fortificationem huius opin. facit, quod ibi notando ſcribit dom. Baldus. dicens, quod ſuccedentes ab inteſtato, videntur ſuccedere tacito iudicio teſtatoris. & ibi dicit glo. quod hic eſt fictio, & non poteſt probari contrarium, vbi factum nullum eſt teſtamẽtũ. quod eſt inquit ipſe do. Bal. notatu dignum, & ex hoc colligit. quod licet teſtator veniens ab inteſtato, reputet indignum, tamen vbi nullũ factum eſt teſtamentum, talis ſuccedit ab inteſtato.*

## QVÆSTIO CXCIII.

SVMMARIVM.

1 *Confines quomodo probentur in Delphinatu.*
2 *Confines caſtri vel plebeiatus quomodo probentur,*
3 *Probatio centum annorum quomodo poterit fieri.*
4 *Pars vna an teneatur alteri parti exhibere inſtrumentum, faciens pro limitatione mandamenti ſui.*

QVIA in hac patria Delph. ſæpe occurrũt
lites & controuerſiæ ſuper finibus Man-
1 damentorum, † & Eccleſiarum parro-
chialium, pluriesq; ex commiſſionibus, mihi fa-
ctis per dictam Curiam Parlamenti, ſuper ipſis
limitibus examinauerim teſtes, & nõ ſine dubio,
non ſit modica difficultas in iure in modo pro-
bandi tales confines: ideo volui in iure videre de
modo talia probandi. Et reperio quamplurimos
modos, inferius particulariter declaratos: per
quos, ſeu alterum ipſorum confines de iure pro-
bantur. Primo nanq; probantur tales confines
per publicum inſtrumentum, ſi de hoc fuerit cõ-
fectum. leg. optimam. C. de contr. & comm. ſtip.
cum ibi no. facit l. cum aliquis. C. de iure delib.
Sed quid ſi in aliquo inſtrumento fiat mentio de
confinibus, dicendo ſic: in domo talis, iuxta cõ-
fines talis mandamenti: an talia inſtrumenta, in
alios confecta, probent confines? dic, quod non:
vt dicit Bart. in d. l. cum aliquis. C. de iure delib.
Secundo, probatur per lapides antiquos. le. 1. §.
qui in rebus. ff. de fal. & l. qui tabulas. in prin. ff. de
fur. Tertio modo probatur per famam publicã,
a c. cum cauſam. a de prob. quæ fama publica pro-
batur per duos teſtes, bonæ opi. l. 3. §. 1. & ibi not.
ff. de teſt. & de hac probatione, quæ fit per famã
in re antiqua, vide, quæ dixi infra, q. 357. Quarto
probantur confines, per cuſtodes locorum. le. in
nomine Domini. circa prin. ibi, quoniam ita cõ-
uenit, vt ſemper cuſtodes fines prouinciæ ſeruẽt,
&c. C. de offic. Præfect. Afri. Quinto, per libros
antiquos. vt d. c. cum cauſam. iuncto c. ad audiẽ-
tiam. de reſcri. Sexto probantur per ſcripturam,
in columna, vel lapide impreſſam. 24. q. 2. c. ſanc.
& l. 1. & 2. de albo ſcriben. & no. gl. in c. cum cau-
ſam. Septimo probãtur per depoſitiones teſtiũ:
vt in d. c. cum cauſam & ſufficit, quod tales teſtes
dicant: nos vidimus hoc opus factum eſſe: ita &
ſic à noſtris prædeceſſorib. audiuimus. l. in ſum.
§. idem Labeo. & ibi gl. & Bart. ff. de aqua plu. ar.
Octauo per voluntatem patrisfamilias declaratã
in eius vita. l. ſi ſeruus. plurium. §. fin. ff. de leg. 1.
& l. ſi quis duas. §. ſi quis autem. ff. com. præd. No
no probantur per cõmunem opi. vt no. per Spe.
in tit. de prob. §. 1. ver. hoc etiam not. in §. viden-
dum reſtat. ver. 12. ibi per communem opi. ¶ De
b cimo b credo, quod poſſunt confines probari
per præſumptam probationem, vbi eſſent diffi-
ciles probationes, propter lõginquitatem tem-
poris, per ea, quæ ponit Bald. plene in auth. quas
act. C. de Epiſ. & Cler. Et vidi iudicari pro proba-
tionib. factis, iuxta 2. 3 6. & 9. modos prædeclara-
tos. Sed iuxta hãc materiam quæro, pone, quod
eſt controuerſia inter duo caſtra de confinibus
territoriorum. homines vnius caſtri deponunt,
quod Bannerius illius caſtri cuſtodiebat vſq; ad
illum locum, & ibi pignorabat, & ita audiuerunt
à ſuis



à ſuis prædeceſſ. nunquid tale teſtimonium vale-
bit? Doct. dicũt, quod ſic. per tex. in l. in nomine.
§. in Sardinia. ver. vbi autem inuaſione, &c. C. de
2 offi. Præfec. Afri. † Qualiter probentur confines
caſtri, vel plebeiatus. glo. in l. optimam. C. de cõ-
trahen. & commit. ſtipu. & de iure delib. le. cum
aliquis. eſt etiam gloſſ. in l. prædijs. §. Titio. ff. de
leg. 3. ſuper verbo, emptionis, &c. Et pro hac ma-
teria vide Spe. in tit. de probatio. §. 1. verſ. breui-
ter. Vlterius circa hoc quæro, quia ego Guido Pa-
pæ de præſenti ago in Curia Parlamenti contra
homines ſanctæ Eufemiæ, qui conantur territo-
rium meum ſancti Albani, in certa parte vſurpa-
re: an poſſim producere teſtes pro me, de homi-
nibus commorantibus in dicto loco meo ſancti
Albani? credo, quod ſic: quia videmus, quod illi
de vniuerſitate poſſunt eſſe teſtes in cauſa vniuer
ſitatis: vt nota. Inno. in c. cum nuncius. extra, de
teſtib. & Spe. in tit. de teſte. in §. 1. verſi. ſed nun-
quid in cauſa vniuerſitatis, &c. Multo fortius er-
go poterunt in hac cauſa mea deponere: quæ eos
non concernit. Item videmus, quod in ſubſidiũ
alijs deficientibus admittuntur aliqui teſtes, qui
alias non admitterentur in l. conſenſu. §. ſeruus.
C. de repud. Item dicta cauſa non concernit cõ-
modum, nec incommodum ipſorum hominum
meorum ſancti Albani, cur ergo repellerentur?
non video, iuxta ea, quæ leguntur & not. in l. pa-
rentes. C. de teſtib. & in l. idonei. imo (quod for-
tius eſt) videmus, quod illi de vniuerſitate poſ-
ſunt eſſe teſtes in cã vniuerſitatis, poſito quod
reportent commodum in vniuerſo. vt dicũt Cy.
& Doct. in d. l. parentes. & in dict. l. idonei. & in l.
conſenſu. & in l. in tantum. §. vniuerſitatis. ff. de
re. diuiſ. & Specu. in tit. de teſte. §. opponitur. ver.
3 ſequitur. & ibi Io. And. in addi. Spe. ¶ † Sed quo-
modo poterit fieri probatio centum annorum?
c vide Bal. c in authen. quas actiones. C. de ſacroſ.
4 Eccl. Et dixi infra, q. 357. † Sed an vna pars tenea-
tur alteri parti exhibere inſtrumentum, faciens
pro limitatione mandamenti ſui? Dic, quod ſic,
cum ſit commune inter eos. ita dicit Spec. in tit.
de inſtru. edi. in §. videndum reſtat. verſic. ex prę-
miſſis etiã collige, &c. ¶ Si ſingulares de vniuer-
d ſitate, poſſunt eſſe teſtes pro vniuerſitate, d &
quando, vide, quæ dixi in apparatu ſtatuti, ſi quis
per literas. in gl. ſuper verbo, cõmuni æſtimatio-
ne fide dignos, &c. ¶ Itẽ Io. Fab. C. de Sum. Trin.
& fid. Cath. dicit, quod facta antiqua, quæ exce-
dunt memoriã hominis, probantur per cõmunẽ
relationem antiquorum, & per libros antiquos,
e & per hiſtorias antiquas, e & habet talis antiqui-
tas vim legis, & conſtitutionis. de hac materia et-
iam plene tetigi in 88. conſil. meorum.

a ¶ Cap. cum cauſam. *Vbi poſt omnes vide do. Felin. pulchro ordine tractantem hanc quæſtion. probationis finium.*

b ¶ Decimo. *Adde 11. quod confines probantur per Clauſuras & Burgos. vt in præ. verſicu. ſi in Sardinia: ibi, ſicut ex Clauſuris & Burgis oſtenditur:*

c ¶ Bal. *Qui in d. auth. quas actiones. ponit certos modos probandi poſſeßionem centum ann. vt ibi in vlt. col. verſ. 4. & vltimo.*

d ¶ Teſtes pro vniuerſitate. *Si quæratur de actu, per quem ſingulariter cuiq; de vniuerſitate obuenit vtilitas: illi de vniuerſitate non admittuntur in teſtes: quia in re propria, &c. in caſu vero contrario teſtes eſſe poſſunt. ita ſentire videtur d. Ioan. And. in c. cum nuncius in gl. 1. extra, de teſti. Aliter tamen & moderatiue videtur ſentire do. Abb. in c. inſuper. in 3. col. in verſicu. primum membrum. de teſti.*

e ¶ Per hiſtorias antiquas. *Hoc videtur fore intelligendũ, quando ab antiquo eſt adhibenda fides talibus: alias nõ. ita ſentit d. Fel. in c. inter dilectos. 8. col. in gl. in ver. magis. in ver. & idem alleg. do. Abb. in c. cum cauſam. de prob. & do. Bart. in l. 1. ff. ſi certum pet.*

## QVÆSTIO CXCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Princeps temporalis an ſuper iuramento poßit diſpenſare.*

PRinceps temporalis poteſt ſuper iuramento
a a diſpenſare: † vt videtur caſus expreſſus in l.
1 Imperatores. in prin. quæ eſt l. fi. ff. ad municip. &
facit l. fi. ff. de re mil. Quod facit ad quæſtionem,
aliquis à Priſonatus per eius aduerſarium promi-
ſit, aut iurauit ſub fide ſui corporis, vel alias ad
ſancta Dei Euangelia de tenendo arreſtum, vel
oſtagium in aliquo loco: nunquid Princeps, vt-
pote Do. noſter Delph. vel magnificus dominus
Gubernator eius locũ ten. poterit ſuper tali pro-
miſſione, ſeu iuramento diſpenſare, & inhibere
tali à Priſonato ne arreſtũ, vel oſtagium teneat,
adeo quod ipſe ab oſtagio recedere poſſit, abſq;
metu periurij, ſeu fidei ruptæ? Credo, quod ſic,
per dicta iura. Et pro hoc bene facit, quod habe-
tur in c. 2. de mai. & obed. vbi dicitur, quod qui
Principi nõ obedierit, morte moriatur. Pro hoc
etiam facit gl. in l. adigere. §. fi. ff. de iur. pat. vbi di
cit not. legem vim Apoſtolici obtinere, vt iura-
mentum remittat: ita etiam no. Bal. in l. nec pa-
tronus. C. de ope. libert. Et ita vidi obſeruari, &
fieri per do. de Gaucourt, tunc Gubernatorem
Del. tempore guerrarum Regis Franciæ & Ducis
Burgundiæ: circa quod vide, quæ dixi ſupra, q. 78.
in quibus poteſt Princeps diſpenſare, ponit Spe.
in tit. de diſpenſa. in §. ſiue quoq;. verſ. item Prin-
ceps. ſed in quibus Princeps poteſt derogare iuri
b ſcripto, b & qualiter, & quomodo: vide trac. me-
um, quem compilaui, qui intitulatur, tractatus
reſcript. & clauſul. derogatoriarum, &c.

a ¶ Diſpenſare. *Hoc forte verum, quando diſpenſatio fundatur in Principe, non autem in parte: quia in iuramento authoritas ſuperioris intelligitur excepta. capi. venientes. & c. peti. extra, de iureiur. & pro intelligen. huius vide d. Io. And. in reg. in malis.*

b ¶ Derogare iuri ſcripto. *Vide ad materiam do. Bal. in l. 1. C. de iure aure. annu. & gl. in l. 3. §. ſi is, pro quo. ff. quod quiſq; iur. d. Inno. in c. quæ in Eccleſiarum. de conſt. gl. in c. propoſuit. de conceſ. præben. do. Abb. in c. cum olim. de re. iur. dom. Car. in cle. 2. de re. iur.*

## QVÆSTIO CXCV.

SVMMARIVM.

1 *Domini de Parlamento poſſintne contrahere in ditione Delphi. eis commiſſa. Et quid de Iudicibus inferioribus. num. 2.*

1 CONSILIARII in Curia Parlamenti
Del. creati per d. noſtrum † Delph. quã-
diu eius placuit voluntati, cēſentur per-
petui, & non temporales. ita dicit. Bar. in l. de pu-
a pillo. §. ſi quis ipſi Præt. a ff. de noui. oper. nuncia.
quod facit ad quæſtionem, vtrū ipſi domini Cō-
ſiliarij poſſint contrahere, & acquirere in hac pa-
tria Delph. obſtāte diſpoſitione iuris in l. vnic. C.
de contractibus iudicum. ſed quia ipſi cenſentur
perpetui, poſſunt emere & acquirere in ditione
Delphin. eis commiſſa. l. Præſidis. & l. Principali-
b bus. b ff. ſi cert. pet. l. non licet. ff. de contr. empt.
& vēdit. & tenet gl. in l. eos. C. ſi cer. pet. Et quod
tales domini Conſiliarij cenſeantur perpetui, eſt
tex. no. in l. Iuriſperitos. in prin. ff. de excuſ. tuto.
& facit bene glo. quæ rationem ponit in l. niſi fi-
nita. §. cum furioſi. ff. de tut. & ra. diſtr. & l. ſufficit
ff. de cond. in de. & tenet Bart. in l. de pupillo. §. ſi
quis ipſi. ff. de no. ope. nunc. & ibi mouet quæſtio
nem, & Cyn. in l. quiſquis. C. ſi certum petat. Et
ita videmus quotidie fieri, & obſeruari de con-
2 ſuetudine huius patriæ Delph. † Et idem credere-
rem de alijs iudicibus inferioribus, ſi ſint perpe-
c tui. Secus, ſi eſſent temporales: c vt iuribus ſupra
alleg. ſicut ſunt iudices maiores Grayſiuodani &
Viennenſes & Terræ Turris, & ſimiles, qui ſecū-
dum ſtatuta Delph. ſolent eſſe temporales: idem
in iudice Curiæ communis, præſentis ciuitatis
Grationo. qui temporalis eſt, ſecundum pactio-
nes condominorum. circa hoc tamen de iſtis iu-
dicibus inferioribus, vide, quæ ſcripſi infr. q. 554.
circa fin. prohibitum eſt iudicibus emere: vt d. l.
vna. C. de cōtractibus iudicum. ſed debet ſubau-
diri ab illis, qui ſunt de ſua iuriſd. per glo. in l. non
licet. ff. de contrahen. empt. & vendi ab illis vero
qui de ſua iuriſ. non ſunt, bene poſſunt, cum ceſ-
ſet ratio potentiæ, ſeu impreſſionis, reſultantis
ex officio. vt l. ſi per impreſſionem. C. quod me-
tus cauſa, &c.

a ¶ Bar. in §. ſi qs ipſi Prætori. *Caue, quia hoc non di-
cit, ſed tacite & obſcure innuit in 3. col. in verſicu. quæ-
ro. ſed illud apertius ibi explicat d. Bal. in verſi. tractat
etiā. Et per eundē in l. Iuriſperitos. ff. de excu. tuto. &
vide ibi q. ad materiam facientem de delegato, cōmit-
tente vices ſuas: vt per do. Bar. arg. in verſi. modo dele.*
b ¶ L. Principalibus. *Et ibi dom. Bart. & Bald. quos
omnino vide, pulchre circa materiam diſtinguentes:
videlicet, quando Officialis contrahere poteſt, & quan-
do non.*

c ¶ Secus ſi eſſent temporales. *Hoc intelligendum
eſt, niſi ſint Officiales in loco ſuæ originis, vel niſi con-
trahant cum non ſubditis, vel niſi contrahant propter
incumbentem neceſſitatem: vt colligitur ex dicta di-
ſtinct. d. Bart. & Bald. in præalleg. l. Principalibus. ff. ſi
certum petatur.*

## QVÆSTIO CXCVI.

SVMMARIVM.

1 *Nobiles quo caſu priuentur priuilegio Nobilitatis.*
2 *Negot ationes, quæ Clericis & Nobilibus ſint permiſſæ.*
3 *Clerici ſtudentes, an dicantur viuere clericaliter.*

1 NOBILES, † etiam ſi de militari genere
eſſent procreati, ſi ſe immiſceant mercā-
tijs, non gaudent priuilegio Nobilium,
& contribuere tenentur in talijs. & ſubſidijs Del-
phin. Quia ſicut Clerici, ſe immiſcentes ſeculari-
bus negotijs, nō gaudent priuilegijs Clericis cō-
ceſſis, vt in cap. fi. de vita & honeſtate Clericorū:
ita nec tales Nobiles gaudere debent priuilegio,
ſeu immunitate, qua gaudēt Nobiles, Nobiliter
viuentes: de qua in l. 3. §. 1. ff de mu. & hono. nam
ſicut Clerico non conuenit: imo quodammodo
videtur prohibitum, ne ſecularibus negotijs ſe
immiſceat: vt in d. c. fi. & clemen. 1. de vita & ho-
neſtate Cleric. ita non conuenit, imo quodam-
modo prohibitum eſt Nobilibus, ne talibus ne-
gotiationibus ſe immiſceāt, nec de illis ſe intro-
mittant. l. Nobiliores. C. de commer. & merca.
iuncta l. milites. C. de loc. & conduct. ſi enim nō
obſtante charactere, qui in Cle. imprimitur: vt
ponit glo. ſuper verbo, tonſuram. c. fin. extra, de
tempor. ord. lib. 6. ipſi, propter tales negotiatio-
nes ſeculares, priuentur priuilegio Clericali, dū
a eas exercent: ita & Nobiles, a licet de Nobili ge-
nere procreati exiſtant: cum in vno nō ſit potior
ratio, quam in alio. ergo idem ius ſtatuendum. l.
fin. ff. ad l. Falcid. l. fin. C. de conſtit. pecu. Præte-
rea, ipſi Nobiles talia exercentes, faciunt actum
contrarium, & non correſpondentem Nobilita-
ti. vt l. Nobiliores. & l. milites ſupra allegat. ideo
priuilegio ſeu immunitati Nobilibus, Nobiliter
viuentibus cōceſſo, videntur renunciare. l. ſem-
per. §. fin. ff. de iure immu. & l. fin. in fin. ff. de ve-
teranis. hoc etiam videtur dicere in Clericis ex-
preſſe d. c. fi. de vita, & honeſtate Cleri. & Specu.
in tit. de bigamis. in ſecundo libello ibidem ſub-
iuncto. Nec releuantur in aliquo, ſi probarent ſe
de genere Nobili fuiſſe procreatos. vt l. 3. §. 1. ver.
ſic cæteri. ff. de mu. & hon. quæ probatio Nobili-
tatis fieri poſſet per famam, vt dicit Bal. in l. pro-
uidendum. C. de poſtul. Et poteſt eſſe ratio pro-
cedens à diffinitione Nobilitatis, poſita per Bar.
in l. 1. C. de dignita. qui dicit: Nobilitas eſt quali-
tas illata per Principatum tenentem, qua quis
vltra honeſtos acceptus oſtenditur. & notanter
dicitur qualitas ex eo, quod poteſt adeſſe, vel
abeſſe præter ſubiecti corruptionem. quod ap-
paret in muliere plebeia, quæ ſi nubat homini
Nobili: ipſa Nobilis efficitur. leg. mulieres. C. de
digni. & l. fœminæ. ff. de ſena. Et in muliere No-
bili, quæ ſi nubat homini pleb. ipſa deſinit eſſe
Nobilis. l. 1. C. de dignit. Et ita in exercendo tales
negotiationes, & mercantias Nobilitati non cō-
uenientes, effectus nobilitatis eiſdem abeſſe de-
bet: ſicut in dict. c. fin. de vita & honeſtate Cler.
habetur



habetur. & pro hoc videtur text. expreſſus, in le.
per id tempus. C. de curioſ. & ſtat lib. 12. & ita et-
iam de conſuetudine obſeruatur in hac patria
Delph. Et ideo in talijs, quæ conceduntur dom.
noſtro Delph. per tres ſtatus huius patriæ, in li-
teris, quæ mittuntur Bannaretis, & Syndicis ciui-
tatum pro talijs peræquandis, ſubiungitur clau-
ſula: Exceptis Nobilibus, Nobiliter, & Clericis
Clericaliter viuentibus, excludēdo Nobiles No-
biliter, & Clericos Clericaliter viuentes. ¶ De
hac materia ſcripſi infra, q. 381. & ibi ſcripſi deci-
ſionem ſuper hoc factam. Et præmiſſa eſſe vera
intelligo, dum tales exercerent negociationes,
vbi autem deſiſterent ab eiſdem, credo, quod pri
b uilegio Nobilium gauderent. b vt in d. c. fi. habe-
tur. Sed an Nobilis qui contribuit bis aut ter in
dictis ſubſidijs, cū popularibus, teneatur ex poſt
2 contribuere. vide in l. 1. C. de auro coro. li. 10. † &
quæ dixi infra, q. 387. Sed quæ dicantur negotia-
tiones licitæ & permiſſæ Nobilibus, & Clericis,
ex quibus non priuentur immunitate Nobilibus
& Clericis conceſſa: vide Spec. in tit. de bigamis.
in 2. q. ibi ſubiuncta. Sed vtrum Nobilis cultiuās
ſuas poſſeſſiones, priuetur priuilegio Nobilita-
tis? Dic, quod non, vt ponit in ſimili de Clerico
Spe. in tit. de Cle. coniugatis in prin. ver. ſed quo-
modo dices, &c. ibi, veruntamen, &c. Et vide,
quæ circa hoc dixi ſupra, q. 41. Sed an Nobiles No
biliter viuentes teneantur contribuere pro re-
bus ruſticalibus in ſubſidijs Delph. vide quæ ſcri-
3 pſi infra, q. 384. † Et an Clerici ſtantes in ſcholis
dicantur viuere Clericaliter, vt non contribuent
in ſubſidijs Delph. vide, quæ dixi ſupra, q. 83. Sed
an Clericus ſuccedens patri teneatur contribu-
ere in ſubſidijs, ſicut pater, vide Barth. in leg. per
procuratorem in 1. q. ff. de acquir. hæred. & Hen.
Bohic. in c. ſtatutum. extra, de cenſi. & ibi ponit,
vtrum miſerabiles perſonę teneantur contribu-
ere. & de hac q. vide, quæ dixi infra, quæſt. 382.
a ¶ Ita & Nobiles. *Pro hoc bene facit tex. in l. 1. verſic.
ſcientibus. C. negotia. ne mili. lib. 12. & eo. lib. de re mi-
li. l. militares.*
b ¶ Deſiſterent, priuilegio Nobilium gauderent.
*Iſtud videtur probari ar. l. 2. in prin. ff. de decurio.*

## QVÆSTIO CXCVII.

SVMMARIVM.

1 *Domini de Parlamento an poſſint concedere indicta, ad poſtulationem alicuius ciuitatis.*

1 DOMINI † mei de Parlamento Delph.
Gration. reſidentes licet vicē Præf. Prær.
obtineant, non tamen poſſunt indictū
ſiue tributum nouum vtpote cōmune vini aut
panis, vel aliud ſimile concedere alicui loco, vel
a vniuerſitati. videtur caſus expreſſus a in l. 1. C. de
ſuperind. li. 10. & in auth. de col. §. 1. colu. 9. iſtud
etiam in ſimili probatur in vectigalibus, quæ, in-
conſultis Principibus, non debent concedi, nec
alias, donec ſeruetur forma, de qua in leg. 1. C.
vecti. noua. inſtit. non poſſe. ita dicit text. in l. nō
ſolent. C. eod. tit. & ita ſeruant præfati ſpectabi-
les domini mei de Parlamento, & quando eis of-
feruntur ſuper hoc ſupplicationes, nolunt pro-
b uidere, b ſed remittere conſueuerunt partes co-
ram Domino noſtro Delphin. dum reſidebat in
hac patria. Et nunc remittunt coram magnifico
Domino Gubernatore Delph. vices ipſius Do-
mini noſtri Delph. gerente. ita vidi & fieri, & ob-
ſeruari temporibus meis, De poteſtate & autho-
ritate huius Curiæ Parlamenti: vide quæ ſcripſi
plene infra, quæſtio. 554.
a ¶ Caſus expreſſus. *Videtur in l. placet. & ibi dom.
Bart. C. de excu. mu. li. 10.*
b ¶ Nolunt prouidere. *Secus, quando collecta foret
imponenda propter aliquam neceſſitatem imminentē,
vtpote incurſum ſeu inundationē fluminis, aut vrgens
debitum, & cætera alia: quia tunc videtur hoc poſſe cō-
cedere ipſum Parlamentum. argumen. l. 1. §. fina. in gl.
in verſic. proconſul. ff. quod cuiuſq. vni. etiam argum.
eorum, quæ dicit dom. Bar. in l. 4. §. actor. verſi. quæro,
quid ſi illi. ff. de re iudica.*

## QVÆSTIO CXCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſio procedendi in aliqua cauſa ſummarie, & ſimpliciter, an poſſit concedi per Curiam Parlamenti.*
2 *Stylus & conſuetudo Curiarum, pro lege habentur.*
3 *Conſuetudini villæ, & ſtylo Curiæ contradicentibus, vtri potius ſtandum.*

1 SED an dominus Gubernator Delph. vel
Curiæ Parlamenti poſſit † commiſſio-
nem facere, quod procedatur in aliqua
cauſa ſummarie ſimpliciter, & de plano, ſine ſtre-
pitu, & figura iudicij? Credo, quod non, de iure:
quia delegatus Papæ etiam de latere, hoc facere
non poſſet: vt eſt gl. ſingularis ſecundum do. Io.
de Imo. in c. fi. de hære. li. 6. & refert Ang. de Are.
in l. 1. §. interdum. ff. à quibus appel. non licet. Et
nullus poteſt hoc facere, præterquam Papa vel
Imperator. ita dicunt & tenent Innoc. in c. olim
extra, de accu. & Spec. in tit. de leg. §. ſupereſt vi-
a dere. verſi. ſed nunquid legatus. a Et ponit bene
ad longum Io. And. in d. c. fi. extra, de hæret. lib. 6.
Idem Franc. de Zabarel. in cle. diſpendioſam. de
iudi. in fi. q. 1. per rationes, quas ibi ponit, quæ ibi
videantur: ſecus de ſtylo, & conſuetudine in di-
cta Curia Parlamenti diutius & longiſſime ob-
ſeruatis, ipſi dominus Gubernator & Curia Par-
2 lamenti hoc faciunt, & facere poſſunt: † quia ſty-
lus, & conſuetudo Curiarum pro lege habentur.
in l. fi. ibi, in cæteris mos iudiciorum, qui hacte-
nus obtinuit, in poſterum ſeruatur intactus. C.
de iniur. & l. generaliter. §. in omnibus. C. de reb.
cre. & iureiuran. & l. 1. C. quæ ſit lon. cōſue. iſtud
videtur tenere Rayn. de Sabanaco in repet. ſua. l.
more maiorum. ff. de iuriſ. om. iudi. ſuper expo-
ſitione literali horum verborum, more maiorū
receptum eſt. id eſt, per vſum, vel conſuetudinē

 magi-

magiſtratuum ab antiquo ita obſeruatum. Et ita obſeruatur,& ſi contrarium iudicaretur, ſententia eſſet nulla: ac ſi contra legem foret lata, cum ſtylus vicem legis obtineat, iuxta not. per Cyn. in l.2.C.quando prouoca.nõ eſt neceſſe.in 3.quæſt.

b Sed an ſit aliqua differentia, b ſi in tali commiſſione ponãtur hæc verba, ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu iudicij, vel hæc verba, ſine figura iudicij: dic, quod ſic: ſicut ponit Inno. in d.c.olim.& ibi videtur.& Specul. in tit. de inquiſitione.§.nunc tractemus.ver. quid igitur, ſi in litera Apoſtolica,&c.& Ioan. And. in d.c. fi. de hæret.lib.6.& Bar. in ſua extrauaganti ad reprimen. ſuper verbo, figura. Et differentiam ibidem recitat.

3 ¶ † Sed ſi ſtylus Curiæ contradicat cõſuetudini villæ, vel econtra, cui potius ſit ſtandũ? Dic, quod ſtylo Curiæ, vt not. Cyn. in d.le.2. C. quando prouoc. non eſt neceſ. ſed quanto tempore inducatur ſtylus, vide Ray. de Sabanaco, in ſua repetitione.l.more maiorum.ff.de iuriſ.omni.iud.

a ¶ Verſicul. ſed nunquid legatus. *Specul. autem poſt argumentationem ad vtranque partem, concludit legatum domini Papæ cognoſcere & committere debere, iuris ordine ſeruato. allegat in argum. extra, de iureiur. cap. venientes. & cap. ego ei. dixit eſſe expreſſum. ff. de offic. Proconſul. in l. nec quicquam. §. de plano. & §. decretum.*

b ¶ Differentia. *Strepitus enim videtur reſpicere abbreuiationem dilationum, & ſuperfluitatem allegationum, & huiuſmodi. figura autem iudicij videtur concernere ordinem iuris, ſiue ſubſtantialia, vtpote libellũ & litis conteſtationem, &c. talia, vt colligi poteſt ex clemen. ſæpe. & ibi dom. Io. And. & Cardi. de verbor. ſignificatio.*

## QVÆSTIO CXCIX.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio actionis perſonalis debitoris contra creditorem.*
2 *Ius Canonicum tollit præſcriptionem in mala fide.*
3 *Iuramentum habet tacitam conditionem, ſi res in eodem ſtatu permanſerit.*
4 *Ius Commune, & ſtatutum poſſunt ſtatuere, quod malæ fidei poſſeſſor præſcribat odio negligentis.*

IN cap. malæ fidei poſſeſſor. de reg. iur. li. 6.&c. fi. extra, de præſcriptionib. habeant locum in præſcriptione debitoris, cõtra
1 perſonalem actionem creditoris, † ita, quod corrigantur hodie l. ſicut.& l. omnes. C. de præſcrip. 30. vel 40. anno. per dicta duo capitula. & reperio
a Bart. in l. ſequitur. §. ſi viam. a ff. de vſuc. & in l. fi. ff. quemadmo. ſer. amitta. qui dicit, quod nõ corriguntur: quia dictum cap. malæ fidei. loquitur de præſcriptione, quæ requirit factum præſcribentis; hoc eſt, poſſeſſionem. Similiter d.c. fin. loquitur in præſcriptione rei: vt patet ibi: dum dicit, rei alienæ,&c. Et ſic in præſcriptione, quæ procedit ex poſſeſſione, & facto præſcribentis. Dubiũ autem iſtud loquitur in præſcriptione, quæ non requirit aliquod factum præſcribentis: quia non poſſeſſionem, ſed tantum negligentiam creditoris non petentis, & ideo dicta iura Canonica emanata ad correctionem iuris Ciuilis, non debẽt ad caſum, de quo nõ loquuntur, extẽdi. per l. præcipimus. C. de appellat. & c. cum nõ expediat. de elect. li. 6 cum ſimi. Hanc eandem opi. expreſſe videtur tenere Inno. in c. cura. in gl. pen. extra, de iure patro. dicens, quod cum iſta præſcriptio inducta fuerit ab eo, qui habet poteſtatem diſponendi in temporalibus, vt in l. bene à Zenone. C. de quadr. præſcriptio. & in l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iactu. cum ſimil. Merito tutus eſt debitor præſcriptione, qui eius authoritate id fecit.
b argumen. c. quod quis. b de reg. iur. lib. 6. Potuit enim Princeps in odium negligentis creditoris,
c & fauorem debitoris c adijcere ipſi creditori, ex ſua negligentia pœnam: & ſic ex iuſta cauſa adijcere pœnam priuationis iuris ſui: vt patet in leg. Lucius. ff. de euictio. Præterea cum ipſe Princeps actionem induxerit. le.2. ff. de origi. iuris. ipſe illam tollere potuit: & dare contra eam exceptionem debitori. C. de legi. l. digna vox. & ff. de reg. iur. l. nihil tam naturale eſt. & nota. Innoc. in c. quæ in Eccleſiarum. extra, de conſtitu. Iſtam eandem op. tenet Hoſti. in ſum. in titu. de præſcrip. rerum corpor. §. quæ res præſcribi poſſunt. Dicens, quod aut quæritur, an cum mala fide procedat præſcriptio rerum realium: & dicendum eſt, quod non. & in hoc ius Canonicum corrigit ius Ciuile: quia cum talis præſcriptio requirat poſſeſſionem præſcribentis, merito apud eum eſt mala fides, & per conſequens in eo peccatum. Nam tali caſu negligentia non petentis non præponderat malæ fidei, & peccato ipſius præſcribentis: & habet locum d.c. fin. quia habet locum eius ratio: & hoc eſt, in quo corrigitur diſpoſitio iuris Ciuilis circa præſcriptionem poſitam. inſtit. de perpe. & tempor. actio. in princip. & in l. e. 1. §. 1. C. de anna. except. & leg. 2. C. de conſtit. pecun. & l. omnes. & leg. ſicut. C. de præſcript. 30. vel 40. anno. Si vero quæratur, an procedat cum mala fide præſcriptio in actionibus perſonalibus. & tunc dicit ipſe domin. Hoſtien. quod ſic, quia debitor tali actione obligatus nihil poſſidet alienum: vt patet in l. 2. §. appel. ff. ſi cer. pet. Et ideo cum non poſſit dici debitor eſſe in pec-
d cato, ex quo nihil poſſidet alienum, d Sed tantummodo ſuum cum creditoris voluntate, ideo non dicitur peccare debitor qui non ſoluit creditori, niſi eo inuitõ, aut interpellato hoc faciat, merito præſcribit debitor ius liberationis contra actionem perſonalem creditoris: ex quo non procedit cum aliquo peccato, ſed tantum ob negligentiam creditoris non petentis. & hoc eſt, in quo remanet firmum ius Ciuile, neq; per ius Canonicum corrigitur, ſecundum ipſum dom. Hoſtien. vbi ſupra, idem etiam tenet Henricus Bohic. in c. ſi diligenti. in 3. diſtin. extra, de præſcrip. Et ita etiam ſecundum dictas opin. Barth. Innoc.



Innoc. Hoſti. & Henri. Bohic. fuit iudicatũ Tholoſæ: vt patet in deciſionib. Capellæ Tholoſanæ. quæſt. 76. licet gl. iuris Canonici contrarium determinet, ſcilicet, gl. pe. in d.c. fi. & alia gl. in d.c.
2 malæ fidei poſſeſſor. dicentes † quod licet ius Ciuile inducens hanc præſcriptionem, etiã in mala fide conſiderauerit finem publicę vtilitatis, vt litium eſſet finis. ff. pro ſuo. l. fi. & ne dominia rerũ eſſent ſub incerto. l. 1. ff. de vſucap. attamen ius Canonicum dictam præſcr. euacuat ratione euitandi peccatum, in quo eſſet præſcribẽs debitor, ſi præſcriptio procederet cum mala fide, ꝙ peccatum præſcribentis nõ tollitur per negligentiam non petentis. Vnde cum tractat de his, quæ concernũt animã, & de ipſius peccati eneruatione, ius Canonicum præfertur iuri Ciuili: vt no. in d. c. malæ fidei. & in c. 1. extra de no. ope. nunc. merito Ius Canonicum in hoc ius Ciuile potuit corrigere. Ang. de Per. etiam, & Lud. Ro. tenent hanc opi. in d. §. ſi viam. Io. And. c. 2. de exce. li. 6. Ant. de But. & Pa. in d.c. fin. extra de præſcri. ſed per alias rationes. idem ibi tenet Io. de Imol. in ſua repeti. d.c. fi. vt refert Ang. de Are. Doc. nouiſſimus in d. §. ſi viam. qui ſequitur hanc partẽ: vt ibi plene per eum: & ibi recitat ipſe de Aret. tres opin. do. Io. de Imol. Præceptoris ſui. & Bal. idem videtur tenere, in l. 1. C. de ſerui. & aqua. dicens, quod Canoniſtæ rectius dicunt in eorum foro. Volens tamen innuere aliud eſſe ſeruandum in foro temporali. idem expreſſe dicit Io. Ferrarij. in tit. forma reſponſionis rei conuenti. in gl. ſuper verbo, præſcriptionis. vbi dicit, ꝙ in materia præſcriptionis, huius actionis perſonalis. ſeruetur ius Ciuile in foro temporali, & ius Canonicum in foro ſpirituali. & ibi ponit ſuas rationes. Sed contra hanc vltimam partẽ, videlicet, contra gl. Ang. de Peru. Ant. de But. Imo. Pan. Lud. Rom. & Ang. de
e Are. & pro opinione Bar. e Inno. Hoſt. & Henric. Bohic. & Ioa. Ferra. de quibus ſupra, in prima parte tetigi: fuit concluſum in hac Curia Parlamenti. die 8. menſis Martij, 1459. in diffinitione proceſſus nobilis Artaudæ de Fontana, hæredis Mefreoni eius viri, quondam appellantis, ac Innoc. & Pet. Salignionis fratrũ, de coſta ſancti Andreę, appellatorum, in manibus Ant. de Molena, Secretarij Delphi. per do. meos Parlam. infra nominatos. Licet in obligatione iuramentum interuenerit: quia (vt tunc dixi) iuramẽtũ ſimpliciter præſtitũ de ſoluendo, debet intelligi ciuiliter: videlicet, ſi intra legitimum tempus, ſcilicet, præſcriptione nõ cõpleta debitor requiratur: vt probatur in cap. ad noſtram. lo 3. extra, de iureiuran. Quia iuramentum regulatur ſecundum naturã contractus. l. fin. C. de non nu. pecu. cum ſimi. Et
3 iuramentum † habet tacitam conditionem, ſi res in eodem ſtatu permanſerit, vt no. Docto. in cap. cum contingat. extra de iureiur. & in auth. ſacramen. pube. C. ſi aduer. ven. Et ſi nõ poteſt ius Ciuile tollere iuramentum. l. ſi ex falſis. C. de tranſac. recepit tamen tale iuramentum, generaliter præſtitum, interpretationem ciuilẽ: vt l. ſi libertus. ff. de oper. lib. & c. veniens. &c. quãto. extra, de iureiur. Et dixi infra, quæſt. 427. Debet ergo tale iuramentum interpretari eſſe ſeruandũ durante actione, quæ inerat tempore iuramenti præſtiti: non autem ſublata actione perſonali, lapſu 30. ann. licet Hen. Bohic. & Hoſt. per verbũ, fort, in locis ſupra allegatis, videãtur velle contrarium. & Humb. de Bouenco, in ſua repetitio. d. auth. ſacram. pub. in fi. ſuæ repetitio. licet cũ diſtinctione, videlicet, ſi debitor iurauerit ſoluere certa die, ſine certo termino: vel ſi ſimpliciter ad requiſitionẽ creditoris: quia ſi ſimpliciter ad requiſitionẽ creditoris iurauerit ſoluere vult dicere. ipſe do. Hum. de Bouen. ꝙ currit præſcriptio, nõ obſtante iuramento: ſecus, ſi certo termino iurauerit ſoluere: vt ibi plenius per eum. Et pro hac parte, ꝙ nõ obſtante iuramento, præſcribat debitor contra actionẽ perſonalẽ, facit ſtatutum Delphi. ſub rubr. de compulſo. & pręci. concedendis, vbi ſtatuitur, ꝙ contra inſtrumẽtum obligatorium, admittitur inter cæteras exceptiones, exceptio præſcriptionis 30. annorum. Si ergo vult admitti præſcriptionem aduerſus inſtrumentum debiti: ergo non vult, ꝙ iuramẽtum impediat exceptionem præſcriptionis: quia in omnibus inſtrumẽtis obligatoriis adhibetur iuramentum: & hoc poteſt tale ſtatutũ operari, quia in omni iuramẽto, intelligitur authoritas ſuperioris, videlicet, Principis, ſeu domini Gubernatoris Delphi. eius in hac patria locũ tenentis, qui dictum ſtatutum condidit excepta, per l. Imperatores. in prin. quæ eſt l. fi. ff. ad mun. Et facit ad hoc, quod alibi dicit Bal. in feu. in ti. ſi de feu. controuer. fue. c. ſi quis
4 per 30. ibi, ſed ſimplicitas Canoniſtarum, &c. † vbi dicit ipſe Bal. ꝙ ius cõmune, & ſtatutum poſſunt ſtatuere, quod malæ fidei poſſeſſor præſcribat non fauore præſcribentis, ſed odio negligẽtis, ita ibi dicit Bald. Et ita, vt ſupra, per iſtas, & multas alias rationes, ibidem tunc tactas, fuit cõcluſum per parte: in qua concluſione fuerũt præſentes ſpectabiles viri do. Io. Baiulli iuris vtriuſq; Doctor, Præſidens, Mat. Thomaſſini Licentiat. in legibus, & miles. Guliel. Guillionis decretorũ Doctor, Aduocatus fiſcalis. & ego Guido Papæ, & nemine noſtrũ diſcrepante, excepto do. Gul. Guilionis, qui tenuit, & ſecutus fuit communẽ opi. Canoniſtarum, per rationes ibi tũc per eum tactas, & deductas. De materia præſcriptionum vide, quæ plene dixi infra, quæſt. 416.&c.

a ¶ Bart. in §. ſi viam. *Inno. 1. col. in verſi. modo quæro. vbi tenet quod hic ſubiungitur eſſe verum ſalua determinatione, ſanctæ matris Eccleſiæ, & Theologorũ. facit enim proteſtationẽ fieri ſolitam in materia fidem tangente, qualis eſt iſta, vt puta, in ſimili, per cl. vnica. § ſi ſane de. vſu. & per c. vnum. in §. fin. de Summa Trinit. & fi. cathol. lib. 6.*

b ¶ Cap. quod quis. *Melius facit l. 1. in fin. C. de his, qui veniam æta. impe.*

c ¶ In fauorem debitoris. *Aduerte, quod in hac ſſe-*

cie debet ceſſare omnis fauor,& militare tantum odiū:
nam fauere improbo debitori,habenti malam conſcien
tiam,eſſet inducere ad peccandum : nec poſſet hoc dici
vere eſſe de iuſtitia:& in eo poſſet recurri ratione pecca-
ti,ad Curiam Epiſcopi.do.Bal.in l.1. §. initium.ſuper
gl.cogitauit.ibi niſi faueant,&c.ff.de poſtu.

d ¶ Nihil poſſidet alie. Pro hoc bene facit, quod not.
do.Innoc.in c.quia pleriq; in 1.col.ibi, vel melius.quia
nihil eſt apud hunc,&c.extra,de immu.Eccl.

e ¶ Opinione Bar. Contrariam opinionem tenet do.
Bart.in l.omnes populi.7. col.in 3. quæſtio.princip. in
verſic.ſecundo iuxta prædicta.ibi,iſtæ leges non valēt.
ff.de iuſti.& iu.dicit tamen dom.Bal.primam opinio.
ipſius do.Bart.quam tenet idem do.Bart.in prælleg.§.
ſi viam.fore veram in foro Iuſti.vt in 10.colu.ſi de feu,
fuerit controuer. inter do.& agn.in c.ſi quis per 30. an
nos.in 2.col.in verſi.quærit hic gloſ.ibi, tamen in foro
Iuſtiniani,&c. & pro hac opinione omnino ibi videas
ipſum dom.Bal qui pulchre loquitur.Et bene facit tex.
ff.de vſucap.l.pig.§.ſi mandauero.ibi dicit dom. Bart.
quod,qui ſcit ſe actione perſonali teneri,non eſt poſſeſſor
malæ fidei.quod dicit eſſe bene notandum. idem ſentit
dom.Bal.in l.ſi duobus.§.fin.in fin.in verſi. extra quæ-
ro.C.commu.de leg. & optime etiam facit pro hac opi-
nione id,videlicet,quod mala fides eſſe non poteſt: vbi
legis authoritas interuenit,quæ iuſtificat:alioquiautho
ritate legis quis decipitur,quod eſſe non debet:vt l.1.&
ibi do.Cyn.& Bal.C.de his,qui veni.æta.imp.ſed in ca-
ſu huius quæſtionis dubitari poſſet,an ius Ciuile id face-
re poſſit.& hoc eſt quod tangit do.Bar.in prælle.l. om-
nes populi.vbi tenet quod non : quia ius Ciuile non ex-
cludit peccatū,ſed do.Bar.Doctor ſubtilis,in d. c.ſi quis
per 30.annos.hoc tacite concedere videtur, in caſu,vi-
delicet,quo ius Ciuile id ipſum ſtatueret,fauore præſcri
bentis,vbi vero non fauore præſcribentis ,ſed odio ne-
gligentis:tunc bene quidem ſtatuere poteſt: quia potius
eſt quædā pœna legalis,quam præſcriptio. ad primū alle
ga.C.de edict.diui Adria.toll.l.edict.§.fi. ad ſecundum
argū.ff.ex quib. cauſis maior. l.ſed & ſi per Prætorē.§.
ſed ſi cum decreto.& in hanc opinio. vergit do. Panor.
niſi in caſu,quo debitor tenebatur offerre debitum cre-
ditori,& tunc quia fuit in culpa præſcriptio,ipſum non
iuuabit.vt in cap.quod Cleri.in 9.colum.in verſic.ideo
dicit Ioan.And.ibi.pro concordia.de fo.compe.

## QVÆSTIO CC.

SVMMARIVM.

1 Teſtamentum ſolenne, an poſſit reuocari in minus ſolenni vo-
luntate.Vide & num.3.Et diſting.nu.4.
2 Teſtamentum an cenſeatur reuocatum per hæc verba teſtato-
ris:Nolo teſtamentum meum valere.
5 Teſtamento reuocato,an cenſeantur reuocata præallegata.
6 Legata in cauſis alimentorum relicta, an debeantur ex minus
ſolenni teſtamento.

EYMARDVS Saunerij,ciuis quondā Gra.
1 cōdidit eius† validum teſtamentum, in
quo ſibi hæredem vniuerſalem inſtituit
Nobilem Io.de Cizerino, ciuem quondā Grati.
Deinde per ſeptē menſes poſt, dictus Eymardus
corā Notario & ſeptem teſtibus per publicū in-
ſtrumentum,in volūtate minus ſolenni reuoca-
a uit dictū ſuum teſtamentū, a & inſtitutionē hæ-
redis,de dicto Nobili Ioa.de Cizerino,factam:&
noluit dictū teſtamentū valere:& poſt dictam re
uocationē ſuperuixit dictus Eymardus 20.annis.
modo quæritur ſi dictū teſtamentū validum,fue
rit reuocatum per dictam contrariam voluntatē
minus ſolennem,videtur,ꝙ non,cum non efflu-
xerint decē anni ante dictam reuocationē,prout
effluere debuiſſent,vt tenet gl.in l. ſancimus. C.
de teſt.in gl.fi.quam ibi ſequitur Cy.& Ioa. Fab.
in ſuo breuiario,ac Azo in Summa.in tit.de teſt.
& Pet.Ia.in ti.de ac.ex teſtam.& Ang.in l.noſtra.
circa pri.vbi Salyc.in vno caſu,&c. C.de teſt.qui
ſic intelligūt d.l.ſancimus. Sed credo contrariū:
b b per tex.d.l. ſancimus.ibi,ſin autē teſtator, &c.
Præterea,quia poſt dictam reuocationē effluxe-
runt decē anni,ante mortē dicti Eymardi, ꝙ ſuf-
ficere debet ſecundum opinionē aliquorū:vt re-
fert d.gl.fi.in prin.Et in hac opinione poſtea fuit
do.Hoſti.in Summa.in tit.de teſt. §. qualiter in-
firmetur.ver.item per poſterius.in fin.ibi,& poſt
hoc decennium ſit lapſum.Idē etiam videtur ſen
tire Iac.de But.& Bar.in ſummario dictæ legis.Et
ita ſecundū hanc vltimam partem; tanquam ma
gis æquam,fuit concluſum & determinatum in
Conſilio per dictos Dominos meos Parlamēti,
die 10.menſis Martij,1459.& ſententia lata con-
tra hæredes dicti quōdam Nobilis Ioan.de Cize-
rino,ad opus Dreuoni Saunerij fratris & hæredis
ab inteſtato dicti Eymardi, in manib. Io. Iofredi
Secretarij Delphin.fuerunt tamen dicti hæredes
Nobiles Io.de Cizerino releuati ab expenſis,pro
ceſſus dictæ cauſæ: quia pro ſe habebant opinio-
nem famoſi Doctoris,videlicet gloſſatoris,& ſe-
quacium.quia opinio famoſi Doct. releuare de-
c bet ab expenſis:c vt dixi infra,quæſt.277.Sed qua
re nō fuit iudicatū ſecundū opinionē d.gloſſato-
ris,cū habeat cōcordantes, videlicet, Azo. Cyn.
Io.Fab.& Pet.Iac.Ratio fuit,quia alia opinio,pro
qua fuit ſupra iudicatū,eſt magis amica textui.in
dict.ver.ſin autem teſtator,&c.magis etiā æqua,
vt dicit Ang.in d.l.ſancimus.in fi.ſecundū quam
æquitatē ꝓpterea debuit iudicari:iuxta l. Titius.
& l.qui filium.circa fin.ff.ad Treb. itē quia Bart.
in l.ſi iure.ff.de leg.3.dicit, quod ſi teſtator dicat
coram ſeptem teſtib. Reuoco teſtamentū meū,
quia volo decedere inteſtatus, quod tunc teſta-
mentū eſt reuocatū:quia videtur inſtituere veni-
entes ab inteſtato, & per aditionem venientium
ad inteſtato,adēptio in teſtamento cōfirmatur.
vt l.ſi ita quis.ff.de hær.inſti.ſi ſic, adēptio valet,
2 †ergo,&c. Sed ſi ſimpliciter,dixiſſet: Nolo teſta-
mentū meū valere, ſicut dicit dictus Eymardus,
tunc dicit ipſe Bart.teſtamentum non eſſe reuo-
catum,niſi cum curſu decem annorū,per d.l.ſan-
cimus.& per § pen.inſtit.quibus mod.teſt.infir-
mentur.ſed do. Io. de Imo, dicit, quod imo tale
teſtamentum eſt reuocatum,d etiam ſi nō dicat,
d ꝙ velit decedere inteſtatus.& eſt ratio ſecundum
eum,quia caſſando & reuocando eius teſtamen-
tum,



tū,videtur in dubio velle decedere inteſtatus, &
inuitare voluiſſe tacite veniētes ab inteſtato:iux-
ta l.conficiuntur.§.1.ff.de iure codi. & hanc opi-
nionē.vt ipſe de Imol.refert.tenet do. Hono.de
Peruſio.in l.hac conſultiſſima.C. de teſt. in §. &
quis.hæc ſententia eſt verior in ſtricta iuris ratio-
e ne,e vt dicit idem de Imo. hanc opinionē etiam
ſequitur do.Petr.de Beſuncio, Doctor nouiſſi-
mus,actu legens Papiæ: dū ego Guido Papæ ſtu-
debā vltra montes in l. ſi ita ſcriptum. §. regula.
ff.de lib.& poſth. Saly.tamen in d.l.ſancimus.ibi.
quæro, circa hæc,&c.non firmat pedē, ſed relin-
3 quit cogitandū. Et† ita ſecundum hanc opinio-
nē Modernorū, videlicet,Honof.de Peruſio,In.
& Petri de Beſuncio,teſtamentū reuocatur corā
f 7.teſtib.per ſimplicem reuocationē,f abſq; tran-
ſcurſu dictorum decem annorū,etiam ſi teſtator
non dicat in reuocatione,ꝙ velit inteſtatus dece
dere. Nec obſtat ad præmiſſa d. l. ſancimus. vbi
habetur,ꝙ reuocatio non ſufficit ad ſubmouen-
dū vires teſtamenti,dicendo: Nolo teſtamentū
meū valere,niſi cū tranſcurſu decē annorū: quia
ibi coram minori numero teſtium, ideo ibi non
tollitur præcedens teſtamentū,niſi cum trāſcur-
ſu decem annorū,vt ibi : ſed vbi voluntas muta-
tur coram 7.teſtib., tollitur præcedens teſtamē-
tū,abſq; tranſcurſu decē annorū,dicit de Imo.vt
refert d. Petrus de Beſuncio in d.l.ſi ita ſcriptum.
in §.regula.in ſolutione cōtrarij. ꝙ ibi facit de d.
l.ſancimus.& ita videtur bene fuiſſe iudicatū per
di.Curiā Parlam.in fauorē di.Dreuonij fratris,&
hæredis ab inteſtato dicti teſtatoris, & quæ ſentē
tia expoſt.de ann. Do.1461. de menſe Decēb.in
cauſa reuiſionis,fuit per Dominos de Parlamen-
4 to confirmata.¶ †Ideo pro breui cōcordia & de-
claratione huius materiæ,cum quæritur an teſta-
g mentum ſolenne poſſit reuocari g minus ſolēni
voluntate. Ego Guido Papæ ſic diſtinguo ex di-
ctis,& mente d. Dd. Quia aut fit reuocatio corā
tribus teſtib.aut corā 7.teſtib. Si corā trib.teſtib.
fiat reuocatio,dicendo: teſtamentū meum nolo
valere:tunc reuocatur teſtamentū, cum trāſcur-
ſu dictorū decē annorū,vt in d.l.ſancimus.qui ta
men decem anni non debent neceſſario eſſe ef-
fluxi,ante reuocationem: ſed ſufficit,ꝙ ante,vel
poſt ſint effluxi,ante mortē teſtatoris, ſecūdum
Hoſt.Ang.Ia.de Bu.& Bar.in locis ſupraallegatis,
quicquid dicat gl.in d.l.ſancimus. & eam ſequē-
tes. Si vero corā 7.teſtib.fiat reuocatio: dicendo:
Reuoco teſtamentū meum,& nolo illud valere:
tūc etiā reuocatur teſtamentū,poſito, ꝙ non di-
cat,ꝙ velit decedere inteſtatus: quia etiā hoc ca-
ſu videtur veniētes ab inteſtato, inuitare voluiſ-
ſe ad eius hæreditatem. Et hoc caſu quando corā
7.teſtib.fit talis reuocatio, nō eſt neceſſarius trā-
ſcurſus dictorū decem annorū , vt dicunt, & te-
nent Bal.Imo.Honof.de Peruſio, & Pet. de Be-
5 ſunci.†Seq an h hoc caſu,teſtamento reuocato,
h cenſeantur eſſe reuocata pia legata : quia de aliis
non eſt dubium,quin ſint reuocata: iuxta l.mili-
tis.§.veteranus.ff.de teſt.mil,& videtur, ꝙ non,
ar.in l.teſtamento.ff.de fideic.liber. facit bene l.
proxime.§.fi.ff.de his,quæ in teſta.delentur. Pro
hoc facit,quia legata ad pias cauſas , vel pro ani-
ma facta valēt,etiā non adita hæreditate: vt dicit
Bar.in l.1.C.de ſac.ſan.Ec. quē ibi ſequitur Sal.i-
dē poſuit Spe.in ti.de inſtr.edi.in §.nunc aliqua.
ver.ſed pone & hær.Et non mirū : quia multa in
fauorē piorum legatorum pro anima,ſunt à iure
ſtatuta,quæ nō reperiuntur reſpectu aliorū lega-
torum:vt colligitur in auth.ſed cum teſtator. C.
ad l.Fal.& in l.1.C.de fideicom.& hæc opinio vi-
6 detur ſatis æqua.¶ Sed an †ex minus ſolēni teſta-
mento debeantur legata, in cauſam alimentorū
relicta? dic,ꝙ ſic,per d.l.1.C.de fideicom.de hoc
etiam tetigi infra,quæſt.576.in fin.de materia pi-
orum legatorum etiam tetigi infra,quæſt.556. &
quæſtio.576.in fi. Legata pia etiam debentur hæ-
reditate non adita:vt plene ſcripſi in notabilibus
meis,in §. legata pia. An Trebell. detrahitur de
piis relictis,vide, quæ ſcripſi,ſupra,quæſt.188.

a ¶ Reuocauit dictum ſuum teſtamentum. Tu
vide,de hoc,& an in donatione poſſit reuocari, iſtū con
ſil.147.incip.conſilium pro Re.patre.num.3. verſicul.
ad tertium.

b ¶ Credo contrarium. Quod autem curſus decen-
nij incipiat à tempore conditi teſtamenti:& non à tem-
pore voluntatis,poſtea emiſſæ,patet per text. prælleg.
l.ſancimus.in princip.& ibi,& poſt eius confectionem
decennium præfluxerit.& ita tenet gloſſ.fin. in præal-
leg.l.ſancimus.quam ibi approbat dom.Cyn.in verſic.
vltimo quæritur.

c ¶ Ab expenſis. Nam iuſtam cauſam litigandi ha-
buiſſe videtur,qui pro ſe habuit opinionem vnius Do-
ctoris Bar.in l.bonorum.ff.de bo.poſſ.Bal.in auth.gene
raliter.C.de Epiſc.& Cle.Doct.in c. vt debitus.de ap-
pell.& hoc verum,niſi talis opinio ſit reprobata cōmu-
niter ab alijs:quia tunc ab expenſis non excuſat.do.Car
di.in Cle.2.in prin.de elect.

d ¶ Tale teſtamentum eſt reuocatum. Iſtud ex-
preſſe tenet do.Bal.in prælleg.l.ſancimus.in 1.colu.in
verſic.reuoco in dubium.

e ¶ In ſtricta iuris ratione. Imo de æquitate,cum con-
trarium ſit iniquum,ſentit dom.Bald.in alleg.l.ſanci-
mus.in verſi.reuoco in dubium.ibi,quod videtur val-
de iniquum.

f ¶ Simplicem reuocationem. Vide do.Ange.Aret.
Inſtit.quibus modis teſta.infir.§.ex eo autem ſtylo.

g* Poſſit reuocari. Nunquid teſtamentum ſolenni-
ter factum intelligatur reuocatum , per aliam vltimā
voluntatē.factam ad piam cauſam,coram tribus teſti-
bus:late tradit Philipp.Corn.in conſilio 55.incip.vide
tur in hac.in 4.volu. Et nunquid teſtamentum primū
tollatur per ſecundum inualidum,ita, quod ſecundum
ſaltem valeat iure codicillorum: late tradit in conſilio
7.incip.reperio me.eodem.in 4.vol.

h ¶ Sed an. Vide Alex.conſilio 31.in tertio vol.

## QVAESTIO CCI.

SVMMARIVM.

1 Renunciatione, & concluſione facta in cauſa , an partes po-
ſtea

*ſtea admittantur ad productionem inſtrumentorum.*
2. *Renunciatio,& concluſio an requirantur in cauſa denunciationis,vel accuſationis.*

1 a RENVNCIATIONE,vel concluſione † facta a in cauſa, poteſt altera pars admitti ad producendum literas, vel inſtrumen-
b ta, b ſi aliqua ratio euidens moueat Iudicem: ita tenet Spe.in tit.de renun. & concluſio. circa pr. in ver.& ſcias,&c.qui alle.c.præterea,in fi. extra, de cauſa poſſ. & proprie. maxime ſi talia inſtrumẽta ſint de nouo reperta. Et quæ reperta de nouo,probentur,per iuramentum: vt dicit Bart. in l.admonendi.ff.de iureiu.& tetigi infra, queſtio. 244. Idem in productione teſtium quia teſtis ſemel examinatus, & publicatus, renunciatio & concluſio in cauſa, poteſt iterato in cauſa ex offi-
c cio Iudicis, c examinari: vt not.Iac.Bart. & gloſ. in l.repeti.ff.de quæſtionibus.& Specu. in tit. de teſte.§.nunc tractandum.ver. quid ergo. & verſi. ſed ſi aliqua iuſta cauſa moueat iudicem,maxime præſtito à parte iuramento, pro hoc malicioſe non petit, quibus concurrentibus, poterunt iterum ſuper eodem articulo teſtes produci.arg. in auth.de teſt.§.quia vero multi.vbi dicitur, quod admittitur poſt concluſionem,quæ magis impediri debet, quam renunciatio. ita tenet Inno. in c.cum veniſſent.in ver.credimus tamen, &c.extra,de teſt. Et ita etiam ſeruat ſtylus præſent. Curiæ Parlamenti Delphin.prout vidi temporibus meis in pluribus,& diuerſis cauſis fieri, & obſeruari.tamen conſueuit adiicere ipſa Curia Parlamenti hanc clauſulam,ad valendum, quod valere potuerunt,quæ tamen clauſula non neceſſaria eſt apponi,ſecundum opin.Innoc.vt ſupra, vide alios caſus ſpeciales, in quibus teſtibus publicatis,alij admittuntur.de quibus tetigi ſupra, quæ.
2 124. ¶ Sed iuxta † præmiſſa quæro, an in cauſa denunciationis,vel accuſationis requiratur renunciatio,& concluſio, Bart. dicit quod non,in l.libellorum.ff. de accuſ. de hac materia vide ſupra, quæſt.72.& in ſingularibus meis.

a ¶ Concluſione facta. *Vide de hac materia in deci. Tho.quæſt.13.& quod ibi ſcripſi.*

b ¶ Inſtrumenta. *Poſt concluſionem poſſunt fieri probationes,ſaltem per inſtrumenta, vel per teſtes, ſuper aliis articulis.domi. Cardi.in cle.1.quæſtio.14. de cauſa poſſeſ.& propriet.quod videtur verum, obtenta reſtitutione in integrum, ſaltem ex clauſula generali. c. auditis.de reſt. in integ.& ibi dom.Innoc. in gloſſ.ſua. in verb.probationem.& vide dom.Panorm.in præal. c.auditis.in ver.extra glo.quæri. & do. Cardi.in præallega.cap.1.14.quæſt.in oppo.*

c ¶ Officio iudicis. *Vide dom. Bart. & Bald. in authen.qui ſemel.C.de probat.& do. Panorm. in c. cum clamor.de teſt.in verſic.nota bene hanc glo. & do. Innoc.in c.per tuas.eod.tit.in princ. & circa fin. Sed ad petitionem partis,nõ tenetur Iudex iterum examinare teſtes,niſi in caſibus,de quibus per ipſum do. Panor. in præalleg.c.per tuas.*

## QVÆSTIO CCII.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio criminoſi de vno loco ad alium vt fiat, ſex requiruntur.*
2 *Vagabundus,quis dicatur.*
3 *Remiſſio an debeat fieri in contractibus.*
4 *Iudex potior vter ſit in cognitione cauſæ, an qui perſonaliter delatum cepit,an qui verbaliter citare mandauit.*
5 *Ciuis Gratiop. commiſit homicidium Valentiæ,an Iudex communis Grationop.poterit contra eum inquirere de dicto crimine.*
6 *Remiſſus an debeat præſentari cum eodem proceſſu, facto corã remittente.*
7 *Confeſſio operatur duo,coram Iudice remittente.*

1 IN remiſſione malefactoris fienda, vel impedienda ſunt ſex † conſideranda,nã primo oportet, quod conſtet crimen,
a de quo agitur,fuiſſe commiſſum a l.1.§. item illud.ff.ad ſenatuſconſultum Silleianum.ita tenet Petrus Iacob.in titu. de ſucceſſione Regni Franciæ.§. & eſt aliud minus. verſiculo ,& eſt notandum. Secundo,quod conſtet crimen fuiſſe in territorio Iudicis, requirentis commiſſum. l. 1. ibi dum dicitur,commiſſum.C.vbi de cri. agi oportet.& de iſto, videlicet, delicto,& in quo loco delictum fuerit perpetratum, Iudex requiſitus poteſt facere informationem ante, quam delatum remittat.vt not.per gloſſ.in c.paſtoralis.de re iudi.in clemen.& hoc verum eſt, niſi Iudex requirens eidem Iudici requiſito informationes ſuper delicto,tranſmitteret: prout eſt in talibus fieri conſuetum: Tertio,quod delatus nõ ſit vaga-
b bundus: b quia tunc vbique poſſet puniri: vt d.l. iuncta glo.poſita ſuper verbo, reperiuntur, in fi-
2 ne. Et † eſt vagabundus, qui certum non habet domicilium: ſecundum glo. poſitam in l.1.§.Prætor.de damno infecto.ibi,habitationem non habeat.idem Bart.ibidem. Quarto,quod ipſe delatus non ſit accuſatus de hæreſi: quia tunc vbique pro tali crimine poteſt puniri, nec fieret remiſſio,facit bene quod ponit Bar.in l.ſi dominium. ff.de furtis. & eſt melior conditio Præſidis poſſidentis.ita determinat Iaco.Butr.in l. Arriani. C. de hære.& alleg.l.ex ea. ff. de poſtulan. Quinto, quod non commiſerit crimẽ penes Iudicem,penes quem detinetur: quia ante, quam remittatur,debet fieri de tali crimine punitio.l. ſi cui.§.
c fi.& l.fin.de accu. Sexto, c quod iudex domicilij debite requiratur aliter non tenetur remittere. in auth.vt nulli Iudicum.§. ſi vero quis comprehenſorum.colla. 9. & vide Cyn. in auth. qua in prouincia. C. vbi de criminibus agi oportet. Et ſunt iſti ſex caſus notandi: quia quotidie occurrunt in facto: & iuxta ſupra allegata, vidi ſemper obſeruari in hac Curia,exceptis duobus caſibus, in tertio & quarto capitulo comprehenſis: videlicet,de vagabundo,& hæretico. Sed quæ in futurum videbo obſeruari,hic ſubiungam. ¶ Et nota iſtos ſex caſus quia alibi non reperiuntur ita ſimul



ſimul collecti: nam eos collegi prout melius potui in iure noſtro: quia ſæpe occurrunt in facto. ¶ De materia huiuſmodi remiſſionis tetigi ſu-
3 pra quæſt. 104. ¶ Sed † an in cõtractibus fieri de-
d beat remiſſio? d vide in l.ſolẽt.ff.de cuſt.& exhi. reo.per Doc. Sed an Iudex domicilij, coram quo delatus eſt primo cõuentus, erit Iudex delicti in alieno territorio cõmiſſi, etiã ſi delatus petatur remitti Iudici delicti: vel an teneatur eum remittere? Crederẽ,ꝙ Iudex domicilij coram quo delatus fuit primo conuentus,& intitulatus, non teneatur remittere,cum in criminali etiã ſit locus præuentioni: vt dicit Bar.in l.ſepulchri violati.ff. de ſepulchro violato.ibi,tertio eſt videndũ.Item dicit Ang.de Are.in tract.ſuo malefi.in gl. ſuper verbo,Iudex cõmiſit: ꝙ Caius & alij inquiſiti citarẽtur,ibi,quæro,an ex citatione verbali,&c.& in quæſt. ſeq.ibi,& ſic ille Iudex præfertur in di-
4 cto proceſſu,&c. † Et ibi dicit de Aretio ꝙ in cognitione cauſæ & præuentione ipſius eſt potior ille Iudex,qui primo perſonaliter delatum cepit: quam ille,qui verbaliter citari mandauit. Et pro præuentione iudicatur in Curia Parlam. & vide
5 infra,quæſt. 562. ¶ † Quæro vlterius: aliquis ciuis huius ciuitatis Gratio.cõmiſit homicidiũ Valẽtiæ: an Iudex cõmunis Gratio. poterit inquirere cõtra eũ de dicto crimine & officio ſuo? Odo. & Iaco.de Bello Viſu tenent,ꝙ non.in l.1.C.vbi de crim.agi oportet. Idẽ tenent Gandinus & Io.An.
e in addit. Spe.contrariũ tenent Cy. e Bar.& Ang. de Aret.qui ita refert ipſe Ang.in tract.ſuo de malefi.in glo.1.ibi,quæro an de delictis cõmiſſis per
6 ſubditos,&c. ¶ † Si delatus remittitur,an debeat puniri ex eodem proceſſu, facto corã remittẽte: vel ſi debeat fieri nouus proceſſus: tetigi ſ.quæſt. 419. & ſuper hoc dicit Saly.in l. ea quidem. C.de acc.ibi,15.quæro an cõfeſſio,&c. dicit ꝙ non de-
f bet ſtari proceſſui f facto corã Iudice remittẽte: quia agitatũ fuit corã non ſuo Iudice.no. Bart.in l.magiſtratibus.ff.de iur.om. iud.vbi dicit etiam Bar.quod inquiſitor non habet ſtare proceſſui facto coram remittẽte.quod putat verum Ang.de Aret.in ſuo tract.malefic.in gl. ſuper verbo. nec
7 non,&c.ibi,quæro an confeſſio,&c. † Aduertendum tamen ſecundum Ang.de Are.vbi ſupra, ꝙ duo operatur confeſſio coram Iudice remittente: vnum eſt quod eſt tantæ potentiæ, quod facit tale iudicium, ex quo poteſt poni ad torturã per Iudicem, cui eſt facta remiſſio ſine alio iudicio. arg.in l.cap. 5.& ibi Bart. ff.de adul. Secundo operatur,quod cogitur poſtea coram Iudice ordinario in prima confeſſione perſeuerare: vt not. Innot.in c.ſi clerici.de iudic.quod not. ſecundum Ang.de Are.vbi ſupra. De materia huius remiſſionis tetigi ſupra,quæſt.104. Sed an in cõtractib. fieri debeat remiſſio,vide in l.ſolent.de cuſto.& exhibit.reo.per Doct. Odofre.in d.auth. qua in prouincia.dicit quod in contractib.,de cõſuetudine,non fit remiſſio,licet de iure fieri deberet.

a ¶ Fuiſſe commiſſum. *Iudex requiſitus non debet remittere in cauſa criminali ſine cauſa cognitione: hoc eſt,debet coram Iudice remittente aliqualiter conſtare de crimine.d.Card.in Cle paſtoralis.in § deniq; in vlti.verſ.de feud.& re iud.& d.Oldr.conſil.124.*

b ¶ Vagabundus. *Vide quo ad hoc d.Panor. in præall. c.fin.8.col.verſic.ſed circa hoc quæro. de foro compet.*

c ¶ Sexto. *Adde ſeptimum, videlicet quod delictũ non ſit minimum: quia remiſſio pro delicto minimo fieri nõ debet.d.Ge.in c.Romana.§.contrahentes.de foro comp. in 6.Item octauum, quod remiſſio petatur inter ſubditos eidem Imperio.d.Bal.in l.2.verſ.ſed nunquid,C.de ſer.fug.Item nonum, quod remiſſio petatur fieri à minori tribunali ad maius: quia non fit de maiori tribunali ad minus.d. Oldr.per conſ.124. & de hac materia remiſſionis in delictis,vide d. Panor.in c.fi.lib.6.in verſic.3 glo.& verſic.ſeq. vſq; ad verſ.circa hoc quæritur extra,de foro compet.*

d ¶ In contractibus remiſſio. *In cauſis ciuilibus non habet locum remiſſio.d.Bar.& Doct.in l.hæres abſens. § ſi quis.in verſ.circa hanc.ff. de iudi. & hoc videtur probari per tex.in c.Romana.in §.contrahentes.ibi,niſi inueniantur,&c.& ibi gl.in verſ.inuitos.de for.cõp. li.6.imo nec in criminib. ciuiliter intentatis fit remiſſio vt ſentit d.Pan.in præall.c.fi.in 7.col.in verſi.vlt. dicit glo. Iſtud tamen fallit in certis c.de quibus per eũdem d. Panor.in præal.c.fi.in 9.col.in ver. venio ad ſecundum.ibi,& ex his infertur.*

e ¶ Cyn. *Ipſe ad Ang.opi.d.Cyn.& ſuorum ſequacium in puniendis delictis ſemper ſecutus eſt, vt ipſemet ibi teſtatur in fi.præall.ver.quæro an delicti.*

f ¶ Non debet ſtari proceſſui. *Et pro hoc. l. vlt.C.ſi à non compet.iudi.& in c.at ſi Clerici.extra,de iudi.*

## QVAESTIO CCIII.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias appellare poteſt ſine mandato,nomine patris.*
2 *Dominus appellare poteſt pro homine ſuo.*
3 *Epiſcopus ſine mandato ſpeciali poteſt appellare pro ciuitate, vel ſubditis.*

1 FILIVSFAMILIAS ſine mandato † appellare poteſt nomine patris: vt eſt gl. in l.conſenſu.§.filium.ff.de app. & appellationem per ipſum filium,vel alium nomine patris interpoſitam, poteſt filius ſine mandato introducere.ar.l.exigendi.C.de proc. Nam ſi filius actiones patris in iudicio poſſit intentare, litem conteſtari,teſtes producere, nomine patris ſine mandato,iuxta dictam l.exigendi. multo magis poteſt appellare & appellationem interpoſitam
a introducere. a arg.auth.multo magis.C.de Epi. & Cle. facit quia cui eſt permiſſum antecedens ſeu principale, cenſetur eſſe permiſſum conſequens ſeu acceſſorium.l.cui iuriſdictio. ff.de iur. omn.iud.l.3.§.qui habet.ff.de ſerui.ruſt.præd.facit l.ad rem.& l.ad legatum.ff.de procu. Sed permiſſum eſt filio agere pro patre. per d. l. exigendi. ſequitur ergo eidem permiſſum eſſe appellare tanquam acceſſorium. & ita fuit concluſum per Dominos meos de mẽſe Martij,1459. in ſententiis Paſchæ in quadam cauſa appellationis

Ioan. Filini appellantis, & Amblardum de ſellis
appellati, exiſtente in manibus Ioan. Albi Secre-
tarij Delphinal. in qua cauſa filius dicti appellan-
tis appellationem dicti ſui patris in Curia Parla-
men. introduxit ſine mandato patris; quæ intro-
ductio concluſa fuit legitime fuiſſe facta cauſis &
rationibus ſupra deductis & allegat. & aliis tunc
2 per dictos dominos meos declaratis. ¶ † Idem di
cerem in domino, quod poſſit pro homine ſuo
appellare, vt ponit Specul. in tit. de appell. §. 1. in
fin. Similiter etiam dominus poteſt pro homine
ſuo agere, vt dicit Innocent. in cap. delictis. de
3 app. † Idem videmus in Epiſcopo: qui ſine man-
dato ſpeciali poteſt appellare pro ciuitate ſua, vel
ſubditis ſuis. in c. dilecto. prope principium, ex-
tra, de appel. &c.

a ¶ Appellare & appellationem introducere.
*Iſtud optime probatur per text. in l. 1. ibi, ſed & cum iu-
re, &c. iuncto ibi, & ſi litem, &c. ff. de appellationibus
recipiendis, vel non.*

## QVAESTIO CCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi in contractibus.*
2 *Monaſterium an poſſit petere bona vxoris: quæ poſt mortem ſuam omnia bona ſua donabat dicto monaſterio.*

MARITVS & vxor omnia eorum bo-
na donauerunt Titio, in qua donatione
ſibi reſeruauerunt quatuor ſeſteria fru-
menti, & quatuor ſeſteria vini, quandiu viuent:
vel aliquam aliam penſionem, vno moriente: v-
1 trum alius † debeat habere totam penſionem vel
medietatem duntaxat? & credo quod medietatẽ
duntaxat, quia iſta penſio retenta pro alimonia,
a reſpicit cauſam reiterabilem a in ſe recipientem.
l. alimenta. §. baſilicæ. ff. de ali. & cib. leg. vbi ha-
betur, quod cauſa alimentorum eſt reiterabilis.
iſtud etiam tenet Cyn. in l. cum quæſtio. in fi. C.
b de leg. & Barth. b in l. re coniuncti. in quæſt. quæ
incipit, tertio principaliter quæritur, &c. ff. de
leg. 3. Et pro tanto medietas duntaxat debetur,
nec alia accreſcit ſuperuiuenti. De hoc videtur
tex. expreſſus in l. dominus. §. 1. ff. de vſufru. hanc
partem etiam tenet Bar. in dict. l. re coniuncti. in
præalleg. quæſtio. hoc etiam probatur tali ratio-
c ne. In contractibus c enim propter emolumentũ
iam alteri quæſitum non habet locum ius accre-
ſcendi. l. 1. circa fin. ff. de vſufruct. accreſcendo. &
l. aquam. §. fi. ff. queadm. ſerui amit. ponit Barth.
in dict. l. re coniuncti. in quæſt. quæ incipit, quar-
to eſt in tẽpore conſiderandum, &c. & hoc tenet
Bart. expreſſe in l. ſi mihi. & no. in 3. quæſt. in ver.
qui incipit, & ideo prædicta inducuntur, &c. ff. de
verb. obli. & quia in caſu propoſito ius fuit quæ-
ſitum cuilibet dictorum coniugum: reſtat dice-
re ius accreſcendi inter ipſos locum non habere.
Et pro iſta parte bene facit l. Lucius. §. Caio ff. ad
Trebel. & l. fi. §. filium. ff. de leg. 2. Iſtud etiam ſe-
quitur Bar. in d. §. Caio. & Cyn. in l. fi. C. de impu.
& aliis ſubſtit. Et ita fuit declaratum & iudicatũ
die 8. menſis Iunii, 1459. per Dominos meos Par
lam. in Camera Conſilij, in qua erant ſpectabiles
viri, dom. Ioan. Baiulli Præſidens. Ma. Thomaſſi-
ni, Guliel. Guilionis. Ioan. de ſancto Germano,
Aduocatus fiſcalis. Pet. Bani. Procurator fiſcalis,
vtriuſque iuris Doct. & ego Guid. Papæ in cauſa
tunc vertente in manibus Io. de Vourey Secre-
tarij Delphi. inter relictam An. Veceyriæ agentẽ
ex vna parte, & Stephanum de Plaſtro reum ex al
2 tera mandamẽti Curnilionis. ¶ † Iuxta hæc quę-
ro, vir & vxor poſt eorum mortem dederũt om-
nia bona alicui monaſterio, moritur vxor: an mo
naſterium poterit petere bona vxoris? vide Cyn.
in l. pe C. de im pub. & aliis ſubſt. De materia iu-
ris accreſcendi in contractibus: vide l. ſi mihi &
Titio. & ibi Barth. ff. de verbor. obli. ¶ De mate-
ria iuris accreſcendi in vltimis voluntatibus: vi-
de Bar. & Doct. in l. duo ſocij. §. ſi duo ſint hære-
des. ff. de hæred. inſtit. & l. ſi ſeruus communis. in
glo. iubentibus. ff. de acquir. hære. & in l. cum ſo-
lus ſeruus. in glo. fin. ff. eo.

a ¶ Cauſam reiterabilem. *Et per hoc videtur for-
taſſis contrarium eius quod hic ſcribitur, vt reſonare
videntur verba d. Cyn. in præal. l. cum quæſt. in verſic.
hoc facit ad quæſt. C. de le. & pro hoc poteſt induci caſus
in l. alio. §. cum quodq. ff. de ali. & ciba. leg. Sed d. Cyn.
& text. præal. & §. cum. in alio caſu loquuntur.*

b ¶ Bart. *Qui tenet quod in relictis ob cauſam alimen-
torum non eſt locus iuri accreſcendi: vt in l. hic alie. in
11. col. circa pr. in ver. 3. principaliter quæritur. & pro
hoc eſt text. & gl. ff. de vſufr. l. dominus. §. per fideicõ.
& ibi do. Bald. qui dixit illum text. ad hoc allegari, vi-
delicet quod in legato alimentorum nõ habet locum ius
accreſcẽdi. & aſſignat rationem, quia tale legatum na-
turaliter eſt caſſatum. & ideo forte etiam in legato ve-
ſtitus & veſtimentorum: & ſubdit dicens illum text.
eſſe bene notandum. Verum in terminis caſus noſtri vi-
detur forſitan non ineleganter aliter dicendum: ideo
quia hoc fuit non ſolum re & verbis: ſed etiam perſona:
quia vir & vxor vna caro. c. debitum paſtoralis officij.
extra, de bigamis. Nec enim eſt veriſimile, quod ipſi do-
natores intellexerunt ſe ita voluiſſe denudare, quin ſal-
tem integra alimenta apud quemlibet eorum perpetuo
ſint. Bene facit, quod dicit. Bald. in l. ſi mihi & Titio. in
prin. circa fin. ibi, niſi ex conſideratione cõtrahentium
aliud eſſet. ff. de verb. ob. Et iſtud habet rationem. nam
vir & vxor ſimul viuent commode, verbi gratia, de
10. ſeſtariis frumenti, & alter eorum ſeorſum minus cõ-
mode viuet de 5. Non obſt. iura præalleg. in contrariũ:
quia non loquuntur in tali ſpecie, vbi ſic concurrit tri-
plex funiculus, vt hic. & maxime cum cauſa alimẽto-
rum proficiſcatur ab ipſo exigente huiuſmodi integra
alimenta, cui etiam competit obliga. antidora. quæ etſi
non efficax ad agendum, eſt tamen æquitate ſubnixa po
tens ad retinendum. l. ſed ſi leg. §. conſuluit. ff. de peti.
hære. iuncta l. ſi teſtamento. §. 1. in ver. propterea, quod
creditur. ff. de fideiuſ.*

c ¶ In contractib. *Non habet locum. adde Spe. de don.
in ver. quid ſi pluribus.*

QVAESTIO



## QVÆSTIO CCV.

SVMMARIVM.

1 *Appellanti ſuper impedimentis an ſtetur ſub iuramento.*
2 *Proteſtatio per aliquem facta probatur iuramento.*

IN cauſa appellationis exiſtente in mani-
bus Antonij de Molena, Secretarij Del.
inter Gulielmum Bruneti, & Nicolaum
Buellerij de ſancto Ant. appellantes: & Conſules
Montis Rigaudi appellatos ex altera, dicti appel-
lantes omiſerũt introducere eorum appellatio-
nem infra 30. dies ſecundum ſtatuta Delphin. in
Curia Parlam ſed eam introduxerunt poſt 30. di-
es poſt duos dies poſt. & dubitantes de deciſ. tra-
diderunt dicti appellãtes ſupplicationem: in qua
1 ſe † petierunt reſtitui ex clauſula generaliter ad-
uerſus dictam introductionem debito tempore
non factam ex duobus capitibus. primo ex eo,
quia eorum appellatio ad eorum notitiam tem-
peſtiue non peruenit: quia eorum Procurator eis
dictam appellationem non notificauit, niſi per
tres aut quatuor dies infra dictos triginta dies.
Secũdo: ex eo, quod ipſi appel. credebant adhuc
in Curia Parlam. eſſe tempus 40. dierum ad in-
troducendum: ſicut erat, non eſt diu, dum Curia
appellationum totius Delph. erat annexa Curiæ
a Parlam. Et ſuper iſtis impedimentis a petierunt
ſe admitti ad probandum per eorum iuramentũ
cum aliter, vt dicebant, probare non poterant.
Ad quod præſtandum fuerũt admiſſi ex ordina-
tione dictæ Curiæ: & ita iurauerunt in manibus
Commiſſarij, in partibus ad hæc per dictam Cu-
riam Parlam. ordinatis. Et ideo dicta Curia Par-
lamen. viſo proceſſu & iuramento præſtito, reſti-
tuit dictos appellantes aduerſus omiſſionem di-
ctæ introductionis debito tempore non factæ,
die ſecunda iuridica poſt quaſimodo 1459. in ſe-
quendo opiniones Spec. in tit. de appel. in §. nũc
breuiter. verſ. quid ergo. & Saly. in l. præſes. C. de
appel. & Inno. in c. ex literis. extra de reſtit. in in-
teg. in fina. idem etiam tenent Domini de Rota.
b b quæſt. 150. Et facit etiam pro hac parte quod di-
2 cit Barth. in l. ſi quis. C. depo. dum dicit † quod
proteſtatio per aliquem facta probatur iuramen
to, licet Bal. ibi contrarium teneat. Facit etiam
pro hac deciſione, quia qualitas animi bene pro-
batur per iuramentum: vt dicit Bald. vbi ſupra. &
Bar. in l. Celſus. ff. de vſur. & in l. inter omnes. §.
recte. ff. de furt, & vide plene, quæ ſuper hac ma-
teria dixi ſupra, quæſt. 64. & infra, quæſt. 244.

a ¶ Iſtis impedimentis. *Ad declarationem articuli,
vide pulchre Alex. in conſil. 114. in 5. vol. vbi late exa-
minatur, nũquid in cauſa appellationis currat tempus
impedimenti cauſatum in perſona iudicis, & qualis prō
teſtatio requiratur.*

b ¶ Domini de Rota. *Videlicet deciſio. 155. in addi-
tio. 2. quæ incipit, ſed pone. circa fin. in verſic. ſed dubi-
tatur, Innoc.*

## QVÆSTIO CCVI.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an poſſit ex iuſta cauſa pœnam libertatum augere vel minuere, non obſtante iuramento. vide num. 2.*
3 *Cauſæ, quibus Iudex mouetur ad minuendas vel augendas libertatis pœnas.*

IN hac ciuitate Grationop. ſunt priuile-
gia & libertates ab antiquo cõceſſæ per
Dominos olim Delphinos & Epiſcopos
Grationop. condominos præſentis ciuitatis, qui
in multis caſibus ſtatuunt certas pœnas pecunia-
rias in condemnationibus fiendis, etiam in cau-
ſis criminalibus per Iudicem Curiæ communis
dictæ ciuitatis: puta in crimine adulterij, in quo
crimine ſtatuitur pœna pecuniaria centum ſoli-
dorum: & ſimiliter in multis alijs delictis & cri-
minibus certæ pœnæ pecuniariæ ſtatuuntur. Et
quæ priuilegia & libertates Iudices dictæ Curiæ
(vt plurimum) ad requiſitionem Conſulum di-
ctæ Ciuitatis iurare conſueuerunt, eas obſeruare
1 debere. † Sed iuxta hoc quæro, nũquid Iudex qui
iurauit illa ſeruare, poterit ex cauſa illas pœnas
augere vel minuere, non obſtante iuramento? &
a videtur quod non: a quia non eſt recedendum
à verbis legis: vt ff. de exerci. act. l. 1. §. ſi is, qui na-
uem. in ver. in re igitur dubia. Item ſtatuta, liber-
tates & priuilegia debent aliquid operari ſupra
ius commune. Si autem nihil operarentur, fru-
ſtra eſſent conceſſa. ff. de lega. 1. leg. ſi vnum. ff. de
vſur. in l. ſi ſtipulatus. Ecõtrario videtur quia iſtæ
pœnæ ex ſtatuto, libertate vel priuilegio ſunt ſub
rogatę in locum ordinarium pœnarum à lege ta-
xatarum, vel à Iudice taxandarum: ergo illorum
ſequuntur naturam: vt ff. ſi quis cautio. l. ſi eum.
§. qui iniuriarum. Sed in illis poterat Iudex olim
augere vel minuere. vt l. & ſi ſeuerior. C. de his,
qui no. infa. & ff. eo. in l. quid ergo §. pœna graui-
or. & ff. de pœn. l. in ſeruorum. §. ſi ergo & in iſtis.
¶ Quid dicendum? credo quod cum Iudex, qui
iurauit legitime ſecundum Leges & Iura iudica-
re, vt in auth. iuſiurandum, quod præſtatur ab his
in prin. col. 2. Et tamẽ pœnam à lege taxatam ex
cauſa poteſt augere vel minuere, lege permitten-
te & ſine periurio: vt patet in d. l. & ſi ſeuerior. &
in l. ſi ff. qui ſatiſ. cog. Ergo non poſſet plus Iudi-
cem adſtringere ſtatutum, vel priuilegium, quã
lex communis & generalis, quæ eſt maioris auth.
maxime, quia talia priuilegia & ſtatuta, quæ fiũt
pro pœnis minorandis, non videtur debere ſor-
tiri effectum, iuxta l. ſi vnus. §. illud. cum ibi no.
2 ff. de pact. ex his † ergo dicerem, quod Iudex non
obſtante iuramento poteſt talem pœnam ſtatu-
ti vel priuilegij ex cauſa augere vel minuere: ſed
de quo ergo operabuntur talia ſtatuta vel priui-
legia? credo quod in dubijs & cõmunibus, & vbi
non eſt cauſa augmentandi vel minuendi: vt tũc
Iudex talia ſtatuta & libertates ſequatur: vt in l e.
hodie. ff. de pœnis ſicut ſequeretur legem ſcri-
ptam: quia pœna & obligatio legis ſcriptæ eſt

N muta-

mutata & nouata in pœnam conuentionis & ſta-
tuti: vt ff. de pecu. l. licet. §. ſed & ſi filium. ¶ Sed
quia ſupra dixi, quod Iudex non obſtante tali iu-
ramento poteſt pœnam augere vel minuere ex
3 b cauſa: † quæro quæ ſunt iſtæ cauſæ? *b* reſpondeo
quod minuere poteſt propter conditionem per-
ſonæ delinquentis: & propter ignorantiã delin-
quentis: & propter factionem inconſultam. Pri-
mo, dico propter conditionẽ perſonæ delinquẽ-
tis, quod emergit quandoq; propter iuuentutem,
vel ſenectutem vel dignitatẽ. De ſenectute pro-
batur. ff. de termi. moto. in l. 2. De iuuentute pro
batur. ff. de min. in l. auxilium. §. 1. De dignitate,
c quia minus eſt puniendus *c* nobilis, quã ignobi-
lis. ff. de pœn. in l. aut facta. §. præterea. De ignorã
tia probatur in l. 1. ff. de ſica. & in l. 1. C. eo. tit. De
factione incõſulta: vt quia delinquit propter do-
lorem repentinum. ff. de pœn. l. abſentem. §. vlt.
iſtæ ſunt cauſæ diminutionis, quæ ſunt tres. Cau-
ſæ vero augmentationis ſunt duæ: vna eſt delicti
d atrocitas. Quia propter atrocitatẽ *d* augmenta-
tur pœna. ff. de pœn. leg. quidam. vt presbytero
falſificante. ſecundum communem intellectũ. l.
presbyteri. C. de Epiſ. & Cle. Alia vero & ſecun-
e da cauſa eſt propter delicti frequentiã *e* cũ multis
graſſantibus, &c. vt in l. aut facta. in fi. ff. de pœn.
Et propterea Iuriſconſultus conſiderans omnes
pœnas & cauſas imponendi, dicit eas hodie eſſe
arbitrarias in l. hodie. ff. de pœn. Et ita de ſtylo
Curiarũ præſentis patriæ Delph. ſeruatur in iudi-
cando in locis, in quibus ſunt tales libertates. Et
ita etiam ego Guido obſeruaui in dicta Curia cõ-
muni Gration. dum fui Iudex ipſius Curiæ de an-
no currente Domini 1430. Et in alijs Curijs ban-
naretorũ, quas tunc tenebam: puta villa Catho-
naiſi, & quibuſdam alijs locis, in quibus per liber
tates imponũtur certæ modicæ pœnæ pecunia-
riæ in delictis & criminibus puniendis. Quæ ta-
men pœnę pecuniariæ conſueuerunt de ſtylo Cu
riarũ augeri vel minui, prout ex iuſta cauſa æquũ
Iudici videtur, nõ obſtante dicto iuramẽto. Nec
dicitur iudex contra eius iuramentũ venire, licet
f iurauerit *f* tales libertates obſeruare, per ſupra al
leg. Et hæc vera in foro tẽporali, ſed in foro ſpi-
rituali, forte contrariũ iudicaretur, cum dictum
iuramentũ poſſit ſine interitu ſalutis æternæ ſer-
uari: iuxta cap. cum contingat. extra, de iureiu.

*a* ¶ Quod non. *Alia pœna, quod ſtatutum non poteſt imponi per Iudicem, quando verba ſtatuti ſunt imperatiua ad Iudicem. d. Bal. in l. eum. C. de fur. & idẽ Bal. in authen. nouo iure. C. de ſeru. fug. ratio eſt, quia iurauit ſeruare ſtatuta: ratione ergo iuramenti, ac etiam, quia non habent iuriſdictionem, niſi ſecundum formã ſtatuti, præciſe tenentur ad ſeruationem ipſorum. ar. l. qui cum vno. §. quæ poſt. in ver. receſſum. ff. de re. mil. & hoc verum, niſi ex cauſa d. Bal. in leg. quocunq. C. de ſer. fugi. & in l. & ſi ſeuerior. ff. de infa. & d. Bar. in le. quid ergo. §. pœna grauior. 2. col. in ver. ad iſtud oppo. ibi, oportet ergo. ff. eo. tit. de infa.*

*b* ¶ Quæ ſunt iſtæ cauſæ? *Adde dom. Bar. in præalleg. l. quid ergo. in §. pœna grauior. in 3. colum. verſ. veniamus ad diminutionem. ibi. nam quandoq; fit diminutio. ff. de infamibus.*

*c* ¶ Minus eſt puniendus. *Hoc intellige, niſi delinquat circa ſibi commiſſa: vt l. presbyteri. C. de Epiſc. & Cle. & ita poteſt intelligi c. hom. 40. diſt. & c. inter corporalia. §. ſane. & c. quoniam. extra, de transla. Epiſc.*

*d* ¶ Propter atrocitatem. *Adde. Card. in cle. 1. §. quæ omnia. & ibi glo. de pœn.*

*e* ¶ Propter delicti frequentiam. *Adde dom. Bal. in l. quicunque. C. de ſer. fugiti. & in l. ſi quis non dicã rapere. 3. colum. item nota aliam differentiam. C. de Epiſ. & Cler.*

*f* ¶ Licet iurauerit. *Benefacit cap. quemadmodum, extra, de iureiuran.*

## QVÆSTIO CCVII.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia de decimis non ſoluendis qualiter intelligenda.*

ANno Domini 1459. & die 21. menſis Iunij, in
dicta venerabili Curia Parlamenti, fuit lata
ſententia inter venerabile Capitulum beatæ Ma-
riæ Gration. & dominum Echirolarum, & certos
eius colonos reos, in manibus Antonij de Mole-
1 na, Secretarij Delph. cuius † tenor ſequitur. Li-
cet ſecũdum diſpoſitionem iuris communis de
benignitate ſedis Apoſtolicæ ſit templarijs Hie-
roſolymitanis & hoſpitalarijs indultũ, vt de la-
boribus, terris, & poſſeſſionibus, quos & quas
proprijs manibus vel ſumptibus colunt, nemini
ſoluere decimas teneantur. Tamen non eſt eis li-
citum decimas de terris ipſorũ ſubtrahere, quas
alijs tradunt excolendas. Et quia non conſtat di-
ctos reos proprijs manibus nec ſumptibus cole-
re terras ſeu campũ de Yſartis, de cuius decimis
agitur. ideo his & alijs cauſis ex proceſſu reſultã-
tibus ad hæc nos iuſte mouentibus, dicimus & or-
dinamus dictos actores fore reintegrandos in
poſſeſſione ipſorum percipiendi decimas in pa-
rochia ſancti Iacobi de Echirolis, & maxime in
campis, de Yſartis: de cuius ſpoliatione agitur, &
quos per præſentes reintegramus, condemnan-
do propterea dictũ d. Eymarũ de Pondio domi-
num Echirolarum, ad reſtituendũ eiſdem actori-
bus gerbas à rapinis de Yſartis, & gerbas exiſtẽtes
ſub manu Delph. in grangia Ioan. Ferrarij per d.
Michaelem captas, & in domo domini prædictæ
Echirolarum deportatas, vna cũ expenſis, in hac
cauſa coram nobis per eoſdem actores legitimè
factis, in quibus ipſum dominum Eymarum do-
minũ in perſonã Iac. Rodul. eius Procurat. & e-
cõtra condemnamus, taxa eorundẽ nobis reſer-
uata, & ita fuit iudicatũ. pro quo facit c. à nobis.
a & c. dudum. *a* extra, de deci. Et ex hac ſentẽtia e-
tiã apparet, quod hæc Curia Parlamẽti cognoſcit
etiã de poſſeſſorio cauſarũ ſpiritualium, de quo
plene dixi ſupra, q. 1. &c. De cauſis, quorũ cogni-
tio ſpectat ad Iudicẽ Eccleſ. vide plene Io. Ferr. in
ti. forma opponendi contra Iudicem ſuſpectum,
in glo. ſuper verbo, nec fuiſſe Iudicem compe-





*a* ¶ Cap. dudum. *Melius facit c. ita per. extra, de deci. quod ſtatuit vt hoſpitalarij & templarij ſoluant decimas de poſſeſſionibus quas acquiſiuerunt poſt conſiliũ Lateranenſe: & ſic forte iſte Præceptor non allegauit, alias probauit dic. poſſeſſiones fuiſſe acquiſitas ante conſilium Lateranen. propter quod fuit condemnatus.*

## QVÆSTIO CCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Firmarij Curiarum Delphinal. & aliorum Iurium Delphin. non debent gaudere priuilegio fiſci, in exigendis eorum debitis.*

IVxta materiam ſententiæ in proxima præcedẽ
ti quæſtione mẽtionatæ, quæro de quæſtione,
laicus quidam emit, & arrendauit fructus alicu-
ius Eccleſiæ, vel perſonæ Eccleſiaſticæ, an gaude-
re debeat eodem priuilegio circa tales reditus, ſi-
cut talis Eccleſia: adeo quod non teneatur ſolue-
re collectam vel vectigal. Spe. mouet iſtam quæ-
ſtionem in titu. de immunita. Eccleſiæ. in fin. Et
videtur dicere, quod non gaudeat. idẽ tenet Ar-
chid. in c. quanquam. de cenſibus. libro 6. & pro
1 hoc facit l. licitatio. §. fin. ff. de pub. & vect. ¶ † Et
ex hoc dico, quod firmarij Curiarum Delphin. &
aliorum iurium & emolumentorũ Domini no-
ſtri Delphin. non debent gaudere priuilegio fiſci
in exigendis eorum debitis ad cauſam talium fir-
marum per ſupra allegata: quia ex mutatione per
ſonæ mutatur conditio rei: vt dicit Bart. in l. per
Procuratorem. ff. de acquir. hæred. Sicut nec et-
iam fiſcus ſuccedens in locum priuati, vtitur iu-
re fiſci, ſed priuati. l. fiſcus. ff. de iur. fiſc. & not. per
Petr. Iacob. in primo libello ſui libri. ¶ Et quia
quandoq; tales firmarij iurium Delphin. in tali-
bus abutuntur, volentes eorum debitores mo-
re debitorum fiſcalium compellere ad ſoluen-
dum, Curia Parlamenti, cũ ad eius notitiam per-
uenitur, hoc non patitur, ſed mandat tales ab a-
reſtis & carceribus relaxari: ita vidi fieri & obſer-
uari etiam in contradictorio iudicio, niſi debito
res eorum reperientur de nouo erga eos obliga-
ti, cum illa clauſula, quod poſſunt compelli ad
ſoluendum more debitorum fiſcalium: quia
tunc ex illa noua obligatione poſſent compelli
more debitorum fiſcalium per incarceratione:
a cum ad hoc poſſit debitor ſe obligare, *a* per ea
quæ dixi ſupra, quæſtio. 61. de venditione iurium
fiſcalium & Delphin. vide, quæ dixi infra, quæ-
ſtione 536. & c.

*a* ¶ Obligare. *Vide not. per Doctor. in l. ob æs. C. de action. & obligat.*

## QVAESTIO CCIX.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones, quæ opponi poſſunt contra literas compulſorias.*
2 *Exceptio confuſionis, habetur loco ſolutionis.*

IN ſtatuto Delphi. ſub rub. de literis compulſo-
1 rijs & præciſis concedendis † enumerãtur cer-
tæ exceptiones, quæ opponi poſſunt contra lite-
ras compulſorias, videlicet excommunicatio-
nis, falſi, tranſactionis, rei iudicatæ, ſolutionis,
præſcriptionis, & pacti de nõ petendo duntaxat.
Sed quid ſi opponatur cõtra inſtrumentum vel
contractum in ipſo inſtrumento contentum de
inualiditate vel nullitate ipſorum, an talis exce-
ptio admitti debeat, cõtra literas compulſorias,
non obſtante dicta diſpoſitione ſtatutaria in ſta-
tuto adiecta: ibi dum dicitur: dumtaxat admit-
a tantur, &c. videtur quod ſic, *a* per ea, quæ dicit
Barth. in l. diuus. ff. de teſt. mil. & ita vidi iudicari:
de hoc plenius dixi in tractat. quem feci ſuper di-
2 cto ſtatuto Delph. in 6. quæſt. Sed † iuxta hoc vl-
terius quæro, an contra tales literas compulſo-
rias admittatur exceptio confuſionis actionum
factarum per aditionem hæreditatis, iuxta l. de-
bitori. C. de pact. & l. hæres. §. quod ſi ſtipulata. ff.
de fideiuſ. Credo quod ſic, quia talis confuſio ha
betur loco ſolutionis, & idem importat quod ſo
lutio. iſte eſt textu. notabilis in l. Vranius. circa
princ. ff. de fideiuſ. & vide glo. in le. ita nobis pu-
dor. C. de adult. Sed de hac vlti. quæſt. nondum
vidi determinationem fieri in Curia Parlamen-
ti, ſed ſi quam in futurum fieri videro, hic ſubiũ-
gam. Sed quid de penſatione, an ille, qui petit
compenſari, videatur ſoluere, vt admittatur in-
ter alias exceptiones ſtatuti? dic quod ſic. bene
Bart. ſcilicet l. amplius non peti. ff. rẽ ra. ha. & de
hoc dixi in dicto meo tractat. quem feci ſuper di-
cto ſtatuto de literis compulſorijs & præciſis cõ-
cedendis, in 5. quæſt. circa finem, &c.

*a* ¶ Quod ſic. *Adde dom. Ioan. Pet. de Ferra. in forma executionis ſententiæ, in gloſſ. 1. in 3. & 4. colum. dom. Bart. in l. 1. §. per iu. ff. quod vi aut clam. & l. pla. & l. fin. & ibi dom. Bart. ff. de pet. hæred. glo. in leg. eius. in prin. ff. ad Trebell.*

## QVÆSTIO CCX.

SVMMARIVM.

1 *Seyſinæ an impediant conceſſionem præciſarum.*
2 *Baratator, quis dicatur.*
3 *Res ſequeſtrata an poſſit interim vendi.*

ANno Domini 1458. & die 20. menſis
Mart. fuit concluſum per Dominos me-
1 os de Parlamento † in Camera Conſilij:
quod Seyſinæ non debeant impedire conceſſio-
nem præciſarum. Et quod decætero in Curia Par
lamenti concedantur præciſæ cum expenſis ſu-
per compulſorijs, non obſtantibus Seyſinis per
quancunque Curiam factis, attento quod de iu-
re tales Seyſinæ ſunt regulariter prohibitæ, niſi
a in caſibus, *a* videlicet quãdo debitor eſt magnus
Baratator, vel ſuſpectus de fuga: vel propter ino-
piam: vel eſt prodigus: vt dicit Barth. in l. mulier.
ff. de l. commiſſoria. ibi, quæro, an bannum ſit de
iure, &c. nec eſt de exceptionibus, quæ poſſunt

opponi ſecundùm ſtatuta ad impediendum cõceſſionem præciſarum, de quibus tetigi ſupra in pcedẽti quæſt. & plenius ſcripſi in apparatu, quẽ feci ſuper ſtatuto Delph. de literis compulſorijs,
2 & præciſis.† Sed quis dicatur Baratator: dic, quod iſta verba groſſa & materialia intelliguntur, ſecũdum quod vulgus intelligit: vt dicit Bal. C. de ſer. fug. in auth. ſed nouo iure. circa fi. Sed an durante Seyſina creditor meus, me poterit conuenire pro debito Seyſito, in caſibus in quibus Seyſinæ ſunt de iure permiſſæ? Dic quod non, ſecundum
b Bar. *b* Old. & Iac. de Aret. in d. l. mulie. niſi ſi aliqua res ponatur in arreſto, mandato iudiciario, ex iuſta cauſa, de cauſis ſupra proxime declaratis.
3 † An interim ipſa res poterit vendi? dic quod non imo ſi vendatur, venditio erit nulla: vt dicit Bar. in d. l. mulier, &c. & ita, &c. De materia ſequeſtrationis tetigi infra, quæſt. 246.

*a* ¶ In caſib. *De quibus in gl. fi. in c. fi. extra, de ſeque. poſ. & fruct. & ibi per d. Gof. in ſum. in ver. generaliter & alius caſus habetur in Cle. ad compeſcendas. eod. tit.*

*b* ¶ Secundum Bart. *Aduerte: quia loquitur in alio caſu, qui ſcilicet debitor propter Seyſinam vel proteſtationem, aut denunciationem à Iudice, vel alio authoritatem habente ſibi factam excuſatur, ne incidat in pœnam: Et adde d. Bal. in prin. l. mulier. qui hoc notando limitat eſſe verum, niſi opera & fraude debitoris factũ eſſet, vt in verſ. Ego credo.*

## QVÆSTIO CCXI.

SVMMARIVM.

1 *Debitor an poteſt renunciare Beneficio ceſſionis bonorum.*
2 *Debitori incarcerato & creditor an debeat miniſtrare expenſas, ſi non habeat vnde viuat.*
3 *Debitor fiſci an poſſit cedere bonis.*

1 DEBITOR non poteſt renunciare Beneficio ceſſionis bonorũ. & ratio, † quia contra hominis libertatem & humanitatem: & ſic contra bonos mores ex parte creditoris eã à debitore ſic inhumaniter exigentis. ar. ff. ſolut. matr. l. alia. §. eleganter. & ibi Dy. & Bar. Raph. Cuma. & Cyn. in l. 1. C. qui bonis cedere poſ. Et hoc verũ, eſt reſpectu carceris nõ euitandi. Quo caſu non valet renunciatio. Quo vero ad alium effectum: videlicet quod in bonis poſtea quæſitis non conueniatur, niſi in quãtum facere poteſt: tunc hoc caſu valet renunciatio. ita dicit Bal. concordando Doct. in l. 1. C. qui bo. cedere poſ. quẽ ſequitur Ang. de Are. in inſti. de act. in §. fi. Sed ſi cum iuramento fieret talis renunciatio, credo quod debitor teneretur tale iuramentum ſeruare: quia licet ex parte creditoris vertantur mali mores: tamen ex parte debitoris nulli mali mores vertuntur: per regulam Bart. quam ponit in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. & facit c. debitores à ſimili, extra, de iureiuran. Ita etiam tenet
a Spec. *a* in tit. de renunciatione. in §. 1. verſi. item eſt Beneficium. quem ſequitur Ang. de Aret. in loco præalleg. Donec habita diſpenſatione iuramenti, ſuper quo iuramẽto eſſet diſpenſandum: vt dicit in proprijs terminis dom. Henri. de Bouenco. in auth. ſacramenta. C. ſi aduer. ven. in ſua repetitione: in materia cauſæ finalis, circa medium, ibi, ſecundo infertur, quod in renunciatione ceſſionis bonorũ, &c. Sed his non obſtantibus fuit determinatum & ordinatum contrari-
b um *b* in perſonam Vincentij Mazæ Pedemontani qui incarceratus in carceribus Brianſonij, ad inſtantiam cuiuſdam vocati Morniſte hoſpitis Brianſonij, non obſtante renunciatione ceſſionis bonorum cum iuramento fuit ad ceſſionem admiſſus: licet non obtinuiſſet diſpenſationem iuramẽti. ſed fuit ordinatum per Dominos meos de Parlamẽto dictum debitorem bene admiſſum fuiſſe ad dictam ceſſionem per Iudicem Brianſonij, à quo fuerat appellatum. Et fuit hæc ordinatio per Curiam Parlamenti facta die 22. mẽſis Nouem. 1459. in manibus Anto. de Molen.
2 ¶ † Sed quid ſi debitor incarceratus non habet vnde viuere, an creditor debeat ſibi miniſtrare expenſas? Credo, quod ſic, per gl. ſingularem in l. fin. C. de erog. mil. annonæ. lib. 12. Item etiam tenet Ang. de Aret. in loco præalleg. ita ſeruatur de conſuet. generali in hac patria Delph. in Curijs. ¶ Sed de illo, qui ſe obligat ad tenẽdum oſtagia, donec ſoluerit ſuo creditori: vide, quæ dixi ſupra q. 60. ¶ An quis poſſit ſe obligare ad carceres pro debito ciuili? vide plene per Ang. de Aret. inſtit.
3 de act. in §. eum quoq;. ¶ † An debitor fiſci poſſit cedere bonis? Bar. quod non, in l. cum autem. eo. ff. ad le. Iul. pecu. & ita ſeruatur in Curijs præſentis patriæ, vide Cyn. in l. 1. C. qui bonis cedere poſ. ¶ Sed an ceſſio bonorum facta per debitorem, proſit fideiuſſoribus? Dic, quod non: vt eſt text. iuncta glo. in l. vbicunq;. ff. de fideiuſ. & Dy. pro hac parte allegat text. in l. à debitore §. quod ſi ſtipulator. in fin. ibi, fideiuſſorem manere obligatum. ff. de fideiuſſ. De hac materia ceſſionis bonorum, vide Doct. in l. 4. C. qui bonis cedere poſ. ¶ An cedens bonis, poſtea poſſit conueniri, ſi perueniat ad pinguiorem fortunam, & de miſerabili ceſſione, vide, quæ dixi infra, quæſtione 343. ¶ De materia ceſſionis bonorum, vide multas quæſtiones quæ alleg. infra, quæſ. 315. Et de materia lata per Petr. Iacob. in tit. de ceſſione bonorum. per totum titulum illum, &c. Et vide, quæ dixi in 100. Conſil. meorum.

*a* ¶ Tenet. Spec. *Adde Ro. deciſione 467. quæ incipit, vtrum poſſit renunciari ceſſioni bonorum, cum iuramento. in antiquis.*

*b* ¶ Contrarium. *Hoc fuit mirabile, quod d. de Parlamento determinauerũt contra iuramentũ di. Vincẽtij Mazæ, contra c. cũ contingat. extra, de iureiur. non obtenta diſpenſatione per dictum Mazæ, ſuper iuramẽto ſuo: cum ipſi teneant locũ Principis, tanquã ſuprema Curia, & Princeps nõ debet eſſe author periurij. l. 1. C. ſi aduerſus vend. ſed forte aliter fuit actum in dicta Curia Parlamenti: tamen pro dicta ordinatione facit ratio iu humanitatis inſurgens ex parte creditoris. Nã inhumanũ cenſetur in creditore, ſic debitori adimere libertatẽ euitandi carceris: quanto magis in debitore ſibiipſi libertatem tollendi? Quoniam carnem ſuam nemo vnquam odio habuit. 12. quæſtio. 2. nõ æſtimetis. charitas enim ordinata incipit, à ſeipſo. l. præſens. C. de ſeru. & aqua. adde Capel. Thol. c. & allegat dom. Barth. in ſuo tractat. de carcere. & dom. Ang. Aret. inſt. de act. in §. fin. & lege, Iudices. C. de Epiſc. aud.*



## QVÆSTIO CCXII.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Delphin. ſi quis per literas, &c. an poſſit intentari pro re mobili, vel ſe mouente.*
2 *Exceptio excommunicationis, obſtet ne agenti interdicto vnde vi, vel intentanti interdictum ſimile illi.*

RES mobiles & ſe mouentes, poſſidẽtur, ſicut immobilia. text. ſunt in l. rem quæ & l. in re. ff. de acquir. poſſeſſ. & ponit & determinat Barth. in l. 1. in princip. ff. de acquir.
1 poſſeſſ. & in l. 1. ff. vtrobi. † & ex his apparet, quod ſtatutum Delphinal. ſi quis per literas, &c. habet locum etiam pro re mobili, vel ſe mouente: vide tamen, quæ plenius dixi in apparatu meo ſuper ſtatuto, Si quis per literas. in glo. ſuper verbo, rei alicuius, &c. De materia dicti ſtatuti: & qualiter debeat practicari, & de his, quæ debent obſeruari & fieri procedendo circa materiam dicti ſtatuti in cauſa appellationis: vide, quæ dixi ſupra, quæſ.
2 37. & quæſt. 38. † Sed iuxta præmiſſa quæro, an exceptio excommunicationis obſtet agenti interdicto vnde vi, vel intentanti dictum ſtatutum, quo ad inſtar d. interdicti eſt introductum. Spec. tenet quod ſic. in tit. de petitorio & poſſeſſorio. in §. fin. & ibi ponit 26. caſus, qui obſtant agenti dicto interdicto. Nec obſtat c. ſi quis. extra, de reſtit. ſpol. quia ibi non opponebat crimen notorium. vide ſuper hoc Angel. in le. momentaneæ. C. vnde vi. Vtrum reg. dolo petis, habeat locum in hoc interdicto recuperandæ: vide Bartholum in l. ſi quis conditionis. C. locati.

## QVÆSTIO CCXIII.

SVMMARIVM.

1 *Attentata medio tempore non reuocantur.*
2 *Appellatus quo caſu poſſit ſententiam diffinitiuam executioni mandari curare.*
3 *Appellatio an erit deſerta, ſi quis non poſſit eam propter inopiam introducere.*
4 *Iudex an poſſit terminum per ſe ſtatutum ad introducendum appellationem prorogare.*
5 *Iudex an poſſit ſuam ſententiam exequi appellatione deſerta.*
6 *Attentata an debeant reuocari, ſi conſtet euidenter appellationem eſſe iniuſtam.*

STATVTA Delp. prouident, quod niſi appellatio introducatur infra tempus ſtatutorum, quod appellatio ſit deſerta: quod etiam probatur de iure. in l. 3. §. ſi à die. ff. de re mil. & not. Inno. in cap. perſonas, extra, de ap.
1 Et tetigi infra, quæſt. 336. ¶ † Sed ſi appellans nõ faciat citari partem appellatam infra 30. dies poſt introductionem appellationis proceſſuram in cauſa appellationis, non declarant dicta ſtatuta antiqua: ſi appellatio ſit deſerta: nec alia pœna ſtatuitur: ideo dicta Curia Parlamenti conſiderans congruum & conueniens eſſe aliquam modificationem ſuper hoc fore neceſſariam, vt euitetur via diffugij, ordinauit vltra ſtatutum, quod decætero attentata medio tempore nõ reuocẽtur: ſed remaneant in eodem ſtatu, donec diffinitiua feratur: licet iura aliter diſponant in c. non ſolum. de app. lib. 6. Sed hoc ſignanter appũctuatum fuit in odium tardãtium eorum appellationes proſequi. Sed poſtea præfatus Dominus noſter Delphin. Ludouicus, in certis ſuis ſtatutis & ordinationibus per eum editis die ſecunda Maij, 1449. in Camera Conſilij regiſtratis in libro ſtatutorum, ſtatuit & ordinauit, quod niſi fuerit inhibitum infra dictos 30. dies, quod Iudex à quo, poſſit ſuam ſententiam mandare executioni, ac ſi in rem tranſiuiſſet iudicatam. ſed iſtud ſtatutũ loquitur, quando appellatur ad Parlamentum, ſecus autem eſſet, ſi appellaretur à Iudice Grayſuodani ad Iudicem appel. totius Delph. quia in hoc caſu nihil diſponit ſtatutum, ideo relinquẽ-
2 dum eſt diſpoſitioni iur. cõmunis. † Et ex his collige, quod appellatus eo caſu, eius ſententiam etiam diffinitiuam poteſt executioni demãdari facere, lapſis dictis 30. diebus, ſi infra ipſos 30. dies non fuerit inhibitum, & appellatus citatus pro-
3 ceſſurus in cauſa app. ¶ † Iuxta hæc quæro, ſi qs eius appellationem non poſſit introducere propter inopiam, an erit deſerta? Innoc. dicit quod
4 non, in c. ex ratione. de appel. ¶ † An Iudex poſſit terminum per eum ſtatutum ad introducẽdum appellationem prorogare etiam infra tempus:
5 Inno. dicit quod non. in c. perſonas. de app. ¶ Vtrũ iudex † poſſit exequi ſuam ſententiam, ſi appellatio ſit deſerta, ſi ſuper deſertione non fuerit
a pronunciatũ? Inno. quod ſic in c. ex ratione. *a* de appel. Et vide, quæ etiam dixi in tractatu meo de appel. quæſt. 110. Sunt etiam octo caſus, in quib. Iudex ordinarius poteſt ſe de cauſa appellationis intromittere, quos ponit Guil. de Monte Lau. in
6 Clem. 1. de ſequeſt. poſſ. & fru. ¶ † Quæro ſi conſtet appel. euidenter eſſe iniuſtam, an debeant at-
b tentata reuocari? dic quod non, *b* ſecundum Inn. & Bal. in c. paſtoralis. de of. dele. notatur etiã. ff. nil. nouari pen. app. in gl. ibi, item, quod ſi patenter appareat, &c. quam ibi ſequitur Bart. idẽ eſſet ſi conſtaret ex actis de deſertione appel. per deciſionem Rotæ per regulam, dolo petis, &c. & l. ſi is, à quo. ff. vt in poſſ. leg. hodie cõſtat hodie agatur de re iud. cum olim, de reſti. ſpol. c. literas. faciunt not. per Io. Mo. in c. cupientes. §. pe. de ele. li. 6. De materia appellationum, vide, quæ plene ſcripſi infra, q. 436. & ibi etiam tetigi de materia attentatorum. in verſi. 80. quæro, &c. vide etiam in quarto conſi. meorum.

a ¶ Innoc.in c.ex ratione. *Circa prin.in verſi.ſed & ibi ſine vlla citat.facta.*

b ¶ Dic, quod non. *Ad hoc ſcilicet, quod attentata, facta tamen ante inhibitionem nō debeant reuocari.ſi conſtat appellationem eſſe euidenter iuſtam vel nullam vide iſtum conſilio 69.incip.pro declaratione.num. 11. verſic.2. quia & ſi etiam.*

## QVÆSTIO CCXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio donationis an tranſeat ad hæredes. vide & nu.3.*
2 *Hæres donatoris an poſſit donationem, quam donator decreuerat, reuocare.*
4 *Vaſallus ſi commiſit delictum, propter quod perderet feudum, an hæres domini poſſit id opponere.*

REVOCATIO donationis † inter viuos
1 propter ingratitudinem, non tranſit ad
a hæredes, per ea, quæ habentur in l. fin. *a*
C.de reuo. dona.de hac materia vide plene per
Ioan.de Ferra.in tit, forma libelli, quo agitur cō-
2 tra donantem. ¶ † Sed iuxta hoc quæro, donator
non reuocauit talem donationem, quam pro-
pter ingratitudinem reuocare poterat: ſed in vi-
ta ſua dixit & declarauit coram teſtibus, quod vo
lebat eam reuocare, quod non fecit morte præ-
uentus, an eius hæres petere poterit eam reuoca-
ri? & videtur quod non, per l.fin.in fin. C.de don.
cau.mor. facit quod ſcripſi in notabilibus meis
in §.ſi maritus. Sed dic verum eſſe, ſecundū do.
Oldr.de Laud.in d.l.fi.quando non præceſſit vo-
luntas aperta reuocandi donationem: ſed ſi præ-
ceſſerit aperta voluntas reuocandi, poterit hæres
petere reuocari, argumento querelæ inofficioſi
teſtamenti, quæ eſt odioſa: tamen ſola voluntate
mouendi eam, tranſmittitur ad hæredem. ff. de
inof.teſta.l.poſthumus.§.fi.& l.ſeq.& ita vidi de-
terminari. ¶ An ius eligendi tranſeat ad hæredē.
vide, quæ ſcripſi in notabilibus meis. in §. vtrum
3 ius eligendi, &c. † An reuocatio donationis, de
qua in le.ſi vnquam. C. de reuo. don. tranſeat ad
hæredem? videtur quod non. per d.l.fin. C. de re-
uo.do.ibi, nullam, &c.non videtur tamen neceſ-
ſe, quod hæredes reuocari petant, cum ipſo iure
ſit reuocata in materia dictæ l.ſi vnquam. per gl.
in d.l.ſuper verbo, reuerſurum, &c. & ita tenent
Iacobus de Butrio, Cynus, Bartholus & Salyce-
tus. ¶ De materia dictæ l.ſi vnquam. plene ſcripſi
in notabilibus meis in §.ſi vnquam, &c. fol.139.
verſo.& Petrus Helie latius poſuit in ſua repeti-
tione d.l.ſi vnquam.C.de reuocand.donatio.
4 ¶ † Quæro vaſallus commiſit delictum, pro-
pter quod perderet feudum, an hæres domini po
terit opponere? dic quod non, ſecundum Ang.
de Are.l.rei iud.§.hæredi.ff.ſoluto matrimonio.
Et ibi tractat ipſe de Aretio, ſi maritus non op-
ponat de adulterio, an hæres poterit opponere,
&c.

a ¶ In l.fi. *Et in c.ſi, extra, de donatio.*

## QVAESTIO CCXV.

SVMMARIVM.

1 *Executio ſententiæ an poſſit fieri die feriato. diſting. num.2.*
3 *Examinatio teſtium an, & quando poſſit fieri die feriata.*
4 *Debitor poteſt interpellari die feriata, vt conſtituatur in mora.*
5 *Pignoratio poſſitne fieri die feriata ob honorem Dei, vel Sanctorum. diſtin.*
6 *Exceptio excommunicationis an obſtet petenti ſententiam exequi.*
7 *Reſtitutio in integrum poſtulata, an impediat executionem ſententiæ.*
8 *Sententia an poſſit mandari executioni contra illum, qui cauſam habet ab illo, qui dolo deſiſtit poſſidere.*
9 *Sententia lata contra principalem, poteſt mandari executioni contra fideiuſſorem ſine nouo proceſſu.*
10 *Decretum an poſſit interponi die feriata ob honorem Dei.*

a AN executio ſententiæ *a* poſſit fieri die fe
1 riato? † Vincētius dicit quod ſic. ſiue ſit
feriata repentina, ſiue ob honorem Dei
vel Sanctorum. in c.ſi extra, de iud. quem ſequi-
tur d. Arch. in c.ſicut ſine iudicio. 2.q.1. qui alle-
gat. de pœnitentijs. diſt.1.c.Adam. & quod no.in
c.fi.de iud. Bar. vero in l.1.§.nunciatio. ff.de ope.
no.nu. videtur velle quod poſſit fieri talis execu-
tio tempore feriato introducto ob neceſſitatem
hominum: ſed quod die feriato ob honorē Dei
vel Sanctorū introducto fieri nō poſſit talis exe-
2 cutio. † Ideo pro concordia iſtarum opinionum,
& latiori declaratione iſtius materiæ, puto ſic di-
ſtinguendum: quia aut quærimus an fieri poſſit
die Dominico, & tunc dicerem quod non, per l.
dies feſtos. ibi, dum dicitur, nec vllis exactioni-
bus prophanari. Dominicum itaq; diem ſemper
honorabilem decernimus venerandum, vt à cū-
ctis executoribus excuſetur, &c. C. de Ferijs. &
hoc idem tenet Al.de Ro.in d. l. dies feſtos. Aut
b quærimus an fieri poſsit talis executio *b* alio die
feriato ob honorem Dei vel Sanctorum, quam
die Dominico: tunc ſubdiſtinguo: quia aut quæ-
rimus de pignoratione, quæ fit in executione ſen
tentiæ: aut de incantibus. ſi de pignoratione,
tunc crederem, quod fieri poſsit etiam die feria-
to ob honorē Dei vel Sanctorum: quia in ea non
vertitur cauſæ cognitio, nec ſtrepitus iudicij: per
leg. Prætor. in princ. ff. de iudicijs. & ſic intellige-
rem dictum Vinc. & Arch. in locis ſupra allegat.
per ea, quæ dicunt Ant.de But. & Pan.in d. c. fin.
de iu. vbi dicunt, ꝙ nuda executio, in quibus cau-
ſæ cognitio nō requiritur, poteſt fieri die feriato
ob honorē Dei vel Sanctorū, & idē tenet Fed. de
Senis in ſuis Conſ. vt refert. Pan. in d.c.fi.de iudi.
quorū opi. fortifico ex eo, quod videmus quod
die feriato ob honorē Dei, vel Sanctorū appella-
tur coram iudice: per text. cum gloſ. in l. 1. C. de
feriis. Item dari poteſt libellus coram iudice tali
die feria. l. miles. §. ſexaginta. ff. de adult. & not
in l.1. ff. de feriis. item etiam tali die feriato ob
honorem Dei fiunt adoptiones, & emancipatio
nes, &



nes, & manumiſſiones. l. actus omnes. C. de fe-
riis. & ſimiliter excommunicatio & abſolutio,
quæ non requirunt cauſæ cognitionem: vt puta
in notoriis criminibus: vt plene per Hoſtienſ. in
ſum. in tit. de feriis. in §. qualiter diſtinguatur. i-
tem citatio fieri poteſt die feriata etiam ob ho-
norem Dei, vel Sanctorum ad diem non feria-
c tam: vt tenent Io. An. in c.fi. *c* de feriis. gloſſ. &
Aret. in c.placita. 15.q.4. & gloſ. in cle. 1. de foro
compe. idem. Cyn. Dy. & Doct. in l.fin. C. de fer.
idem tenet Albe. de Roſ. in d.l. dies feſtos. & Bar.
in d.§. nuncia. ſicut enim citatio expeditur ſolo
verbo, ſic etiam pignoratio, item etiam tali die
feriato ob honorem Dei poteſt fieri delegatio
ſeu commiſſio cauſæ: vt dicit Sali. in d. l.fin. C. de
3 feriis. † Item etiam examinatio teſtium *d* poteſt
d fieri die feriata ob honorem Dei, ſi iurauerit die
non feriato: vt ſcripſi ſupra, q.125. Item etiam in-
ſinuatio donationis poteſt fieri coram iudice et-
tiam die feriato ob honorem Dei, quia in ea non
requiritur cauſæ cognitio: vt dicit & tenet Ioan.
An. in addit. Specula. in tit. de inſtru. edi. in §. por
ro. c.rca fin. vbi plene tractat materiam inſinua-
4 tionis. † Item debitor die feriata ob honorem
Dei poteſt interpellari, vt conſtituatur in mora:
quia non eſt actus iudiciarius. Secus, ſi interpel-
latio fieri deberet iudicialiter, vt ponit Salic. in
l.ſi ex legati cauſa. ff. de verbor. obligat. in ſua re-
peti. Ex quibus propterea patet: quod valeat pi-
gnoratio, facta alio die, quam Dominico: cū fie-
ri non debeat extenſio vel argumentatio de die-
bus ob honorem Sanctorum introductis ad diē
Dominicum: per ea, quæ habentur, & not. in l.o-
mnes dies. C. de feriis. in gloſ. ſuper ver. Apoſto-
licę. dum ibi quæritur de feſto beati Martini. Prę-
terea, iura quæ præcipiunt dies feſtos celebrari,
videntur loqui tantummodo in his, quæ requi-
runt cauſæ cognitionem: & vbi fit ſtrepitus iudi-
ciorum, quando oportet partē in ius vocari: vt in
c.fin. extra, de feriis. & c.fi. de iudiciis, & d.l. dies
feſtos. ibi reſpirent partes, &c. Sed pignoratio in
cauſam iudicati, vocationem partis, & cauſæ co-
gnitionem non requirit. per d.l.ſi prætor. in prin
cip. igitur fieri poteſt pignoratio die feriata, ob
honorem Sanctorum, maxime in hoc actu pi-
gnorationis, qui expeditur ſolo verbo, dum di-
cit ſimpliciter executor ſententiæ debitori in do
mo ſuæ habitationis, vel alibi extra iudiciū ver-
ba ſeq. videlicet, pignoro te pro tali debito, ad in-
ſtantiam talis creditoris, & de tuis talibus bonis.
dicta enim die qua fit pignoratio, nō decernitur
executio, ſiue pignoratio fieri. Sed fit iā cognito
de cauſa & ſola verbali leuatione pignoris, vt præ
dixi. & qui executor ſentētiæ eſt nudus miniſter,
& nullam cauſæ cognitionem habet etiam de
exceptione, quæ coram eo in actu pignorationis
proponeretur, vt in c.paſto. §. pen. de off. dele. ſe-
cundum. Compoſtel. Et faciunt no. per Are. in d.
c.ſicut. & per Hoſt. in c.cum ſemper. extra, de re
iud. imo quod plus eſt pro hac parte, quod valet
pignoratio die feriata facta etiam die Domini-
co, facit generalis conſuetudo præſentis patriæ
Delph. & aliarum patriarum circumuicinarum,
quæ ſeruatur in Curiis ſpiritualibus, in quib. Cu-
riis conceduntur literæ, per quas mandatur par-
tes citari & executiones ſententiarum, excom-
municationum fieri, & denunciari diebus Do-
minicis, & aliis feſtiuitatibus in offertoriis popu-
lo ad diuina congregato, quæ executiones non
ſunt minoris, ſed maioris effectus, quam talis pi-
5 gnoratio. † Ex quibus propterea cōcludo, quod
valet pignoratio facta die feriata introducta ob
honorem Dei, vel Sanctorum: facta tamen alio
die, quam Dominico: licet forte etiam die Do-
minico facta deberet valere de cōſuetudine præ
dicta. Et hoc nota, quia alibi ita plene non repe-
ries hanc materiam tractatam. Idem dico in re-
quiſitione de pignore, quam facit executor ſen-
tentiæ, dum requirit debitorem condemnatum,
quod indicet ſibi pignora ſecundū ſtatuta Delp.
quod valeat talis requiſitio etiam die feriato, ob
honorem Dei vel Sanctorum, eadem ratione ſi-
cut in pignoratione, per rationes prædictas. Aut
quærimus de incantib. rei de pignore captæ, quæ
fiunt per executionem ſententiæ: & dico, quod
non valent die feriata facta ob honorem Dei, vel
Sanctorum: quia fiunt cum turba & voce præco-
nis, quæ ceſſare debēt die feriato introducto ob
honorem Dei & Sanctorum, iuxta d. l. dies fe-
ſtos. & hoc caſu poteſt intelligi opi. Bar. in d.l.1.§.
nunciatio. ff. de ope. nou. nunc. Aliis autem die-
bus feriatis introductis ob neceſſitatem homi-
num poſſent fieri tales incantus: & hoc eſt, quod
dicere voluit Barto. in d. §. nunciatio. Aut quæri-
mus de miſſione in poſſeſſionem bonorum in-
cantatorū, quādo pars mittitur in poſſeſſionem
realem, & tunc dicerem idem, quod ſupra dixi in
pignoratione: quia in illo actu non interuenit
vox præconis, nec alius ſtrepitus iudicii. ita etiam
videtur velle Ant. de But. in c.fi. de iud vbi dicit,
quod executio ſententiæ poteſt fieri die feriato,
etiam ob honorem Dei vel Sanctorum introdu-
cto: vbi fit mentio in re adiudicata. Secus, ſi alie-
næ res caperētur in executionem iudicati: in qui-
bus requiritur cauſæ cognitio: ita dicit ibi Ant.
de But. & alle. idem tenere Fede. de Sen. in ſuis
conſ. Concluderem ergo de iure, quod pignora-
tio in cauſam iudicati, & miſſio in poſſ. poſſunt
fieri die feriato ob honorem Dei, alio tamē quā
die Dominico: incantus vero non. ita in Curia
Parl. reſpectu pignorationis, vidi tolerari tales pi
gnorationes factas diebus feriatis ob honorem
Sanctorum. De incātibus autem nihil dico: quia
nunquam audiui incantus fuiſſe factos die feria-
to ob honorē Dei vel Sanctorum. Si vero fierent
tales incantus, tempore feriato ob neceſſitatem
hominum introducto, valerent tales incan-
tus. Et ſimilitur pignoratio, vt voluit Bar. in d. §.
nunciatio. imo & forte dici poſſet, quod pigno-
ratio facta etiam die Dominico, valeat de con-

ſuetudine,de qua ſupra proxime tetigi.&hæc ſũt
notanda & menti tenẽda: quia alibi hæc materia
non reperitur ita plene tacta per Doct. ¶ Circa
tamen ea,quæ dixi de requiſitione fienda per exe
cutorem ſententiæ debitori de pignorib.iudicã-
dis,eſt aduertẽdũ:quia hodie de ſtylo nouiter in
Curia Parla.introducto nõ requiritur debitor de
indicando pignora :ſed pignoratur debitor nulla
præcedente requiſitione,& ſtatim proceditur ad
incantus:vt dixi infra,q.281.Licet ſecundum ſta-
tuta Delp.quæ obſeruabantur tempore,quo ego
practicabam,erat neceſſaria requiſitio de pigno-
re.quę ſtatuta reſpectu huius requiſitionis hodie
nõ ſeruantur pro abbreuiatione litiũ , vt ſcripſi
6 infra,in d.q.281. ¶† Sed iuxta hanc materiã quæ-
ro,an exceptio excommunicationis obſtet petẽ
ti ſententiam exequi. Hoſt.& Inn. tenent, ꝙ ſic,
in c.venerabilem.extra,de except. & Arch. in d.
c.ſicut.2.q.1.& eſt tex.hodie in c.pia.in fin.de ex-
7 ce.l.6.¶†An reſt.in integ.poſtulata impediat ex-
ecutionem ſententiæ?glo.ꝙ ſic.in l.vna.C. de in
integ.reſti.poſt.ne quid noui fiat. vide tamen ibi
Cyn. ¶Et in materia executionis ſententiæ,vi-
de quæ dixi infra,q. 329.& in ſingularibus meis.
in §.vtrum in executione ſentẽtiæ,exceptio quæ
poteſt opponi,contra executionẽ ſententiæ,im-
pedit executionem fieri.l.fi.§.fi. C. ſi ex falſis in-
ſtru.quod verum intellige , ſi probationes eſſent
in prõptu,& eſſent plene,vt in d.l.fi.ibi , manife-
ſtis probationib.&c.Si antem requireret altiorẽ
indaginem,tunc impediretur executio,ſed exce-
ptio reſeruaretur præſtita cautione de redden-
do ꝙ exigitur.l.2.C.de fal.& l.fi.C. de or.co.& in
auth.quæ ſupplicatio.C.de preci.Imp. of. & in c.
ſuſcitata.extra de in integ.re.& ponit Bart.plene
in extrauag.ad repr. col.11. In ſex caſibus poteſt
procedi ad executionẽ ſententiæ: licet fuerit ap-
pellatũ: dũmodo iudex nõ detulerit appellatio-
ni,quos ponit In.in c.paſtoralis.de offi.dele. Gul.
de Monte Lau.ponit 8.caſus.in cle.1. de ſequeſt.
8 poſ.& fru.vide ſupra,q.213.¶† An ſentẽtia poſſit
mandari executioni contra illum,qui habet cau-
ſam ab illo:qui dolo deſiit poſſidere ? vide Bar.in
l.is cui.§.q in poſ.ff.vt in poſ.leg.& fidei.& Cy.in
l.vna. C. de alie.iu.mu. cau.fac.& ſcripſi in not.
9 meis,in §.vtrum ſententia,&c. ¶†Sententia, la-
ta contra Principalẽ , poteſt mandari executio-
*e* ni,cõtra fideiuſſorẽ ſine nouo proceſſu.*e* gl. ſing.
in l.fi.C.de vſu.rei iud.in glo.pen.in fi.vide tamẽ
Bar.in l.ſtipu.ff.iud.ſol. Et vide quæ ſcripſi ſupra,
q.26.An ſententia quæ in rem tranſiuit iudicatã,
poſſit retractari , ſi æquitas ſuadeat vel erronea
probetur? Dic,quod ſic.per c.cum inter.circa fi.
de re iudi.& vide,quæ ſcripſi in no.meis.in §.ſen-
10 tentia.¶†An decretũ poſſit interponi die feria-
to ob honorẽ Dei? videtur quod ſic,per d.l.actus
omnes.C.de fer.Crederem contrariũ : quia de-
creti interpoſitio requirit cauſæ cognitionem.l.
magis puto.§.ne paſſim.ff.de re.eo.ergo die feri-
ata exerceri non poteſt.ff.de bo.poſ.l.3.§. ſi cau-
ſa.& ff.quis or.in bo.poſ.ſeruetur.l.2.§. dies. vi-
de ſuper hoc Bar. in l.nec mandan.§.fi. licet poſ-
ſet dici,quod vbi emineret neceſſitatis actus, et-
tiam requirentis cauſæ executionẽ, exerceri poſ-
ſent die feriata.l.2.in fi.ff.de feriis. De citatione
facta die feria.ad diem non feria.vide,quæ dixi in
36.conſilio.meorum.

*a* ¶Executio ſententiæ. *Vide Paulum de Caſtro in l. penultim.ff.de feriis.Fede.de Sen conſ.129. & hæc ſufficiant pro tota hac quæſtio.*

*b* ¶ Executio. *Nuda executio, cum non exigat cauſæ cognitio.etiam in feriis introductis in honorem Dei,fieri poteſt,id eſt,facta tenet:fieri tamen non debet: quia ita faciendo peccatur,niſi immineret periculum, puta fugæ.ita do. Panorm. ſentit concordando variantes opin.in cap.fin.in penul.col.in verſicu.7. lect.eſt.ibi.ego puto poſſe dici,&c.extra de iudiciis.*

*c* ¶Ioan.An.in c.fin.*In 4.col.in verſi.ſed quæramus caſum.ibi,in contrarium.vide do.Pan.in c.fi.in 5.col. in ver.redeo ad primam,extra,de feriis.*

*d* ¶Examinatio teſtium.*Adde dom.Panorm.in c.1. circa fin.in verſic.vltim.oppoſi.extra de feriis. Hic ponitur forma pigno.in ver.valet,pignoro te,&c.vſque illuc,dicta ei die,&c.*

*e* ¶ Sine nouo proceſſu. *Hoc intellige verum in fideiuſſore iudicij,qui fideiuſſit iudicatum ſolui: non autem in fideiuſſo.contractus,vt tenent dom. Odof.Cyn. Bart.& Bald.in præalleg.l.fina.C.de vſuca.rer.iudi.*

## QVÆSTIO CCXVI.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus nullus,poſſitne de partium conſenſu validari.*
2 *Pars non citata ad videndas teſtium atteſtationes, an poſſit conſentire.*
3 *Reus confeſſus an poſſit condemnari ſuper proceſſu nullo.*

IVDEX de voluntate partium volentiũ
1 quod tantum valeat† proceſſus,ac ſi lis
legitime fuiſſet conteſtata, & ordo iudi-
ciarius ſeruatus ꝓcedit in cauſa & profert ſenten
tiã,vtrũ valeant proceſſus & ſententia? Dic ꝙ nõ.
vt tenet Spe.in tit.de ſententia.§.1.iuxta propo-
ſitionis ſeriem.verſ.quid ſi de partium volunta-
te.idem In.& Hoſti.in c.referente.extra, de præ-
bend.& facit,quod not.Archi. in c. ſi delegatus.
extra,de reſcri. lib.6.ſuper verbo, committatur,
quia ſubſtantialia iudicij conſenſu partium non
*a* poſſunt remitti. *a* l.quoties.C. de dignitatibus.
lib.12.& glo.in c.de cauſis.extra,de offi.del. ¶ Et
iſtud ſeruatur in Curiis inferiorib. præſentis pa-
triæ ſed in Curia Parla.contrarium ſeruatur:quia
in eadem Curia Parlamen. conſueuit procedi li-
te non conteſta. & aliis iuris ſolennitatibus non
ſeruatis,ſola facti veritate inſpecta.etiam præter
conſenſum partiũ, vt vide ſupra, q. 58.& q. 29.
2 ¶Sed quid † ſi in cauſa ciuili vel criminali in ex-
aminatione teſtium pars non fuerit citata viſu-
ra teſtes iurare , an pars, quæ non fuit citata,
poſſit conſentire quod valeant atteſtationes,ac
ſi vocata fuiſſet? Credo,quod ſic,per ea, quæ no.
gloſ.& Doct.in c.cum cauſam,& c. tuis quæſtio-
nibus.



nibus.extra,de teſtib. ¶ Et ita ſeruat hæc Curia
Parla.& ſimiliter ſeruatur in omnibus aliis Cu-
riis inferioribus præſentis patriæ Delph. ¶ Sed ſi
3 proceſſus† non valeat,an iudex poterit condem-
nare reum confeſſum? vide , quæ ſcripſi in nota.
meis.in §.valet ſententia,&c.fo.16.Et ibi loqui-
tur in ciuilibus,ſed in criminalibus confeſſus nõ
poteſt condemnari,ſuper proceſſu nullo. & vide
in nota.meis.in §.confeſſio facta.& dixi ſupra.q.
120.¶ Sed an quis poſſit ratificare ſententiã nul-
lam pro ſe latã? vide quæ ſcripſi in apparatu meo,
quẽ feci ſuper ſtatu. Si quis per literas.in gl.ſuper
*b* verbo,appellatione ceſſante.in fin. *b*.&c.

*a* ¶Remitti. *Licet ſententia nulla nota, poſſit ratificari per partes,ita ſi valeat,tanquam ſententia, poteſt tamẽ ita per partes ratificata valere,vt pactum. nota. per Bart.& Bald.in l.1.C.qui pro ſua iurid.Bart. in l.ſi expreſſim.in verſic.ſed hæc opin.&c.*

*b* ¶In fin.*Voluit allegare in verſic.quæro vlterius.vbi tenet,quod ſentẽtia nulla defectu procurationis, poteſt ratificari ſiue pro ratificante,ſiue contra fuerit lata.alle.glo.in l.ſi mater.§.hoc iure.ff.de excep.rei iud.quam glo.approb.do.Bart.in l.tutor.ff.in quib.cau. in integ. reſt.non eſt neceſſ. vt ipſe ibi dicit.& Ang.de Aret.poſt Raph.in l.ſi ſe non obtulit.ff. de re iud. & ſubdit hanc communem opin.vt refert idem de Are.vbi ſupra.*

## QVAESTIO CCXVII.

SVMMARIVM.

1 *Coruatæ cuius ſumptibus præſtandæ,de iure, & de conſuetudine.*
2 *Coruatæ vbi præſtari debeant.*

IN hac patria Delph.& in multis aliis pa-
1 triis circumuicinis† homines iuridicia-
biles habitantes in villis,caſtris, & tam
Domini noſtri Delphi. quam Baronum & Ban-
neretorum , tenentur præſtare coruatas Do-
minis locorum anno quolibet:aliqui ex conſue-
tudine antiqua: & alij , quia ita ſe adſtrinxerunt
in recognitionibus talium dominorum. iuxta ꝙ
quæro,an tales domini debeãt miniſtrare victu-
*a* alia *a* dictis hominibus in faciendo dictas corua-
tas ? Credo,quod ſic de iure,per text.in propria
materia.in l.ſi victu.ff.de operis liberto. Et ideo
ego Guido Papæ facio miniſtrare victualia homi
nibus meis ſancti Albani Vapienſis diœceſis, &
hominibus meis Montis clari, Dienſis diœceſis,
dum ipſi præſtant mihi coruatas ex antiqua con-
ſuetudine in reparationibus bedalium Molendi-
norum meorum dicti loci ſancti Albani. Atta-
men in multis aliis locis tales homines corua-
tas debentes,eas faciunt eorum propriis ſumpti
bus ex antiqua conſuetudine, quæ circa hoc eſt
attendenda,iuxta l.ſi fundus.ff.de eui. cum ſim.
multis.Sed pone, quod homo debens tres cor-
uatas,quæ nihil aliud ſunt,quam operæ ſeu præ-
ſtationes perſonales,vadit ad certum locum pro
præſtando,& eas faciendo,& tam eundo , quam
redeundo exponit vnam diem,nunquid talis di-
es computabitur in nu.coruatarum, quas facere
debet? dic,quod ſic.l.quod niſi. §. ex prouincia.
2 ff.de ope.lib. † Item certũ eſt ,quod coruatæ de-
bent præſtari in loco, in quo dominus moratur,
vt in l.operæ enim.ff.de ope.lib.pone, quod do-
minus vult, quod ipſe eas in alio loco præſtet &
faciat : vtrum teneatur alibi præſtare? crederem
fore diſtinguendum,prout in l.nemo. & l. medi-
terraneæ.& l.pro locis.C.de anno.& trib. lib.10.
De materia iſta tetigi infra,q.472.

*a* ¶Miniſtrare victualia.*In huiuſmodi ſpecie inſpiciẽda eſt conſuetudo regionis , quæ conſueuit eſſe in proteſtatione coruatarum,& illa ſeruanda eſt:quia ſic actum eſſe videtur.argu.l.excepto.C.loc.& l.domini prædiorum.in fin.C.de agric. & cenſ.lib.11. & l.ſi prius.ff.de aqua plu.arcen. Vbi autem non apparet de conſuetudine,tunc emphy.vel homo iuridiciali. obnoxius præſtationi coruatarum,ſi nõ habet vnde ſe alat,debet à domino percipere victualia alias ſi habet vnde ſe alat , præſtabit coruatas ſumptu ſuo.ita videtur ſentire do. Bar. in l.ſi non ſortem.in §.libertus.in 8.col.in ver.tertij dicunt iuncto ver.quid ergo.ff.de cond.inde.*

## QVAESTIO CCXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Venari in alieno territorio ,ſiue guarena , non licet. Limit. num.2.*
2 *Columbos capere in columberio alieno,furtum eſt.*

NOn eſt licitum venari in aliena guarena,
1 ſine voluntate† domini. *a* ita dicit Bar.
*a* in l.venationem. ff.de vſu.quod ita ſer-
uatur in hac patria Delp.de generali conſuetudi-
ne patriæ.Et ad iſtorum corroborationem dom.
noſter Delph.per ſuas patentas literas datas Co-
ſtæ,die 21.menſis Decembris,1448.&regiſtratas
in Groſ.lib.Papy.fol. 16.verſo , exiſtente in Ca-
mera Conſilij,mandat puniri venantes in guare-
nis alienis,etiam corporaliter, arbitrio iudican-
tis.Et ſimiliter ipſe D.noſter Delph. mandat fie-
ri & obſeruari contra illos , qui venantur ad co-
lumbos columberiorum,vt eadem pœna puniã-
tur: quia etiam ſecundum conſtitutionem Im-
pera. Fed. inſertam in feu.ſub rub. de pace tenẽ.
& eius violatoribus.in §.nemo.circa fin.tit.pro-
2 hibetur,ne aliqui† retia ſua,ſeu laqueos, aut alia
inſtrumenta ad capiendas venationes tendant,
niſi ad vrſos, apros , & lupos. De iure etiam eſt
prohibitum capere columbos in columberio,
vel iuxta.& contra facientes committunt furtũ,
vt plene per Dyn.& Doct. in §. pauonum.inſtit.
de rer.di. ¶ De materia venationis , vide plene,
& multas quæſtiones in l.vna.C. de venati. fera-
rum.lib.11.per do.Iaco.Rebuffi , dudum actu le-
gentem in Monte Peſſulano.

*a* ¶ Sine volũtate Domini. *Bene facit l. vſufructuarius venari.§.fin.in viuarus ff.de vſufruct.& l. diuus Pius.ff.de ſerui.ruſti.prædi.*

QVAE-

## QVÆSTIO CCXIX.

SVMMARIVM.

1 *Edictum diui Adriani, an & quomodo competat poſſeſſori.*
2 *Dominus exiſtens in poſſeßione rei ſuæ, an poßit agere actione in rem*

1 EDictũ † diui Adriani cõpetit etiã poſ-
ſeſſori, non vt ſibi tradatur poſſeſſio: ſed
vt ſibi cõfirmetur talis poſſeſſio: per l.1.
ſecũdum vnũ intellectũ. C. de Car. edict. & l.3. §.
miſſum. ff. eo. tit. & ita hoc ibi tenet Bar. Et ideo,
ſi hæres ſcriptus in teſtamento non vitiato acci-
piat poſſeſſionem, & partẽ bonorũ hæreditario-
rũ, quã habere potuit ſine contradictione: & alte
rius partis hæreditatis poſſeſſionem habere non
poſſit: poteſt intentare remedium dicti edicti, tã
pro his, quæ poſſidet, quã pro aliis, quæ non poſ-
ſidet, videlicet ꝓ his, quæ non poſſidet, vt mitta-
tur in poſſeſſionẽ, pro aliis vero quæ poſſidet, vt
ſibi confirmetur poſſeſſio, per iura ſupra allega.
& ita fuit concluſum, poſſe fieri in diffinitione
proceſſus nobilis Pericaudi de bellacolumba, do
mini Moderni caſtri de Thoueto, agentis, & no-
bilis Gerardi de Vernone, & eius vxoris rei diffi-
niti pro dicto domino Thoueti, in manibus Ioa.
de Vouray, Secretarij Delphin. Et de materia hu
2 ius edicti, vide quæ dixi ſupra, q. 132. ¶ † Sed an
dominus exiſtens in poſſeſſione rei ſuæ, poſſit a-
gere actione in rem, & petere pronũciari rem ſi-
bi pertinere iure dominij, vel quaſi: vide Cyn. in
l.1. in 4. q. C. de alie. iud. mut. cau. fac. Credo ta-
men ꝙ ſic: & hoc videtur tenere Innoc. in c. 1. de
confir. vti. vel inuti. vbi dicit ſic formaliter. Ad ſe
cundã reſpondeo, quia etiam is, qui habet ius, in
poſſeſſione, poteſt agere. Nam quilibet poteſt
petere hoc pronũciari, ſe legitimum, etiam ſine
diffamatione præcedente, &c. Et pro hac etiam
facit ratio, quam ſupra dixi de eo, qui poſſidet, &
poteſt petere poſſeſſionem ſibi cõfirmari ex be-
neficio d. l. edicto. Nec obſt. l.1. C. de ali. iud. mu.
cauſa facta. vbi habetur, quod exiſtenti in poſſeſ-
ſione non cõpetit actio in rem. Quia ſola poſſeſ-
ſio actionẽ in rem non parit: ſed dominium. iux-
ta l. in rem. ff. de rei vend. quod ſic etiam dicit gl.
in d. l.1. Et licet contra poſſeſſorem debeat intẽ-
tari, non propterea prohibetur, quin dominus
poſſidens petere poſſit pronũciari rem ipſam ad
ſe pertinere iure domini ſic, quod eius poſſeſſio
per tale medium ſibi confirmetur. & iſto caſu nõ
imitatur talis actio omnino naturam rei vendica
tionis, ſicut etiam in ſimili dicit Inno. in c. exami
nata. ſuper verbo, attẽtare. extra, de iud. ibi dum
dicitur, non tamen per omnia imitatur naturam
rei vendi. &c. Et pro hoc facit etiam in ſimili, ꝙ
dicitur de ſententia valida, quæ petitur cõfirma-
ri: qua confirmatione ſecuta, nihil expoſt poteſt
contra ſententiam obiici, iuxta no. per Inn. in d.
c.1. cuius deciſio bene facit ad propoſitum, & ita
pluries practicaui & conſului tempore, quo pra-
cticabam. Sed nondum vidi iudicari, ſi poſſeſſor
poſſit intentare actionem in rem, ſed quæ vide-
bo in futurum, hic ſubiũgam. De materia huius,
in aliis tamẽ terminis, vide, quæ plene dixi infra,
q.356. in octauo effectu poſſeſſionis ciuilis.

## QVÆSTIO CCXX.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, lata ſuper nullitate proceſſus, an ſit interlocutoria, vel diffinitiua.*
2 *Sententiæ diffinitiuæ proprium.*
3 *Inſtantia perimitur lapſu triennij.*
4 *Sententia ſuper deſertione appellationis, eſt interlocutoria.*
5 *Appellatum ſi fuerit ab interlocutoria, & iudex ad quem, pronunciet bene vel male appellatum, an talis ſententia erit interlocutoria.*

LOCVM tenens ſeneſcali Valen. & diœceſis in
1 ſede Valentiæ, tempore, † quo ibi reſidebat
Curia, pronunciauit per ſuam ſentẽtiam proceſ-
ſum An. Romei, & Claudij Lãterni fore nullum
propter defectum litis conteſtationis. A qua ſen
tentia dictus Ant. Romei appellauit, viua voce.
Modo quæritur, an valeat talis appellatio, cum
ab ea non fuerit appellatum in ſcriptis, iuxta c.
cordi. de appel. li. 6. Credo, quod non valeat talis
2 appellatio, cum talis † ſentẽtia ſit interlocutoria,
a & non diffinitiua. Nã ſententia diffinitiua a pro-
prie eſt, quæ diffinit & dirimit negotium in peti-
tione deductum, de quo principaliter inter par-
tes agebatur: vt probatur in l. poſt ſententiam. &
ibi ita dicit Saly. C. de ſen. & interloc. om. iud. cu
3 iuſmodi non eſt dicta ſententia, igitur, &c. † Præ-
terea & ſecundo videmus, quod ſi per lapſum tri-
ennij ſit perempta inſtantia, & iudex abſoluat
b reum ab obſeruatione iudicij, b talis ſententia
c non eſt diffinitiua, ſed interlocutoria: c vt dicit
Bal. in l.2. C. de epi. aud. ratio, quia ſemper primę
4 ua actio, de qua agebatur, remanet. † Præterea &
tertio, videmus, quod ſententia ſuper deſertio-
ne appellationis, eſt interlocutoria. & non diffi-
nitiua: vt dicunt Bal. & Salyc. in l. præſes. C. quo-
modo & quando iud. quia non imponitur finis
negocio principali, cum hac tamen diſtinctione,
quam alias fecit do. Ioan. Baiulli Vtriuſque Iuris
Doct. præſidens Curiæ Parlamenti, de qua diſtin
ctione tetigi ſupra, q.11. quia, dicit ipſe Baiullus,
loquitur in appellatione ſuper deſertione appel-
lationis, quæ emittitur à ſententia interlocuto-
ria, aut diffinitiua. ſi ab interlocutoria, dicit ipſe
d. Baiulli, quod eo caſu ſentẽtia ſuper deſertione
appellationis eſt interlocutoria: ratio: quia ex ta-
li deſertione appellationis non imponitur finis
negotio principali. & ꝙ ita debent intelligi di-
cta Bald. & Sal. vbi ſupra. Si à diffinitiua, tunc di-
cit ipſe, talis ſententia ſuper deſertione appella-
tionis, eſt diffinitina: quia imponit finem etiam
negocio principali. ita dicit ipſe, quæ diſtinctio
placuit Dominis meis, tunc ibi exiſtentibus: per
quam diſtinctionem in primo membro proba-
tur, quod appellatio, de qua in dicta cauſa ageba-
tur, ſit inualida, cum ſententia, à qua fuit emiſſa
non



nõ impoſuerit finem negocio principali: videli-
cet ſuper interdicto vti poſſidetis, de quo inter
dictas partes in dicto proceſſu agebatur. Et ſic
propterea debuit appellari in ſcriptis, tanquam
ab interlocutoria, per d. c. cordi. de hoc etiam te-
tigi ſupra q.16. Et ſi quis diceret, quod licet dicta
ſentẽtia, de qua hic agitur, foret interlocutoria,
quod tamẽ ipſa habet vim diffinitiuæ ſententiæ.
Quia ſi ita eſſet, adhuc debuiſſet in ſcriptis appel-
lari, vt dicit Io. Mo. in c. cupiẽtes. §. ſi vero per 20.
dies. de ele. lib. 6. in gl. magna. Et ita fuit in dicta
cauſa cõcluſũ, per Dominos meos Parla. in Ca-
mera Conſilij die 14. menſis Aug. 1459. Et inde
tũc in proximis ſentẽtiis diffinitiuæ ſententiarũ,
& declararum dictam appellationem fuiſſe nul-
lam, & inualidã: quia in ſcriptis non fuerat appel
latum, quam ſententiam recepit prouidus vir Io.
Roſſeti Secretarius Delphinal. notarius dictæ
cauſæ appellationis. ¶ Sed an ſententia, lata per
iudicem appellationum ſuper nullitate ſenten-
tiæ iudicis primæ inſtantiæ ſit interlocutoria, vi-
5 de, quæ ſcripſi ſupra, q.16. ¶ † Si fuerit appellatũ
ab interlocutoria, & iudex ad quem, pronunciet
bene vel male appellatum, an talis ſententia iu-
dicis ad quem, erit interlocutoria? Dic quod ſic,
ſecun. Henric. Bohic. in c. literis. extra, de offic.
dele. in prima diſt. Ideo erit appellãdũ in ſcriptis,
iuxta c. cordi. de appell. lib. 6. de hoc etiam ſcripſi
ſupra, q.11. &c.

a ¶ Sententia diffinitiua. *Adde, quod ſententia diffinitiua dicitur ea, per quam partes à lite diſcedunt. Itẽ quæ diffinit cõtrouerſiam, & imponit finem toti cauſæ in iudicium deductæ. Not. in cle. 1. de ſeq. poſ. & in l.1. ff. de re iu. & per d. Car. in cle. ſæpe. in §. & quia in 15. no. de verb. ſig. Et iſtud videtur verũ in cauſa ord. ſecus in ſummaria. quia licet diffiniat: vt in d. cle. ſæpe. tamen non eſt mera diffinitiua, ex quo trahit à natura interlocutoriæ, hæc ſcilicet, quod fertur lite non cõteſt. nec ſeruatis aliis ſolennitatibus iudiciarij ordinis. Nec poteſt dici mera, quia merum eſt abſtractum ab omni compoſito. l. quam ſeruus. ff. de cond. & demon. vbi enim vnũ & idem ens habet effectum vnius ſubiecti, & formam alterius, denominare illud debemus à ſubiecto formali tanquam digniori & potentiori. l. an inutilis. in prin. cum ibi no. ff. de accepti. Et hæc ſecundum do. Alex. poſt do. Ang. in l. Imperium. in 3. co. in ver. ex quo infert. ff. de iuriſ. om. iud. Quorũ quidẽ opin. videtur vera, licet multi contra. Tum, quia forma dat eſſe rei. l. rei. §. de re iu. ff. loc. Tum, quia mutata forma mutatur ſubſtantia. l. non ſunt libe. ff. de ſtatu ho. Sed in iudicio ſummario mutatur forma proceſſus: cuius appellatione venit ſententia, iuxta no. in c. quum etiam. extra, de ſentent. & re iud. ergo, &c. Et per hoc patet reſolutio per medium à fortiori ad quæſtionem per authorem propoſitam.*

b ¶ Ab obſeruatione iudicij. *Tu vide de hoc per iſtũ, conſ. 69. incip. pro declaratione. nu. 1. ver. ad primum. ibi, facit etiam pro hoc.*

c ¶ Sed interlocutoria. *Quia per eam partes à lite non recedunt. l. dicere. & ibi dom. Bar. ff. de ar. gloſſ. & Doct. in l. harum. ff. ſi ſerui. vend.*

## QVÆSTIO CCXXI.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio ſi non opponatur, an Iudex poterit ſupplere & admittere.*
2 *Compenſatio an fiat ipſo iure.*
3 *Iudicium introductum die feriato ob neceßitatem hominum, valet.*
4 *Notorium requirit, quod pars proponat in iudicio.*
5 *Appellatio ad Papam, omiſſo medio, an & quando valeat.*
6 *Inſtrumenti groſſatio facta per notarium, de Papyris alienis non valet.*
7 *Iudex an poßit ſupplere & æſtimare, ſi valor rei non probetur.*

ITEM dicta die 14. menſis Aug. fuit dubi-
tarum in concluſione proceſſus Claudij
1 Coſtani, & Anton. Armue. † An præſcri-
ptio 30. annorum, quã opponere poterat dictus
Claudius aduerſus petitionem dicti Armueti, de
beat obſtare dicto Claudio, conſiderato, ꝙ Clau
dius de ipſa præſcriptione non oppoſuit. Et dixi,
quod non. Primo, quia videmus, quod contra fi-
deiuſſorẽ non datur actio, niſi prius diſcuſſo prin
cipali, niſi renunciauerit iuri de prius conueniẽ-
do principalem, quam fideiuſſorem: tamen ſi fi-
deiuſſor hoc non proponat, fertur ſententia con
tra eum, & valet: vt dicit Barto. in l. prolatam. C.
de ſent. & inter. om. iudi. Et idem dicit Bart. vbi
ſupra in agente hypothecaria non diſcuſſo prin-
cipali debitore: quia ſi hoc non opponatur, con-
demnatur poſſeſſor, & de hoc etiam tetigi ſupra,
quæſt. 94. & infra, quæſt. 432. † Ad idem videmus,
2 quod compenſatio fit ipſo iure. ſed hoc verum, ſi
petatur, alias non: vt tenet gloſſ. in l. ſi conſtat.
C. de compen. Item videmus, quod contra lega-
tarium vel donatarium hæreditatis poſſunt age-
re creditores actione perſonali: ſed hoc verum, ſi
donatarius vel legatarius patiatur: ſecus, ſi dicat,
ſe non teneri: vt plene dixi infra, quæſt. 460 † Præ-
3 terea, valet iudiciũ tempore feriato ob neceſſita
tẽ hominũ introductũ: ſed hoc verũ, ſi pars hoc
non opponat. l. ſed ſi prætor. ff. de feriis † Idem vi
4 demus, quod licet notorium non indigeat pro-
a batione: a tamen requiritur, quod proponatur
per partẽ in iudicio. & dicit glo. notabilis. in cle.
appellanti. de ap. Itẽ etiam videmus, ꝙ proceſſus
qui fit per filium contra patrem, ſine venia, eſt
nullus. Sed hoc verum, ſi pater comparendo in
iudicio hoc opponat, vt dicit Bart. in l. quamuis.
in fin. ff. de in ius voc. Item videmus, quod libel-
lus ineptus procedit, ſi pars rea de ineptitudine
non opponat: vt dicit gl. in l. fi. C. de anna. excep.
& in l. ſi mater. ff. de excep. rei iud. & in c.2. extra,
de libel. obla. & ponit Innocent. notabiliter in c.
cum dilectus. de ord. cogni. Et valet proceſſus,
vt dicit gloſſ. in dict. l. fin. C. de ann. excep. & te-
net Ioan. Fab. in §. curare. inſtit. de actio. ſed an
à tali grauamine, in quo admittitur talis libellus
ineptus, poſſit de iure Ciuili appellari: vide, quæ
dixi

b dixi infra,q.426.ver 63.quæro. b † Item etiam vi-
5 demus,quod licet ſit appellandum ad immedia-
tum ſuperiorē, ſi tamen appelletur ad Papam o-
miſſo medio, & pars appellata corā Papa citetur
in cauſa appel.proceſſura.& cōparcat,& non op-
ponat,nec petat ſe ad cauſam remitti coram me-
diato iudice,valet proceſſus coram Papa forma-
tus:vt tenet Arch. poſt Innoc.& Hoſt. in c. fina.
alle.& de offi.dele.li.6.in fi. Item videmus, ꝙ vi-
ctus victori debet in expenſis condemnari, vt in
l.properandum.§.ſin autem. C.de iu.Sed hoc ve
c rum,ſi à parte fuerit petitum,aliter non :c arg.in
l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de dam. infe. & ita
tenet Bar.in d.§.ſin autem.& in l.1.§.2. ff.de ma-
giſtra.conuc.cum quo Bar.pertranſit.Ang.de A-
retio.in l.4.§.hoc autem.ff.de dam,infe. Sed cō-
trarium tenet gl.in l.fi. C.quando prouoc. nō eſt
neceſſaria.quam glo.approbat de Imol.in l.Pau-
lus.la 2.ff.de re iud.& dicit ipſe de Imol. hoc eſſe
de iure verius.& idem in fructib.:quia iudex non
poteſt condēnare in fructibus,niſi à parte petan-
tur.l.ex diuerſo.in prin.ff.de rei vend.vide tamē,
quæ ſuper hoc ſcripſi infra,q.405.Item videmus,
ꝙ ſi aliquis nō poſſit eſſe procurator,vt puta Cle
ricus in foro temporali,ſi nō opponatur,hęc ex-
ceptio valet,& tenet proceſſus per gl.in l.reū cri-
minis.C.de procur.Itē videmus,ꝙ nō valet groſ-
ſatio inſtrumenti facta per notarium de Papyris
alienis,niſi habeat cōmiſſionem à iudice. Sed de
ſtylo dictæ Curiæ Parlam.eſt verum, ſi pars hoc
opponat:alias adhibetur fides,vt ſcripſi infra, q.
404. Sed quid ſi iſta quæ debent opponi in pro-
ceſſu, non opponantur in proceſſu, ſed in iuris
d alle.an ſufficiat? vide Bar. d in l.eum,qui.in §.qui
ita.in ver.moueo tibi vnum dubium. ff. de verb.
obli.& tetigi in tractatu meo,quē feci ſuper ſtat.
Delph.de literis compulſo. & præciſis cōceden-
dis.in 7.q.circa fin. & ideo dictus Claudius Co-
ſtani fuit condemnatus per dictam Curiam Parl.
ad ſoluendum debitum,dicto Antonio Armue-
tij:quia non oppoſuit exceptionē præſcriptionis
in proceſſu,quæ ſibi cōpetebat,& recepit ſenten
tiā Ant.de Mole.notarius ipſius cauſæ. Et de hoc
recurre circa hanc quæſtionē,quia alibi non repe
ries ita plene hāc materiam tractatā. De materia
e ſi iudex poſſit ſupplere, e ſi pars non petat,tetigi
in apparatu meo, quem compilaui ſuper ſtatuto
Del.ſub rubrica,de literis compulſoriis, & præ-
ciſis concedendis.in q.7.& Ang.de Are.plene in
7 l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infec.† ¶ Si
valor rei nō probetur,an Iudex poterit ex officio
ſupplere & æſtimare , etiam parte non petente,
ſunt opiniones variæ:tamen Ang.de Aret. tenet
cum Bart.quod ſic in l.4.§.hoc autem iudicium.
ff.de dam.infe.ibi in verſi.quintus caſus,&c.Et i-
bi etiam in d.§.hoc autem.vide ſi iudex poſſit ex
officio ſuo repellere teſtem inhabilē. imo dicit,
quod ſic.de Aretio tamen ibi diſtinguit,&c.

a ¶ Probatione. *Adde Io.And.in c.accedens.ſuper gl.
vlt.ibi,non expreſſit.extra, vt lite nō conteſt.& gl.in
cle.appellanti.de appellatio.& do.Cardi in cle.1.22.q.
in fi.de foro.compe.Iſtud forte eſt verum,quando noto-
riū conſtat iudici vt iudici : tunc iudex poteſt ſupplere
de facto.vt colligitur ex ſcriptis d.Bal.in l.1. C.vt quæ
deſunt Aduo.iudex ſuppleat.in 2.col.in 4.oppo.quia no
toriū eſſe debet probari.gl.in c. ad noſtram. de emptio.
& vendit.& Spec.4.parte.tit.do noto.cri.§.1.verſic.
qualiter ſciet iudex. Sed probato notorio,factum noto-
rium probari neceſſe non eſt.l.ſi vero.§.1.cum gl.ff.qui
ſatiſdare cog. & ideo notorium eſſe crimen ſufficit pro-
bari:licet crimen non probetur.d.Bal.in marga.in ver
ſicu.notorium.tertio ſingulari.*

b ¶ 63.quæro. *Vbi tenet,quod poſſit appellari ab inter-
locutoria,in qua iudex admiſit libellum ineptum.*

c ¶ Aliter non. *Vide in deciſio. Tholoſa.quæſt.111.*

d ¶ Vide Bart. *Dicit enim dom.Bart.in loco hic alleg.
quod quando exceptio ineſt ipſi obligationi, in pactis in
continenti appoſitis,vel in pactis,quæ tacite intelligun
tur,tunc ſufficit hoc allegari in allegationib. ſed quan-
do exceptio nō ineſt obligationi.ſed venit extrinſecus,
vt eſt exceptio pacti,poſtea facti:& omnis exceptio,quæ
partium conuentione non venit,vt exceptio metus,er
roris,& huiuſmodi:tunc eſt neceſſe,quod opponatur.*

e ¶ Supplere. *Vide do.Odofre.Cyn.Bal.& Cal.in l.1.
C.vt quæ deſunt adu.par.& ibi plene per eos diſſeritur
de huiuſmodi materia.*

## QVÆSTIO CCXXII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta abſenti,notario pro eo ſtipulante,an valeat*
2 *Donatio facta abſenti inter viuos,non valet,niſi interueniente nuncio vel epiſtola.*
3 *Donatio confirmata morte, quo iure petatur.*

1 IN donat. cauſa mort.requiritur præſen-
tia donatarij.l.inter mortis.ff.de do.cau
ſa mor.no.per Bar.in l.1.ff.eo. & per Io.
inſt.de do §. 1. Sed † quid ſi fiat abſenti,notario
pro eo ſtipulāte,an valeat dicta donatio, vt ex ea
oriatur actio & obligatio? Barto. videtur velle,ꝙ
ſic,in l.tā is.in §. filiusfam.in verſi.quæro,an iſta
donatio cauſa mortis,&c.ff. de do. cauſa mor.&
credo,ꝙ bene:quia licet donatio cauſa mortis ſa
piat naturā vltimæ voluntatis, plus tamen ſapit
naturā contractus.iuxta ea,quæ legūtur & noti-
tur in l.2.circa pr. ff.de dote præl. imo validatur
ſtipulatione notarij per l.non tamen.de adop.&
l.3.ff.rem pup.ſal.fore.& in §.cum autem.inſt.de
adop.& faciunt quæ dicunt Canoniſtæ,in c.quā-
quam.de vſu.li.6. Præterea, licet iuramētum ad-
iectum in donatione vel cōtractu inter abſentes
facto abq; miniſterio epiſtolæ vel nuncij,non fir-
met in ſe contractum : tamen quo ad obſeruan-
tiam valet:vt tenet Hen.de Bouenco,in auth.ſa-
cramenta pub.in ſua repetitione,in materia cau-
ſæ fi.in pr.ibi,ſecundo , etiā infero ex præmiſſis,
&c. Et ita fuit cōcluſum die 19.mēſis Aug. 1459.
in diffinitione proceſſus Ioannæ vxoris Arnul-
phi Rolandi agentis ex vna parte, & Ia.Marronis,
& conſor-



& conſortium ſuorum ex altera in manibus Io.
2 Albi. ¶ † Donatio,quæ fit abſenti inter viuos,nō
a valet,a niſi interueniat nuncius, vel epiſtola. b l.
b nec ambigi.C.de do. Et ſi quis non vt nuncius,
ſed motu ſuo proprio notificet donatario , ad-
huc non ſufficit.ita no.gl.in l.conſenſu.ff. de ac.
& ob.& in d.l.nec ambigi.& in l.1.C.de contrah.
emp.& ven.in fi.& hæc eſt communis Do.ſentē-
tia. Sed quid ſi hoc caſu interueniat iuramentum
vide Henri. de Bouenco in dicta ſua repetitione.
¶ De ſtipulatione notarij in hac materia. vide
quæ dixi plene infra,q.316.q.317.& q.318.& ſupra
3 q.49. De † donatione, quæ confirmatur morte,
quo iure petatur,an vt legatum,vel vt fideicom-
miſſum,vel quo iure? vide plene Bart.in l. ex ver-
bis.de donat. inter virum & vxorem. Et de do-
natione inter viuos facta abſenti, vide etiam quę
dixi in 32.conſiliorum meorum.

a ¶ Non valet. *Hoc intelligi,niſi donatio facta abſenti
vallata ſit traditione:vt ſentit gl.1.in præall.l.nec am-
bigi.& ita intelligitur dictum dom.Azo.in ſum.C. de
donat.in verſic.cui poſſit donari.& hoc expreſſe voluit
dom.Bald.quem omnino videas.& dom.Cy.in l.illud.
C.de ſacroſanctis Eccleſiis.*

a ¶ Nuntius vel epiſtola. *Iſtud verum eſt,etiam ſi
donatarius audito, quod ſibi abſenti quid donatum ſit,
dicat, hoc mihi placet: vt per d. Barth. in l.abſenti, in
prin.ff.de do.Ex quo elicitur,quod ſi hoc dictum fuiſſet
in præſentia, diceretur perfecta donatio. Quod mihi
notandū viſum fuit propter ea,quæ habentur per Doct.
in l.ſi quis argentum.§.fin.C. de dona.*

## QVÆSTIO CCXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio,facta patri per filium ; ipſo patre authorizante, an valeat.*
2 *Donatio cauſa mortis,vt valeat, facta per filiumfamilias alteri,quam patri,quatuor requiruntur.*
3 *Donatio cauſa mortis vt confirmetur ; an mors patris & filij requiratur.*
4 *Donatio cauſa mortis per filium ; de authoritate patris facta, an poſſit reuocari ſine conſenſu patris.*
5 *Licentia patris an requiratur ſpecialis, vel ſufficiat generalis, in donatione per filium.*

ITem in cauſa ſupra mentionata, fuit etiam du-
1 bitatum,an valeat donatio † cauſa mortis, fa-
cta per filium patri, ipſo authorizante. & fuit de-
terminatum,quod non: quia nemo in facto pro-
prio poteſt ſibi authorizare.l.1.§.pupillus. & leg.
quod diximus.& l.ſi ſeruus communis.ff.de aut.
Tuto.& §.fin.Inſt.eodem.& l.1.§.fuit quæſitum.
ff.ad Trebel.& facit cle.ſi vna.de reb. Eccle.non
alie.& l.quoniam.C.de excuſ.Tutor. Et hanc o-
pinionem tenuerunt glo. Dyn.& Bar.in l.1.ff.de
auth.Tu.& Cyn.in l.ſeruum.C.qui teſt.fac.poſ.
a quam opinionem etiam credo veram: a quia ne-
mo poteſt ſibi ipſi donare.in §.itaq;.inſt. de don.
2 & in l.ius dandi.ff.de Tut.& Cura.da.ab his. † Et
circa hanc materiam ſciendum eſt, quod ad hoc,
vt donatio cauſa mortis,facta per filium familias
alteri,quam patri,valeat requiruntur. Primo, ꝙ
patre permittente faciat.l.tam is.§.filiusfamilias
ff.de do.cauſa mortis. Secundo , quod pater eidē
nominatim,& expreſſe concedat licētiam,quod
donet cauſa mortis.in l.eum non ſolum.§. filius
autem.C.de bo. quæ liber. Idem tenet gloſſ.in l.
qui in poteſtate.ff.de teſt.& eſt in l.filius familias.
§.patri.ff.de do.& ibi caſus ſecundum Bart. Ter-
tio, quod permiſſio ſeu conſenſus patris præce-
dat:vt d.l.filius.§.patri. Quarto, quod is, cui do-
natur ſit præſens,aut Notarius pro eo ſtipuletur:
vt dixi ſupra,quæſt. præcedenti, licet ſecus ſit in
homine ſui iuris exiſtente : quoniam tunc non
obſtante abſentia, peteretur,vt fideicōmiſſum.l.
fideicommiſſa.in prin.ff. de legat. 3. quia non re-
fert cum quo quis loquatur.l.cum pater.§.dona-
tio.ff.de legatis 2. Ita ponit Bart.in d.l.e. tam is.in
§.1.& facit, quod notatur per eum in l.hæredi. ff.
de legat.2.& per Docto.in l. 1. C. de donat. cauſa
mortis. Quod tamen ſic in filiofamilias fieri nō
poteſt,cum teſtari non poſſit, neq; fideicommiſ-
ſum relinquere, & ſic à perſona abſente, cui do-
natur,non poteſt,vt fideicommiſſum peti.l. qui
in poteſtate.ff.de teſta. & notatur per gloſ.in d.l.
3 tam his.§.1. ¶ Sed poteſt hic quæri , an † mors
vtriuſque patris & filij, in donatione cauſa mor-
tis confirmanda, requiritur? Dic quod ſufficit
mors filij.ita tenet glo.in l.e.nec fratris. C.de do-
4 nation.cauſa mort.& dic, vt ibi. ¶ † Sed an do-
natio cauſa mortis per filium,de authoritate pa-
tris facta, poſſit reuocari ſine conſenſu patris? vi-
detur,quod non:quia nihil tam naturale, &c. l.e.
nihil.ff.de regul. iuris. aliqui tamen tenent con-
trarium,per l.donatio.ff.de don. inter vir. & vx.
De hoc ſcripſi in notabil.meis,in §. an donatio,
5 &c. ¶ † Sed an ſpecialis licentia patris requira-
tur,vel ſufficiat generalis licentia patris? gloſſ. in
d.l.qui in poteſtate.ff.de teſt.videtur velle, quod
requiratur ſpecialis licentia: & quod non ſuffi-
ciat generalis.

a ¶ Etiam credo veram. *Iſtam opin.dicit eſſe magis
communem & veriorem d.Phi.Dec.in conſ.279.incip.
placet mihi.col.2.in 2.parte Conſiliorum. Plures tamē
Doct tenent. contrarium , quod talis donatio valeat:
& præcipue Angel.in leg.1.§. fuit quæſitum. hic alleg.
quem Alexan.ibi ſequitur poſt alios, quos ibi refert, &
idem late conſuluit Alexand.in conſ.16.incip. quo ad
præſens quæſitum. li.1. vbi pro iſta opin.allegat. Old.con-
ſuluiſſe in conſil.26.incip.pater conſenſit filiæ donata.
& dicit Paul.de Caſt.in l.ſenium.col.2. ver. ſed an pa-
ter.C.qui teſt.fac.poſſ.ſe pluries conſuluiſſe, & pluries
tenuiſſe,quod valeat talis donatio.*

## QVÆSTIO CCXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſari an poſſit ſuper iuramento ; de quo in cap. quamuis. vide & num.2.*
3 *Hæres iurantis an debeat petere diſpenſationem iuramenti.*

ITEM fuit dubitatum in d. proceſſu, an
1 ſuper † iuramento, de quo in d.c. quamuis pactum, poſſit & debeat diſpenſari. Archi. Innocen. Domin. de ſancto Geminiano. tenent quod nō. in d.c. quamuis. per verbum ibi in text. omnino, &c. Sed alij, vt Vinc. & Gofr. tenent contrarium. in c. cum contingat. extra, de iureiu. vt refert Archid. in d.c. quamuis. quos ſequitur Hen. de Bouenco. in ſua repetitione auth. ſacramenta. C. ſi aduerſus ven. in cauſa finali ibi.
2 Quinto † quæritur, & alle. Pet. Iac. ita etiam tenere: videlicet, quod ſuper dicto iuramento poteſt diſpenſari. & hanc partem credo veriorem: nam videmus, quod licet iuramentum ſuper contractu vſurario pręſtitum, operetur, quod iurans teneatur ſoluere, vt in c. debitores. de iureiurādo. tamen ſuper tali iuramento parte petente diſpēſatur in c. per tuas. de vſu. Et ad idem etiam in filiofamilias, qui renunciauit Macedoniano, ſuper quo diſpenſatur. Idem etiam in contrahente cū Officiario contra legis prohibitionem de qua in l. non licet. ff. de contrahen. emp. & ven. Cui etiam ſuper iuramento diſpenſatur, vt Barth. in l. ſi quis pro eo. in prin. ff. de fideiuſſoribus. ibi, quarto dixi, &c. ſimiliter etiam de eo, qui renunciauit ceſſioni bonorum cum iuramento, cum quo etiam ſuper iuramento diſpenſatur: vt dicit Henr. de Bouenco, in d. ſua repetit. in materia cauſæ finalis, circa medium, ibi. Secundo infertur, quod in remiſſione ceſſionis bonorum, &c. Similiter etiam in donatione inter virum & vxorem, quæ firmatur iuramento, quo ad obſeruationē iuramenti, ſecundum Bar. in d. l. ſi quis pro eo. & in l. Seius Augerius. ff. ad l. Fal. Tamen ſuper tali iuramento vxore poſtulante diſpenſatur, ſi conſtet talem donationem fuiſſe factam viro inſtigante, & promouente: vt dicit Henr. de Bouen. in d. ſua repe. in fi. ibi quinto dicitur, &c. Idem in alienatione fundi dotalis, in qua poteſt etiam diſpenſari ſuper iuramento, aliquibus concurrentibus, videlicet, doli præſumpti coniecturis: vt dicit ipſe de Bouenco in §. ſupereſt videre de cauſa finali, &c. verſi. ſecundo dicitur, &c. Et in ver. 5. dicitur, &c. Ibi, puto tamen (dicit ipſe de Bouen.) odio donatarij donationem ſibi fieri inſtigātis, & promouentis. ſi vero vel ex probabilibus coniecturis dicta promotio, vel inſtigatio probaretur, quod deberet ſuper iuramento diſpenſari, vt ibi dicit idem de Bouen. not. etiam Pet. Iac. in tit. de condictio. ex lege. ver. quando. ideo fuit concluſum in dicto proceſſu poſſe diſpenſari ſuper iuramento, de quo in d.c. quamuis. ¶ Sed circa hanc
3 † materiam quæro, an hæres iurantis debeat petere diſpenſationem iuramenti? Dic, quod non, quia diſpenſatio petitur, & fit, propter periculū animæ, ſed in hæredem iurantis non tranſit iuramentum, quo ad periculum animæ, vt not. Inn. & Hoſt. in c. veritatis. extra, de iurei. Igitur poteſt agere hæres iurantis abſq; diſpenſatione iuramēti, per defunctū præſtiti: licet enim. c. cum cōtingat. de iureiur. non dicat contractum firmari: ſed tantummodo dicat iuramentum eſſe ſeruandū: tamen ipſe de Bouen. in d. ſua repet. tenet, quod
a contractus iuramento firmatur, a etiam iure Canonico, & ꝙ ex tali contractu iurato oritur actio contra iurantē, & eius hæredē. ar. in l. nam poſtea. §. fi. & l. ait Prætor. §. fi. cum l. ſeq. ff. de iureiur.

a ¶ Iuramento firmatur. *Adde, quæ habetur & ſcribuntur ſupra, quæſt. 166. & in apoſtil. ſeu additionibus.*

## QVÆSTIO CCXXV.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſari an poſſit ſuper iuramento, in contumaciam partis citatæ. & num. 2.*

VISO ergo, ſi potuerit diſpenſari ſuper dicto iuramento, videndum eſt, ſi valuerit diſpenſatio dicti iuramenti, in dicto pro-
1 ceſſu producta. † & videtur prima facie, quod ſic, cum in dicta diſpenſatione iuramenti fuerit An. Saluatoris pater dictæ Ioannetæ, cuius intererat, debite vocatus, & in citatione perſonaliter apprehenſus: qui licet non comparuerit, potuit nihilominus in eius contumaciam, ſuper dicto iuramento diſpenſari. & valuiſſe videtur, vt dicere videtur Io. And. in addit. Specu. in tit. de iureiur. in 3. col. ibi ſummarie, &c. Fuit tamen cōcluſum & determinatum in deciſ. dict. proceſſus, d. diſpē-
2 ſationem non valuiſſe. Primo † ex eo, quod in prima die ita fuit lata ſententia ſuper dicta diſpēſatione: & ſic præcipitanter, & ex abrupto, quæ reddunt ſententiam nullam: vt not. Inno. in c. 2. extra, de in integ. reſtit. & facit l. 2. C. de ſent. ex per. recit. ibi, nō ſubditas, ſed deliberatas, &c. Secundo, ex eo, quia talis diſpenſatio iuramēti debuit fieri cum cauſa, a & cum cauſæ cognitione.
b b vt voluit gl. in c. nō eſt. extra, de vot. & vot. red. quæ in ipſa diſpenſatione non interuenerunt, igitur, &c. Et ſi dicatur, quod non poterat de cauſa cognoſci: quia dictus pater citatus coram domino Archiepiſcopo Viennæ, Commiſſario Apoſtolico, comparere noluit. Ad hoc fuit tunc in huiuſmodi deciſione per aliquos ex Dominis Parlam. reſponſum, quod dicta filia, corā dicto Domino Cōmiſſario, debuerat propoſuiſſe cauſam læſionis, & petere citari iterato dictum eius patrem, viſurum probationes fieri ſuper læſione talis quittantiæ: & ſuas probationes facere in contumaciam dicti eius patris. Et inde conſtito ipſi Dom. Commiſſario de læſione, poterat ipſe Dominus Commiſſarius ad ſuam ſententiam procedere, citato iterato dicto patre, & tunc in contumaciam ſuper iuramento diſpenſare. Et iſtud eſt, quod voluit Ioan. Andr. vbi ſupra, ita fuit tūc determinatum per Dominos meos, nemine diſcrepante. ¶ Et de materia diſpenſationis iuramenti, vide, quæ dixi ſupra, quæſtion. 140. Tamē Aduocati hæredum dicti Antonij Saluatoris ex alio capite dicebant, dictam diſpenſationem iuramenti eſſe nullam: quia fuerat facta non præcedente peremptorio edicto, iuxta le. ad peremptorium,



ptorium. cum l. ſeq. ff. de iudi. Sed male dicebāt: quia cum ipſe Ant. Saluatoris fuerit in citatione perſonaliter apprehenſus: illa citatio perſonalis, habet vim peremptorij: vt dicit Inno. in c. ad pe-
c titionem. c extra, de accu. ¶ De materia diſpenſationis iuramenti, plene tractat Hen. de Bouen. in ſua repet. auth. ſacramenta. & tetigi plene in notabilibus meis.

a ¶ Diſpenſatio iuramenti debuit fieri cum cauſa. *Vide, quod dicit Spec. de l. 2. §. nunc oſtendendum. verſ. 24. ibi, prius tamen, &c. & ibi, diſpenſat etiam Epiſcopus ex cauſa, &c.*

Et cum cauſæ cognitione. *Vide ſupra. q. 140.*

c ¶ Inno. in c. ad petitionem. *In gloſſ. ſua, in ver. remouerit & regimen. in verſ. ſi autem inueniatur. ibi, vel nihil reſpondet, ſed tamen perſonaliter citatus, non vadat.*

## QVÆSTIO CCXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum an conualidet, & confirmet in ſe contractum, ſiue pactum inter patrem & filiam.*
2 *Conditio tacita, ſi res in eodem ſtatu permanſerit, ineſt omni contractui.*
3 *Vſura inficit contractum.*

ITEM fuit etiam in diffinitione dicti pro-
1 ceſſus † quæſitum, an iuramentum conualidet, & confirmet in ſe contractum, ſiue pactum inter patrem & filiam, de quo in c. quamuis pactū. de pac. li. 6. & in l. pactum. quod dotali. C. de colla. adeo, quod licet ſuper iuramēto, quo ad effectum agendi, fuerit diſpenſatum,
a remanet pactum validum a Et videtur, quod tale pactum non fuerit iuramento conualidatum: ne ius Ciuile corrigatur, quia aliter ius Canonicum immitteret falcem in meſſem alienam. Cū enim ius Ciuile improbet dictum pactum, in d. l. pactū. C. de colla. intelligitur etiam ſi fuerit iuratum, iuxta l. non dubium. C. de legi. & iſta ſunt verba formalia d. Raph. Cu. qui hanc opi. tenet expreſſe in l. ſi quis pro eo. in prin. ibi, tertius art. ff. de fideiuſſ. quam opi. d. Raph. fortifico vltra eum. Primo quia iuramentum ius commune nō tollit. le. ſi ex falſis. C. de tranſact. & in l. fin. C. de
2 non nu. pe. † Secundo, quia in omni iuramento ineſt tacita conditio, ſi res in eodē ſtatu permanſerit. ar. in l. cum quis. ff. de ſolu. & no. per Io. An.
b in c. debitores. b circa fi. extra, de iureiur. Sed ſublato iuramento per diſpenſationem, res non eſt in eodem ſtatu, igitur, &c. Sed d. Bar. in d. l. ſi quis pro eo. in princ. ibi. quarto poteſt dici: tenet contrariū, quod imo tale pactum, cum ſit introductum in fauorem filiarum, confirmatur iuramēto, quem ſequuntur. d. Io. de Imol. & Dominicus de ſancto Gemi. in d.c. quamuis. & Io. An. Doct. omnes communiter vtriuſq; iuris, quia relaxatio iuramenti, quæ fit quo ad effectum agendi, eſt modici præiudicij: quia non nocet in aliquo parti, in negocio principali, nec vinculo obligationis contractæ per tale iuramentum: ſecundū Alb. de Ro. poſt Old. C. de vſuris. ſuper rubrica. in q. fi. & Pe. de Anch. in d.c. debitores. & Io. An. in add. Spec. eo. tit. ſuper rubrica. Et ideo in dicto proceſſu fuit concluſum, quod poſt relationem iuramenti neceſſarium eſt, agere ad reſciſſionem contractus ex enormi læſione, vel alia iuſta cauſa. Aliter non debet contractus validatus reſcindi, &c. Et in hac opi. fuerunt d. Io. Baiulli, & Io. de ſancto Germano, Aduocatus fiſcal. ſed ego ſuper hoc dubitaui: quia cum iuramentum per diſpenſationem ſit ſublatum, remanet contractus
c nullus, c per d. l. pactum quod dotali. ideo non videtur neceſſe, agere ad reſciſſionem contractus, cum remaneat nullus. ¶ De diſpenſatione iuramenti ſuper contractu vſurario, vel alio modo præſtito, tangit d. An. Siculus, dictus Barbatias, in l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſ. in ſua re-
3 pet. & ibi inter † cætera ipſe dicit, quod ſi quis iuret ſoluere vſuram, quod illud verbum, vſura, inficit contractum, & nō eſt neceſſaria diſpenſatio. De diſpenſatione iuramenti, tangit etiam Henr. de Bo. in auth. ſacra. pub. C. ſi aduer. vend. in ſua repet.

a ¶ Remanet pactum validum. *Vide d. Pan. in c. cum contingat. in 8. col. in verſ. ſed vltra prædicta. extra, de iureiur.*

b ¶ Not. per Io. An. in c. debitores. *Adde pulchram gl. & ibi concordantes, in c. quemadmodum. in verſic. conditio. extra, de iureiur.*

a ¶ Remanet contractus nullus. *Hoc videtur verū ſecundum diſtinctionem, quam facit d. Panor. vbi ſupra, in præalleg. verſic. ſed vltra prædicta. ibi, vnde poteſt ſic diſtingui, & c. veruntamen in caſu iſto id locum demum vendicare videtur, ſi renunciatio facta ſit patri per filiam ob meritum, vel reuerentiam: quia tunc non valet obtenta abſolutione à iuramento. d. Bald. in l. pactum. in verſ. venio ad q. C. de colla.*

## QVÆSTIO CCXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Filia quæ renunciauit bonis paternis, an debeat certiorari de Beneficio. l. pactum quod dotali. C. de colla. vt cum iuramento valeat ea renunciatio, & quittantia.*
2 *Iuſtitia, vna eſt ex comitibus iuramenti.*

1 PLVS dixi in deciſ. dicti proceſſus, † quod ſi præmiſſa ceſſarent, quod dicta Ioanneta, quæ mediante dote quittauit patri bona paterna, contra diſpoſitionē d. l. pactū, quod dota. C. de colla. & non fuit certiorata per Notarium, nec per alium tempore dictæ quittātiæ, de Beneficio dictæ legis, quod nō valuit dicta quittantia, quia nō potuit renunciare iuri, quod ignorabat, vt tenet gl. in auth. quomodo oportet Epiſc. & Cleric. ad ordinat. dedu. §. igitur. in glo. ſuper verbo, interroga. col. 1. & facit l. ſi. §. fi. ff. ad Vellei. & l. mater. ff. de inoff. teſt. maxime, quia mulier ignorat iura. Nec iuramentum hoc caſu ignorantes ligat, cum non trahatur ad incognita. l. fin. C. de non nu. pe. & l. ſi. ff. qui ſatiſd. cog. & ita dicere voluit gl. ſup. verbo, mente. in c. ad noſtram. lo 3. extra, de iurei. aliter, ſi diceretur, iuramentum

mentum extendi ad incogitata, eſſet vinculum
iniquitatis quod non eſt dicendum: vt c. quanto.
2 circa mediũ. extra, de iur. nec in eo caſu eſſet † iu-
ſtitia, quæ eſt vna ex comitibus iuramenti. 22. q.
2. c. animaduertendum. quia iuramentum veri-
a tatem, iuſtitiam & iudicium continere debet. a
12. q. 4. c. innocens. §. quod autem. & poſuit glo.
noſtra in auth. quod eis. C. de nuptijs. Præterea,
iuramentum ciuilem & æquam interpretationẽ
recipit, ne qs immoderate lædatur. l. ſi libertus.
§. libertus. ff. de operis libertorum. c. veniẽs, & c.
quanto. extra de iureiur. & not. Bar. in l. ſocieta-
tem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. Et fui aliquo tẽ-
pore, durante viſitatione dicti proceſſus in hac
opi. Sed poſtea vidi Dominicum de ſancto Gem.
qui tenet contrarium poſt Arch. in d. c. quamuis
pactum. quod non requiratur, quod filia certio-
retur in caſu d. c. per textũ. qui ibi indiſtincte lo-
quitur: ergo indiſtincte eſt intelligẽdus, ſi filia ſit
certiorata, vel non. ita ibi tenent ipſi, & facit ra-
tio vltra per eos ad hoc, quod vt quis præiudicet
ſibi, per iuramentum, non requiritur, quod ſciat:
quia ſufficit iurari ſuper facto. l. ſi duo. §. idem Iu-
lia. de iureiur. & l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit. eo. ti.
vt conſuluit Bart. vt refert ipſe in l. 2. C. de reſcin.
ven. de hoc etiam ſcripſi in notabilibus meis. in
§. 3. l. ſciendum, &c. & ita ſecundum eorum opin.
fuit concluſum in diffinitione dicti proceſſus Io-
annetæ vxoris Arnulphi, Rolandi, diffiniti in ma
nibus Ioannis Albi Secretarij Del. in Curia Par-
lamenti, de menſe Decembr. 1461.

a ¶ Continere debet. *Scilicet vt omnino ſit licitum. vt per do. Pan. in præall. c. cum contingat. in 6. colu. in ver. 9. quilibet poteſt dari.*

## QVÆSTIO CCXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio filiæ circa bona paterna, & materna, extendaturne ad ea, quæ pater perdidit, conuolando ad ſecunda vota.*
2 *Filij & filiæ, qui renunciauerunt bonis paternis, an poſſint ad ea regreſſum habere, diſting.*

EX dicto proceſſu fuit alia orta quæſtio,
1 videlicet, an dicta † Ioanna quæ quitta-
uit bona paterna, cum iuramẽto, poſſit
petere id, quod dictus Antonius Saluatoris eius
pater, perdidit, poſtea conuolãdo ad ſecũda vo-
ta, iure diſponente, vt in l. fœminæ. §. illud. C. de
ſecundis nuptijs. quod ius locum habet non ſo-
lum in muliere, imo etiam in viro: vt ibidem te-
net gl. quam ſequitur Salycet. & cõmuniter Doc.
Et credo, quod ſic, pro eo, quod talis quittantia,
ſeu renunciatio non extẽditur ad id, quod pater
poſtea perdidit ſua culpa. ita dixit Barth. in auth.
a hoc amplius, in quæſtione vlti. a ibidem formata
de hæredibus, qui hæreditatem diuiſerunt. C. de
fideicommiſſis. ita etiã determinat in l. qui Ro-
mæ. §. duo fratres. in fin. primæ oppoſitionis. ff.
de verborum obligat. & allegat l. qui cum Tuto-
ribus. ff. de tranſact. Attento etiam quod filia de
hoc non cogitauit, ideo ad hoc non porrigitur
quittantia. l. mater. ff. de inoff. teſt. nec etiam iu-
ramentum. l. fi. ff. qui ſatiſdare cogantur. & l. fin.
C. de non num. pec. cum ſimi. Et ita fuit conclu-
ſum in deciſione dicti proceſſus, in præcedenti
2 quæſtione mentionati. ¶ † Quæro iuxta præ-
miſſa, filia quittauit cum iuramento, & ſic eſt ex-
cluſa à ſucceſſione patris, an filij ex ea poſſint re-
greſſum habere, dic ſecundum Barth. in l. qui ſu-
perſtitis. ff. de acquir. hæred. Aut liberi veniunt
ex perſona ſua, & tunc poſſunt. Aut volunt veni-
re vt hæredes matris, & tunc non poſſunt, vt ibi
plenius per Bartol. & vide Petr. Hely. in le. ſi vn-
quam. C. de reuoc. dona. in ſua repetit. ¶ Item
quæro, an filia, quæ quittauit, computetur in nu-
mero liberorum, vt faciat partem in legitima, li-
cet non admittatur ad partem? dixi infra, quæſt.
29. ¶ An filia, quæ quittauit cum iuramento,
debeat in aliquo inſtitui per patrem in teſtamen-
to, vt teſtamentum valeat: dixi plene in dicta
quæſtione 295.

a ¶ Quæſtione penultima. *Ipſe autem domin. Bart. loquitur in alijs terminis, tamen optime poteſt induci pro deciſione huius quæſtionis, ad quod etiam facere videtur dominus Fely.*

¶ *Profecto nec multum facit dicta quæſtio Cy. in hoc caſu. ſi hæres non vult obedire præcepto teſtatoris infra annum, debet priuari hæreditate: quæ perueniet ad alios nominatos, in illa authen. hoc amplius. quod ſi alij nolint acceptare hæreditatem, an remaneat apud hæredẽ inobedientem? & reſpondet, quod ſic. & non multum facit illa quæſtio ad quæſtionem noſtram, ſufficant tibi rationes & iura, quæ adducit præſens author.*

## QVÆSTIO CCXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, ex alia quacunq; cauſa, &c. quid valeat.*
2 *Dictionis, quomodocunq;, & qualitercunq;, vſus.*

SEd quid ſi in dicta quittãtia, ſupra mentiona-
ta, fuiſſet adiecta ſequens clauſula, videlicet,
1 quæ ſibi competere † poſſent iure legitimæ ex
teſtamento, aut ab inteſtato, vel alia quacunque
cauſa. An dicta filia petere poſſet id, q dictus An.
Saluatoris, eius pater, conuolãdo ad ſecunda vo-
ta, perdit, obſtante dicta clauſula, vel ex alia qua-
cunq; cauſa, &c. & poſſet dici, quod non, pro eo,
quia de ipſo Beneficio cenſetur cogitaſſe, ſaltem
generaliter. & hoc ſufficit l. in duobus. §. colonus.
& l. ſi ſi duo. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. Et fa-
cit bene ad hoc, quod ponit Bart. in l. rem maio-
ris pretij. C. de reſcind. vend. in quæſt. incipien-
te, quæro, quid ſi minor iurauit, &c. Fuit tamen
in diffinitione proceſſus determinatum contra-
riũ, quod imo d. Ioanna potuit vti Beneficio di-
ctæ l. fœminæ. in §. illud. & petere portionẽ, quã
dictus eius pater perdiderat, conuolando ad ſe-
cunda vota. ratio, quia illa generalis clauſula, ex
alia quacũq; cauſa, &c. intelligi debet ex cauſa de
præſenti



præſenti, & non ex cauſa de futuro, vt no. Bart. in
l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbor. obligat.
2 De † dictione, quomodocunque, & qualitercũ-
que, vide, quæ ſcripſi infra, q. 367. & in notabili-
bus meis in dicto §. quandoque. De filia, quæ
quittauit bona paterna, ſalua legali echeuta, vi-
de, quæ dixi ſupra, q. 192.

## QVÆSTIO CCXXX.

SVMMARIVM.

1 *Hæredum ſuorum appellatione, intelliganturne etiam extranei. vide & num. 2. & 3.*

PEtrus Saluatoris donauit dicto Anto. Salua-
toris, eius patri, & ſuis hæredibus omnia eius
1 bona, donatione cauſa mortis. † quæritur, an ap-
pellatione ſuorum hæredum, contineantur tan-
tummodo ſui, qui in poteſtate ſua ſunt? & vide-
tur quod ſic, per §. ſui. inſti. de hæredum qualitate
& differentia. & in l. in ſuis. ff. de liber. & poſthu.
& in le. 1. §. extraneum. C. de rei vxoriæ act. Con-
a trarium credo a in hoc caſu, quod imo contine-
antur omnes, quicunq; ſunt hæredes, ſiue ſint in
poteſtate, ſiue ſint extranei: quia materia eſt in-
differens: ergo trãſitoria ad quoſcunq; hæredes.
vt not. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebell. Si enim eſ-
ſet materia feudalis, tunc appellatione ſuorum
hæredum, comprehenderẽtur ſolum filij ſui. gl.
& Dyn. in d. l. ex facto. §. vltimo. per ea, quæ habẽ-
tur. in c. 1. §. & ſi Clientulus. de aliena. feud. & per
Bart. in l. iuriſiurandi. in §. ſi liberi. ff. de oper. lib.
Dicuntur etiam ſui ex parte mulierum. C. de pri-
2 uilegio dotis. l. 1. & l. fi. C. qui po. in pig. ha. † Sed
in materia iſta indifferẽti dico, quod appellatio-
ne ſuorum hæredum, intelligitur de ſuis hæredi-
bus quibuſcunq;. Et facit, quod habetur per Bar.
in l. liberti libertæq;. C. de oper. liber. & ita fuit
b concluſum & determinatum b in diffinitione d.
proceſſus. Aduertendum tamen ad ea, quæ dixi
ſupra, proxime in materia feudali: quia in mate-
ria feudali appellatione ſuorum, hodie de cõſue-
tudine generalis præſentis patriæ Delphi. ſecun-
dum quam cõſuetudinem feudalia ſunt redacta
ad inſtar patrimoniorum, cõtinentur omnes he-
3 redes etiam † extranei, vt dixi ſupra, q. 59. niſi in-
feudatio aliter ſe haberet. ¶ Et de hac materia,
vide, quæ dixi infra, quæſtio. 457. & q. 306.

a ¶ Cõtrarium credo. *Et bene: quia hoc ſatis importat ſubiecta materia, ſecũdum quam verba ſunt intelligenda. l. ſi vno. in princip. & ibid. Bart. ff. locati. Talia enim ſunt ſubiecta, qualia prædicata permittunt. extra, de decimis. dudum. gl. fin. do. Old. conſ. 80.*

b ¶ Determinatum. *Contrarium pro determinatione Curiæ facit in argumento, quod legitur. & not. in c. dignitatem. in §. ad hæc. de præben. & dignita. lib. 6. & ibi dom. Card. qui in primo not. notando, dicit, quod vniuerſale adiectum vni ſpeciei, non includit aliam: Clauſula enim generalis bene comprehẽdit aliam quã expreſſam: ſi ſunt eiuſdem generis, vel conditionis, non alterius ſeparati & diuerſi, maxime ſi ſunt grauiora, aut ſi ſumus in materia reſtringibili: vt colligitur ex ſcriptis domin. Cardin. vbi ſupra. verſiculo opponitur, quod per illa verba.*

## QVAESTIO CCXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Filia, quæ renunciauit bonis paternis, videturne etiam renunciaſſe fraternis.*
2 *Renunciationes à iure prohibitæ, non recipiunt interpretationem extenſiuam.*

FVIT etiam in diffinitione d. proceſſus,
1 † dubitatum, an renunciatio, facta per fi-
liam patri, cum iuramento, dum nuptui
tradebatur, extendatur ab bona fraterna. Hanc
quæſtionem plene diſputauit pro & contra Bart.
in l. 2. §. illud. ff. de hæredi. vel act. vend. Et finali-
ter tenet, quod talis renũciatio bonorum pater-
norum, & maternorum, non extenditur ad fra-
a terna. a & ita etiam inſequendo opin. Bart. fuit
concluſum in diffinitione dicti proceſſus. Et hoc
verũ, maxime, ſi tempore quittantiæ fratres viue
bant, quo caſu non poteſt talis renunciatio extẽ-
di ad futuram ſucceſſionem. l. ſi ita ſit ſcriptum.
§. ſi ſub conditione. ff. de leg. 2. & ff. de acquir. hæ-
red. l. qui ſuperſtitis. & l. eis qui. C. de pact. l. fi. ta-
2 les enim † renunciationes quæ ſunt à iure prohi-
bitæ, nõ recipiunt interpretationem extenſiuã.
l. quod vero. ff. de legi. &c.

a ¶ Non extenditur ad fraterna. *Pro hoc bene facit, quod filia dotata non obſtante renunciatione, etiam iurata, & promiſſione de non petendo amplius, poteſt petere bona materna. ita conſuluit dominus Bart. vt ipſe refert in l. vt iuſiurand. §. ſi liber. in vlt. col. verſ. quæro, pater inſtituit filiam. ff. de ope. libert.*

## QVÆSTIO CCXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutionis ſpes an poſſit alteri cedi ante conditionis euentum.*
2 *Fideicommiſſi remiſſio quibus verbis fiat.*
3 *Fideicommiſſum non agnitum, an tranſmittatur.*

DICTA Ioanna vxor Arnulphi Rolandi,
dum nuptui collocabatur, fecit pactum
1 de non petẽdo, † & quittauit Anto. Sal-
uatoris, eius patri, pro dote ſibi conſtituta, certa
iura ſua, & cætera omnia, & ſingula iura, omnes-
que actiones ſibi competentes, & competituras
in bonis Matelinæ, eius auiæ maternæ, ſiue quæ
competerent ſibi, & competere poterant tunc,
vel in futurum, ratione legitimarum, legatorum
inſtitutionis, vel ſubſtitutionis. Ex quibus quæ-
ſitum fuit in deciſione dicti proceſſus, an valeat
dicta quittantia reſpectu ſubſtitutionis ſibi cõ-
petentis, ex teſtamẽto dictæ ſuæ auiæ, cum tem-

pore dictæ quittantiæ non fuiſſet locus ſubſtitu-
tioni, in perſonam ipſius Io. ſed expoſt euenerit.
Et videtur, quod non valuerit: quia ſubſtitutio,
quæ nondum competit, extra bona, nulla eſt, vt
in l. ſubſtitutio. ff de acqui. rerum do. In contra-
rium, quod valuerit dicta quittantia etiam reſpe
ctu dicti fideicommiſ. facit: quia quis poteſt re-
nunciare iuri ſuo. vt in l. ſi quis in conſcribendo.
C. de pact. & remittentibus actiones ſuas, nō da-
tur regreſſus ad eas. l. ſi quis. §. aream. ff. de ſol. le.
quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædil. edict. poſito,
quod dicta ſubſtitutio tempore dictæ quittantię
locum non habuiſſet, per ea, quæ legũtur, & not.
in l. 1. C. de pactis. maxime, quia ex tenore inſtru-
menti dictæ quittantię, d. Ioanna reperitur fuiſſe
certificata, & certiorata de teſtamento d. auiæ. Ex
eo, quod ipſa Ioanna quittando, & remittendo
d. ſubſtitutionem, & bona, ex ea ſibi competitu-
ra à d. ſuo patre, ſibi reſeruauit centum florenos,
in dic. teſtamento auiæ legatos Angelinæ, in qui-
bus ipſa Ioanna fuerat dict. Angelinæ ſubſtitu-
ta, quod ſufficit ad veriſimiliter coniecturandũ,
ipſam Ioan. de d. teſtamento auiæ ſuæ & conten-
torum in eodem fuiſſe certioratam, vt dicit Bar.
in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. in
3. q. circa medium. ibi, niſi probetur aliud, ex quo
præſumatur: vt quia legata ſoluit, vel cum lega-
tarijs pactus eſt, &c. Attento iuramento per eam
præſtito: per ea, quæ dicit Ioannes Ferrarij in tit.
forma libelli, quo agitur vt pacta ſeruentur. in gl.
ſuper verbo, proprio iuramẽto firmatum. Et ita,
quod dicta Ioanna videatur remiſiſſe d. ſuo patri
ius dicti fideicommiſſi: fuit deciſum, & iudicatũ
per Dominos meos Parlamenti in concluſione
dicti proceſſus, diffiniti de mẽſe Decẽbris, 1459.
in manibus Ioan. Albi. ego tamen fui tunc in cō-
traria opinio. per ea, quæ dicit Barth. in d. §. duo
fratres. in quæſt. quæ incipit, quinto quæro, pone
2 in diuiſione dictum † eſt, remiſit vnus alteri in
parte ſua omne ius præſens, ſiue futurum ex te-
ſtamento, ſeu ab inteſtato, iure fideicōmiſſi, vel
alio quocunq; modo: an hæc verba ſufficiant ad
remiſſionem fideicommiſſi, &c. & ibi determi-
a nat quod non. *a* ¶ † Sed an fideicommiſſum non
3 agnitum tranſmittatur? gl. dicit quod non. ſicut
nec hæreditas non adita. in le. à teſtatore. in fine.
ff. de cond. & demonſtr. & in l. cum filio. ff. de le.
1. facit leg. in cauſæ. la. ſecunda. §. idem Pompo.
ff. de minorib. & vbi ſubſtitutus non tranſmittit
ius ſubſtitutionis ad hæredem: de hoc tamen vi-
de, quæ plene dixi in conſil. 22. conſ. meorum. in
3. quæſito. & de tranſmiſſione hæreditatis nō ad-
itæ, & qualiter fiat. vide Cyn. qui dat ſingularem
Theoricam in l. ſi fratres. C. de iur. delib. & Bart.
in l. ſi infanti. eod. titul. ſi fideicommiſſum, ante
conditionis euentum, poſſit remitti alteri, vide
l. mulier. §. ex aſſe. ff. de iure dot. & Barth. in l. à te-
ſtatore. ff. de cond. & demonſt. & vide dictam le.
ſubſtitutio. ff. de acquir. rer. dom.

*a* ¶ Determinat quod non. *Aduerte, quod aliud eſt
remittere ius fideicommiſſi conditionalis, id eſt, renun-
ciare tali iuri: aliud eſt remittere, id eſt, cedere huiuſmo
di ius. in primo enim caſu intelligũtur, & habẽt locũ iu-
ra primo loco inducta: in ſecundo vero caſu vendicant
ſibi locum in contrarium, allegata. & hæc colligi poſſunt
ex his, quæ ita dicit d. Ioan. de Ferr. in forma libelli, quo
agitur ad pacta ſeruan. in gl. in ver. pacta. ver. deinde
notandum eſt iunctis his, quæ tanguntur per d. Bar. in
l. is poteſt. in princ. ff. de acq. hæred. & quæ habentur &
notantur per glo. & Doct. in §. ex condi. inſti. de verb.
oblig. Vel dic aliter, vt colligitur ex ſcriptis do. Odofre.
Cyn. Bar. & Bald. in l. prima. C. de pactis. vbi etiam per
omnes habetur, quod fideicommiſſum ex futuro euentu
pẽdens, poteſt per pactum remitti, ſed in cauſa quæſtio-
nis præſentis fuit pactum: ergo, & c. Præterea verbum
remittere, eſt aptum includere pactum, & ſimplicem
renunciationem. in dubio præſumitur, ſiue accipitur
pro pacto, vt res melius valeat. ita dicit formaliter d.
Bald. in præalleg. l. 1. in 2. colu. in verſ. 2. oppoſi. ibi, ex
hoc not. C. de pact. quod autem dicit dom. Bart. in præ-
alleg. §. duo fratres. in verſ. quinto quæro, eſt Curiæ. vti-
que in alio caſu, videlicet quo dictum fuit iure fideicō-
miſſi ſimpliciter, non adiecto, ex quo teſtamento. & ſic
non valebat remiſſio: quia etiam quo ad intellectum nō
poſſunt dici inſpecta, & cognita verba teſtamẽti, quod
requiritur. vt d. l. his. ff. de tranſac. l. 1. §. 1. ff. quemad-
modum teſtam. aperiant. & l. fin. C. de iureiur. ſed hæc
ſaltem quo ad intellectum fuerunt cognita, & inſpecta,
per illa verba, videlicet, in bonis Matelinæ, eius auiæ
maternæ, &c.*

## QVÆSTIO CCXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Literas Gubernatoris Delphinatus frangentes, qua pœna pu-
niantur.*

ALIQVIS fregit malitioſe literas patẽ-
tes à Domino Gubernatore Delphi. e-
manatas, & ſigillo Regiminis Delphi-
1 nalis ſigillatas. † Qualiter debeat puniri? videtur,
a quod pœna quingẽtorum aureorum. *a* le. ſi quis,
circa prin. ff. de iuriſd. om. iud. Et ſi dolo fecerit,
b pœna fal. *b* l. hodie in prin. ff. ad l. Cor. de falſis. &
ita notat. per Dy. Iſta quæſtio fuit dudum in facto
de Priore ſancti Donati: qui certas literas à Do-
mino Gubernatore emanatas fregit, in ſcamno
Magni Conſilij Grationop. 22. menſis Martij an-
no Domini, 1441. de qua fractione fuit contra
eum ſupplicatum in Curia Parlamenti. & recepit
informationes Io. Botuti Secretarius Delp. Sed
non fuit determinatũ: ſed qualiter puniatur fal-
ſificans literas Domini noſtri Delph. vel Domi-
ni Gubernatoris: vide, quæ dixi infra, q. 455. Et
qualiter puniatur acta falſificans: vide infra, 245.
De illo, qui remouet litteras iudiciales à manũ
ſeruientis: vide, quæ dixi infra, quæſtio. 579.

*a* ¶ Quingentorum aureorum. *Vel verius quin-
quaginta: vt inſtitu. de actio §. pænales. vel forte arbi-
traria, prout ibi ſentire videtur dom. Ioan. Fab. in glo.
erat enim. in ſi. d. Ang. tenet primum, vt ibi in glo. alb.*

*b* ¶ Et pœna falſi. *Et hoc verum, vbi aliquid mu-
tuauit, vel auxit, vel diminuit: ſecus ſi totũ amouiſſet:
vel deleuiſſet vt dicit d. Ioan. Fabr. in præalle. §. pœna
les in gloſ. vel poſitum ſuſtuliſſet.*



## QVAESTIO CCXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Domini Gubernatoris Delphin. à quo poſſit conſtitui.*

DOMINVS Delph, creauit Locumten. Do
mini Gubernatoris Delp. videlicet, Do-
minum de Targes in abſentia Domini
de Gaucourt tunc Gubernatoris. & ſimiliter re-
moto di. Dom. de Targes Nobilem Aymarum
de Claro Monte, & ipſo Do. Aymaro mortuo,
creauit Dominum Montis Aynardi: etiam de
tempore do. Lud. de Laual. Gubernatoris Delp.
1 † an tales locum tenentes habeant poteſtatem.
ac ſi forent à Domino Gubernatore conſtituti,
a & creati? dic quod ſic, *a* vt ponit Bart. in l. 1. §. hi.
ff. de le. 3. & ita vidi obſeruari temporibus d. Do.
de Targes: Nobilis Aymari de Claro Monte, & d.
Montis Aynardi. Similiter etiam vidi fieri hoc
anno currẽte Domini, 1459. quod præfatus Do.
Lud. de Laual. Gubernator Delphi. ſibi aſſiſten-
tibus ſpectabilibus viris, Dominis Parlamẽti de
dit, & conceſſit Iudicaturam Graynoſdani ad du
os annos. d. Ioan. Moteti legum Doc. & fecit Lo-
cumten. formatum do. Iudicis do. Franc. Chan-
terelli legum doctorem ad media vadia, & iura
dictæ Iudicaturæ: prout facere potuit, vt dicit
Bart. vbi ſupra, &c. De locumten. Iudicis, facit
mentionem Bald. in authen. ſed nouo iure. C. de
ſeruis fugitiuis.

*a* ¶ Dic quod ſic. *Iſtud probari videtur per arg. à ma-
ioritate rationis, quod in iure eſt validũ. l. 1. in pr. ibi,
multo magis. C. de rei vxo. act. ſi enim Dom. Delp. po-
teſt creare Gubernatorem, quod eſt maius, poteſt à for-
tiori creare Locumten. Gubernatoris, quod eſt minus:
id nimirum quod in maiori conceditur, licitum eſſe vi
detur in minori. c. per venerabilem. extra, qui filij ſint
legiti. tu tamen lector hic notabis, quod Locumtenens
factus à Principe habet idem Imperium, quod is, cuius
vicem gerit. Secus ſi ab eo delegatus fuerit, cuius Lo-
cum tenet. Nam Princeps poteſt committere merum
Imperium, prout vult. C. qui pro ſua iuriſdictio. l. 1. in
ſi. veruntamen vnus Locumtenens non poteſt facere
alium Locumtenentem. ita no. d. Bald. in l. ſi incertus.
§. à perfectus. ff. de leg 3.*

## QVAESTIO CCXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Incarceratus, etſi appellet nihilominus detinetur.*

1 SI quis incarceratur, & appellet, non debet de-
tineri, ſecundum dominum † Franc. de Zaba.
qui hoc ponit in cle. frequens. circa pr. in 6. q. de
exceſſibus Prælatorum. Sed contrarium videtur,
a quod imo debeat detineri, per l. eos. §. pen. *a* de
appell. & facit, quod not. Innoc. in c. vt fame. ex-
tra, de ſent. excom. Sicut dicitur de app. ab inter-
locutoria: iuxta determinationem c. non ſolum.
de appell. lib. 6. Ita tenet Bal. in l. 2. C. de Epiſ. aud.
Et hæc vltim. pars ſeruatur de ſtylo, & conſue-
tudine omnium Curiarum præſentis patriæ
Delph.

*a* ¶ § pen. *Voluit allega. § ſuper his in l. eſt. qui eſt ante-
pen. dicta l.*

## QVAESTIO CCXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Incarceratus iam poſt menſem an poſſit appellare.*

1 SED quid ſi quis ſteterit in carcere per †
menſem, qui nunc vult appellare, ab iſta
detentione, an poſſit? & videtur quod
non, quia appellauit infra decem dies à tempore
præcepti, facti de capiendo. Sed credo contrariũ,
ſicut à ſimili videmus, quod à tortura reiterata,
ſeu repetita ſemper appellatur: licet retro non
fuerit appellatum: ita & à detentione carcerum:
quia grauamen tunc infertur, vnde in ſucceſſiuo
grauamine non currit tempus appellandi. & hęc
eſt opin. Spec. in tit. de appell. §. non reſtat. verſ.
ſed quid dices ex hac detentione reali. ita etiam
tenet Bal. in l. ſi clericus. C. de Epiſc. aud. in quæ.
quæ incipit, ſecundo quæritur, &c. & ita vidi ob-
ſeruari.

## QVÆSTIO CCXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Appellans an debeat relaxari à carcere per Iudicem à quo.*
2 *Executio pœnæ corporalis per quem Iudicem fieri debeat.*

IVDEX cauſæ appellationis debet ſequi
ſtatuta primi Iudicis. ratio, quia loco e-
ius ſuccedit. l. pen. ff. iudi. ſolui. Et iſtud
1 induco † ad quæſtionem: ſi in cauſa criminali fer-
tur ſententia in Curia alicuius Bannereti, à qua
appelletur: quæ ſententia ſi per Iudicem appella-
tionum confirmetur, pœna venit applicãda bur-
ſæ fiſci Bannereti, cuius eſt Iudicem ſtatuere. &
iſtud vidi obſeruari in hac Curia Parlamenti. Itẽ
a executio *a* pœnæ corporalis fieri debet per † illũ
2 Iudicem Bãnereti à quo: quia lex ſuæ iuriſdictio-
nis hoc dicit, ex quo propterea ſequitur ꝙ talis
Iudex Bãnereti, pẽdente cauſa appellationis, de-
b bet eũ detinere *b* in ſuo carcere & iſtud etiã plu-
ries vidi obſeruari tã in hac Curia Parl. quã in cę-
teris Curiis inferiorib. præſentis patrię Delp. &c.
niſi Iudex cauſæ appellationis, ex cauſa ipsũ mo-
uente mandaret ſibi remitti per Iudicem à quo.

 a ¶ Item

a ¶ Item executio. *Hanc opinionem amplectitur Bal.
in l.ſi quis litigantium.C.de Epiſc.aud.in ver.3.no.cō-
trarium tenet d. Cyn. in l.eos. in prin.in verſ.3.quæri
tur.& Bar.ibi,in ver.quis mandabit.C.de app. Et idē
ibi tenet d.Bald.in 3.col.in ver.item quæritur. Sed hæc
opinio eſt intelligenda in cauſa ciuili, in cauſa vero cri-
minali procedit alia opinio.ita innuit d.Bal. in prin. l.
ſi quis litigantium.& iſtud inibi ſequitur d. Alexan.de
Imol.in apoſtilla ad d.Bald.in ver.criminali.& in fin.
aſſignant rationem.*

b ¶ Decernere. *Hoc tamen non ſeruatur Lug. vide-
mus enim,quod quando dom. Correarius cōdemnat a-
liquem criminoſum,ſi appellat ad Iudicem Reſſortorū,
remittitur criminoſus ad Curiam dicti Iudicis Reſſor-
torum:& deinde Pariſios ad Parlamētum,ſi habet vn-
de expenſas facere poſſit,*

## QVÆSTIO CCXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Brutum an propter delictum puniatur.*

SI animal brutum delinquat, ſicut quan-
doque faciunt porci,qui comedunt pue
1 ros,† an debeant mori? dic quod ſic.† ca-
ſus eſt.15.quæſt.1. c. ſi mulier. Et ſi homicidium
committant, debent per ſuum dominum tradi
iuſtitiæ vt moriantur.Exo.21.c.& ſecundū quod
alias delinquunt,quod debent puniri: vt ibidem
habetur,& in c.39.ibi,dentem pro dente. & alibi
dicitur Leuit.20.c. qui cum iumento coiuit ſeu
cohabitauit,morte moriatur, pecusque occida-
tur.& in c.21.dicitur:Iumentum ſi hominem in-
terfecerit,lapidibus occidatur, iſta non vidi pra-
cticari in hac patria Delph.Sed in patria Burgun.
dum ibam ad ciuitatem Cathalani in Campa-
nia,ad Regem,tunc ibi exiſtentem, vidi quēdam
porcum in furcis ſuſpenſum,qui dicebatur occi-
diſſe quendam puerum.

## QVÆSTIO CCXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Rex Franciæ an poſſit alienare de patrimonio ſui Regni,& ali-
enata reuocare ſine metu periurij.*
2 *Rex Franciæ an ſit ſubditus Imperatori.*
3 *Imperator an poſſit concedere aliquod priuilegium ante coro-
nationem.*

REx Frāciæ dominus noſter poſt corona-
1 tionem aliqua caſtra de Regno† & patri-
monio Regni alienauit, & iurauit nūquā
contrauenire, an poterit alienata reuocare ſine
metu periurij? dic ꝙ ſic, vt in c.intellecto.extra,
de iureiur.& facit quod ibi no.per Gofre.Sed an
ceſſante iuramento poſſet alienare caſtra, vel vil-
las,inuitis habitatoribus in eiſdem? credo quod
non,ſecundum Bald. qui hoc ponit in c.genera-
li.ſi de feudo defuncti controuerſia fuerit. & di-
ſputauit magis late in procemio feudorum, in
ver.ſed expedita diffinitione feudorum.hanc eā-
dem opinionem tenet Hoſt.in c. dilecti filij. ex-
tra,de maior.& obe.& ibi Innoc.Item etiam Bal.
in feudis in titu.an feudum amittatur, ſi vaſallus
non obtulit ſeruitium.in c.generali alienatione.
quia dominus,ſine voluntate vaſalli,non poteſt
ius ſuum in alium transferre.iuxta not. per Bald.
de proh.feud.alie.per Fede.in. §. præterea Duca-
tus.in fi.& Pet.Iac.in tit. de cauſa:ex quib.domi
ni.amit.debeat.proprie.in ver.Rex Franciæ.ideo
Conſtantinus Imperá.quando donauit Vrbem
beato Silueſtro Papæ, fecit cum conſenſu popu:
Roman.vt refert Bald.vbi ſupra, tamen gl.in d.
§.præterea Ducatus,dicit,quod verum eſt in mi-
nore, bene tamen ponit in maiore. & circa hoc
vide quæ dixi infra,quæſt.560. Sed iuxta præmiſ-
2 ſa,quæro† an Dominus noſter Rex Francorum
a ſit ſubditus imperatori. *a* videtur text. quod ſic,
in l.in nomine Domini.§. iubemus.ibi,vel Gal-
liæ,ſeu Francorum,&c.C.de offi.Præf.Prę.Afri.
pro quo l.final.ff. de cen.& C.de quadr.præſcr.l.
bene à Zenone.nam & omnes nationes ſub ipſo
ſunt.11.quæſt.1.c.ſi quis.ver. volumus. & quia o-
mne dicit,nihil excludit : vt iuribus vulgatis,ita
etiam tenet Bal.in feud.in tit.de proh.feud.alie.
per Lotharium.ſed quicquid ſit de iure, contra-
riū ſeruatur de conſuetudine, & audiui à Nobi-
li Gabriele de Bernicis, Domino de Targes,ꝙ
ipſe ſemel vidit regē Franciæ Carolū 7. & Impe-
ratorem ſimul incedentes, & tranſeuntes per v-
nam portam.Sed quod Imperator non pręcede-
bat Regem, ſed ſimul de latere tranſibant indif-
3 ferēter. † Sed an Imperator ante coronationem
poſſit concedere aliquod priuilegium? gl. quod
non,in d.l.bene à Zenone.in gl.fi.in fin.idem te-
net Spe.in tit.de reſcri.præſent.§.fin. item quod
obtentum,&c.

a ¶ An rex Francorum ſit ſubditus Imperatori.
*Vide ſupra,q.191.circa fi.in apoſtill.in ver. Clodoueus.
Et pro parte negatiua facit gl.in §.1.inſt.de patria pote
ſta.& expreſſe tenet do.Io. Fab. in rub.ſuper procemio
inſti.in ver.Franc.& do.In. in c.per venerabilem.ex-
tra,qui fi.ſint legit.in ſua gl.in ver.recognoſcat.ibi,nos
tra.Rex enim Francorū,qui Frācus eſt à iure Romano:
& dedignatur legibus ſubiici, non tamen dedignatur
ſacros Canones imitari.do.Bal.in 1.parte conſilij,quod
incipit,ego puto.in §.ſed vereor.ipſe autem portat coro
nam libertatis,& gloriæ.d.Bal.3.parte conſilio 418.§.
& ideo.quod cōſilium incipit,petita venia, flexiſq; ge-
nibus loquar. Merito igitur dicitur Rex Regū: vt per d.
Card.in clem.1.in princip.de immunita.Ecc.li.6.hinc
eſt,quod cōtra Regis Fran.decorem,id eſt,prima vexil-
la inuictiſſimi Regis Fran.nemo præſumat honorē, vt
formaliter inquit Bal.conſil.1.ego puto.in princi.*

## QVÆSTIO CCXL.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſum vtrum expiret lapſu triennij.diſting.*
2 *Appellatio an ſit deſerta poſt lapſum triennij.*





VTRVM expiret compromiſſum per la-
pſum triennij,& efficiatur deſertum? A-
zo,† quod ſi lis ſit conteſtata,expirat per
1 triennium,ſi vero non eſt conteſtata, durat vſq;
ad 30.annos. *a* l.properandum.in princip.C.de
a iudi.ibi,non vltra triennij metas poſt litis conte-
ſtationem,&c.ſic inducendo arbitrium ad inſtar
iudicij eſt redactum.l.1. ff. de arbitris. ſed iudiciū
ſit deſertum poſt litem conteſtatam,lapſu trien-
nij,per dict.l.properandum. ergo & ipſum arbi-
trium,& cum,lite non conteſtata,iudicium non
expiret per lapſum triennij,ſed duret 30. annis.l.
ſicut.C.de præſcript.30. vel 40. annorum. idem
& arbitrium.arg.d.l.1.ff.de arbi. Spec.dicit quod
vbi arbitrium factum eſt ſine præfinitione tem-
poris,quod efficitur deſertum per lapſum trien-
nij.alias non.l.1.& l.properandum.alle. & l.ſi v-
nus.§.multo.& l.litigato.1.reſponſo.ff. de arbit.
Ioan.de Oſ.dicit quod vbi pœna eſt appoſita,ex-
pirat per triennium : ſecus ſi ſit amicabilis com-
poſitor.l.non diſtinguemus.§.multo. ff. de arbi.
ita recitat Spec.in tit.de arbit.§.differt.verſicu.i-
tem.vt infra,quæſtio.triennium. Quid dicendū?
puto opinio. Azo. fore veriorem per iura allega-
ta. Ex quorum Docto. opinionibus, cum appa-
reat iudicium, & arbitrium parificari : & ita ſit,
quod de iure Canonico, iudicium non efficitur
deſertum,per lapſum triennij. vt in c. venerabi-
lis,extra,de iudic.quod etiam tenet glo.in l.pro-
perandum. in princip. allegata. pari ratione &
b multo fortiori nec arbitrium expirat, *b* per talis
tēporis lapſum, conſiderato maxime, quod hoc
expreſſe in iure cautum non reperitur, ſicut de
iudicio:vt l.properandum.
2 ¶ † Nunc inſurgit quæſtio talis:appellans, & ap-
pellatus faciunt compromiſſum ſine temporis
præfinitione: vtrum, per lapſum triennij, com-
promiſſum ſit deſertum : & per conſequens ap-
pellatio ipſa deſerta? & credo quod nō, per auth.
ſi tamen.de tempo. appel. imo requiritur quod
biennium ſit elapſum poſt,quam arbitrium fue-
rit deſertum,vt ibi in fine dicitur,niſi biennium,
&c. Et ita ſeruatur.

a ¶ 30.annos. *Hanc.opin. tenet domi. Bald. in l.ſed
& ſi compromiſſum.ff.de arbit.*

b ¶ Nec arbitrium expirat. *Iſtud poſſet procedere de
iure Cano.ſecus forte de iure Ciuili,cum inſtantia iudi-
cij pereat lapſu triennij,ſecundum Canones, aliter,vt
extra,de iu.c.penultimo.*

## QVÆSTIO CCXLI.

SVMMARIVM.

1 *Exhibita Iudici pro animi informatione, dicanturne de actis
cauſæ.*
2 *Exhibere,& producere,quid differant.*
3 *Acta cauſa,ſi petatur authorum inſtrumentum, an debeat con
cedi.*

1 AN aliqua exhibita† coram Iudice per par-
tem ad ipſius Iudicis animi informatio-
nem, ſint & dici poſſint acta, & de actis
a cauſæ? credo quod non, *a* quia ad aliquorum iu-
ſtificationem non cenſentur producta : ſed extra
formam iudicij,pro animi informatione exhibi-
ta,quod probat verbum exhibere,in l.2.ff.ad ex-
hib.vt in l.1.& l.non ignorabit.C.eo.tit.Ideo nō
poſſunt dici acta,neque de actis ipſius proceſſus.
c.quoniam contra falſam.extra de probat. & l.a-
2 cta.ff.de re iudic. Et† in hoc differt verbum exhi-
bere, à verbo producere, quod adaptatur ad ea,
quæ iudicialiter fiunt.vt in d.c. quoniam contra
falſam.& l.produ.ff.de teſtibus.Et ita de ſtylo et-
iam ſeruat hæc Curia Parlamenti, nec talia dicū-
tur de actis cauſæ,niſi in cauſa iudicialiter produ-
3 cantur. ¶† Sed quid de actis,ſi de parte actorum
petatur inſtrumentum,an debeant concedi? dic
quod ſic.vt l.emancipationi.C.de inſtrumen. &
l.geſta.de re iu. Sed hæc Curia Parlamenti hoc
non permittit de conſuetudine, in ipſa Curia
diutius obſeruata,quæ conſuetudo Iudicij eſt ob-
ſeruanda.l.fin. in prin. C. de priuilegio ſcholar.
&c.dixi in quæſt.616.infra.

a ¶ Quod non. *Vide Bart.in l.1.in 1. oppoſi.ff.de offi-
cio Procurat.Cæſa.& bene dicit author,quod non.nam
acta ſunt ſcripturæ quæ fiunt in iudicio.ff.de re iudic.l.
acta.& l.actorum.C.de re iud.l.geſta. Sed ea, quæ pro
animi Iudicantis exhibentur informatione,non quidē
fiunt in iudicio:ſed ſeorſum & ad partem ergo,&c.ve-
runtamen quod inter acta iudicialia debeant diſputa-
tiones & allegationes contineri,& inſeri:dicit Spec.in
tit.de diſput.& alleg.in §.porro.in ver.& no.quod in-
tra acta.ſed hoc non obſeruatur ſecundum Io. And. vt
dicit in addi.ad Spe.vbi ſupra,in ver.Ioan. de Deo.Et
ad præmiſſa facit,quod notabiliter dicit dom. Inno in
c.per tuas.in glo.ſua in verſic.capitulis interrogationē
autem.extra,de teſta.*

## QVAESTIO CCXLII.

SVMMARIVM.

1 *Exhibitorum Iudici pro animi ſui informationē,an copia con-
cedi debeat aduerſario.*
2 *Productio inſtrumenti non intelligibilis, à parte facta, an va-
leat.*

1 SED an de talibus exhibitis Iudici pro† a-
nimi ſui informatione, debeat concedi
copia aduerſario? ex dictis ſupra, in præce-
a denti quæſtione,apparet quod non. *a* quia poſt-
quam non fuerunt iudicialiter producta, copia
nulli eſt concedenda.l.1.§.edenda.in fin. ff. de e-
den.à contrario ſenſu.& hoc ibi etiam ſentire vi
detur Bart.in ſuo ſummario bene ponderato, &
ita etiam ſeruat ſtylus dictæ Curiæ Parlamenti,
prout vidi obſeruari 30. annis, proxime lapſis.
2 ¶ † Iuxta præmiſſa quæro,aliquis producit in cau
ſa aliquod inſtrumentum, vel aliud, quod non

b eſt intelligibile, b vel per quod pars non poteſt inſtrui, an valeat talis productio? dic quod non: ſed talia habẽtur pro non productis: vt in c. cum in multis de reſcrip. lib. 6. ita no. Zabarel. in cle. 2. vt lit. pend. nihil inno. &c.

a ¶ Apparet quod non. *Poteſt tamen ſi velit: quoniam imo debet copiam concedere: quia in his, quæ ſunt iuris ſpectat ad officium Iudicis ſupplere, quod à partibus vel Aduocato eſt omiſſum, vel minus. d. l. 1. C. vt quæ deſunt aduo par. ſecundum Spec. in tit. de diſp. & alle. in §. fi. ver. ſed nunquid Iudex.*

b ¶ Intelligibile. *Vide quæ not. in c. inter dilectos. extra, de fide inſtru.*

## QVAESTIO CCXLIII.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum producens in actis cauſæ & poſtmodum dicens ſe nolle eo vti, an poſſit ad ipſius exhibitionem cogi.*

ALIQVIS exhibet & producit in actis cauſæ aliquod inſtrumentum, & expoſt retinet, & dicit ſe nolle vti eodẽ: † vtrũ
1 cogi poſſit ad ipſius exhibitionẽ, & maxime pro copia aduerſario concedenda? videretur quod non per l. 1. §. edenda. in fi. ff. de eden. & ita ibi tenet Azo, a qui fuit tuba veritatis, vt in gl. poſita ſuper verbo, vſuras: ſed contrarium ſeruatur in omnibus Curiis præſentis patriæ de ſtylo, ſi is, contra quem fuit productum, hoc petat, &c.

a ¶ Tenet Azo. *Bald. tamen ibi poſt ſummarium dicit, quod ſecundum veritatem illius text. omnia ſunt edenda, id eſt, fienda copia parti eorũ, quæ producuntur: & ſic concordaret cum conſuetudine Curiarum Delph. de ſubſti. in fin. huius quæſtionis. Vide quod pro hoc dicit Bald. in l. 2. §. ſi plura, in verſic. ex hoc ſequitur. ff. quemadm. teſta. ape.*

## QVÆSTIO CCXLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenti perditio an iuramento probetur, vbi alia probatio deeſt, vide & num. 2.*
3 *Inſtrumenta de nouo reperta, an probentur iuramento.*

QVISPIAM in cauſa ſua produxit iudicialiter verbo, quoddam inſtrumentum: poſtea dum pars petit, quod tale inſtrumentum† realiter tradat, dicit talis producens,
1 id à caſu perdidiſſe, & hoc vult iurare, an debeat credi ſuo iuramento? & credo quod ſic, ſecundum Spe. in tit. de inſt. edi. in §. poſtquam. ver. illud quoque notandum: quia tale iuramentum eſt circa hoc probatio ſufficiens. l. fi. §. ſin autem dicat non eſſe ſibi poſſibile, &c. ff. de fid. inſt. &c. ſignificaſti. lo. 1. iuncta gloſſ. poſita ſuper verbo, ſi ita, extra, de hom. Et pro hoc bene facit, quod tenet Barth. in l. ſi quis vel pecunias. C. depoſiti.
2 † vbi dicit, quod proteſtatio probatur iuramento: licet Bald. ibi dicat contrarium: maxime ſi talis ſit bonæ famæ, qui petit iuramentum deferre. l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re mi. & facit c. nulli. in fin. de elec. lib. 6. & ita vidi ſeruari in hac Curia Parlamenti. Sed quid de impedimentis, an probentur iuramento? vide quæ dixi ſupra
3 quæſt. 205. † Sed an iuramento probentur inſtrumenta fuiſſe de nouo reperta? Bart. quod ſic. in l. admonendi. ff. de iureiur. & ibi tenet Bartho. expreſſe, quod inſtrumenta de nouo reperta, poſt concluſionem in cauſa, ſunt per iudicem recipienda, & de hoc dixi ſupra, quæſt. 201.

## QVÆSTIO CCXLV.

SVMMARIVM.

1 *Occultans inſtrumentum alias à ſe productum, qua pœna puniatur.*
2 *Falſificans acta cauſæ, qualiter puniatur.*

SI aliquis aliquam partem actorum, alicuius cauſæ per eum productorum, no-
1 lit exhibere, † licet eam occultet, qualiter debeat puniri? dicendum eſt, ſibi certum terminum debere per iudicem præfigi, in quo exhibeat: alias pronunciari, eiſdem de cætero nullam
a fide fore adhibendam. ita dicit Innoc. a in cap. perpetuis. extra, de fide inſtrum. & clarius Bart.
b b in l. 1. §. edenda. ff. de eden. vel poteſt priuari ipſorum commodo: iuxta l. penulti. C. de leg. qui hoc ſatis probat, & iſta ſeruat ſtylus dictæ Curiæ Parlamenti Delph. prout vidi tam de tempore, quo ibi practicabam, quam poſtquam fui Conſi-
2 liarius in dicta Curia. Qualiter† autẽ debeat puniri falſificans acta: vide Bart. in l. 1. ff. de his, quæ in teſta. delen. & in l. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fiſci. & allegat. text. in c. cum olim magiſter. extra de officio Delegati.

a ¶ Dicit Innocen. *In gloſ. ſua. in verſicu. communi. vbi ponit remedia concernentia Iudicem aduerſus nõ producentem.*

b ¶ Et clarius Bart. *In verſic. pro declaranda. vbi tradit remedia competentia parti, contra nõ producentẽ. Et adde dom. Cyn. ibi in verſic. vlterius oppo. & dom. Alexan. de Imol. in verſic. in gloſ. 1.*

## QVÆSTIO CCXLVI.

SVMMARIVM.

1 *Iudex quando ad ſequeſtrationem alicuius rei, vel iuris, vel ad appoſitionem manus Curiæ, procedere poſſit. vide per diſcurſum num. 2. 3. 4. & 5.*
6 *Sequeſtratio neceſſaria, facta ad mandatum Iudicis, priuet ne quem ſua poſſeſſione.*

IVDEX



IVDEX non debet, ad ſequeſtrationem alicuius rei, vel iuris, vel ad appoſitionẽ
1 manus† Curiæ procedere, niſi quatuor
2 concurrentib. † Primo ꝙ ſibi ſaltẽ ſummarie conſtet de iure creditoris, vel alterius, qui ſequeſtrũ apponi petit, vel quod in prõptu de iure ſuo ſibi fidem faciat. l. cum propones. C. de bo. auth. Iudi. poſ. & in l. ſi is, à quo, circa pr. ff. vt in poſſ. leg.
3 † Secũdo, quod vocetur debitor, vel alius, in cuius præiudiciũ ſequeſtrũ apponi requiritur: quia poſtquã de eius præiudicio agitur, ipſe debet vocari. l. is, cui. ff. de ſerui. & l. fin. C. ſi propter publ. penſita. vendi. fuerit celebra. iuncta l. fin. C. ſi per
4 vim, vel alio modo. † Tertio quod is, qui ſequeſtrum petit opponi, hoc faciat ad ſui iuris, vel debiti conſeruationem, & non cauſa calumniæ, vel æmulationis, & hoc iurare debet, quod iuramentum ſibi debet à Iudice ante omnia deferri. l. de pupillo. §. qui opus. & §. ſeq. ff de ope. nou. nunc. facit bene l. qui bona. §. pe. & §. fin. ff. de dam. infec. Quarto† requiritur, quod ex perſona debito-
5 ris, vel alterius, contra quem ſequeſtrum fieri requiritur, immineat, vel appareat ſuſpicio: de qua in l. Imperatores. §. fi. ff. de appell. & in l. ſi cũ dotem. §. ſin autem. ff. ſol. mat. & in l. ſenatuſconſ. ff. de offi. Præſi. & no. gl. in l. 1. C. de prohi. ſequeſtra. pec. & in c. dilectus. extra eod. ti. in antiquis. Quibus ceſſantibus non debet procedi ad ſequeſtrum. Vbi autẽ de via facti dubitaretur, propter partium potentiam poſſet etiam procedi ad ſequeſtrum: iuxta l. æquiſſimum. ff. de vſufruct. & ita etiam in iudiciis obſeruatur, & vidi obſeruari de anno Domini, 1459. de mẽſe Maij. dum eram in ciuitate Viennæ: pro teſtibus examinandis ſuper pedagio Capituli Eccleſiæ Vien. ꝙ pedagium tunc reduxi ad manus Delph. & deputaui tertiũ, quid id exigeret ſub manu Delph. quia videbam quod ciues Vienn. inſurgebant via facti contra Do. dicti Capituli. Et notãdum eſt etiã circa hæc ꝙ tales ſequeſtrationes de iure, proprie appellantur banna. vt in d. l. ſi cum dotem. & §. ſin autem.
6 & in iurib. prælle. † Sed vtrum ſequeſtratio neceſſaria, quæ fit ad mandatum Iudicis, priuet quẽ ſua poſſeſſione: vide Iaco. de Butr. & Bar. in l. 1. C. de prohi. ſequeſt. pecu. & eundem Bart. ff. de ac-
a quir. poſſ. l. intereſſe. qui tenet quod non. a Et in quibus ſit permiſſa ſequeſtratio, vide gl. & Doct. vbi ſupra. Et vtrum ſequeſtrum mediãte cautio-
b ne debeat tolli, b vide ibi ſupra, & Bart. in l. mulier. ff de leg. commiſ. qui dicit quod ſic. De Seyſinis tetigi ſupra, q. 210. & vide Ioan. Ferr. in tit. forma ſequeſt. & in ſingu. meis. Et conſil. 123.

a ¶ Tenet quod non. *Idem tenet ipſe dom. Bart. in l. licet deponere. ff. depo. adde glo. 1. & verſic. Eccleſiæ. in c. examinata. extra, de iudi.*

b ¶ Mediãte cautione debeat tolli. *Dic ꝙ ſequeſtrũ ceſſat, & tollitur præſtita ſufficienti cautione. do. Bal. in l. 1. ver. 2. not. C. de ord. cog. & do. Pan. in c. 2. in 4. col. ver. ſed nunc quæro. de ſequeſtra. poſſ. & fruct. & ibi ego dico, ponitur limitatio per eundem dom. Panormit.*

## QVAESTIO CCXLVII.

SVMMARIVM.

1 *Papa moriente an expiret poteſtas data Conſeruatoribus.*
2 *Conſeruator quis dicatur. Et ad quid conſtituatur.*

1 AN Papa moriente, † expiret poteſtas Cõſeruatorib. data? dic quod ſic, quo ad negotia nondum cœpta. caſus eſt in c. hac
a conſtitutione. a de offi. Dele. lib. 6. officium autem, &c. & plene per Ioan. Fab. inſt. manda. in §. item ſi adhuc. & vide in 151. conſil. meorum, & iſtorum Conſeruatorum officium conſiſtit quaſi in mero Imperio. vt dicit Inno. b in c. ſtatuimus. extra de offic. Dele. Sed an officialis poſſit eſſe Conſeruator? videtur quod non, per ea, quæ habentur in d. c. hac conſtitutione. Sed cõtrarium videtur per ea, quæ habentur in cle. 2. de reſcrip.
2 & ita ſeruat conſuetudo. † Sed quis dicatur Conſeruator: & ad quid conſtituatur Conſeruator: & quam poteſtatem habeat: & an ipſi habeãt Iuriſdictionem: vide c. 1. extra, de offi. Delega. & Ho-
c ſti. c in c. ſtatutum. eod. tit. & quod poſuit in litera ſua, in fin. tit. de offic. Delega. in antiquis. Si alicui concedatur Priuilegium vel Francheſia, an debeat ſibi dari Conſeruator? vide in l. præcipit. C. de Canon. largi. titu. lib. 10. & vide, quæ circa tales Conſeruatores dixi ſupra, quæſt. 18.

a ¶ Hac conſtitutione. *Et adde ibidem domi Pet. de Anchar. in nono notabili.*

b ¶ Vt dicit Innoc. *In 2. col. in glo. ſua. in verſic. alij tamen dicunt.*

c ¶ Et Hoſti. *Adde dom. Innoc. vbi ſupra, in prin. ſtatuimus. & Spe. in tit. de Iudi. Deleg. in §. excipi poteſt. in verſic. ſed nunquid Conſeruator. & ibi dom. Bal. & Ioan. Andre. in additio. eiuſdem.*

## QVAESTIO CCXLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Mulier quomodo cauere debet pro doario, ſibi facto à viro.*

TESTATOR quidam reliquit vxori ſuæ
1 † quædam ſua bona ad eius vitam duntaxat pro doario ſuo, vel ſimpliciter: vtrum talis mulier teneatur cauere de vtendo, fruendo re ſibi legata, arbitrio boni viri, videlicet, quod nullam læſionem ex vſu afferat proprieta-
a ti? Credo quod ſic, a per l. vſufru. C. de vſufruct. Cauereque etiam tenetur ſe facturam in talibus rebus, ſeu bonis, quæ faceret in re ſua: vt in l. 1. §. cauere. ff. vſufruct. quemadm. caueat. nec non etiam de reſtituendo res ipſas hæredi teſtatoris, poſt tempus in legato comprehenſum: vt l. illud. & ibi caſus notabilis. C. de lega. ſic eam inducendo. Nam vbi res aliquæ legantur ad tempus: vt pote ad 20. annos: vel quãdiu vixerit legatarius,

tarius conſtat legatum eſſe validum. & ſequitur,
quod impleto tempore legati, vt quia legatarius
moritur, res ipſæ legatæ reuertuntur ad hæredes
teſtatoris.l.quoties.C.de do.quæ ſub mo.l.fi. §.
ſin autem.ſub conditione.C.com.de le. l. ſeruo
legato.§.ſi ſeruum.& ibi etiam per Bar.ff.de leg.
1.Et ideo pro indemnitate hæredum,ipſe legata-
rius tenetur cautionẽ præſtare: vt adueniente tẽ-
pore,in legato appoſito,res legatæ, non factæ de
teriores culpa ſua,reſtituãtur hæredib.: vt ibi di-
cit text.Ex quo propterea apparet dictam vxorẽ,
cui factum eſt legatum ad tẽpus, quamuis incer-
tum,vt quia quandiu vixerit.l.ſi cũ hæres.ff.quã-
do dies leg.ced.& l.poſt mortem. C. de fideico.
teneri cautionem prædictam præſtare, & ita vidi
obſeruari. ¶ Et not.circa hanc materiam, ꝙ nos
b habemus dotem, *b* donationẽ propter nuptias,
c *c* id eſt dotalitium, *d* donationem ſimplicem,
d doarium, & bona paraphernalia. *e* De dotalitio
e & quid ſignificet: item de doario, & quid ſignifi-
cet, vide in c.plerunque.extra,de dona. inter vir.
& vxor.per gloſ.& in c.nuper.extra,eo.per Ioan.
And.& Goſti.de aliis vero dic, vt in l.fi. C. de do.
ante nup.& in l.fi.C.de pact.conuentis,&c.

*a* ¶ Quod ſic. *Quinetiam huiuſmodi cautionem non poteſt teſtator remittere.dom.Bald.in authen.cui quid relictum in verſi.not.quod teſtator.C. de indi. vidui. toll.l 1.& do.Bar.& Bal.C.de vſufructu.& per Doct. in l.nemo poteſt.ff.de lega.*

*b* ¶ Habemus dotem. *Quid ſi dos.dom.Bart.in rub. ff.ſolu.matr.& quod dicitur ius vniuerſale,ibidem traditur per eundem Bart.& Doct.*

*c* ¶ Donationẽ propter nuptias. *Eſt enim donatio propter nuptias,id quidem.quod ſponſus ſponſæ donat. quando ab eo dotem recipit.c.nuper,extra, de donatio. inter virum & vxorem.& ibi domi.Goffre.in ſum.& per dom.Azo.in ſumma.1.de donatio.ante nuptias.*

*d* ¶ Dotalitium,id eſt,donatio propter nuptias. *Cap.plerunque.titul.præalleg.in gl.verſi. dotalitium. & in ca.ex parte.extra,de foro compet.in gl.ſuper ver. dotalitij. vbi autem ſponſus aliam donationem facit ſponſæ.vocatur ſponſalitia largitas: vt per Goſ.in ti.iã dicto,de dona.inter vir.& vxor.in §.Eſt autem ſciendum,quod quæſtio iuxta inſtrumentum concipitur.vide Spe.eo.tit.in verſicu.in ſponſalitia autem largitate.*

*e* ¶ Et bona paraphernalia. *Dicũtur bona paraphernalia,quæ vxor habet extra dotem: quorũ adminiſtratio ſit data viro expreſſe, vel tacite per conſignationẽ inſtrumentorum.do.Bar.in l.maritus. in prima oppoſi.C.de Procurat.& do.Bal.in l.fi.iuncta glo.in ver.vſuras.C.de pactis conuentis.& require.ff.de iure dotiũ. l.ſi ego.§.dotis.& l.ſuper dote.& l.hac lege.C.de pactis conuentis.& nota eodem tit.in gloſ.rubrica. & in authent.de exhibendis reis.§.fin.*

## QVÆSTIO CCXLIX.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de donario facta mulieri à viro an debeat præſtari cum fideiuſſoribus.*

QVAE cautio, de qua ſupra in præcedenti
1 quæſtione † fit mentio,debet præſtari? dic
a quod cum fideiuſſoribus: *a* quia verbum
cautio à lege prolatum, intelligitur cum fideiuſ-
ſoribus, ſecundum Pet.Iac.& Cy.& eſt text. in l.
ſi creditores.ff.de priui.credit.& l. vniuer. C. de
preci.Impera.offer. alias eſſet fruſtratorium re-
medium illius legis, ſi de nuda cautione intellige
retur: cum ſolum haberet obligatum, quem per
prius habebat: vt ibi nota.per Barth.& Docto.li-
cet gloſ.aliter dicat in l.ſancimus. C.de verb. ſi-
gnific.& male idem in l.omnibus.C.de iud.& in
l.dedi.in princip.ff.de condi. ob cauſam. & quæ
ſit ratio.vide ibidem per eos.Hoc idem probatur
in l. Archimedoram.C. vt in poſſeſſ.leg.conſide
rato iure de toto,quo ad totum: idem iuris eſt de
parte,quo ad partem.l.quæ de tota. ff.de rei ven-
dicat.idem probatur in l.iubemus.§.1.C.ad Tre-
bell.nam cum ibi ſit ſpeciale, in contrarium eſt
ius commune.idem in l.hac edictali.§.is illud.C.
de ſecun.nu.Præterea l.in omnibus. de iud.& l.
ſi fideiuſſor.§.fin.ff.qui ſat.cog. dicunt,quod cau
ſa cognita Iudex cautionem præſtare faciet. Sed
quæ erit cauſa? hoc colligi poteſt, ſi in manu for-
ti vel aduerſarij res poneretur, vel ex aliis cauſis
tactis in d.§.fin.& authen.matri.& auiæ. C.quã-
do mulier tutelæ offi.fun.põt.vel in materia. l.1,
C.vbi pup.edu.debeat. Et iſta vidi determinari,
&c.

*a* ¶ Fideiuſſoribus. *Et quod huiuſmodi cautio debeat præſtari cum fideiuſſorib. aperte videtur velle do.Bal. C.de vſufru.l.1.in verſicul.vlti.nota. Et in verſicul. iuxta hoc.*

## QVÆSTIO CCL.

SVMMARIVM.

1 *Cautio iuratoria an ſufficiat,ſi non poſſit idonea præſtari,*

1 SED ſi non † poteſt idoneam cautionem
præſtare, an ſufficiat iuratoria cautio?
gloſ.dicit quod non,in l. vſufruct.C.de
vſufruct.Petr.& Cyn. ibidem tenent contra gl.
Guliel.de Cun. dicit; quod illo caſu committi
debet alicui bono viro,qui de commoditate fru
ctuum ſibi reſpondeat. l. poſtquam. §. Impera-
tor.ff.vt in poſſ.lega. vel fideicommi. cuius opi-
nionem ibi ſequitur Barthol.ſi perſona ſit ſuſpe-
cta,alias ſi non ſuſpecta,ipſe ſequitur opinionem
Petr.& Cyn.in dubio, & propter inconuenien-
tia, quæ poſſent ſequi: ſed ſi res aduerſario tra-
deretur,vel ad manus inimici trãsferretur.& ita
ſecundum opinionem Gulielm. de Cuneo vidi
determinari,vel poſſet dari alia prouiſio, iuxta
declarationem,poſitam in l.hac edictali.in §.his
illud.verſic.certe.C.de ſecund.nupt. Et de hac
materia an ſufficiat iuratoria cautio? tetigi,ſupra
quæſt.189.





## QVÆSTIO CCLI.

SVMMARIVM.

1 *Verba,quod hæres meus portet nomen,& arma mea, an importent conditionem.*

TESTATOR præcepit & ordinauit,quod
Titius cognomen, & arma eiuſdem te-
ſtatoris habeat,& recipiat, & ſit hæres e-
1 ius.† hæc verba an importent conditionem, vel
modum? Et breuiter, credo quod conditio-
nem,& de hoc videtur caſus,in l.mulier.§.ſi quis
hæreditarium ſeruum. ff. de condi. inſtitu. vbi
hæc verba: iubeo quod manumittas ſeruum, &
ſis hæres,important conditionem,& ſequitur ef
fectus, quod Titius conditionem adimplere de-
bet ante, quam hæres eſſe poſſit: ſicut dicitur in
materia conditionis.Et ita practicaui,dum in of-
ficio Aduocationis exiſterem in cauſa do. Berta.
& Pet.de Theyſio fratrum,contra dominũ Cha-
lanconis, vbi agebatur de hæreditate dom. Ioan.
Leuzonis militis, qui inſtituit dictos de They-
ſio,& ordinauit,quod ipſi portarent eius cogno-
men,& arma,prout & fecerunt,& ex poſt nuncu-
pati fuerunt Leuzonius,alias de Theyſio: & vidi
expoſt in Curia Parlamenti ita determinari.

## QVÆSTIO CCLII.

SVMMARIVM.

1 *Salarium operarijs quomodo ſoluendum ſit, in multiplici ſalariorum differentia.*

PROMISI dare operarijs meis, euntib.
ad vineas meas, quantum dabunt alijs
ciues Grationop. foſſatis, vel putatis vi-
neis meis, reperitur,quod aliqui ciues dederunt
vnum groſſum,alij ſex liardos: & aliqui vnũ groſ-
ſum cũ dimidio. inſurgit quæſtio, ſecundũ quo-
1 rum ſalarium debeã meis operarijs ſoluere.† iſta
quæſtio eſt ſingulis annis in hac ciuitate Gratio.
Et dicendum videtur, quod ſecundum ſalarium
a illorum,qui groſſum dederunt,& ita minus, *a* vt
b in l.qui concubinam.§.cum ita. *b* lo 1.ff. de leg. 3.
cum ſuis concor.ibi alleg.& ita determinat Dyn.
ibidem.& ita iudicaui de anno Dom. 1431. tem-
pore,quo eram Iudex Curiæ communis d. ciui.
Gration.cum de facto occurriſſet.

*a* ¶ Etiam minus. *Adde quæ leguntur & no. in reg.in obſcuris.lib.5.& ibi per dom.Ioan. And.in Mercuria.*

*b* ¶ §.cum ita. *Iſte §.optime eſt alleg. ab authore noſtro pro hac q.& vide eum,quia eſt valde elegans.*

## QVÆSTIO CCLIII.

SVMMARIVM.

1 *Arreſtatus de non recedendo, datis ad hoc fideiuſſoribus,& iuratus quoq., an cenſeatur carceratus?*

2 *In vinculis qui dicantur?*

1 SI quis dederit fideiuſſores de tenendo †
arreſtum,vel de non recedendo ab arre-
ſto,& iurauit nõ recedere, an cenſeatur
carceratus, & in vinculis detentus? credo quod
ſic.Et pro hoc videtur tex.no.in l.in eadem. §. in
vinculis.iuncta gl.fi.& l.nec non.ff.ex quib. cau.
2 maio.† In vinculis aũt etiã eos accipimus qui ita
obligati ſunt, vt ſine dedecore in publico appare
re non poſſunt: licet detur facultas abeundi; vt
vel quia iurauerint,vel ſub fideiuſſore ſunt,& ſu-
per hoc vide quæ ſcrip.in notabi.meis.in §.ſecũ-
do,quis dedit fideiuſſ. Et facit bene quod ponit
Innoc.in c.nuper.in prima glo.extra, de ſentent.
excommun.& hæc ſunt ſingularia, & attendẽda:
quia ex hoc apparet quod contractus, factus per
a tale arreſtum, non ſubſiſtit viribus. *a* Et ideo an-
no 1459.& die 3. menſis Nouemb. Curia Parla-
menti reuocauit quandam compoſitionem, fa-
ctã per Caſtellum Briſſiaci, cum quodam homi-
ne de Roybone, licet ille homo dictam compo-
ſitionem poſtea ratificauerit extra carceres: ipſo
tamen adhuc exiſtente in arreſto. De cõpoſitio-
nibus,quæ fieri prohibẽtur.vide infra,quæſt.326.
Sed quid ſi qs per vim extorqueat obligationẽ?
dic quod committit vim publicam.tex.eſt in l.4.
in prin.ff.de ad le.Iul.de vi publ. De cõpoſitione
facta cum Preiſonerio,vide ſupra,quæſt.113.

*a* ¶ Non ſubſiſtit viribus. *Hoc intellige verum, quãdo contractus eſt cum ipſo incarcerante, ſeu eius participe,& limita iſtud procedere,quando iniuſte,ſeu indebite incarceratur.do.Bart. l.qui in carcerem. ff. quod met.cau.& dom.Bal.in rub.de reſcin.vend.in verſi.itẽ requiritur quod ille. Iſtud tamen in omni caſu fallit, quando contractus tendit in vtilitatem incarcerati, ſecundum dom.Bald.vbi ſupra.*

## QVÆSTIO CCLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta in vno iudicio inter certas perſonas, an præiudicet in alio?*

1 CONFESSIO † per aliquem facta in vno
iudicio inter certas perſonas, ſibi præiu-
dicat in alio iudicio inter alias perſonas,
a *a* per c.per inquiſitionẽ.extra de elect.& ibi text.
Hoc idem ibidem tenent Innoc.& Ioan.And.idẽ
Spec.in tit.de confeſ.in §. nunc videndum. circa
princ. Nec obſtat c.inter dilectos.verſi. nec atte-
ſtationes,&c.extra,de fide inſtr.& l.is, apud quã.
C.de edend.& l. 1. C. res inter alios acta. quia lo-
quuntur in actis habitis reſpectu probationum,
factarum per teſtes, vel inſtrumenta: & non per
confeſſionem.& vidi in Curia Parlamenti deter-
minari.Et eſt ratio diuerſitatis: quia multa poſ-
ſunt opponi contra teſtes, vel inſtrumenta; ſed

non ſic in confeſſione. Nimis enim eſſe indignũ iudicamus, vt quod quiſq; voce dilucide proteſtatus eſt, id in eundem caſum infirmare. l. generaliter. C. de non nume. pec. & in c. per tuas. extra, de prob. Teſtes tamẽ recepti inter certas perſonas, faciunt præſumptionem contra alias. l. admonendi. & l. ſi quis libertatem. & ibi Bart. ff. de iureiuran. Sed an acta in vno iudicio fidem faciãt in alio? vide quæ dixi ſupra, queſt. 136. De materia confeſſionum tetigi ſupra, quæſt. 176.

a ¶ Alias perſonas. *Confeſſio non præiudicat, niſi quo ad interrogantem non autem quo ad alias perſonas, nõ interrogantes. vt de hoc eſt tex. not. ff. de interro. actio. & not. dom. Bal. Abbas Sicu. in c. quamuis. de re iud. Io. And. in addit. Spec. de confeſſ. §. nunc dicendũ. in ver. quid ſi confiteatur. ad fin. Imo. in cap. qualiter & quando. lo 2. de accu.*

## QVÆSTIO CCLV.

SVMMARIVM.

1 *Citari perſonaliter à Delegato, vel ab Ordinario quando quis poſſit.*

2 *Citatio qualiter fieri debeat.*

1 QVis non poteſt citari perſonaliter à † a Delegato: nec ab Ordinario: niſi caſib. deſcriptis, in c. 1. de iudi. lib. 6. niſi citaretur coram Papa, Imperatore, aut alio Principe: vt ibidem no. quod facit ad quæſ. ſæpe occurrentem de his, qui citantur coram Domino Gubernatore Delph. Locum tenente Domini noſtri Delph. perſonaliter vltra caſus ibidem deſcriptos, an fieri poſſit. circa hoc aduerte: quia de ſtylo Curiarum poteſt pars citari perſonaliter, quãdocunq; videtur Iudici expediens. † De materia
2 citationis, ſi debeat fieri in perſonam citandi, vel
b quomodo, & qualiter & quando, vide plene b per Bar. in l. dies. §. Prætor. ff. de dam. infec. An ſufficiat citare Procuratorem in principio cauſæ, vide Bart. in l. eum, qui. C. de Procurat. & in l. meminerint. C. vnde vi. & glo. in c. cauſam, quæ. extra, de dolo. & tetigi infra, quæſt. 445. in fin. Vtrũ ſufficiat citatio ad domum? vide Bart. in d. l. dies. & in l. 1. in prin. ff. de lib. agn. De materia citationis, ſcripſi in nota. meis. in §. citatio incongrua. cum ſex §§. ſequenti. & 121. Conſ. meorum.

a ¶ Perſonaliter. *Ex cauſa tamen poteſt, quæ in citatione tunc debet exprimi. l. ſi. C. de Proc. Alias non arctaretur citatus ad perſonaliter comparendũ, ſecundũ do. Pe. de Anch. in c. 1. hic allegato. in 1. notabili.*

b ¶ Vide plene. *Tu vide omnino do. Inno. in c. ſi aduerſarius. in gloſſ. ſua. in verſi. publice. extra, de eo, qui mit. in poſſ.*

## QVÆSTIO CCLVI.

SVMMARIVM.

1 *Mulier prægnans citata, an teneatur in iudicio cõparere. Et quod ſit non comparentis periculum.*

2 *Mulier pro debito ciuili non debet incarcerari.*

a MVLIER a aliqua prægnans ſeu grauida
1 † citatur perſonaliter comparitura corã Iudice, ſi ipſa non comparear: vtrum pœna contra eã debeat declarari? Dic quod nõ: quia
b comparere non tenetur, ſiue ipſa ſit prægnans b à viro ſuo, ſiue ab alio. le. non exigimus. §. ſi vero propter. ff. ſi quis cautio. ita etiã ibidem tenent Guli. de Cun. & Bart. Et ita vidi obſeruari in hac
2 Curia Parlam. Ad idem mulier † etiam pro debito ciuili, non debet incarcerari, ne circa caſtitatẽ iniurietur: vt in authen. ſed nouo iure. C. de cuſto. reo. Etiamſi non habeat bona, in quibus fieri poſſit executio contra eam. Et fuit declaratum die 7. menſis Feb. 1460. in manibus Io. Botuti, in cauſa Catharinæ de Maſo ex vna parte, & Io. fratris de Scalis, ex altera. & hoc fuit tunc limitatũ in muliere honeſta, per l. 1. C. de off. diuer. iud. ſecus in meretricibus: nam vilitas vitæ earum non meruit laqueis legum innodari. l. quæ adulteriũ. C. de adulte.

a ¶ Mulier. *Verecundiæ ſexus muliebris parcitur. C. de iur. prop. cal. l. 2. §. ſui autem.*

b ¶ Sit prægnans. *Etiam non prægnans mulier inuita ad iudicium trahenda perſonaliter non eſt, quacunque cauſa in iure non expreſſa. c. 2. de iud. lib. 6. & ibi dom. Ioan. Andr.*

## QVAESTIO CCLVII.

SVMMARIVM.

1 *Brianſonij cõſuetudo, vt proximior agnatus poſſit rem alteri venditam, infra certum tempus pro eodem pretio habere. & num. 6.*

2 *Pactum adiectum, quod ſi infra 18. mẽſes reſtitueret, venditio haberetur pro non facta, vtrum excuſet proximiorem à lapſu anni.*

3 *Tempus reuocandi rẽ, an currat minori 25. annis.*

4 *Vendicanti rem, an non debeant reſtitui fructus.*

5 *Ius competens proximiori agnato de vendicandà re, an alteri poſſit cedi.*

a CAVETVR de conſuetudine in patria
1 Brianſonij a † quod proximior agnatus, vel cognatus poteſt rem extraneo venditam, infra decem dies inter præſentes, vel infra annum, & diem inter abſentes, pro eodem precio habere, vtrum valeat talis conſuetudo? b vide Cyn. in l. dudum. C. de contrahen. emptio. & venditio. qui refert Iacob. de Ro. talem quæſtionem mouiſſe, in l. contra maiores. C. de inoff. teſta. & Oldra. in l. fin. C. in quib. cau. in integ. reſti. non eſt neceſſ. Aliquis vendit vnam rem Titio: cõſuetudo eſt, quod proximior eam habere poſſit pro eodem precio, infra certum tempus, emptor dicit ſe nõ teneri tradere proximiori, & mouetur propterea litigium inter proximiorem & emptorem, quod litigium durat per annum, fertur



fertur ſententia contra emptorem: Nunc quæritur à quo tẽpore incipiat currere annus, an à tempore venditionis factæ, vel à tẽpore litigij finiti. Ia. dicit quod à tempore finiti litigij. & alle. text. in l. quandiu. C. qui admit. ad bon. poſſ. poſſunt. & nihil plus dicit. ¶ † Sed iuxta præmiſſa quæro,
2 venditor in vẽditione adiecit in fi. quod eo caſu, quo ipſe infra 18. mẽſes reſtitueret pretium, venditio haberetur pro non facta, vtrum tale pactũ excuſet proximiorem agnatum, à lapſu anni, de quo loquitur dicta cõſuetudo. Videtur quod ſic: vt l. quandiu. ſupra allegata. Et ita videtur tenere Iac. in loco præal. In contrarium facit, & videtur tex. expreſſus. in l. 2 §. biduum. ff. quando appellan. ſit. ſic inducendo, appellatio nedum tendit ad ſuſpenſionẽ ſententiæ, ſed etiam ad reſciſſionem. l. 1. C. de poſt. l. furt. §. 1. ff. de his, qui no. infa. & in l. tale. §. qui prouocauit. ff. de pac. Sed ſic eſt, quod ſi ſententia diffinitiua proferatur ſub conditione, debet appellari ſtatim infra biduum à tempore ſententiæ, & non expectari conditionis euentus, imo ſi expectetur ſententia, tranſit in rem iudicatam, nec valet appellatio. Idem dicamus in caſu iſto: nam cum talis conſuetudo ſit reſciſſoria contractus, quod annus ſtatim currat à tempore contractus perfecti, ne ſuſpendatur propter pactum adiectum: quia ſi in actu conditionali tẽpus ſtatim currat: vt d. §. biduum. multo magis ſtatim debet currere in actu pure & perfecte celebrato. arg. auth. multo magis. C. de Epiſc. & Cle. non obſtat le. quandiu. alleg. quia ibi apparebat de diligentia petentis poſſeſſionẽ bonorum. ideo nimirum ſi tempus bonorũ poſſeſſionis agnoſcende, ibi non currat, donec certum ſit, quod tabulæ ſint validæ, vel non. In caſu vero noſtro iſte proximior nullã diligentiã fecit infra annum, ſicut facere debuit, ſtatim præſtando de iure talis conſuetudinis. l. ſi fundũ. C. de rei ven. ideo nimirum, ſi cõtra eum currat lapſus anni. l.
3 ſi. in fi. C. de anna. excep. ¶ † Sed an illud tempus currat minori 25. annis? dom. Oldr. in l. fin. C. in quib. cau. in integ. reſt. non eſt neceſſ. qui mouet etiam iſtam quæſtionem, dicit quod ſic. Sed reſtituitur, & alleg. c. conſtitutus. extra, de in integ. reſt. de hoc etiam tetigi ſupra, quæſt. 31. Sed nonne iſte minor tenetur reſtituere expen. illi, à quo res vẽdicatur? Dic quod ſic: vt ff. de in integ. reſti.
4 min. l. intra vtile. §. 1. ¶ Sed nonne in † caſu propoſito, ille, à quo res vendicatur, tenetur reſtituere fructus? dic quod non, ſecundum Old. vbi ſupra: quia hic agitur cõditione ex l. vigore talis cõſuetudinis, quæ eſt ſtricti iuris: vt inſtit. de act. §. actionum. & quãdo agitur actione ſtricti iuris, ad rem, quæ nunquã fuit in bonis petentis: ibi non veniunt fructus niſi à tempore litis conteſt. ff. de vſu. l. videamus. §. ſi actione. ſecundum Old. in l. fin. C. in quib. cau. in integ. reſti. non eſt neceſſ.
5 ¶ † Quæro iuxta hanc materiam, an iſtud ius cõpetens proximiori agnato, poſſit alteri cedi. vide quæ plene dicit Ange. de Are. in l. vſufruct. circa prin. ff. de noui opẽ. nun. ¶ Et an ipſe agnatus teneatur reſtituere impenſas, factas médio tempore, vide plene eundẽ Ang. de Are. in d. l. 1. §. nunc
6 videamus. † Sed an dicta conſuetudo habeat locum, cum res extraneo traditur in ſolutũ, & non venditur? Spec. in tit. de emp. & vend. in §. nunc dicendum. in verſic. ſed pone, ſtatutum eſt, in a-
c liquo loco tenet, quod non. c

a ¶ In patria Brianſonij. *Idem in Picardia: vbi viget talis conſuetudo: vt dicit d. Odofr. in l. dudum. hic alle.*

b ¶ Valeat talis conſuetudo. *Vide not. d. Bal. in præalleg. l. dudum. in ver. ſed quæro. vbi tenet, quod huiuſmodi conſuetudo non valet: quia reprobatur ratione turpitudinis, vel intolerabilis iniquitatis.*

c ¶ Quod non. *Nota ergo differentiam, ad hanc quæſtionem inter vendere & dare inſolutum.*

## QVAESTIO CCLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia collegiata, quomodo cognoſcatur.*

1 ECCLESIA collegiata † cognoſcitur per ſigna, de quibus not. in c. dilecta. extra, de exceſſ. Præla. & dicit Paul. quod ſigna ſunt commune ſigillum. in c. ſignificauit. extra, de appell. Commune refectorium, & commune dormitorium, de quo Innoc. in c. poſtulaſti. de iure patr. & not. in c. à nobis. eod. tit. Non tamen requirũtur omnia prædicta ſigna inſimul: vt dicit Franc. de Zabarel. in d. c. dilecta. & c. hi, qui. de ætate, & qualita. ordi. in cle. & tres faciũt
a Eccleſiam collegiatam, a & Prioratum conuentualem: vt not. per glo. & Doct. in præall. c. à nobis. & ponit glo. in cle. 2. de præſcr. Licet ſecundũ Pau. duo ſufficiũt: vt in c. 1. de elect. ita dicit Fran. de Zaba. in c. cauſam. de elect. in c. 1. In collegio tamen inter ſeculares faciendo, requiruntur ſaltem tres. l. Neratius. ff. de verb. ſign.

a ¶ Et tres faciunt Eccleſiã collegiatam. *Imo duo faciunt collegium Eccleſiaſticũ, & ſic etiam cõuentum: ſed ad collegium faciendum inter ſeculares requirũtur ſaltem tres. d. Car. in c. 2. 14. quæſt. de reſcrip. in Cle. In vno ſolo tamen retinetur Collegium. do. Inno. in c. præſente. de iure patro. l. ſicut in Decurionibus. cum glo. & Bart. ff. quod cuiuſq; vni.*

## QVÆSTIO CCLIX.

SVMMARIVM.

1 *De officio Procuratoris fiſci.*

2 *Iuriſdictio an ſit apud fiſcum.*

1 SI in ciuitate, in qua † quis eſt Conſul, negetur quod ſit Cõſul, an requiratur probatio? Dic quod non: vt tenet Bart. in l.
a 1. a C. qui & aduer. quos. Quod facit ad multa, præſertim vtrum dom. Procurator fiſcalis huius Curiæ Parlamenti, vel alterius Curiæ inferioris, debeat probare ſe eſſe talem, & ſi non probauerit in proceſſu, an proceſſus ſit nullus. & certe non, per

per no. per Bart. vbi ſupra. & ita ſeruatur de ſtylo dictæ Curiæ Parla. Idem dicerem de Officiali vel
b Iudice. b Idem de Magiſtris Curiarum, qui c in ſta-
d c tionib. d ſunt præpoſiti. ¶ Cura † præmiſſa, quæ-
2 ro vtrum apud fiſcum ſit iuriſdictio. Dic ſecundum Bald. quod fiſcus eſt duplex: ſcilicet, vniuerſalis, & particularis: vt fiſci Papien. tamen apud
e nullum fiſcum eſt iuriſdictio. Quia fiſcus eſt e idē quod cuſtos, ſacriſta, lege animatus, & armatus. & ſacriſta, ſeu repoſitorium publici theſauri habet priuilegia, & proprios Iudices, & vice publicæ perſonæ fungitur: & ei donari, & legari poteſt. & habet Procuratorem, qui agit & conuenitur nomine fiſci. Et eſt ſaccus ſine conſcientia, qui imburſat omnia male acquiſita. ff. de calu. le. in hæred. & ff. de inoff. teſt. l. Papini. §. meminiſſe. Proprie tamen fiſcus non eſt: niſi Imperij, & Papæ. l. 1. C. de bonis vac. lib. 10. ff. ad muni. le. ſimile. ita dicit Bal. in feud. in titu. de pace iura. fir. c. 1. §. ad hoc. Et plene ſcripſi, in appar. ſtatuti. Si quis per literas. in glo. ſuper verbo fiſci, vbi tetigi de Procur. fiſcali Delphi.

a ¶ Bar. in l. 1. *In ver. circa primam partem. Et loquitur formaliter in Decurione, qui & Conſiliarius ciuitatis dicitur. C. de Decu. in glo. rubricæ. lib. 10.*

b ¶ Iudice. *Iſtud voluit in terminis do. Bald. in præd. l. 1. C. qui & aduer. quos. in verſi. 3. oppo.*

c ¶ Curiarum. *Etiam mercatorum vt per dom. Bald. vbi ſupra, in verſic. idem ſi quis.*

d ¶ Stationibus. *De ſtationibus fit mentio: & quid ſit ſtatio, no. C. de compenſat. in l. 1. & ibi gl. in verſ. ſtatio.*

e ¶ Fiſcus eſt. *Fiſcus proprie dicitur ſaccus, in quo reponuntur bona publicata, & confiſcata, qui poſt marſupium, id eſt, burſam, non ſufficiens cōcludere publicata, conſtitutus fuit, paritérq; eo minus, deinde ſufficienti effecto ad domū deuentum eſt: quæ & ærarium fiſci vocatur. gl. in ver. fiſcalis. l. in prouincijs. C. de numerarijs lib. 12. & licet fiſcus non habeat iuriſdictionem: ei tamē vt patriæ, reuerentia exhibenda eſt, lege. hi, qui. ff. de poſtul. Quo fit, vt agens contra fiſcum teneatur veniam impetrare. l. bene à Zenone. po ſt. med. ibi. ex noſtra iuſſione. C. de quadri. præſcript.*

## QVÆSTIO CCLX.

SVMMARIVM.

1 *Cura an expiret, prodigo reuocato ad bonā frugem. vide & num. 2.*

1 CVrator datus eſt alicui prodigo, † q prodigus eſſe deſinit, & recipit bonos mores: vtrum ipſo iure expiret cura: tex. eſt quod ſic, in le. 1. circa princip. ff. de cura. furioſi. & ita tenet expreſſe Petrus de bella pertica, & ibi reputat caſum ſingularem. Quod intellige, ſi per biennium, vel triennium ſteterit diſcretus. arg. in authen. de monachis. §. illud. colum. 1. Bart. vero in l. is, cui. ff. de verb. oblig. voluit dicere, quod requiratur declaratio Iudicis, per rationem, quam ibi aſſig-
2 nat. † Quid dicendum? crederem quod ſi reputatus fuerit ſanorum morum, per biennium, vel triennium, quod hoc ſufficiat. ar. l. Barbarius Philippus. ff. de offi. Præt. & l. 1. C. de teſt. & le. 2. C. de ſent. & inter. om. iu. & c. conſultationibus. extra, de iure patro. Si vero ante tale tempus diſceptaretur, & reuocaretur in dubium, tunc fortaſſe eſ-
a ſet neceſſaria Iudicis declaratio. a & ita poſſet ſaluari opi. Bar. Vide tamen quæ ponit gl. & poſteā Bar. in l. 1. C. qui, & aduerſus quos in integ. reſti. poſtulatur. vbi dicere volunt, quod ſi quis prodigus eligatur in Conſulem, quod ex hoc non dicitur recepiſſe ſanos mores: imo requiritur probatio. quod intelligerem verum, niſi tempore maiori, vtpote biennio, vel triēnio talis eſſe appareret, & reputaretur, vt iuribus allegatis. Et pro hoc bene facit l. cum his. C. de curato. furioſi, &c.

a ¶ Iudicis declaratio. *Iſtud procedit, vbi eſt manifeſtum ipſum prodigū ad ſanos mores reuerſum: quia tūc is, ipſo iure deſinit eſſe ſub cura. nam manifeſtum, ſeu notorium æquiparatur ſententiæ, quantum ad effectum declaratiuum, id eſt, quantum ſtylus ad declarandum. do. Bal. in l. 1. verſ. quidam dicunt. C. de cura. furioſi. & ita tenet do. Pau. de Caſtr. ff. de verb. oblig. l. is, cui bonis. in 3. col. in ver. vnum tamen. iuncto verſi. præced. & ibi dom. Bart. poſt Iac. de Aret. in ver. quæro aliquis. & do. Alex. de Imo. in 4. col. in ver. in quantum. etiam quem omnino videas.*

## QVÆSTIO CCLXI.

SVMMARIVM.

1 *Capellano moriente, inſtituto hærede laico, vtrum inuentarium fieri debeat per Curiam Eccleſiaſticam, vel Secularem.*

1 CApellano moriente, relicto hærede homine laico, † vtrum inuentarium fieri debeat per Curiam Eccleſiaſticam, vel Secularem? dic quod per Curiam Seculare: quia mutatione perſonæ, bona quæ erant affecta priuilegio Clericali, deſierunt eſſe Eccleſiaſtica, & conditionem hæredū ſequuntur. Caſus eſt ſingularis in l. per Procuratorem. in §. 1. ff. de acqui. hæred. facit l. 3. C. de Epiſc. & Cle. & melius in le. fiſcus. ff. de iure fiſci. iſtud voluit dicere Spec. in tit. de cle. coniu. §. 1. ver. ad huiuſmodi autem art. &c. ibi dum dicit, alias nō tenetur Eccleſiaſticus: quia mutata perſona, mutatur ſtatus rei, &c. Iſtud videtur tenere
a Dyn. & Bar. a in d. l. per Procuratorem. & ita fuit dudum iudicatum in d. Curia Parlamēti pro Pet. Meyrodi, hærede do. Stephani Croſeti, presbyteri de Turre Pini: & pro iſta parte benefacit: quia hæreditas antequā fuerit adita, repræſentat defunctum, & poſtquam fuerit adita, repræſentat perſonam hæredis. l. 1. §. Scæuola. ff. ſi quis teſtamēto li. eſſe iuſſus fuerit. & in l. hæreditas in multis. ff. de acquir. rerum do. & l. cœptam. ff. de vſucap. iſtud etiam probatur per l. 1. de Tuto. & Cura. da. ab his. iunctis ibi no. per Bar. dum ibi dicit, quod Clerico impuberi, ſuccedenti laico, debet dari Curator, per Curiam Eccleſia. & tamen Curator



rator datur principaliter reb. ſecundo perſonis: & ita patet quod moriente teſtatore, bona eius, & hæreditas ſequantur conditionē perſonæ hæredis. & pro hoc etiam facit quod dixi infra, quæ. 382. & de hac q. etiam tetigi infra, quæſt. 562.

a ¶ Et Bart. *In præd. l. per Procuratorem. in verſic. in 2. parte. vbi notādo dicit, quod mutatione perſonæ mutatur priuilegium. & ex hoc arguit, quod ſi Reſpublica, vel Eccleſiaſtica tranſit ad priuatum, perdit priuilegium, & efficitur vſucapibilis. & hoc facit ad deciſionem propoſitæ quæſtionis. & adde dom. Pau. de Caſt. in prædi. l. per Procuratorem. in §. idem reſpon. qui caſum illius §. poſt do. Oldr. notandum eſſe dicit, pro renunciātibus hæreditati paternæ, vel maternæ, cum iuramento, quia eo non obſtāte, illo, ad quem hæreditas peruenit ab inteſtato decedente, poſſunt ipſius hæreditatem petere: quia mutatione perſonæ hæreditas ipſa deſijt eſſe paterna, & facta eſt fraterna. & dicit hanc determinationem probari per l. quæ Titij teſt. in princip. ff. de his, qui. vt indignis.*

## QVÆSTIO CCLXII.

SVMMARIVM.

1 *Delphinatus conſuetudo, circa inſtrumentorū confectionem.*

2 *Conſuetudo loci contractus, vel iudicij, in quo bona ſunt ſita, an debeat attendi.*

3 *Regionis conſuetudo, inſpicitur, in ſolennitate actus, de quo agitur.*

a 1 COnſvetvdo, a ſeu ſtylus Notariorum eſt in hac patria † Delphin. quod inſtrumēta recipiuntur ſine indictione, & valent talia inſtrumenta, & ſunt probatoria, iuxta quod quæro: quidam de Comitatu Gebennenſi teſtamentum ſuum condidit in loco de Romanis, cuius hæreditas ſituata eſt in Sabaudia, & hæredes eiuſdē de Comitatu Gebēneſi Notarius domiciliarius Del. recepit inſtrumētum, nec indictionem adiecit: an inſtrumentū ſit validum & probatoriū? Super hoc ſunt glo. contrariæ, præſertim in l. 1. C. de eman. li. & in l. ſi fundus. ff. de
b euic. ſuper qua quæſt. dicit Cyn. b in l. 1. in 2. quæſ. C. quæ ſit longa conſuetudo. vbi diſtinguit: Aut eſt conſuetudo, quæ pertinet ad litis ordinationē, quæ verſatur circa proceſſum, & proceſſus ordinationem. Tunc conſuetudo loci iudicij ſeruatur, & debet attendi. l. teſtium. in fin. ff. de teſt. Aut eſt talis conſuetudo, quę tendit ad litis deciſionē: tunc ſeruatur conſuetudo loci contractus: vt l. 1. ff. de vſu. & l. ſi fundus. ff. de euic. Idem dicit in d. l. 1. C. de emā. lib. Cyn. etiā idem dicit in l. 1. C. de Sum. Trin. & fide ca. in q. quæ incipit: vidimus qualiter ſtatuta ligent forenſes, &c. idē dicit Spec. in tit. de ſent. §. qualiter. verſi. debent et iam ferri. Iac. de Are. ſuper ſecundo membro diſtinctionis prædictæ, dicit ſic, prout ibi refert Cy. Aut ex contractu celebrato naſcitur ius: tunc inſpicitur locus, in quo contractus eſt celebratus. Ratio eſt, quia ex contractu iam eſt quæſitum ius alteri: vt l. ſi fundus. & l. 1. ſupra allegata: Aut naſcitur ius ex delicto: tunc etiā locus delicti debet ſpectari. Et cum talis ſtylus ac conſuetudo, de nō ponendo in inſtrumento indictionem, tendant ad litis deciſionē, ex quo teſtamēto ius fuit quæſitum hæredi inſtituto, cōſiderato maximē ſicut
* euenit. vt l. cum hæredes. in prin. ff. de acq. hær. iuncta gl. l. item videndum. §. fi. ff. de pet. hær. &
2 l. 1. ff. de bon. poſ. Locus † & patria, in quibus tale teſtamentum fuit conditū, debent attendi, & cōſuetudo, ac ſtylus, in iudicādo obſeruari: vt patet per prædicta. facit bene ad præmiſſa quod ponit Bar. in l. 1. C. de eman. li. & in l. ſi prius. ff. de aqua plu. ar. Si enim inſtrumentū ab aliquo Notario, cōſtituto authoritate alicuius vniuerſitatis, virtute ſui ſtatuti confectum, fidem faciat vbiq;, extra territorium talis vniuerſitatis: ſicut dicit & tenet Bart. in l. 1. & in l. cunctos populos. allegata in q. quæ incipit: quæro circa ſtatuta pmiſſa, &c. Multo magis fidem vbiq; debent facere inſtrumenta ab aliquo Notario Del. ſecundū ſtylum & conſuetudinem patriæ, in qua reſidet, confecta, & hoc maxime propter vtilitatem teſtantiū ſeu contrahentium, ne eorum contractus vel teſtamenta, ſub tali colore, ad nihilum deducantur. Iſtam rationem ponit tex. in auth. de tabellio. §. ſi vero præter hoc. ibi, ipſis tamen documētis ꝓpter vtilitatē contrahentium non infirmandis, &c. coll. 5. & facit quod ponit Cyn. l. cum per liberam. C. per quas perſonas nobis acquiritur. in q. fin. de Procuratorio Pariſijs facto, &c. Et quod notatur per glo. in d. auth. vt præponatur nomē Imperatoris. in prin. gl. poſitæ ſuper verbo, mox, &c. coll. 5. vbi dicit conſuetudinē in talibus attēdi. Et iſtud magis clare dicit gl. in c. cum dilectus. ſuper verbo, approbata. extra, de fide inſtru. vbi dicit glo. quod conſuetudo facit inſtrumentum
3 authenticum, & validum: vbi alias non eſſet. † Et eſt ratio, quia in ſolennitate actus, de quo agitur, conſuetudo regionis inſpicitur. iſtam regulā dat Bar. in l. ſi. ff. de ventre: inſpi. quam ponit in l. cūctos populos. C. de Sum. Trin. & fide cath. vbi ipſam ponit in quæſtione, quæ incipit: Sed deducitur, an teſtamentum, &c. Et ita vidi pluries in hac Curia Parlamenti determinari per Dominos meos in contradictorio iudicio.

a ¶ Conſuetudo. *De materia hic facta, ſcilicet, qualis conſuetudo attendetur in deciſorijs iudicij, vide iſtum Conſilio 218. incip. in dubitanter. in ſi.*

b ¶ Dicit Cyn. *Vide omnino dom. Bal. in l. cunctos populos. in 5. colum. verſi. 5. quæro quid. de contra. C. de Sum. Trin. & fide cath. vide etiam dom. Bart. in d. l. ſi fundus. & alios Doct. quæ lex clariſſima eſt ad hanc materiam. item etiam in teſtamentis eſt obſeruanda cōſuetudo loci, vt dicit Bart. in l. 1. §. ſi. ff. de ventre inſpi. & vide quæſtio. quam ponit d. Pet. de Ferra. in formā lib. quando petitur hæreditas ab inteſt. in glo. vallatum legitimo numero, vbi dicit, quod teſtamentum, factum Venetijs ab aliquo Bononienſe, vbi ſufficiunt quatuor teſtes,*

ſtes, valet etiam Bononiæ, & vbique: idem dicit in cõtractibus inſpici debere locũ, vbi fit contractus. & hanc docet eſſe communem opin. Dect.

## QVAESTIO CCLXIII.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula in fine libellorũ apponi ſolita: & alias ſibi debitam iuſtitiam miniſtrari, quid operetur.*

IN fine libellorum & ſupplicationum cõ-
1 muniter apponitur hæc † clauſula: a & a-
a lias ſibi debitam iuſtitiam miniſtrari, ex qua talis ſequitur effectus: quod licet talis libellus propter eius generalitatem, admitti non deberet: iuxta not. per glo. in l. fi. C. de an. exceptione. attamen vt res potius valeat, quã pereat, iuxta l. quoties. ff. de verb. oblig. proferetur ſententia, quæ erit valida & fiet condemnatio in mitiorem partem, quam fieri poterit. ita dicit Inno. in c. cum dilectus. extra, de ord. cog. idem etiam tenet Specu. in tit. de conceptione libellorum. §. iã nunc videndum. in verſic. tale inſtrumentum. & ita ſæpiſſime vidi in hac Curia Parlamenti fieri, & obſeruari etiam in contradictorio iudicio. Idem etiam dicerem vbi libellus alias inepte concluderet, per ea, quæ dicit Innoc. in c. examinata. de iudicijs. pro qua facit c. dilecti filij. de iudicijs.

a ¶ Hæc clauſula. *Videlicet: peto iuſtitiam miniſtrari ſuper præmiſſis, & quolibet præmiſſorum, operatur ſententiam fieri poſſe ex libello inepto, etſi nõ conſtet de intentione libellantis, & actio competat, licet inepte proponatur, vt per d. Panor. in c. cum dilectus. in 17. col. in ver. ex prædictis infero ad illud. extra, de ordi. cog. vide quo ad prædictam clauſulã d. Ale. 1. parte. Conſ. 121. 2. col. verſ. alio fundamento. & 5. col. verſ. non obſt.*

¶ *Idem vult Alexand. Conſilio 34. circa finem. in 3. volum.*

## QVÆSTIO CCLXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Cenſu legato, an cenſeatur legatum dominium directum rei, cui cenſus eſt impoſitus. Et num. 2.*
3 *Cenſus & dominium vt ſe habeant.*

1 AN legando † vel dando cenſum, quem quis percipit ſuper aliqua domo, vel aliqua re, cenſeatur legare, vel donare, directum dominium talis domus, ſuper qua cenſus percipitur? Pro cuius quæſiti reſponſione, eſt præſciendum, quod cenſus, qui pro aliqua re debetur, & dominium directũ talis rei, ſe habẽt, vt principale & acceſſorium. Nam dominium directum eſt principale, & canon eſt acceſſorium: quia ad cauſam dominij directi fit, & præſtatur. l. 2. C. de iure emph. hoc ſic præſuppoſito, quia nõ eſt incõueniẽs vnum habere dominium directũ alicuius rei, & alium ſuper tali re percipere cenſum, l. fi. §. fi. ff. de contrah. emp. & ven. nec principale ſequitur ſuum acceſſorium, nec ſibi cadit: Inſti. de rerum di. §. ſi tamen. & §. literæ, licet bene contra. l. ſi vt certo. §. vſq; adeo. ff. comm. & ff. de inſtitoria. l. cuicunq;. §. pe. & l. eos. C. de vſur. & quod habetur per gl. Dy. & Io. An. in c. acceſſo-
2 rium. de re. iur. lib. 6. ideo ſequitur, † quod legato cenſu, non venit, nec cenſetur eſſe legatum directũ dominium: & de hoc vide text. in d. l. fi. §. fi. ff. de cõtrah. empt. & ven. Et pro hoc bene facit l. ſumma cum ratione. §. emptor. ff. de peculio. vbi ſeruo conceſſo, qui eſt principalis, nõ cẽſetur peculium conceſſum, quod ſe habet vt acceſſorium. Multo ergo minus vbi conceſſum eſſet peculiũ, non cenſetur ſeruus cõceſſus, vt in iuribus allegatis. Sic etiam in propoſito eſt dicen-
3 dum. † Præterea, cenſus, & dominium directum ſe habent, vt diuerſa & ſeparata: vt apparet ex iam dictis. ergo vno legato, vel conceſſo, aliud non cenſetur legatum, vel conceſſum, cum de vno ad aliud non fiat illatio. l. ſed ſi ante. ff. de except. l. ſi maritus. C. de don. inter vir. & vxo. & l. duobus. ff. de teſt. tutela. ¶ Et hæc faciunt contra creditores, qui faciunt pignorari debitores ſuos in cauſam iudicati de eorum cenſibus, quando ſeruiẽtes Del. qui faciunt pignorationes, capiunt de pignore cenſus, non exprimẽdo cepiſſe de pignore cenſus cum directo dominio. Quia ſi hoc non dicatur, non cenſetur dominium directum captum fuiſſe de pignore, cum ſint res diuerſæ, & ſeparatæ per ſupra allegata: tamen quicquid ſit de iure, hæc Curia Parla. ſeruat contrarium: quia cẽſibus captis de pignore, mandatur creditoribus, quod recognoſcant: & fiũt recognitiones de cẽſu cũ directo dominio, licet in pignoratione nõ fuerit facta mentio de directo dominio rerum, quibus debentur dicti cenſus: a & ita ſeruat ſtylus dictæ Curiæ: & cæterarum Curiarum Inferiorum Delphin. qui pro lege debet ſeruari. a l. ſi quando in fi. C. de iniur. Et ſuper iſta materia vide Hoſti. in ſumma, in tit. de iure emph. §. fi. verſicu. quid ergo. & Spec. eodem. tit. verſi. 86. & Bar. in l. ſi domus. §. fi. ff. de leg. 1.

a ¶ Stylus. *Debet pro lege ſeruari, de hoc ſupra in Preludio, ſtylus quid ſit, & quot modis ſumatur in iure, domin. Barth. in l. 1. in verſicul. quærit hæc gloſſ. C. de ſacroſanct. Eccleſ.*

## QVÆSTIO CCLXV.

SVMMARIVM.

1 *Comitatus Valentinenſis, & Dienſis, an dicantur de Delphinatu.*

1 AN Comitatus Valentinenſis, † & Dienſis, acquiſiti per Dominum noſtrum Delph. ab anno Do. 1415. citra ex diſpoſitione teſtamentaria Dom. Ludouici de Pitauia, quondam Comitis dictorum Comitatuum, & adiuncti huic patriæ Delphin. dicantur, & cenſeantur eſſe de Delphin. ad hoc, vt debeant ibidem degentes vti & gaudere libertatibus præſentis patriæ Delphin. Credo quod ſic: quia tale augmentum cenſeri debet eſſe idem, ſicut ipſe Delphin. cui acceditur l. prædijs.



prædiis. §. qui domum. & l. vxorem. §. legauerat. ff. de le. 3. & l. quod in rerũ. §. 1. ff. de leg. 1. Nam eo ipſo, ꝙ dicti Comitatus æſtimati, fuerunt adiuncti Delphinatui, ipſi de Delphinatu fuerunt effe-
a cti, a ſicut probant dicta iura, & hoc tenere videtur expreſſe Bal. in c. 1. §. præterea Ducatus. in q. quæ incipit, ſed quid ſi Marchionibus. circa fi. de prohi. feu. alie. per Fed. & alle. l. inter ſocerum. §. cum inter. ff. de pac. dotali. Et facit etiã, quia res vnita ſapit naturam, & cõditionem eiuſdem rei,
b cui vnitur. b gl. 1. in c. 1. ne Se. vacan. in gl. 3. & facit l. ſi fundi. vſufr. §. ſed ſi inſula. ff. de vſufruct. item etiam facit, quia priuilegium conceſſum ciuitati, trahitur ad villã, quæ eſt addita poſtea illi ciuitati. no. Bar. in l. inſula. ff. de acq. rer. do. Ita etiã videtur in caſu ſimili tenere Gui. de Cuneo. in l. ſi conuenerit. ff. de pign. actione. Vbi dicit, ꝙ ſi Rex occupet aliquam villã, quod illa debet regi legibus occupantis, ſicut dicimus in eo, quod accreſcit per alluuionem, quod efficitur eiuſdẽ iuris, cuius erat prædium, cui adijcitur. pro hoc. ff. de admi. Tuto. l. quos. §. fi. De hac materia etiam ſcripſi in 134. Conſil. meor. vbi plene vide materiã vnionis, etiã in Eccleſiis. Et ita ſeruatur in de gentibus in dictis Comitatibus Valentinenſis, & Dienſis, tam reſpectu libertatum, quam aliorum bonorum, & onerum præſentis patriæ Del. De hac materia etiã tetigi infra, q. 489. & q. 354.

a ¶ Effecti. *Quia coniunctum alteri aſſumit naturam eius, cui adiungitur. l. fi. ff. de vino, triti. & oleo leg. & ff. pro ſocio. ſed ſi adijciatur, & facti, quod religioſa ſũt, quæ religioſis adhærent. ff. de rei ven. l. quæ religioſis.*

b ¶ Cui vnitur. *Tu vide de hoc iſtũ, Conſ. 134. incip. circa proceſſum diffiniendo, in primo euidentiali, nu. 1. ver. & pro euidentia. ibi, ſed ipſa Eccleſia, quæ vnitur.*

## QVÆSTIO CCLXVI.

SVMMARIVM.

1 *Decimas an omnes ſoluere teneantur.*
2 *Decimarum exactio an habeat cauſam continuam.*
3 *Decimarum ſolutio quæ bona tribuat.*

A Præſtatione decimę nullus eximitur. in c. à nobis, extra, de decimis. in antiquis.
1 † Ideo dicta Curia Parlam. de anno Domini 1459. adſãcit, quod nobilis Gulielmus Vaſque, Caſtellanus Grauæ, ſoluat decimas Priori dicti loci, pro poſſeſſionibus, quas tenet ipſe Caſtellanus in d. loco, nomine Delph. quas ipſe Caſtellanus ſoluere recuſabat. ¶ † Sed an exactio de
2 cimarum habeat cauſam continuã? dic, quod ſic. Quia quotidie poſſunt & debent exigi, & non ſolũ prædiales, ſed etiã perſonales. ita dicit In. in c. de quarta. de decimis. ¶ De ſeruitutibus, habentib. cauſam continuam, vel diſcontinuam, tetigi infra, quæſtio. 573. ¶ De materia decimarum in foro cõſcientiæ, vide aliquas quæſtiones ſingulares per d. Martinum de Laude, in tractatu, de cõ-
3 ſcientiis. ¶ † Sed quæro, quæ bona tribuat ſolu-
a tio decimarum? a dic ſecundum Ioan. And. in c. 1. de decim. in 6. Ex quo infertur, quod licet conductor non teneatur ad ſolutionem penſionis, propter ſterilitatem, c. propter ſterilitatẽ. extra. de loca, tenebitur, ſi non ſoluit decimam, ſecundum Geminianum in d. c. 1. de decimis. li. 6. ideo ſint cauti D. Aduocati opponere contra tales, quod ipſi non ſoluerunt decimas. ¶ De materia decimarum etiam tetigi infra, q. 283.

a ¶ Quæ bona tribuat ſolutio decimarum. *Adde, 16. q. 1. c. decimæ. quæ autem mala proueniant ex ſubtractione decimarum, vide Gofred. in ſumma de decimis. §. in ſumma notandum eſt.*

## QVÆSTIO CCLXVII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio primo filio maſculo, naſcituro ex tali matrimonio, facta, valeatne.*
2 *Stipulatio interpoſita per Notarium, ad opus futurum, an valeat.*

PActum factum eſt in contractu matrimonij, quod primus filius maſculus, naſ-
1 citurus, ſuccedat in tali domo † forti, ſeu Caſtro, vel ipſum habeat præcipuum ſtipulatione, per ſponſum futurum, vel Notariũ, nomine ipſius, interpoſita, an ex tali pacto, ſic ſtipulatione vallato, quæratur filio primo nato, ius. Credo quod ſic, vt videtur text. expreſſus: in l. diui. §. pa-
a ctis. a C. de naturalibus liberis. & in l. ſi interdictũ. ff. de pact. dotali. hoc etiã ratione probatur: quia per pactũ vallatũ ſtipulatione poteſt acquiri filio, non nato. l. ſi quis operas. ff. de oper. liber. l. Paul. §. Paulus reſpõdit. ff. de bonis libertorũ. & d. l. Diui. §. pactis. l. nõ aliter. ff. de adopt. l. Caius. ff. de vſu. l. ſi pupillus. ff. rem pupil. ſal. fo. Nec obſtat l. vſusfructus. ff. de ſtipulatio. ſeruo. quia loquitur de valore ſubſtantiæ ſtipulationis, quæ non poteſt eſſe in pendenti: an valeat, vel non valeat. Sed bene poteſt eſſe in pendenti, cui acquiratur ipſa ſtipulatio, & deductum in ea: vt in caſu iſto. Non enim fuit valor, & ſubſtantia ſtipulationis in pendenti: quia interpoſita per Notarium, qui fuit ſtipulatus: ideo fuit valida, per l. nõ aliter. & l. Caius. ſupra allegatas. Idem dicerem in Eccleſia nondum ædificata, quod eidem ſolui debeat relictum, ſeu donatum, ita not. Barto. in l. ſeruos ad cuſtodiam. ff. de ali. & ciba. lega. Nec obſtat c. ad audientiam. lo. 2. extra, de Ec-
2 cleſ. ædific. quia † Eccleſiæ, quæ nondum eſt, vel Capitulo, priuilegium non poſſit cõcedi, vt ſtatim ſit priuilegiata: valet tamen cum erit ædificata, vel cum erit Capitulum, ſicut ſeruitus poteſt conſtitui ædificio futuro, & futura aqua, non vt ſtatim ſit ſeruitus, ſed obligatur conſtituens ad eam cõſtituendam, cum fuerit ædificium. l. ſi ſeruitus. §. fin. de ſeru. vrb. præ. & not. gloſſ. in l.

ſeruitus.§.fin.& in c.ad audientiam. ſupra alle.&
Bart.in d.l.ſeruos.Sic in propoſito, valet ſtipula-
tio,per Notarium interpoſita,ad opus filij naſci-
turi.Et ita alias conſului dum practicabã in cauſa
Domini Morgiarũ , & Do.Pipeti,eius fratris,ad
cauſam terræ Morgiarũ, & obtinui ſentẽtiam in
dicta curia Parl.pro dicto D.Morgiarum,qui tũc
vocabatur Dominus de trib. An. De prærogati-
uis,quas habere debẽt primo nati,vide plene per
D.Martinum de Laude,in tract.ſuo de Primoge-
nitura. De filio primo nato tetigi infra, q. 477.&
& q.505.& vide,quæ etiã dixi in 131.Conſil.meo.

a ¶ §.pactis. *Ibi, & vna cum fratribus ſuis, poſtea ex
eiſdem parentibus forte progenitis.iuncto ibi, nec mi-
nus pactorum emolumenta percipiant.*

## QVÆSTIO CCLXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio precarij quid operetur?*
2 *Teſtamentum capti ab hoſtibus, an valeat.*

QVIDAM donauit bona ſua Titio, caſu,
quo moreretur ſine liberis, conſtituẽdo
exnunc,prout † extunc, & ecõtra ſe dicta
bona donata poſſidere precario , nomine dicti
1 Titij donatarij: moritur donator ſine liberis, an
dominium dictorum bonorum donatorũ, tran-
ſeat in eius hæredem vel donatarium. Fuit dictũ,
& concluſum,quod in donatarium: quia in pun-
cto mortis donatoris, ſeu per momentum ante
a dominium,*a* cenſetur eſſe in donatarium trãsla-
tum,cauſante dicta precarij conſtitutione,ex ver
bis prædictis,ex nũc,&c.l.quod meo.in pr. ff. de
acquir.poſſ.l.quædam.ff.de rei vend. Iunctis his,
quæ habentur in l.4.§.1.de cond. & demonſt. &
in c.ex parte.de Cler.non reſi. hoc etiam proba-
tur in fictione legis Corne.l.lege Cornelia. ff. de
2 teſtam.vbi captus † ab hoſtibus,ſi ibidem moria-
tur,fingitur fuiſſe mortuus, per momentum an-
te captionem,& valet eius teſtamentum.l.in om
nibus.& ibi gl.ff.de cap.& poſtlim.reuerſis.& l.ſi
ab hoſtibus.ff.ſolut.matrim.licet in §.fi.Inſt. qui
teſta.fac. non poſ. dicatur prima hora captiuita-
tis.Et pro hoc facit,quod dicit Bart. in l. ſi filius.
ff.de verbo.obligat.vbi initium contractus, initi
ſub conditione,inſpicitur,vt ibi. ¶ Et de hac ma-
teria conſtitutionis precarij,vide,quę dixi ſupra,
q.112.Et infra,q.509.& 512.

a ¶ Dominium. *Puta vtile, vt per dominum Bal.in
rubr.C.de iure emphyt.in princ.& ibidem in l.1.col.1.
in verſic.ſed quid ſi.C.quando licet ab empt. diſce. Pre-
carium enim , & ſi ficta dicatur traditio, veram ta-
men.& propriam acquirit poſſeſſionem, ſecundum do.
Bart.in l.ab emptione.in vltim.colum.in verſ.fi.ff. de
pac.& in Conſil.71.quod incipit Marti. Forniconis, de
Eugubio.Et iſtud eſt verum, etiam ſi fiat à Procurato-
re, vt per ipſum dom. Bart. in locis præalleg.domi.Bal.
in l.1.colum.2.in ver.denuo quæro. C. quando licet ab
emp.diſc.*

## QVAESTIO CCLXIX.

SVMMARIVM.

1 *Denũcians debeatne in expenſis condemnari par-
ti priuatæ?*
2 *Theſaurarius Delphinalis, ſi quem trahat in cauſam
in Curia Parlamenti, & ſuccumbit, an debeat in
expenſis condemnari?*

DENVNCIATOR, facta denunciatione
1 ſpeciali † contra ailiquem nominatim,ſe-
cuta abſolutoria , debet in expenſis con-
demnari.l.1.C.de ſumpt.rec. li. 10. de Decurio.
eo.lib.& tenet Cyn.in l.ſeueriter.C.de excuſ.Tu
to.& dicitur fieri nominatim, ſi nomen, vel co-
gnomen alicuius ſubiungatur,vel alia demõſtra-
tio.l.nominatim.ff.de condit. & demonſt.l.quo
ties.§.ſi quis nomen.ff.de hære. inſti. Si vero fit
generaliter contra omnes, qui culpabiles pote-
rint reperiri,non debet in expenſis condemnari:
niſi probationes miniſtret,vel inſtiget fieri con-
demnationem.l.ob hæc verba.in gl.ſuper verbo,
Notarij.in fi.ff.de his,qui notan.inf. Et ita vidi in
dicta Curia Parlamenti fieri,& iudicari tempori-
bus meis,in contradictorio iudicio , in diuerſis
cauſis. ¶ De hac materia etiã ſcripſi in notabilib.
meis.§.nedum.Et nõ debet Iudex procedere,ni-
ſi legitimis indiciis, vel informationibus præce-
dentibus.l.ea quidem.C.de accu.l.item apud La
beonem.§.hæreditatis.de iniuriis: & ſi faciat te-
a netur ad expenſas,ſecundum Cyn.*a* in d.l. ſeue-
riter. Et hoc facit contra Procuratores fiſcales,
quod ipſi debent in expenſis partis condemnari,
ſi aliquem ponant in proceſſu pro crimine publi
co,vel priuato : niſi præcedentibus informatio-
b nibus.*b* Sed de ſtylo,& conſuetudine Curiæ Par.
& aliarum Curiarum præſentis patriæ Delp.non
conſueuerunt tales Procuratores fiſcales, in ex-
penſis priuatorum partium,condemnari. ¶ Sed
quid de Theſautario Delph.qui,nomine Delph.
ad cauſam ſuæ receptę,quandoq; trahit aliquem
2 in cauſam in Curia Parlamenti , & ſuccumbit, †
an debeat in expenſis condemnari ? & videtur
quod ſic,de iure,ſupra allegato.Ita etiam vidi ob
ſeruari de hoc anno currente Domini , 1459. &
die 8.menſis Martij: in quadam cauſa, in qua fuit
condemnatus Iac. de Denanto in expenſis dicti
Theſaurarij,agentis pro quodam debito, in quo
tenebatur Ioa. Bruneti ad cauſam firmæ Magna-
rum Gabellarum de Romanis. Tunc fuit dictum
& concluſum per Dominos meos Parlamenti,
& Camerę Conſilij Computorum Delph.quod
in cæteris ſimilibus cauſis idem ſeruetur, pro &
cõtra dictum Theſaurarium.Iſtud idẽ ſcripſi ma-
nu mea,in Camera Conſilij.in lib. in quo eſt ſcri
pta Pragmatica Sanctio.in fin.dicti libri, in quo
etiam multa alia ſcripſi ad perpetuã rei memo-
riam, de his,quæ in dicta Curia Parla. fiunt,& de-
termi-



terminantur. Sed an denuncians teneatur ſe in-
ſcribere ad pœnam talionis? vide Bartol. in l. Di-
uus.ff.de cuſto.reorum.

a ¶ Secundum Cyn. *In d.l.ſeueriter.verſic. per legẽ
iſtam probatur.& ibi dom.Bal.qui dicit, quod ſi iudex
dolo, vel lata culpa cõtra aliquem inquiſiuit , poteſt et-
iam criminaliter accuſari, & puniri, & hoc menti fore
tenendum.*

b ¶ Informationibus. *Vel fama, aut indiciis : quia
tunc non excuſatur Procurator fiſcalis à pœna præſum-
ptæ calumniæ. Secus his præcedentibus, propter neceſſi-
tatẽ ſui officij: vt in ſimili dicitur de Iudice inquirente.
& ſecundum d. Cyn.ff.de iud.in l.ſancimus.in 15.q.&
ibi d.Bal.in 13.quæſt.*

## QVÆSTIO CCLXX.

SVMMARIVM.

1 *Dies termini an computetur in termino? diſting.*

a AN dies *a* termini cõputetur in termino
1 l.de Are. diſtinguit: Aut † Iudex dicit:
Do tibi terminũ trium dierum , & non
computatur:quia intelligitur de proximis ſequẽ
tibus.l.eum,qui Calendis.ff.de verbor.obli. Aut
dicit: Do tibi terminum hinc ad tres dies,& tunc
debet computari.l.3.§. denique.ff. de minorib.
Quia tunc fit computatio de momento ad mo-
mentum.l.1.§.dies.ff.quando appell.ſit.ita dicit
b Bar.in l.1.*b* ff ſi quis cautionibus. Sed quicquid
ſit de iure,de ſtylo dictæ Curiæ Parl & communi
obſeruantia,& ſimiliter aliarum Curiarum præ-
ſentis patriæ Delph. dies termini non conſueuit
computari in termino:tamen aliqui in literis cõ-
pulſoriis, & aliis oppoſitis diem continentibus,
ponunt ex abundanti clauſulam, videlicet : Die
executionis minime computata.

a ¶ An dies. *Hoc eſt regulare in iure, quod dies termi-
ni non computantur in termino : quia in dubio ſemper
computatur de momento ad momentum : niſi in caſi-
bus, expreſſis in iure in contrarium. Et vide ſuper hoc
Ioan.Andr.in c.ſuper eo.de appellatio. Et per d. Cardi.
in Cle.ſicut.eod.titul.in 1.quæſt.*

b ¶ In lege prima. *Vbi etiam vide plene per Alexan.
imo pleniſſime.in l.1.colum. 2.poſt principium.in ver.
in text.ibi præterea.& vult in effectu , quod dies dati
termini non computetur in termino, ſiue dicatur ſtatu-
endo terminum ab iſta die, vel infra dies certos : aut ſi-
ne aliqua præpoſitione ſimpliciter, dilatione ſtatuta, v-
bi enim poneret aduerbium hinc, ſeu abhinc, ſecus ſecun
dum eum: quia talis dictio denotat extremitatem tem
poris. Allegat l.placet.cum gl.in verbo, abhinc.C.de ſa-
croſanct.Eccleſ.& Inſtit.de iure natu.in princip. cum
gloſſ.in verſic.hinc.*

## QVAESTIO CCLXXI.

SVMMARIVM.

1 *Gratiæ redemptiuæ vſus.*

SI debitor promiſit decẽ cum vſuris, vſque
in tali feſto, volẽs ſoluere ante feſtum : vt
1 non teneatur † ad vſuras futuri temporis,
an ſit audiendus? credo quod non. per l. qui Ro-
mæ.in prin.ff.de verb.obl.& tenet gl. in l.qui pe-
a cuniam. *a* ſi cert.pet. Quod facit ad quæſtionem
ſæpe occurrentem. Vendidi certũ cenſum ſuper
domo mea, ſoluendũ anno quolibet in feſto om
nium Sanctorũ , cum gratia redemptiua : ꝙ poſ-
ſim redimere infra decem annos quandocunq;,
dictum cenſum, contingit quod volo redimere
dictum cẽſum per duos vel tres menſes ante ter-
minum omnium Sanctorum , an teneat ſoluere
cenſum illius proximioris termini ? Et credo ꝙ
ſic, de iure, per iura præall. Sed de conſuetudine
præſentis patriæ ſeruatur oppoſitum , quia redi-
mendo per duos vel tres dies ante terminum ſo-
lutionis, liberatur debitor ſolutione cẽſus illius
proximi termini. ita ſemper vidi obſeruari à 30.
annis, à quibus inchoaui practicare in hac patria
Delphi. ¶ De vendicatione cum reacheto.& de
multis aliis quæſtionibus hanc materiam cõcer-
nentibus, vide quæ ſcripſi in notabilib. meis.§.
quæro mutuaſti mihi,&c.ſcripſi etiã de vẽditio-
ne facta cum reacheto, infra, q.516. Et plenius in
tractatu meo de contractibus illicitis, qui vſura-
rij dici poſſunt, vel non.in §. ſed quid ſi in conti-
nenti,&c. Sed ille, qui poteſt redimere in decem
annos, ſi poterit quandocunque redimere, vel ſi
debeat expectare vltimum annum, vide in d. tra-
ctatu.in §.circa hanc materiam reacheti,&c.

a ¶ L.qui pecuniã. *Et ibi dominus Odofred.in verſ.
ſed quid dicemus? quia bene explicat mẽtem gloſſæ præ-
cedentẽ pecuniã: & aſſignat rationem huius deciſionis.*

## QVÆSTIO CCLXXII.

SVMMARIVM.

1 *Dominium directum an probetur ex recognitione,
& transferatur? diſting. num. 2.*
3 *Confeſſio extraiudicialis inducit probationẽ debiti.*
4 *Recognitio ſola, an efficiat quem hominem alterius?*

VTRVM dominium vel quaſi prohibeatur
a ex recognitione, *a* vel an virtute eiuſdem
1 † transferatur? Et videtur dicendũ, quod
non. nam certum eſt, quod ſunt certi modi , per
quos rerum dominia nobis quæruntur , inter
quos recognitio non reperitur enumerata. Di-
ſtingue ſic: Aut tempore recognitionis, quam a-
liquis facit, dominium rei, quæ cognoſcitur, ſpe-
ctabat,& pertinebat ad illum , in cuius fauorem
recognoſcitur: Aut ad neutrum ipſorum : patet
argumento à ſufficienti partium enumeratio-
ne, quod eſt validum in iure. l. patre furioſo. ff.
de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris. ¶ Sed ſi ad il-
lum, in cuius fauorem fit recognitio, tunc ſpecta
bat, nullum dominium ſibi ex tali recognitione
fuit quæſitum : quia, quod ſuum erat , amplius
ſuum fieri non potuit.l.cum res. C. de contrah.
empt.& vend.& l.fin.ff.eod. Si ad neutrum, tunc
reco-

recognoſcitur dominium: quod nō haberet, nō poteſt in alium transferre: quia nemo plus iuris, &c. l. nemo. ff. de reg. iur. l. traditio. ff. de acquir. rer. do. Si autem dominiū tempore recognitionis, eſſet talis recognoſcētis, & ad eū res recognita ſpectaret, & pertineret iure dominij. Et tali recognitione ſola nō potuit dominiū in aliū transferre, ſicut ex nuda traditione, & non transfertur. l. nunquam nuda. in pr. ff. de acqui. rer. do. Tū quia in iure non reperitur cautum, ꝙ ex recognitione transferatur dominiū, neq; recognitio inter modos, per quos transfertur dominiū, enumeratur. Igitur, &c. Et præmiſſa vera, maxime vbi nulla traditio reperitur facta de re cognita, neque in recognitione ipſa ſunt verba, quorū virtute dominium, vel poſſeſſio abſq; reali traditione poteſt trāsferri. de quibus in l. quiſquis. C. de do. & in l. quædam mulier. ff. de rei vendica. Faciunt ad præmiſſa. l. traditionibus. C. de pact. Inſt. de re.
2 diuiſ. §. per traditionē. Nec ex eo, quod † quis recognoſcit, vel confitetur rem propriam tenere de emphyteuſi, & directo dominio alterius, abdicat à ſe, neq; abdicare poteſt dominiū. l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de acqu. poſſ. vbi dicitur, quod differentia eſt inter dominium & poſſeſſ. Nam ſi quis dominus eſſe non vult alicuius rei, nihilominus dominium apud ſe remanet. Ex quib. videtur inferri, quod tales huiuſmodi recognitiones non probant dominium, vel quaſi reſpectu illorum, in quorum fauorem fiunt. Nam ſi recognoſcendo quis velit rem ſuā propriā effici, & dominij illius, in cuius fauorem recognoſcit, & velit abdicare à ſe dominiū, ipſe quo ad hæc nihil agit: quia ſemper manet dominus, non obſtante tali recognitione: vt in d. §. differētia. iuncta l. nūquam. in pr. ff. de acq. rer. dom. Præterea aut dicitur, ꝙ in tali recognitione eſt verus titulus, & vera traditio: Aut verus titulus, & ficta traditio: Aut fictus titulus, & vera traditio: Aut nullus titulus, & nulla traditio, hoc probatur arg. à ſufficiēti partiū enumeratione, quod valet in iure, vt dictū eſt. Non primo, verus titulus, quia recognitio nō eſt verus titulus, per ſe, maxime quo ad dominij translationem. vt d. §. differentia. & etiam, quia inter titulos veros non enumeratur, vt dictū eſt. Neq; etiā ineſt traditio vera, hoc eſt realis, & actualis traditio, de qua in d. §. per traditionē. cū §. ſeq. & ſecundū l. traditionibus. ſupra alle. Neq; etiam ſubeſt ſecundum membrū dictæ diſtinctionis: quia recognitio nō eſt verus titulus, vt dictum eſt. Et quia verba, quorum virtute dominium fictitie transfertur, vt eſt per retentionē vſusfructus, in tali recognitione non fuerunt inſerta, etſi prætendatur fictus titulus, quamuis inualidus. vt d. §. differentia. iuncta l. nunquā alleg. non tamen eſt vera traditio, ſine qua dominiū non poteſt transferri. vt d. l. traditionibus. & §. per traditionem, allegat. niſi in certis caſibus ibidem notatis: inter quos iſte non enumeratur. Si enim vero titulo præcedente non transfertur dominiū, abſq; vera, & reali traditione, regulariter, niſi in certis caſibus. in d. l. traditionibus. no. Multo minus debet transferri abſque traditione reali, vbi ſubeſſe dicitur duntaxat fictus titulus. ar. auth. multo magis. C. de ſacroſ. Si enim vtrūque in aliqua recognitione ſubeſſe prætenditur, videlicet, fictus titulus, & ficta traditio (& nunc intro quartū membrū diſtinctionis) tunc etiā iſto caſu, nihil dominij transfertur in illū, in cuius fauorē fit recognitio. aliter diceremus duas fictiones, circa idem, & reſpectu eiuſdē perſonæ, concurrere: & operari ſimul, & ſemel. quod nō eſt dicendū. l. 1. C. de dotis promiſ. & l. cum poſt. ff. de iure do. Et maxime, quando perſona, in cuius fauorē fit recognitio, eſt priuata, nec reperitur priuilegiata, iuxta l. fin. C. de ſacroſ. Eccl. Si autē perſona eſſet de enumeratis. in d. l. fi. forte aliud videretur dicendū, dum tamen recognoſcēs aſſereret rem, quam recognoſcit, eſſe ſuam propriā, & ita in recognitione ſcriberetur. ſuper quo videatur Bart. in l. ſi rem aliquam. ff. de acq. poſſ. Quinto caſu non poteſt dici dominiū translatum, nec probatio dominij inferri. vt l. nunquam. in pr. & l. traditionibus. ſupra alleg. Et hanc partem, ꝙ ex recognitione non probatur dominiū, tenet Pet. Ia. in libellis ſuis, circa fi. primi libelli. ibi, decimo ponit, &c. hoc idē tenere videtur Io. Fab. Inſti. de act. §. æque. in quæſt. quæ incipit. tertio quæritur. in fi. Inno. in c. dilectus. extra, de Capel. Mo. Et ſic bene, quod no. Bar. in d. l. ſi rem aliquā. ¶ Sed præmiſſis non obſtanti. ego Guido Papæ credo contrarium, videlicet, quod etiam in priuato ex recognitione, facta à domino, ſeu proprietatis recognitæ, probatur dominiū directum recognitū, per l. cenſualis quædam profeſſio. C. de dona.
b & ita ibi tenet expreſſe Bal. b qui dicit de hoc ibi eſſe caſum. Licet enim ex tali recognitione non
c trāsferatur dominiū, c per rationes ſupra ꝓ parte
d contraria, tactas: tamē ex ea inducitur probatio
3 dominij, d ſicut videmus † in confeſſione extra
e iudiciali. e quæ licet non inducat obligationem, inducit tamen probationem debiti: vt legitur, & notatur per gl. & Doct. in l. Publia Mæuia. §. fi. ff. depoſiti. & per gl. in l. 1. ff. de inter. act. nec obſtat l. cum ſcimus. C. de ag. & cenſi. lib. 11. quia loquitur in illo, qui ſe recognoſcit adſcriptitium. Et ideo ibi maior ratio, pro quo vide quæ plene dixi infra, q. 314. Et ita pluries dum practicabam conſului, & obtinui. Et ita ſeruant ſtylus & conſuetudo Curiarū Parlam. Officialatus Gration. Grayſuodani, & Bannaretorū præſentis patriæ Delph. prout vidi fieri & iudicari in contradictorio iudicio. Et credo, quod de tempore meo, reperirentur vltra centū ſententiæ in dictis Curiis: in quibus ex ſola recognitione fuit commiſſum adiudicatum, & declaratum etiam contra tertiū poſſeſſorem, & iſta videtur mihi magis æqua opinio: probato tamen, quod recognoſcens eſſet dominus rei recognitæ, tempore recognitionis. Si enim in recognitione reperiretur traditio rei recognitę,



cognitæ, vel quod ibi eſſent verba, quorum virtute dominium, vel poſſeſſio abſque traditione poteſt transferri, de quibus in l. quiſquis. C. de don. & in l. quædam. ff. de rei vend. vel conſtitutio precarij, ex qua trāsfertur poſſeſſio. & per cōſequens dominiū, vt dixi ſupra, q. 112. vel ſi fieret talis recognitio perſonis priuilegiatis, de quibus in l. fi. C. de ſacroſ. Eccl. tunc in iſtis caſibus quæſ. noſtra non eſſet dubia: quia ſine dubio probaretur dominium ex tali recognitione: ſed in themate huius queſtionis nō interuenit traditio vera, vel ficta, nec eſt perſona, cui fit recognitio priuilegiata. Sed tamē adhuc dico dominiū ꝓbari ex tali ſimplici recognitione, per d. l. cenſualis quædam profeſſio. imo & forte attentis ſtylo & cōſuetudine, de quib. dixi ſupra, poſſet dici ex tali recognitione eſſe translatum dominiū: quia conſuetudo hoc poteſt operari, etiā ſine traditione: vt dicit In. in c. 2. extra de conſu. Et ita obſeruandū eſt in iudicando: quia aliter ſequeretur inconueniens maximū: Nam maior pars patrimonij Baronum, Bannaretorū, & aliorum Nobiliū præſentis patriæ, conſiſtit in cenſibus, & reditibus: quos ſi probare non poſſent per recognitiones ſimplices, ſequeretur eorū totalis exhæredatio.
4 † Sed vtrum ex ſola recognitione quis efficiatur homo alterius. tex. ꝙ non, in l. cum ſcimus. C. de agr. & cenſi. li. 11. Et vide quæ dixi infra, q. 315.

a ¶ Ex recognitione. *An dominium directum per vnicam recognitionem probetur: vide iſtū Conſ. 146. incip. Conſil. pro reuerendo. num. 1. verſic. ad primum quæſitum.*

b ¶ Bald. *Adde dom. Barto. in l. rura. C. de omni agro deſert. lib. 11.*

c ¶ Non transfertur dominium. *Hoc verum, niſi ſecuta ſit præſtatio penſionis, ſeu cenſus: quia tunc tranſit dominium: per ea, quæ ſcribit dom. Bar. in l. cum ſcimus. C. de agr. & cenſit. lib. 11.*

d ¶ Inducitur probatio dominij. *Iſtud putarem verum, quando ſunt duæ recognitiones, vel vnica, vallata tamen ſtipulatione, vel approbata ſolutione cautionis: vt colligitur ex ſcriptis, & not. per dom. Bartol. in præall. l. cum ſcimus.*

e ¶ In confeſſione extraiudiciali. *Nam confeſſio extraiudicialis prodeſt, quantum ad probationem: quia dominium directum præſumetur eſſe filij, cui facta fuit recognitio: donec probetur contrarium. ita formaliter ſentire videtur do. Bart. in l. cum falſa. in verſic. quod ſi confiteor. C. de iuris & facti igno.*

## QVÆSTIO CCLXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio actionis in priuilegiatum facta, non valet ſecundum Curiam Parlamenti Delph.*

1 VTRVM ceſſio debiti, facta per vnum † de
a cognatione a alicui ſtudenti, valeat? Credo quod ſic. & eſt ratio: quia quādo duæ rationes ſimul concurrūt, quarum vna prodeſt, & alia nocet, attendimus illam, quæ prodeſt. l. ſi quis. ff. de acq. poſſ. l. merito. ff. pro ſocio. Sed ſic eſt in propoſito. Igitur, &c. Item, quia cognatio omnem ſuſpicionem ceſſare facit. l. 3. C. de diuortiis. Idem ſi eſſet facta ab extraneo, dum tamē iuraret eam non facere in fraudem. l. fi. C. ad l. Iuliā repet. & vide Cyn. in l. qui ſtipendia. C. de Procura. Sed hæc Curia Parlamen. hoc non permittit, prout vidi: quia cum ſtudētes regulariter ſint pri-
b uilegiati, talis ceſſio videtur fraudulenta, b & facta in potentiorem, ratione priuilegij, & ſic nulla. l. 1. cum materia. C. ne lice. poten. ¶ Et vide de
c hac materia ceſſionis, c quæ dixi in tractatu meo. de præſumptionib. in §. in cōtractu ceſſionis, &c. & Bar. in l. facta. §. ſi hæres. ff. ad Trebe. Tetigi etiam de materia ceſſionis in apparatu meo ſtatutorum, Si quis per literas. in glo. ſuper verbo. Aliquis. ibi, ſed pone fui ſpoliatus, &c. tetigi etiā de ceſſione infra. q. 530. & Conſilio. 74. & 129.

a ¶ De cognatione. *Vide Spec. 2. parte tit. de ceſ. act. §. 1. verſic ſed nunc ratione conſanguinitatis. & ibi in additio. d. Ioan. And.*

b ¶ Videtur fraudulenta. *Bene facit, quod dicit Spe. vbi ſupra de ceſ. act. in ver. 4. præſumitur ſimulata. & d. Bal. in l. qui ſtipendia. C. de Procur.*

c ¶ De materia ceſſionis. *Plenius videas Specul. in præalleg. tit. de ceſ. act.*

## QVÆSTIO CCLXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio propter nuptias, an poſſit peti dote non ſoluta.*

2 *Statuto ſtante, quod vir mortua vxore lucretur dotem, vel certam partem dotis datæ, an locum habeat in dote non ſoluta?*

IN contractu matrimonij vir vxori in dotis augmento propter nuptias, & contēplatione matrimonij, donauit centū florenos, de quibus poſſit ad eius voluntatē facere: ſoluitur matrimoniū morte viri, vel mulieris, reperitur ꝙ dos nō fuit ſoluta, vel quod pars dotis tantummodo fuit ſoluta: † Nunquid mulier ha-
1 bere debet augmentū dotis? dic, ꝙ non, niſi dos fuerit ſoluta: Et ſi pars fuerit ſoluta, de augmēto habebit, pro rata dotis ſolutæ. Caſus eſt in auth. de non eligendo ſecundo nuben. §. pen. qui incipit, illudq; collatio 1. Et tranſumptiue in autheri. ſed quæ nihil. C. de pac. conuen. ſuper dote vel don. prop. nupt. Et ſi opponatur de iuramento, ꝙ in contractibus præſtati conſueuit: reſpondetur ꝙ in tali iuramento ineſt tacita conditio, ſi dos fuerit ſoluta, ſicut probat dictus §. illud. & pro hoc l. fi. C. de non nu. pec. & l. fi. ff. qui ſatiſd.
a cog. ideo dicit Inn. in c. quemadmodū. a extra, de iureiurando. quod in quolibet iuramento inſunt quinq; conditiones, & eſt ſexta ſi promiſſum ſeruetur. Et quia iſto caſu ꝓmiſſum non eſt ſeruatū,

quia

quia dos non fuit ſoluta: ideo iuramentum non
obſtat. idem videtur dicere Bart. in d. l. fin. C. de
non nu. pec. Nec ad tale ius, ꝙ partes ignorant,
porrigitur iuramentum, neq; etiam renunciatio
ſi generaliter fiat. d. l. fi. C. de non num. pe. iũcta l.
mater. ff. de inoff. teſt. Attento, ꝙ in renũciatio-
ne ad hoc, quod valeat, debent partes certiorari.
in auth. quomodo oporteat. Ep. & cæteros Cle.
ad ordines perduci. §. ſi igitur. gl. ſuper verbo in-
terroget. col. 2. facit l. item apud Labeonẽ. § hoc
edictũ. ff. de iniu. Quæ enim generaliter fiũt, niſi
ſpecialiter notentur, vidẽtur quaſi neglecta. *b* vt
*b* ibi habetur. non ob. c. qui ad agendum. de Proc.
lib. 6. quia ibi ſpeciale fauore iudiciorum. Et præ-
miſſa de iure procedunt, niſi maritus renũciet di
ctæ auth. ſed quæ nihil faciendo pactũ, quod do-
natio ſoluatur dote ſoluta, vel non ſoluta, quod
pactũ ſeruaretur. l. 1. §. proculdubio. C. de rei vxo.
act. & l. fi. §. ibi pacta contradicta ſeruari oportet
C. de don. ante nup. Et ita in iudicando ſeruatur
in hac Curia Parl. Sed quid ſi pendente termino
maritus moritur, & ſic non recuperauit dotẽ, an
vxor lucrabitur donationẽ propter nuptias? vi-
2 de, quæ dixi infra, quæſt. 429. † Sed quid ſi ſtatuto
caueatur, ꝙ mortua vxore vir lucretur dotẽ, vel
certam partẽ dotis datæ, an locũ habeat in dote
non ſoluta? vide Bal. in l. iubemus. C. de ſac. ſanc.
Eccl. & Saly. in l. ſi cõſtante. C. de don. ante nup.
Cyn. in l. quod in vxorem. C. de neg. geſt. quem
ibi ſequitur Bar. qui dicunt, ꝙ ſi pater filiæ nõ ſol
uat marito dotẽ terminis promiſſis, quod mari-
tus non tenetur eam alimentare: quia deceptis,
& non decipientib. iura ſubueniunt. De Doario,
& Dotalitio quid ſignificent, tetigi ſupra, q. 248.
in fi. in l. 2. ibi, nullus ad id, &c. C. de bo. quæ libe.
probatur quod ſicut dos à patre profecta, ad pa-
trẽ reuertitur: ſic etiã donatio propter nuptias à
patre profecta, ad patrem reuertitur. & hoc etiã
probatur in l. fi. circ. pr. C. cõmunia vtriuſq; iudi
cij. qua dote, ſeu donatione propter nuptias re-
uerſa, quis inde ſequatur effectus? dic vt in d. l. fi.
quę eſt ſingularis, nec eſt alibi, vt ibi dicit Bart. ꝙ
nota, & tene menti: quia pauci aduertunt: & ta-
men ſæpe contingit in facto. ¶ De materia aug-
menti dotis, vide quæ ſcripſi infra, quæſt. 363.

¶ Quid ſi in contractu matrimonij non fiat do-
natio propter nuptias, ſed pro & nomine ſuper-
uitæ, prout communiter fieri conſueuit in hac
patria Delphin. an debeatur ipſa ſuperuita, dote
non ſoluta? vide quæ plene dixi infra, q. 465. &c.
De iocalibus vero vide in ſingularibus meis.

*a* ¶ Inno. in c. quemad. *Videlicet, in prin. in ſua gl. in verſi. conditio, vbi dicit in iuramento fore ſubintelligendas ſex conditiones: vt ſaluo iure alterius, & authoritate ſuperioris, ſi Deo placuerit: item, ſi res in eodem ſtatu permanſerit: item, ſi ſeruetur mihi promiſſum: item, quod non præcipiatur contra ius.*

*b* ¶ Quaſi neglecta. *Adde benefacere dictum Bald. in rub. C. qui admitti, col. 3. ver. in contrarium. vbi inter cætera dicit, quod ignorans non intelligitur præſtare præſentiam, nec conſenſum: allega. l. coram. ff. de verb. ſignif. l. diem proferre. §. coram. ff. de arbi. & l. hæredes palam. §. in teſtamentis. in ver. certiorentur. ff. de teſt.*

## QVÆSTIO CCLXXV.

SVMMARIVM.

1 *Grationopolitani ciues, an poßint ſe ſubmittere Curiæ Parlam. Delph.*
2 *Citatio eſt actus iuriſdictionis.*
3 *Vaſallus iuriſdictionem alterius prorogare non poteſt, ſine voluntate domini ſui.*
4 *Exceptiones dilatoriæ, poſt litis cõteſtationem, opponi non poſſunt. limita num. 5.*

1 VTRVM ciues † præſentis ciuitatis Gratio
nopolis poſſint ſe ſubmittere dictæ ve-
nerabili Curiæ Parlamen. Et an ſubmiſ-
ſi poſſint in eadem Curia conueniri, & conuenti
condemnari? Pro cuius quæſiti declaratione præ
mitto, quod de anno Domini 1444. & die tertia
menſis Iunij, fuerunt pacta, & tranſactiones ini-
tæ inter Reuerendiſſimum in Chriſto patrem d.
Io. tunc Epiſcopum Grationop. nomine ſuo, &
Eccleſiæ ſuæ, ex vna parte, & Illuſtrem Dominũ
Humber. Delphinum Viennenſem, ex altera. in
quibus pactionibus ſubiungitur clauſula ſequẽs:
Excepto, quod ciues etiam, & incolæ, & habita-
tores in eadem ciuitate, & territorio, nullatenus
poſſint per Curias prædictas Delphin. nec aliquã
earundem, ſeu quoſcunque Iudices, ſeu familia-
res aliquarum ipſarum Curiarum, ex quauis cau-
ſa criminali, vel ciuili, contractu, vel quaſi, deli-
cto, vel quaſi, vbicunque commiſſis, contractis,
aut initis, citari vel conueniri, puniri, condemna
ri, vel capi, aut incarcerari, vel aliquam iuriſdi-
ctionem, ſeu quemcunque actum iuriſdictionis,
vel executionis, poſſint ibidem Curiæ Delp. ſeu
earum Officiarij in dictos ciues, & incolas, & ha-
bitatores dictæ ciuitatis, & eius territorij aliqua-
liter exercere: nec in quaſcunque perſonas, ibi-
dem delinquentes, vel contrahẽtes ſuper dictis
criminibus, aut contractibus, ibidem commiſ-
ſis, vel initis, poſſint actum aliquem iuriſdictio-
nis exercere Officiales, Iudices, vel familiares
Delphinales, prædicti. ſed per Curiam, iuriſdicti-
onem communem, &c. Quæ pactiones inter di-
ctas partes fuerunt iuramento, & aliis debitis, &
neceſſariis promiſſionibus roboratę. Quibus ſic
præmiſſis tria Principaliter apparent, & colligũ-
tur, ſcilicet, quod dicti ciues Grationo. non poſ-
ſunt quouiſmodo in dicta Curia Parlame. Del-
phi. citari, nec conueniri, vt patet ibi, dum dici-
2 tur, citari vel conueniri. Et ratio, † quia citatio
eſt actus iuriſdictionis. l. cũ Clericus: & l. omnes.
§. ſi vero apparitor. C. de Ep. & Cle. l. 1. ff. de in ius
voc. faciunt not. per Bart. in l. extra territorium.
ff. de iur. om. iud. authen. offeratur. C. de lit. con-
teſt. in §. fin. Inſt. de pœn. te. lit. Ideo ille actus iu-
riſdictionis per dictam Curiam Parlamenti fieri
prohibetur, ibi: Nec aliquam iuriſdictionem, ſeu
quemcun-



quemcunq; actum iuriſdictionis, vel executio-
nis, poſſint ibidem, &c. Secundo ex dicta clauſu-
la pactionũ, colligitur, quod dicti ciues Gratio-
nop. corã dicta Curia Parlamenti citati, vel con-
uenti de facto, non poſſunt confeſſi, vel conuicti
condemnari: vt ſonant dicta verba clauſulæ. ibi:
Puniri, vel condemnari. Ratio, quia cõdemnare
aliquem eſt actus iuriſdictionis, & iuriſdictionẽ
importat. l. 1. & ff. de iuriſdictione omn. iud. & l.
1. C. eo. hoc etiam apparet ex diffinitione iuriſdi-
ctionis, quæ ſic diffinitur per Accur. in d. l. 1. Iuriſ-
dictio eſt poteſtas de publico introducta, cũ ne-
ceſſitate ius dicendi, & æquitatis ſtatuendæ. facit
l. de qua re. ff. de iudicijs. qui actus iuriſdictionis
inter dictos ciues, & in dicta ciuitate, & eius ter-
ritorio expreſſe prohibetur. ibi: Puniri vel con-
demnari. puniri, habendo reſpectũ ad cauſas cri-
minales: & condemnari, habendo reſpectum ad
cauſas ciuiles, ſecundum quod in ſimili habetur
in l. cauſas & lites. C. de tranſactio. & l. 1. ff. de te-
ſtibus. Ex quibus infertur, quod iuriſdictio huius
Curiæ Parlamenti per dictos ciues ratione con-
tractus, vel quaſi, in eadem ciuitate, & territorio
eiuſdem, initi per litis conteſtationem, & ſi taci-
te prorogari non poteſt, ſaltem cum effectu. Ra-
tio, quia cum ipſi citati confeſſi, & conuicti non
poſſint, nec debeant ibi condemnari, vt patet ex
præmiſſis: ſequitur, quod nec iuriſdictionem per
litem conteſtatam, poſſunt prorogare, cum nul-
la condemnatio inde poſſit, neq; debeat ſequi,
quæ condemnatio locum habet lite conteſtata,
& non ante. l. is, qui ſe obtulit. ff. de rei vend. Et
facit quod not. in l. ſi à te. §. ſi quis fundum. ff. de
excep. rei iud. cum ante litis conteſtationẽ quis
non dicatur agere, ſed agere velle. l. hoc amplius.
ff. rem ratam haberi. imo nec litem aliquam poſ-
ſunt dicti ciues coram Parlamẽto conteſtari, per
quam deueniatur ad condemnationem: quia cũ
prohibetur condemnatio (vt patet ex dictis) et-
iam omne illud, per quod deuenitur, & deueniri
poteſt ad condemnationem, cenſetur eſſe pro-
*a* hibitum. *a* l. oratio. ff. de ſponſa. le. cum lex. ff. de
fideiuſſ. & c. cum quis. de reg. iur. Et maxime, vbi
eadem cauſa prohibitionis in actu, per quem, &
in actu, ad quem deuenitur, durat, & reperitur, ſi-
cut hic, durat, & reperitur cum eadem cauſa pro-
hibitionis, quæ eſt in conteſtatione litis, eadem
reperitur poſt litis conteſtationẽ, & in cõdemna-
tione. ideo prohibita condemnatione, litis con-
teſtatio cenſetur prohibita. Et ſic merito proro-
gatio iuriſdictionis, quæ per eandem fit, median-
tibus, quibus ad ipſam deuenitur, per iura ſupra
alleg. faciunt not. per Dyn. in d. c. cum quis. hoc
etiam magis corroboratur ex fine dictarum pa-
ctionum, dum in eis dicitur ibi, nullo tempore
contrauenire directe, vel per obliquum, &c. Ex
quibus verbis, iunctis alijs, in prima clauſula in-
ſertis, videtur prohibitus actus quicunq; iuriſdi-
ctionis, qui in ipſos ciues poſſet exerceri per di-
ctam Curiã Parlamenti directe, hoc eſt per pro-
rogationem expreſſam, vel obliquã, hoc eſt, per
prorogationem tacitam, quæ fit per litis conte-
ſtationem. alias dicta verba de nullo operarẽtur,
quod non eſt dicẽdum. Ad quæ bene facit c. 1. de
Clericis coniugatis. lib. 6. vbi Clerici coniugati
cum vnica virgine, pro delictis, vel exceſſibus,
ab eiſdem commiſſis, trahi nõ poſſunt crimina-
liter, aut ciuiliter ad iudicium ſeculare, nec ab ip-
ſis Iudicibus condemnari, ne per vnam viam cõ-
cedatur Iudicibus, quod per aliam denegatur eiſ
dem. Sic idem in propoſito actus iuriſdictionis
vna via, hoc eſt, prorogatione tacita, per litis cõ-
teſtationem facta, nõ debet per ipſum Parlamẽ-
tum in ciues huius ciuitatis exerceri, cui alia via,
hoc eſt citationis conuentione, aut condemna-
tione denegatur expreſſe: vt patet ex præmiſſis,
facit etiam l. ſcire oportet. §. ſi mater. ff. de Tu. &
Cura. da. ab his. Tertio colligitur ex dictis pa-
ctionibus, quod Parlamentum Delphin. videtur
reddi Iudex incompetens, quod ad ciues huius
ciuitatis, etiã prorogatione in ipſum tacite, per
litis conteſt. facta. Et eſt ratio, quia verba prohi-
bitoria dictæ clauſulæ, relata ad dictum Parlamẽ-
tum, proferuntur negatiue. ibi, nullatenus poſ-
ſint per Curias prædictas, aut aliquam earum, ſeu
quoſcunq; Iudices citari, &c. Quapropter, quod 1
omnis actus iuriſdictionis qualitercunq; ſequa-
tur, cenſetur eſſe prohibitus. l. 2. in princ. & §. 1.
ff. ne quid in loco publico. iunct. l. non dubium.
C. de leg. & l. 1. C. ne fideiuſ. do. dentur. & quod
ibi not. per gl. & Bar. cui etiam derogare nõ poſ-
ſunt ciues & incolæ huius ciuitatis Gration. ſecũ *a*
3 dum quod in ſimili dicitur † in vaſallo: qui iuriſ-
dictionem alterius prorogare nõ poteſt, ſine vo-
luntate domini ſui: vt not. per glo. in l. 1. ff. de iu-
dicijs. & per Inno. in c. inter quatuor. de maio. &
obe. Item etiam pro eo, quia dicta verba prohi-
bitoria proferuntur negatiue, ſecundum quod
in ſimili dicitur, in lege, vel ſtatuto prohibente
aliquid fieri negatiue, cui non poteſt renunciari.
vt not. per gl. in d. l. 1. in fi. C. ne fideiuſ. do. dẽtur.
Et ſi iuriſdictio Iudicum Delphi. non poteſt per
ciues huius ciuitatis, prorogari, ſicut nec aliqua
iuriſdictio prohibita prorogari. l. 2. §. ſed ſi Iudex
ibi, niſi ſpecialiter. ff. de iudicijs. & faciũt no. per
Inno. in c. de cauſis. de offic. Deleg. Quæ iura hic
locum ſibi vendicant, cum dictæ pactiones legis
effectum, quo ad ipſas partes, habere cenſeãtur.
l. 1. §. ſi non conuenerit. ff. depoſiti. & l. Iuriſgen-
tium. §. Prætor ait. ff. de pact. & id per pactum fie-
ri poteſt, quod per legẽ. le. non impoſſibile. & ibi
not. ff. de pac. in rubrica. C. de decre. Decu. lib. 11.
4 ¶ † Sed an dicta exceptio fori declinatoria, pote-
rit per ciuem vel incolã Gration. opponi, poſt li-
tis conteſtationem: videtur quod non. quia ex-
ceptiones declinatoriæ poſt litis cõteſtationem,
opponi non poſſunt. l. ſi C. de except. le. peremp-
torias. cum ibi not. C. ſent. reſcin. non poſ. Sed
5 hoc † eſt verum, niſi ſint pacto, vel conuentione
coarctatæ, ſeu alteratæ: quia tunc poſt litis cõte-
ſtationem

ſtationem poſſunt opponi,ar. in l. qui futurum. ff.de pactis.& l.cõmiſſoriæ.C.de pact.inter emp. & ven. prout in caſu noſtro vigore dictorum pactorum,iuxta præmiſſa. ¶ Et audiui temporibus meis ego Guido,quod in quadam cauſa,tũc vertente in dicto Parlamento quod Conſiliũ Delp. tunc appellabatur, inter Artaudum Armueti ciuem Gratio.& Claudium Garcini in Curia Parlamenti cauſam inchoatã, inter dictas partes,etiam lite conteſtata, fuit cauſa ipſa remiſſa Iudici communi huius ciuitatis , per Dominos Iacob. Gelu.Ioan. Generum, Gulielmum Gelinum , & Fred. Tholo.tunc Conſiliarios in dicto Conſilio Delph. & recepit ſententiam Petrus Chanterelli, quondam tunc Secretarius Delphin. in dicto Conſilio, quod nunc appellatur Parlamentum Delph.& hoc etiam ſcripſi infra,q.562.

a ¶ Cenſetur prohibitum. *Adde quæ leguntur & notantur in c.nam concupiſcentiam.de conſtit. & in c. cum quid.de reg.iur.in 6.*

## QVAESTIO CCLXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Citatus corã diuerſis Iudicibus,eadem die, corã quo debeat comparere.*

1 CItatvs † ad Curiam Parlamenti Del. & ad forum Epiſcopale ad comparendũ eadem die, ſi in foro Epiſcopali ſolum cõpareat, an in Curia Parlamenti , vbi non comparet,debeat contumax reputari? videtur,quod nõ quia Principes temporales ſubſunt Epiſcopo, a quo ad cenſuram Eccleſiaſticam. vt not.Inn.in c. 1.extra,de offi.or.& ſic maior Epiſcopus videtur: attamen dicit Inn.in c.cum parti. ibi, nos credimus,&c. de appel. quod ſi quis citatus ſit à rege, debet ei honorem in comparendo exhibere magis,quam Epiſcopo.Sed Papa ab omnibus honorari debet:quia Papæ eſt obediendum. Et citatio Papæ excuſat non comparentes alibi:niſi procurauerit ſe citari:vt ibidẽ dicit Inno. Et vide quod not.ff.de offic. Præfect. Præto.l.1.§.his cunabulis & in l.2.in fin.ff.de cuſtod.reor. De hoc etiam tetigi infra,quæſt.443.

a ¶ Subſunt Epiſcopo. *Vide dom. Panor. in cap. ſolita.in princ.& in verſic.nota.7.& in verſi. not.ibi dudũ.extra,de maior.& obedien.*

## QVAESTIO CCLXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Opinio Doctoris an releuet ab expenſis.*
2 *Gloſ.opinio in iudicando,quando ſequenda.*

OPinio Doct. releuat ab expenſis, a ſecundum Henr.Bohic.in c. ſacro. §. verũ extra, de ſentent. excom. & Franciſcum de Zabarellis in Cle.2.de magiſtris. dicit Bart. in l.qui ſolidum.§.etiam.ff.de leg. 2. & ita vidi plures obſeruari in hac Curia Parlament. cum opi.
1 † Doct.ſit etiam probabilis.vt not.in l.1.C. de legibus:tamen in iudicando reſpectu negotij principalis,vbi ſunt variæ opinio. Doct. communior opin.eſt tenenda,& in ſequenda. l. ſcire oportet. §.illud.cum §.ſequent.ff.de excuſ. Tuto. in Cle. 1.in fin.extra,de Sum.Trinit.& fide Cathol. Idẽ tenet Pet.Iac.in tit.de compendio ſubſti.circa fi. Idem Ioan.Fab.in procemio Inſtit.in fin.ibi, hoc hortor.idem Cyn.in l.1.C.de actio. & obli. dicit
2 tamen Iac.Butr.quod glo. eſt † in ſequenda in iudicando,quando gloſſ. eſt approbata per aliquos alios famoſos Doct.ita dicit ipſe in l.2.C.qui pro ſua iuriſdictione. Sed in iudicãdo hæc Curia Par. non ſeruat dictum Iac. But. quia quandoq; iudicat contra glo.licet habeat Doct. eam approbantes:ſed ſequitur ipſa Curia magis communem,& magis æquam opin. prout æquum videtur fiendum. Sed quid ſi ſuper vno proceſſu ſint diuerſæ opiniones, & Iudex eligat vnam, licet malam, quam in ſua ſententia exprimat,an ſententia erit nulla? dic quod non ſecundum Bart.in l qui Romæ.§.duo fratres. in 6. oppoſit. ff. de verborum obligationibus.

a ¶ Opinio Doctoris releuat ab expenſis. *Adde do. Bart.in l.in bonorum.ff.de bono.poſ.do. Bal.in authen. genera.3.colum.in verſi.ex prædictis apparet.C.de Epiſcop.& Cle.do. Alex.in l.iuris. qui admit.ad bon. poſ. poſſunt.& do.Car.in Cle.ſi t nimis abſurdum.4.col.in verſ.quarto quæro. ibi addunt aliqui. 11. priuilegium de magiſtris.& not.in c.vt debitus honor.extra de appel. Et iſtud intellige verum, niſi talis opinio ſit reprobata communiter ab alijs Doct.dom.Card.in Cle.2.in princip.de elect. vide etiam ad prædicta l.3.§.ſi rem.ff. de legat.3.& ibi Doct. & l.properandum.§.ſin autem. & ibi dom.Bald.ff.de iud.& dom.Bart. in l. ſi quis inficiatus.ff.depoſi.& vide ad materiam ſupra,quæſt.101 in §.præterea.in verſi ſi fuerunt tamen.& dom. Alex. in addit.ad do.Bar.in prælleg.l.in bonis.*

## QVÆSTIO CCLXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Homo an poſſit ſe obligare ad pugni amputationem.*
2 *Membrorum ſuorum dominus nemo eſt.*

1 AN homo † poſſit ſe obligare ad pugniam putationem, vt ecce quidã delatus promiſit & iurauit cõfiteri veritatem:& caſu quo cõtrarium reperiretur,voluit, quod pugnus ſibi amputaretur,vel manus abſcindatur: reperitur,quod non fuit confeſſus veritatem: nunquid debet ſibi pugnus amputari? Credo quod non.
a a pro eo, quod ipſe talem obligationem facere
2 non potuit, cum ipſe non ſit dominus † membrorum ſuorum.l.liber homo.la 1.ff.ad le.Aqui. iuncta l.2. & leg.3. C. ſi res aliena pigno. data ſit. & facit l.ſi quis.§.fin.ff.de pec.l.omne delictum. §.pe.ff.de re mili.& audiui, quod alias caſus euenit in perſonam Fran.Petilionis, ciuis quondam Gratio.qui talem fecerat ſubmiſſionem.

a ¶ Credo quod non. *Facit: quia talis obligatio videtur eſſe contra bonos mores, & ſic non valet, cap. ſi. extra,de pact. etiã ſi foret iurata, vt in regula non eſt obligatoriũ. de reg.iu.in 6. quod enim ſit contra bonos mores,non res,non arctat. Patet, quia talis dicitur homicida ſui, & Dei conditoris inimicus. vt l.5.§.ſi quis abſciderit.*



## QVÆSTIO CCLXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra homines alicuius ciuitatis, an noceat eorum ſucceſſoribus.*

a SEntentia a lata reperitur, centum
1 anni ſunt elapſi contra habitatores † alicuius caſtri vel loci , pro Domino talis caſtri vel loci. Nunc Dominus Modernus vult ſe iuuare tali ſententia, contra habitatores Modernos,qui dicunt,quod nõ ſunt hæredes prædeceſſorum habitantium: nec eorum bonis ſucceſſerunt. ideo talis ſententia eis obeſſe non debet tã quam res inter alios iudicata,l.2.3.& vlti. C. quibus res iudicata non nocet. Contrarium credo,
b b quod licet prædeceſſores deceſſerint, ſucceſſores repræſentant defunctos, & faciunt eundem populum: ſic quod populus Modernus cenſetur idem populus, textus notabilis in l. proponebatur, circa medium.ff.de iudicijs. Quod facit pro
c quæſtione c quam habuerunt D. Decanus & Capitulum beatæ Mariæ Gration. contra homines Herbeſij,ad cauſam decimarum,qui dicebãt ſententiam contra homines Herbeſij, latam anno 1407. eiſdem obeſſe non debere cum nõ ſint hæredes nominatorum in ſententia : quia imo nocet, cum Moderni faciant eundem populum, & defunctos repræſentent, & ita fuit concluſum & ſententiatum in hac Curia Parlamenti , de anno proxime lapſo, Domini,1458. An ſententia, lata contra vnum ex mercatoribus, ſuper ſolutione pedagij,noceat alijs: vide infra,q.449.

a ¶ Sententia. *Tu vide de hoc quæſito iſtum,conſ.171. incip.circa materiam.nume.4.verſic.ſicut & licet alij condelati.*

b ¶ Contrarium credo. *Pro hac opinio. fortiter facit tex.in le.ſicut municipij in §. in Decurionibus.ff. quod cuiuſ.Vni.no.& ibid.Bald. qui hãc quæſtionem format in terminis.in ver.in tex.ibi,ſunt ergo.iũcto ver.idem dicen.*

c ¶ Pro quæſt. *Hanc quæſtionem formaliter tangit & decidit,vbi ſupra.*

## QVÆSTIO CCLXXX.

SVMMARIVM.

1 *Spurio poſſitne quid relinqui à patre,*
2 *Liberi qualiter ſuccedant parentibus.*
3 *Spurij an ſuccedant matri,ſi non ſit illuſtris.*

TItivs coniugatus ex muliere ſoluta vnum habuit filium maſculum , cui in te-
1 ſtamento quoddam Caſtrũ legauit: † moritur teſtator ſine liberis naturalibus,& legitimis fratre ſuo hærede vniuerſali inſtituto , vtrum ta-
a lis filius dici debeat ſpurius? a Credo quod ſic, vt ponit Bar.in l.ſi.ff.de his,quib.vt indi. Sed an poterit ; & debeat habere dictũ Caſtrum ſibi lega-
b tum? videtur quod b non. & de hoc eſt caſus in c. nõ tanta eſt.extra,qui filij ſint legitimi. iũcta di. Hoſtien.ibid.qui ſuper verbo aliam.in d.c. adiecto. dicit,& exponit aliam etiã eſſe ſolutam. pro qua expoſitione facit glo.in §.ſunt perſonæ.Inſtit. de. nupt.in 6.caſu ibidem inſerto,dicit, quod habẽs vxorem,cum alia contrahere non poteſt, obſtãte primo matrimonio. Et ita ſequitur quod filius ex muliere quamuis ſoluta ſuſceptus,eſt de numero illorũ,qui ſuccedere non poſſunt.Pro hoc facit bene in auth.quibus mo.nat.effi.ſui.§.pen. colum.7.& quod not.per Sal. in l.1.C.de concu. Et ita vidi iudicari in hac Curia Parlam. de anno Domini 1439.in cauſa baſtardi Valen.cui Aymarus Comes quondã Valentinenſis, eius pater naturalis, legauerat in ſuo teſtamento caſtrum no-
2 uum Dalmacen. † Qualiter liberi ſuccedunt parentibus in materia huius quæſtionis, dic : quia quidam ſunt legitimi tãtum,vt adoptiui, vel arrogati: alij legitimi, & naturales , vt nati ex vero matrimonio hi ſuccedunt,ſcilicet, legitimi tantum, & legitimi, & naturales parentibus ſuis in omnibus bonis. C.de legiti.hæred per totum.& C.de adop.l.cum in adoptiuis. Alij ſunt naturales,& nõ legitimi: vt nati ex concubinis: & hi ſuccedunt in duabus vncijs ab inteſtato. C. de natu. lib.authen.licet patri. & hoc quando pater non habet alios liberos: nec parentem ſeu coniugem legitimam. Alij ſunt ſpurij, vt ex adulterino vel inceſtuoſo coitu vulgo concepti.ff. de ſta. homi. l.vulgo.& hi in nullo ſuccedunt, vt dicta authen. licet patri. nec aliquid debẽt habere in bonis pa-
c tris. c vt C.de inceſt.nup.l.ex complexu. Succe-
3 dunt † tamen matri, ſi non ſit illuſtris: quia mater ſuccedit eis. C.ad Orfi. le. ſi qua illuſtris. vide extra,qui filij ſint legiti. c. tanta. An Imperator poſſit legitimare natum ex damnato coitu? Dic quod ſic, ſi dicat non obſtante auth. ex complex. C.de inceſt.nup.ita dicit Sal. di.authen. ex complex. vide Cano.in c.per venerabilem. extra, qui filij ſint legiti.ſed Bart.in l.ſi.in ſin.C. ſi contra ius,vel vti. publi. tenet quod ſufficit quod Princeps dicat, non obſtante aliqua l. quæ in contrarium loquatur.& iſtud ſufficit: quia eſt ſpecialiter loqui. iſta ſunt verba Barth. vbi ſupra,& pro tanto ſtylus cancellariæ Curiæ Rom. ſolet dicere, non obſtantibus quibuſcunq; conſtitutionibus Apoſtolicis, per quas effectus præſentium literarum poſſit impediri. de hac materia vide per Ioan. Andr.in Nouella.in c.1.de exceſſibus Prælato. & Petr.Iacob. in rubr. de ſtatu Curia. vbi dicit, quod ſufficit certa ſcientia cum non obſtantia generali, videlicet non obſtante aliqua le. de Baſtardis tetigi infra, q. 580. De hac materia clauſularum non obſtant. plenius tetigi in tractat. meo reſcriptorum , & clauſularum derogatoriarum , & non obſtantium in reſcriptis Principum apponi ſolitarum. Sed an filius naturalis poſſit emancipari, & ei donari per patrem in præmium emancipationis, vide quæ dixi infra, q.632. & 941 conſil. meorum.

*a* ¶ Dici debeat ſpurius. *De hoc videtur tex. in l. vulgo conce. ff. de ſta. ho.*

*b* ¶ Quod non. *Vide ſuper hoc diſpu. quam ponit do. Are. inſti. de leg. cog. ſucc. §. vulgo quæſitos. quæ eſt breuis & bona diſtinctio.*

*c* ¶ In bonis patris. *Imo nec in bonis matris: vt tenet do. Odofr. in prælleg. authen. licet patri. verſ. quia ſegniori. ſuper iſta auth. & hoc verum, vt ibi dicit: quia eſt talis coitus, qui accuſari poteſt. & glo. in §. nouiſſime inſtitu. ad ſenatuſconſult.*

## QVÆSTIO CCLXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Creditoris electio in executione iudicati, vt capiantur mobilia & immobilia, præpoſtero etiam ordine.*

2 *Executionis iudicati forma.*

IN ſtatuto Delphi. dudum 1403. & die 2.
menſis Iunij facto per magnific. virum,
do. Gaufre. Lemengre dictum Boſſiqual,
tunc Gubernatorem præſentis patriæ Delphin.
& per alia ſtatuta antea per olim Gubernatores
1 Delphin. facta, † ita ad executionem rei iudicatæ
in actione perſonali, debebant debitores primo
requiri de bonis pignoribus ſuis indicandis & in-
2 de expectari per diem naturalē, † & lapſa die na-
turali ſi non indicabant debitores, eorum credi-
tores lapſa die naturali, poterant capere de bonis
debitoris, primo de mobilibus, ſi reperiebantur,
de inde de immobilibus, iuribus, cēſib. & actio-
nibus ad electionem creditorum. Sed pro acce-
leratione prædictæ executionis, ad euitandū ma-
iores expenſas, fuit ſtylus in dicta Curia Parlamē
ti Delphinal. introductus, & obſeruatus ab anno
Domini 1401. citra quod abſq; dicta requiſitio-
ne de pignore, creditor poteſt facere pignorari
debitorem, de bonis ſuis mobilibus, vel immo-
bilibus, cenſibus, iuribus, & actionibus ad ipſius
electionem abſq; dicta requiſitione, & non ob-
ſeruato iuris ordine. de quo in l. à diuo Pio. ff. de
re iudi. Et hoc ad perpetuam rei memoriam duxi
hic ſcribendum. Et de materia executionis ſen-
tētiæ, vide quæ dixi ſupra, quæſt. 215. & infra, quæ-
ſtio. 329. & q. 568.

## QVAESTIO CCLXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta & vaſallus, an teneantur domino de damno per eos illato in re emphyteuticaria, vel feudali.*

1 SI emphyteuta vel vaſallus † deterioret rē feu-
*a* dalem, *a* vel emphyteuticariam, tenetur do-
mino de tali damno ſeu deterioratione, per l. in
fraudē. §. conductor. ff. de iure fiſci. & l. forma. §.
ſi vicē. ff. de cēſ. & l. diuortio. §. ſi fundū. ff. ſoluto
matrimonio. & ibi per Bart. iuncta l. quāquā. §. 1
ff. de aqua plu. arcen. Et ita tenere videtur Spec.
in titu. de emphyteut. §. nunc aliqua. verſicu. 11.
quæritur. in fin. Sed quid ſi dominus petat com-
miſſum, an emphyteuta vel vaſallus poſſit pete-
re melioramenta? vide quæ dixi infra, q. 438.

*a* ¶ Deterioret rem. *Emphyteuta deteriorans rem emphyteuticam, cadit à iure ſuo, authen. qui rem. & ibi dom. Bald. C. de ſacroſanct. Eccleſ. in 2. not. Et hoc eſt verum ſecundum eundem Bald. ibidem tribus concurrentibus, ſcilicet, quod deterioratio ſit notabilis. Item, quod ſit perpetua. Item quod ſaltem deterioratio proceſſerit leui culpa deteriorantis.*

## QVÆSTIO CCLXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Decimator an poſſit prohibere fructus efferri fundo, ante ſolutam decimam.*

2 *Animæ noſtræ qualiter abſoluantur, ſi non ſoluamus decimas.*

EXACTOR decimarū poteſt facere in-
hiberi domino fundi, ne fructus expor-
1 tet, † niſi eo, vel eius nuncio præſente.
pro quo facit l. 2. ibi, ſub effectu Curialium, &c.
C. quando & quibus quarta pars deb. lib. 10. iun-
cta l. non ſolum. ff. de rei vend. Nam poſtquam
habet partem in fructibus, ratione decimæ: ergo
& in fundo: quia fructus ſunt pars fundi, in l. fru-
ctus. ff. de rei vend. in re communi, potior eſt cō-
ditio prohibentis. l. Sabinus. ff. cōmuni diuidun.
Et quod ipſe decimator vel nuncius eius debeat
intereſſe, probatur. ff. de Procu. l. Paulus. & l. ſi ſu-
ſpecta. §. 1. ff. de inoff. teſta. & l. nā ita diuus. ff. de
adopt. & in l. ſi per luſorio. ff. de appel. & in l. ſi pa-
rentes. ff. de euic. & de re iudic. l. de vnoquoq;. &
*a* C. de author. tut. & l. fi. ita etiam tenet Spec. *a* in
titul. de decim. verſ. vltim. quæritur, &c. vbi dicit
quod ſic hodie faciunt Iudices, quando agitur de
fructibus alicuius fundi. Et etiam hoc anno cur-
rente Domini 1459. obſeruauit hæc Curia Parla-
menti in cauſa decimarum Dominorū de Cap.
beatæ Mariæ Grationopol. quia Domini prædio-
rum volebant gerbas bladorum à fundis extra-
here, & portare in domibus eorum, inſcijs dictis
Dominis de Capitulo: ita, quod ipſi Domini de
Capitulo fraudabantur de multo, in eorum de-
cimis, ob quod fuit appunctuatum, quod in ger-
bis, & in prædijs, antequam gerbæ extrahantur.
decimæ ſoluantur eiſdem. De quo vide in 70.
2 conſil. meorum. † Quæro circa hoc, qualiter
animæ noſtræ abſoluentur, ſi non ſoluamus de-
cimas. Reſpondeo, quod male ſecundū gl. in Cle.
1. de vſuris. Aduertendū tamen ſecundū Thomā
de Aquino: vt refert Arc. in 17. q. 7. in c. maiores.
quod animæ eorum, qui non ſoluerūt decimas,
non ſunt in via damnationis, ſi non petantur à
Curato, vel ab illo cui debētur. Sicut videmus in
ſimili,



ſimili, dicit Ioan. And. in capit. per venerabilem.
qui fil. ſint legi. quod ſaluantur animæ Regum,
*b* & Principum, qui non obediunt Imperatori. *b*
quia Imperator ab eis nō petit ſubiectionem: tu-
tius tamen eſſet ſoluere: vel cum eis componere
pro decimis, ſecundum glo. in d. c. 1. De materia
decimarum, &c. ſcripſi ſupra, q. 266.

*a* ¶ Tenet Spec. *Qui plene tractat hanc quæſtionem & arguit pro parte negatiua, & tandem concludit pro parte affirmatiua: vt hic. & adde domin. Ioan. Andr. in addit. eiuſdem Spec. ibidem in verſi. de rei ven. non ſolum, vbi dicit Ala. & Gratia. ſic conſuluiſſe: inuenio etiam Ioan. de Deo, & Alb. Pa. ſic iudicaſſe. Quin etiam dicit Specula. vbi ſupra, quod decimæ portari debēt ad domum eius, cui debentur, alleg. not. 16. q. 1. reuertimini. prope princ. plus dicit ibidem, quod decimarius potuit ingredi fundum, vt recipiat decimas, etiam inuito Domino. alleg. C. de pact. l. fi. de Iudæis. cap. nemo.*

*b* ¶ Imperatori. *De poteſtate & iure Imperatoris, vide in c. nouit. deinde in additione dicti Barbatij, circa principium capituli.*

## QVÆSTIO CCLXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ quod non ſoluantur, aut minus plene, an conſuetudine poſſit introduci.*

2 *Decimale ius an poſſit à laicis præſcribi.*

*a* AN conſuetudo *a* poſſit inducere, quod deci-
1 mæ non † ſoluantur, vel quod minus plene
*b* ſoluantur? Inno. dicit *b* quod non. in c. in aliqui-
bus. extra, de decimis. & allegat c. quicunq;. 16. q.
7. ita etiam tenet & not. glo. expreſſe in d. c. in ali-
quibus. ſuper verbo, conſuetudo eſt, quod detur
*c* 13. pars, vel minor. talis conſuetudo *c* non ſufficit
niſi à Papa eſſet approbata: quia non valet con-
ſuetudo, quæ abſque mortali peccato ſeruari nō
poteſt, quantumcunq; longa: vt in c. quoniam o-
mne. de præſcript. Nam tales bonam fidē habere
non poſſent: quia de iure Diuino talis decima de-
betur: ergo nec conſuetudo locū habere poteſt:
vt dicit d. glo. iſtud ibidem tenet Ioan. And. in c.
1. extra, de deci. lib. 6. & ibi recitat opin. Theolo-
gorum, & in Cle. 2. de iudi. in Cle. & ibi etiam no.
per eum. idem ibidem d. c. 2. tenet Guil. de Mon-
2 tē Lauduno, qui expreſſe † ponit, nunquam ius
decimale à laicis poſſe præſcribi, & ibi ponit mo-
dum, per quem recuſantes ſunt monendi. Et iſta
eſt communis opin. Cano. tamen do. Hoſtien. in
ſum. in titu. de decim. poſt multa, quæ ibi dicit
circa hanc materiam, dicit, quod licet decimæ à
laicis non poſſint præſcribi, quota tamen bene
præſcribi poteſt, & ita generalis conſuetudo in
hac patria Delphi. & in locis circumuicinis ſe ha-
bet. & ita etiam ſecundum talem conſuetudinē
vidi iudicari in Curia Officialatus Grationopol.
& etiam determinari in hac Curia Parlamenti in
multis & diuerſis cauſis, quæ in materia poſſeſſo-
rij ibidem ventilabantur. De materia decimarū,
vide quæ dixi infra, quæſtio. 288. Et vide in 70.
Conſilio. meorum, ad quem ſpectet cognoſcere
de cauſa decimarum, & de alijs ſpectantibus ad
Iudicem Eccleſiaſticum, vide plene per Io. Fer-
rarij. in tit. forma opponendi contra Iudicem ſu-
ſpectum. in glo. ſuper verbo. Nec fuiſſe Iudicem
competentem, &c. Et dixi de iſta materia ſupra,
quæſtio. 283.

*a* ¶ An conſuetudo. *An & quando ſolutio decimarum tollatur conſuetudine, vel præſcriptione, vide poſt omnes domin. Felin. in c. cauſam. in principio. de præſcript.*

*b* ¶ Innocent. dicit. *In glo. ſua in ver. conſuetudinem. & in c. ſignificauit. in glo. ſua perſoluuntur de parochia alij parochiæ. Adde gl. 1. quæcunq; cognouerit. 16. quæſtio. 7. & ibi dom. Archiepiſ. in ver. & dicas. & do. Gofred. in ſumma. titu. de deci. in §. item nunquid longa conſuetudo. & dom. Panorm. in c. in aliquibus. ſuper gl. fin. circa prin. ibi, alij.*

*c* ¶ Talis conſuetudo. *Magnum enim dubium eſt, in iure, vtrum valeat conſuetudo, ſeu præſcriptio diminuens quotam decimarum: indubitatum tamen exiſtit, quod cōſuetudo, alterans modum dandi eas, valeat: ſecundum do. Card. Conſil. 146. Præſuppoſito quod petentes. ita referente dom. Felin. extra, de præſcript. in c. cū ex officij. in 5. col. in §. limita primo.*

## QVÆSTIO CCLXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Caſtellanorum Delphin. iuriſdictio an poſſit prorogari, de conſenſu partium.*

2 *Procurator an poſſit, ſine ſpeciali mandato, iuriſdictionem prorogare.*

3 *Caſtellani an poſſint mulctare.*

STATVTO præſentis Curiæ Delph. ca-
uetur, quod caſtellani habeāt cognitio-
1 nem vſque ad 60. ſolidos. † contingit,
quod partes litigando coram Caſtellano proro-
gant tacite vel expreſſe eius iuriſdictionē de ma-
*a* iori ſumma, an poſſit talis prorogatio *a* fieri, &
ſententia inde ſecuta valeat? Bald. dicit, quod ſic,
per multas rationes in l. certas rationes. C. quan-
do prou. non eſt neceſ. & facit text. in l. de qua re.
§. 1. ff. de iudic. quem ibi ſequitur Salicet. de quo
ſcripſi in 116. Conſil. meor. & ita vidi in iudicādo
ſeruari in Curia Parlamenti, licet Iudices inferio-
res quandoque iudicent contrarium, ad inſtiga-
tionem Firmariorum Curiarum, vt eorum emo-
2 lumenta amplientur. † An Procurator ſine ſpe-
ciali mandato, poſſit iuriſdictionem prorogare?
Innocent. in c. de cauſis. extra, de offic. Deleg. &
Paul. de Caſtr. in ſua repetitione. l. 1. ff. de iud. cir-
3 ca finem, dicunt quod non. An † Caſtellani poſ-
ſint mulctare? dic, quod non. caſus eſt expreſſus
in l. 2. §. fin. ff. de iud. licet contrarium ſeruent Ca-
ſtellani Cabeoli, Montis Aliqueri, ſancti Boneti,
& plures alij Caſtellani præſentis patriæ Del. vt
ſcripſi infra, q. 626.

*a* ¶ Talis prorogatio. *Quot modis fiat prorogatio, do.*

*Barto.& Paul.de Caſt.in l.2.§.fi.ff.de iud.Per quos au-
tem caſus,vel modos dicatur fieri,dom.Bart. & alij.in
l.ſi conuenerit.ff.de iur.omn.Iud. & in quibus caſibus
poſſit prorogari iuriſdictio:& in quib.caſibus nō Doct.
in l.2.C.qui pro ſua iur.& in c.pen.& glo.de off.Deleg.
& de hac materia,vide Spec.in tit.de compe.Iu.ade.§.
1.ver.quid ſi cum ſequen.& tit.de except.& replico.§.
4.verſi.item nota.*

## QVÆSTIO CCLXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus an habeat iuriſdictionem, ante præſen-
tationem ſuæ commiſſionis.*
2 *Delegatio ſuperueniens an retrotrahatur, vt con-
firmet proceſſum vel ſententiam illius, qui pro-
ceſſit vt Iudex Delegatus.*
3 *Delegatus eſt maior Ordinario, in cauſa ſibi com-
miſſa.*
4 *Delegati iuriſdictio an perpetuetur per citationem.*

IVdex Delegatus ante præſentationem ſuæ cō-
1 miſſionis nullam habet † iuriſdictionem. a ſe-
a cundum vnam opin. quam ponit Innoc. in c.ex
conqueſtione.in gl.magna. verſi.ſin autem non
præſentaſſet.extra,de reſt.ſpo.quam opin.ſequi-
tur Hoſtien.& alij Docto.ibidem.& ideo inquit
Bal.in l.eum,qui.4.q.ff.de iur.om. Iud. quod Iu-
dex Delegatus debet eſſe cautus , vt faciat inſeri
b in actis præſentationem b ſui reſcripti antequam
ad aliquos actus procedat: & ita obſeruabam tē-
pore,quo reſidebam in magno Concilio Domi-
ni noſtri Delphin. dum ipſe reſidebat in hac pa-
tria Delph.in commiſſionibus,quæ ab eo,& eius
Cancellaria mihi dirigebantur.& de quà præſen-
tatione Spec.facit vnum titu.expreſſum , & ſpe-
cialē,videlicet,de reſcripti præſentatione. ¶ Sed
2 † an c ſubdelegatio ſuperueniens retrotrahatur,
c vt confirmet proceſſum,vel ſententiā illius, qui
proceſſit vt Iudex Delegatus? Dic quod non, vt
not.glo.ordinaria,& ſingularis,in l. inſtar. C. de
iure fiſci.lib.10.ff.de iudi.l.licet. & no.Cyn. poſt
Petr.de Bella Pertica.in l.1.C.qui pro ſua iuriſ in
3.q.& Inno.in c.prudentiam.in gl. magna. extra,
de offic. Deleg.imo licet delegatio prçcederet,&
non eſſet exhibita , & præſentata vt ſupra dixi, e-
ius præſentatio ſubſequens,nō retraheretur,nec
confirmaret proceſſum , vel ſententiam præce-
dentem,ipſo iure nullam:vt not.Bal.in d.l.eum,
qui in 4.q.quod eſt notabile.& eſt ratio,quia De-
legatus,ante præſentationem ſuæ commiſſionis
3 nullam habet iuriſdictionē:vt ſupra dixi. ¶ † De-
legatus in cauſa ſibi commiſſa,maior eſt Ordina-
rio.in c. ſignificaſti. & c. ſane. & c. paſtoralis. in
prin.& §. quia vero. de Offic.Deleg. Sed qualis
4 ſint effectus,vide ibidem. ¶ Sed † an per citatio-
nem perpetuetur iuriſdictio Delegati? dic quod
ſic:vt tetigi infra,q.488.Item citatus per Delega-
tum non tenetur comparere, niſi in citatione ſit
inſerta eius commiſſio:vt dicit Bar.in l. ſi quis ex
aliena.ff. de iuriſ.om. Iud. Idem dicit Hoſti.in c.
præterea.extra,de dila.

a ¶ Iuriſdictionem. *Iſtud tenet Specul.in tit.de com-
pe.Iud.ade.§.viſo.ver.nam eo ipſo.*
b ¶ Præſentationem. *Quin etiam fieri procuret cita-
tionem,ne per aduerſarium,forte ſecundas literas im-
petrantem,& prius citari facientem , valeat præueni-
ri:non enim quo ad hoc ſufficit ſola reſcripti præſenta-
tio,niſi impetrati ſubſequatur citatio , ſecundum Spec.
vbi ſupra, verſ.ſi vero plures.ibi,& ſine more.*
c ¶ Sed an. *Item an ſuperuenientia iuriſdictionis in
Delegante , validet delegationem , ante ab eo factam:
vide dom.Felin.in c.cum ex officij.colum.16.poſt med.
ver.octaua concluſio.*

## QVÆSTIO CCLXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Campſor an quilibet propria authoritate eſſe poſſit.*
2 *Campſoris officium in quo ſtet.*

1 VTRVM quilibet poſſit † pro ſua volun-
tate eſſe Campſor, & cambium tenere?
a glo.videtur dicere,quod ſic, a in le.qui-
dam.§.Nummularios.ff.de eden. ita dicit gl. po-
ſita in d.§.Nūmularios. Mercator dicitur qui ne-
gociationem exercet quæſtuariā, ex qua aliquid
quæritur.l.Mercatores.C.de commer.& Merca-
toribus.ita diffinit Bar.in l.legatis ſeruis.in prin.
ff.de leg.3.Negotiator eſt nomen generale,& cō-
prehēdit omnia præmiſſa.l.legatis ſeruis.in prin.
2 ſupra alleg. Et † quia officium Campſoris conſi-
ſtit in mercando,emendo,& vendendo, ipſe po-
teſt dici Mercator, & Argentarius, ſumitur pro
b Campſore: b ſicut ponit exemplum gl.in ver. de-
currit. in d.§. Nummularios. Et idem dicendum
c videtur in Nummulario, c quia ſumitur etiā pro
Campſore.ita dicit gl.1.in l.Prætor.in prin.ff.de
eden.præſupponendo ibidem quod d. §. Num-
mularios.loquatur de Campſoribus.& tales Nū-
mularij olim tempore ff. eligebantur publica au
thoritate.d.l. Argentarius. vt in prin. & fortaſſis
vſque ad certum numerum , ſicut dicitur de Me-
dicis in l.parabolanos.C.de Epiſco. & Cler.licet
hodie quilibet ſit Campſor pro ſua voluntate,vt
dicit glo.1.d.§.Nummularios. & maxime in hac
patria Delp.in qua omnes Mercatores,& alij pro
libito voluntatis tenent bancas cambij , tam de
iure,per ſupra alleg. quā de inueterata conſuetu-
dine.quod ſecus eſt in Regno Franciæ:vbi nullus
audet bancā cambij tenere, niſi authoritate Re-
gia:& contrarium facientes acriter puniuntur.

a ¶ Quod ſic. *Idem tenet do.Odofr.in l.quædam ſunt
perſonæ.in prin.ff.de eden. & propterea hodie non ſta-
tur eorum rationibus, niſi contra ſeipſos. vt voluit d.
Odof.vbi ſupra.*
b ¶ Argentarius ſumitur pro Campſore. *Vide do.
Bal.in rub.C.de ſid.inſt.in 8.col. ver. reuertor ad pri-
mum.*
c ¶ Nummulario. *Argentarius & Nummularius
videntur differre,ſicut genus & ſpecies.nam Argenta-
rius eſt de argento tantum dando,& recipiendo:& hoc
inducit ipſum nomen argenti:vt per gl. in l. Prætor ff.
de edend.*

QVAE-



## QVÆSTIO CCLXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Laicus ſpoliatus decimis,an poſſit petere ſe in inte-
grum reſtitui.*
2 *Repetendi ius,quid requirat.*
3 *Laici hodie poſſident decimas ex tolerantia Præla-
torum.& quo iure.num.4.*

1 VTrum laicus ſpoliatus decimis , † poſſit
petere ſe in integ.reſtitui.Ioan.gloſſator
Decreti,dicit quod non.13.q.1.c.1.vbi ſic
a dicit.Laicus nec repetere poteſt:quia ea poſſide-
2 re non poteſt a extra,de reſcr.c.cauſam. Ad hoc
†enim vt quis repetere poſſit aliquid, requiritur
quod fuerit in poſſeſſione iuris, vel facti. extra,
de reſti.ſpol.c.ex parte. vnde non ſufficit proba-
re ſpoliationē,niſi probetur ꝙ poſſederit.c.con-
ſultationibus,extra,de offi.& po.Iud. Deleg.& c.
olim.de reſt.ſpo. Et hanc opi.videtur tenere Io.
An.in c.ad decimas.de reſt.ſpo lib.6.idem tenet
Hen.Bohi.in c.quāuis.extra,de deci.idem Arch.
in ſuo Roſario.in d.c.1.13.quæſt.1. Sed Bar.Brixi.
ibidem tenet contrarium dicens quod imo lai-
cus poteſt petere reſtitutionem aduerſus ſpolia-
tionem decimarum:quia (dicit ipſe) videmus ꝙ
quis poteſt petere reſtitutionem eius, quod de
iure poſſidere non poteſt:vt in reſtitutione con-
ſanguineæ.in c.literis.extra,de reſti.ſpol. Itē ſer-
uus petit reſtitutionem rerum domini abſentis,
quas de iure nō poteſt poſſidere.l.1.C.ſi per vim,
vel alio modo.Item vxor poteſt repetere res do-
natas ſibi à viro,ſi ſpoliata eſt: quarum dominiū
habere non poteſt.ff.de vi,& vi arma,l.1. §. deii-
citur.Item habens plura Beneficia , repetit alte-
rum,ſi fuerit ſpoliatus.& tamen de iure illud nō
poteſt poſſideri cū aliis. cap. referente.extra, de
3 Præb.Cum † laici hodie poſſideant decimas ex
tolerantia Prælatorum : & ex infeudatione , aut
alias ex donatione eis dudū , ſeu eorū prædeceſ-
ſoribus facta in Lateranen.Concilio, de quo in-
fra dicā:qui propterea veniunt reintegrandi, cū
latro reſtituatur.c.cū in literis.extra,de reſt.ſpo.
Ita dicit dictus dom.Bart.Brixi. ſecundum cuius
opin.pluries vidi iudicari in hac Curia Parlam.in
pluribus , & diuerſis cauſis,in materia poſſeſſo-
rij decimarum in eadem Curia ventilatis: ſi autē
b talis laicus non haberet titulum , b vt prædixi,
tunc ipſe laicus ſpoliatus nō reintegraretur , per
dict.cap.ad decimas.de reſtitutio.ſpoli.lib.6. cū
4 ius commune faciat contra eum,vt ibi.† An au-
tem decimę poſſint aliquo iure à laicis poſſideri:
vide Ioan.Andre.in cap. cum apoſtolicas. extra,
de his,quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capi.&
ita refert de Lateranenſi Concil. quod fuit 1179
factum ab Alexandro Papa. ¶ Et de hac materia
decimarum, vide quæ dixi ſupra, quæſtione. 284.
& quæſtione 266.

a ¶ Poſſidere nō poteſt. *Et hoc intellige procedere in
conſeſſione decimarum, facta poſt Lateran. Concilium:
ſecus ſi ante, vt legitur & notatur in c.cauſam, de præſ.*
b ¶ Non haberet titulum. *Cauſatum ante Latera-
nenſe Concilium:quia hodie decimæ laicis in feudū con-
cedi à perſonis Eccleſiaſticis , vel Secularibus non poſ-
ſunt:vt prædicto c.cauſam.*

## QVÆSTIO CCLXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum paternorum diuiſio, qualiter facieda in-
ter fratres.*
2 *Inſtrumenta diuiſionis bonorum inter fratres , pe-
nes quem cuſtodienda.*

a SVnt duo fratres a bona paterna † com-
1 muniter habentes, & tenentes, qui vo-
lunt deuenire ad diuiſionem bonorū,
qualiter debeat fieri talis diuiſio ? poſſet dici, ꝙ
forte deberet fieri talis diuiſio,iuxta l.3. circa pr.
C.com.de leg. Sed credo alium modum fore te-
nendum,videlicet , quod antiquior fratrum fa-
b ciat diuiſionem,& iunior eligat, b per text. in c.
1.extra de parochis. in antiquis. & ibi ita tenent
Hoſt.& Io. And.Item tenet Bald.in l. ſuus quoq;
ff.de hære. inſti.& ita etiam ſeruat inueterata cō-
ſuetudo huius patriæ: prout vidi fieri temporib.
meis,& ſemper audiui à maioribus meis,ita fuiſ-
2 ſe hactenus obſeruatū,&c.Sed † penes quē rema-
nebunt inſtrumenta communia cuſtodiēda? Dic
quod penes antiquiorem,per l. fi. de fide inſtru.
& tenet do.Martinus de Laude, Doct. nouiſſi.in
tract.ſuo de primogenitura. De duob. fratribus
eorum bona ſimul habētibus,ſi inter eos præſu-
matur tacite contracta ſocietas.vide in 20. Cōſi.
meo.& 131.an maior frater minori præferatur.

a ¶ Sunt duo fratres. *Circa hanc diuiſionem,& mul-
tiplices alias diuiſiones inter fratres fiendas , vide per
do.Petr.de Vbal.in tractatu ſuo de duobus fratribus.in
4.princip.ſub quæſtione 9.& ſequent.*
b ¶ Eligat. *Vide ar.in §.1.verſic. itaque per ſe. Inſtit.
de ſatiſda.Tuto.*

## QVÆSTIO CCXC

SVMMARIVM.

1 *Circa dictio , qualiter ab actore vſurpetur in ſuis
articulis,& poſitionibus?*
2 *Circa,dictio incerta eſt.*

LIbello oblato,& lite cōteſtata,actor in ſuis ar
ticulis, vel poſitionib.† nō deducit quātitatē
expreſſam,& petitā in libello. ſed ſubiungit ver-
bum,circa,dicendo , pone quod debet centum,
vel circa, non probat niſi de nonaginta quinque
flor.vtrū excuſetur à pluri petitione , ꝑpter ver-
bum circa,in poſitione ſubiūctum? credo quod
a non : a quia ſicut petitio debet eſſe clara, l. ſi in

Q 4 rem.ff.

rem.ff.de rei.ven.in authen.de teſt.imperfectis,
in prin.col.8.ſic & detractio.l. hæredes palam.§.
1.ff.de teſt.ideo dicit Bar.quod pars poſſet detra-
hi renunciãdo illi parti expreſſe: ſicut poteſt toti
liti renũciari.l.poſtquã liti.C.de pac.pro hoc in
ducit ipſe Bar.l.1.C.de plus peti.ibi,ſi quidẽ ante
inchoatam litẽ eum pœnituerit: vel veritatem
2 confeſſus fuerit,&c.quæ † tamen renũciatio ex-
preſſa,& clara non ſit per verbum. circa,quod eſt
de ſe incertum: vt l.qui duo prædia.ff.de ſerui.ru-
ſti.& c.cupientes.circa fin.extra,de elec.lib.6.ita
dicit Bar.in l.edita.C.de eden.in quæſtione, quæ
incipit,hoc præmiſſo,prope finẽ. Et ita vidi plu-
ries in hac Curia Parlamenti determinari.

a ¶ Quod non. *Etiam quia dictio, circa, importat parum plus, vel parum minus. per gl. in verſic. minus. in l. Publia Mæuia. ff. depo.*

¶ *Adde quod do. Ab. in c. ſi. de teſt. impu. dicit, quod ſi teſtis dicat: talis eſt circa 12. annos: vel talis poſſedit circa 12. annos, quod talis teſtis non probat certum, & determinatum tempus. vide eundem Abb. ibi.*

## QVAESTIO CCXCI.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum mobilium, præſentium & futurorum appellatione, non comprehenduntur debita.*
2 *Rerũ appellatione, an cõtineantur iura, & actiones?*
3 *Bona præſentia & futura, an poſſint obligari?*
4 *Bona futura poſſintne vendi.*

APpellatione bonorum mobilium, præ-
1 ſentium,&†futurorum,nõ comprehẽ-
a duntur nomina,a hoc eſt,debita.ita di-
cit Bar.in l.1.C.ſi aduer.tranſ.& in l. Quintus.ff.
de aur.& arg.leg.& in l.centurio,in 3.quæſt. prin.
circ fi.ff.de vulga.& pupil.idẽ Spe.in tit.de fruct.
& intereſſe.in §.1.verſic. ſed pone.& Pet.Ia.in ti.
de actione ex teſtamento. Et dixi infra,q. 499.
Hinc eſt,quod dixi donationẽ omnium bonorũ,
mobilium & immobiliũ,præſentium,& futuro-
rum valere: quia ſic donando, poſteà poterit do-
b nans de debitis b ſuis teſtari: & ſic non habebit
hæres nomen hæredis in vanum, & per hoc ſub-
mouetur contrarium, ꝙ poſſet fieri de l. ſtipula-
tio hoc modo concepta.ff.de verb.oblig. cum i-
2 bi no.per Bar.¶†Sed an appellatione rerum me-
arũ contineãtur iura,& actiones: dixi infra,quæ-
3 ſtione 584. ¶†Sed poſtquam ſumus hic in mate-
ria diſpoſitionis bonorum futurorum,quæro an
bona præſentia,& futura poſſint obligari:& ſic in
obligatione generali veniant bona futura? text.
quod ſic, in l.ſi.C.quæ res pignor.oblig.poſſ.ex-
ceptis tamen iis, quæ veriſimiliter quis non eſſet
obligaturus ſpecialiter.ita dicit glo. in d.l. 1. C.
quæ res pign.oblig.poſſ. quod ſecus eſt in dona-
tione vel venditione,in quibus non veniunt bo-
na futura: vt l.ſi ita.ff.de aur.& argẽ.leg.& ibi ple-
4 nius per Odof.& Doct.¶ Sed nunquid † bona fu-
tura poſſunt vendi? dic ꝙ ſic,per tex.in l.ſi in em-
ptione.§.1.ff.de contrah.empt.& ven.¶ An in le-
gato bonorum mobilium,& immobiliũ, veniãt
nomina: vide quæ plene dixi infra, quæſtion.419.
¶ Et vide de hac materia infra, quæſtione 584.

a ¶ Nomina. *Tu vide de hoc, quod ſcripſi poſt iſtum, in Deciſione 484. in verſic. in appellatione bonorum.*

b ¶ De debitis. *Quinetiam & de aliis bonis teſtari poteſt donator, omnium bonorũ, præſentium, & futurorum: niſi traditio in donatione acceſſiſſet, ſecundum Bal. in auth. ſed cum teſtator. 1. col. verſicu. quæro nunquid ille. C. ad legem Falcidiam.*

## QVÆSTIO CCXCII.

SVMMARIVM.

1 *Deſtituto exceptione debet ſubueniri officio Iudicis, ſi æquum fuerit viſum.*
2 *Sententia expreſſè lata contra ſtylum Curiæ, an ſit nulla?*
3 *Stylo Curiæ potius, quam conſuetudini ſtandum.*

1 SI alicui non competat † exceptio, ſi tamẽ
inde reſultet æquitas, quod ſibi prouide-
atur, debet ab ipſo implorari officium Iu-
a dicis, a quo ſibi prouideatur. l. plane. ff. de pet. hæ
re. & facit bene quod ponit Barto. in l. illicitas. in
prin. ff. de officio Præſidis. & dicit, quod deſtitu-
to exceptione non numeratæ pecuniæ, per lapſũ
biennij, ſubuenitur ex officio Iudicis. Et iſtud fa-
cit ad quæſtionem pro Curiis, in quibus non ad-
mittuntur niſi certæ exceptiones, prout in Cu-
ria Parui Sigilli Montiſpeſſulani: & in Curiis Ca-
beoli, & Sancti Marcellini: in quibus non admit-
tuntur niſi tres exceptiones: videlicet, falſi, ſolu-
tionis, & nouationis: tamẽ ſi reſultet æquitas per
officium Iudicis imploratũ, debet conuento ſub
ueniri: & ita vt audiui ſemel fuit obtentum in d.
Curia Parui Sigilli Montiſpeſſul. facit pro hoc l.
1. ff. de pet. hære. & l. plane. eod. tit. & vide Barth.
in l. 1. ff. quod vi, aut clam. vide tamen quæ circa
hoc plenius dixi in tractatu, quem feci ſuper ſta-
tuto Delph. ſub rub. de literis cõpulſoriis, & præ-
2 ciſis, in quæſ. 8. ¶ † Sed an ſententia lata expreſſè
contra ſtylum Curiæ, ſit nulla? dic quod ſic. ſicut
ſi contra legem eſſet lata, cum ſtylus vicem legis
obtineat: iuxta not. per Cyn. in l. 2. C. quando
prouo. non eſt neceſ. in 3. quæſt. Idem tenet Ray.
de Sabanaco in ſua repetitione. l. more maio-
3 rum. ff. de iur. om. Iud. ¶ Si ſtylus † Curiæ con-
tradicat conſuetudini villæ, vel econtra, ſtan-
dum eſt potius ſtylo Curiæ, quam conſuetudini:
cum ſe habeant ad inuicem tanquam generale
& ſpeciale: vt not. per Cyn. & Bay. de Saban. vbi
ſupra. ¶ Sed ſtylus Curiæ quanto tempore in-
ducatur: vide d. de Saba. in dicta ſua repetitione.
¶ De materia ſtyli Sancti Marcellini, etiam tetigi
ſupra, quæſt. 181.

a ¶ Offi-



a ¶ Officium Iudicantis. *Non præſupponit obligationem, & datur in ſubſidium, cum deficit actio. l. qui per colluſionẽ. ff. de act. empt. & vend. l. quæro. in prin. ff. loca. vbi Doct. Et quod detur deficiente actione ordinaria, eſt etiam text. in l. quadã. ff. de eden. & ibi Doct. Notandum tamen eſt quod officium Iudicis, eſt remedium ordinarium. vt eſt gl. in l. ſi is, à quo. in pr. ff. vt in poſſ. leg. & competit pro omni actu, bona fide facto, vbi deficit actio. vt l. cum filius. ff. ſi cert. pet. & vbicunque æquitas ſuggerit, quid faciendum. vt eſt gl. in l. ſi ſeruus. ff. de vſufruct. & in locum exceptionis deficientis, text. ſingularis. in l. ſi. ff. de petitio. hæred.*

## QVÆSTIO CCXCIII.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriarum an agi poſſit in executorem, excedentem fines mandati?*

1 QVod † executor ſententiæ facit, videtur
à Iudice factũ fuiſſe, vt dicit expreſſe Cy.
in l. ab executore. in 5. q. C. quorum ap-
pellat. non recip. allegat. l. & licet. C. de conſti.
pecu. Et ideo ſi excedat fines mandati, nullũ eſt,
quod fit ab eo. c. cum dilecta. in fi. extra, de reſcri-
ptis. ita tenet gl. fi. in c. quod ad conſultationem.
extra, de ſent. & re iudic. contra quem executorẽ
propterea poteſt agi de dolo. in l. non videtur. §.
qui iuſſum. à contrario ſenſu. ff. de reg. iur. in c. ꝙ
a quis. a à contrario ſenſu. & ibi per Dy. extra, eo. li.
b 6. Et actione iniuriarũ: b quia licet iuris executio
c non habeat iniuriam. c l. iniuriarum. §. 1. ff. de in-
iur. tamen ſi excedat fines mandati, non eſt iuris
executio: ſed iniuriæ illatio. l. ſi iniuriæ. & ibi eſt
text. expreſſus. ff. de iniur. Et alias poteſt Iudicis
officio puniri. in auth. de manda. Prin. §. Deinde.
coll. 3. De actione iniuriarum, vide quæ dixi in-
fra, quæſt. 324.

a ¶ In cap. quod quis. *Adde in eod. tit. do. Ioan. And. in Mercurialibus.*

b ¶ Actione iniuriarum. *Facit ad hoc, quod notatur in deciſ. Tholoſ. quæſt. 397. & infra, quæſt. 334.*

c ¶ Executio non habet iniuriam. *Facit quod ſcribitur, per glo. in l. quod enim nullus. §. plane. ff. de acq. rer. dom.*

## QVÆSTIO CCXCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, quæ nulla eſt, an poſſit per aliam confirmari? Et an in ea confirmatione poſſit opponi de nullitate primæ? & num. 2.*

1 QVæro, vtrum ſententia, quæ nulla † eſt, poſ-
a ſit confirmari? a ſuper hoc dicit Inno. in c. 1.
de confirm. vti. vel inuti. vbi mouet quæſtionẽ,
vtrum ſententia, à qua non fuit appellatum, vel
quæ in rem tranſit iudicatam, poſſit peti confir-
mari? &c. Et videtur ibi dicere, quod vbi ſenten-
tia eſt nulla: forte quia à nõ cõpetenti Iudice la-
ta: vel etiam dico, ſi eſſet venalis, vel contra ius
ſcriptũ lata: iuxta l. 2. & l. venales. C. quando pro-
uo. non eſt neceſ. vel quia lite non cõte. fuit lata,
quod tunc ſententia confirmationis non faceret
valere. & ſequitur in verſi. Item plus dicimus. ꝙ
ille, qui petit ſententiam confirmari, debet pro-
bare ſententiam tenere: vt puta, quod Iudex, qui
illam protulit, erat competens, & quod ordinẽ
iuris ſeruauit: nõ autem habet probare, quod ſit
iuſta: vt dicit ibidem Innoc. & ita vidi determina-
ri in Camera Conſilij, inter Dominos meos de
2 Parl. inſequendo opinionem Innocentij. ¶ † Sed
quid ſi Iudex appellationũ confirmet ſententiã
nullam, & non appelletur à ſententia Iudicis ap-
pellationum, an in executione ſententiæ Iudicis
appellationum, poterit opponi de nullitate pri-
b mæ ſententiæ? b Dic quo ſic, vt plene dixi in tra-
ctatu meo, de appellationib. in §. 108. quæro, &c.

a ¶ Poſſit confirmari. *Vide dom. Bart. in l. 1. in verſic. circa tertium. & in verſic. quæro iterum. C. quando prouo. non eſt neceſſe.*

b ¶ De nullitate primæ ſententiæ. *In hoc iuris articulo diſtinguitur, per dom. Bar. in prælleg. l. 1. in 3. colum. in verſic. ſed ante, quam.*

## QVAESTIO CCXCV.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias, qui quittauit bona paterna, an numeretur inter liberos?*
2 *Filius emancipatus an computetur in numero liberorum?*

AN filiusfamilias, qui quittauit bona pa-
1 terna, cum iuramento, † numeretur in-
ter liberos? adeo, quod partem faciat in
legitima: licet ad partem non admittatur? Pet. Ia.
in ti. de cond. ex l. omnimodo. ex teſtamento cu-
a mulata. in q. quæ incipit, ſed quid erit ſi filius? a
&c. dicit, quod ſic, ſed quod portio remanebit
b hæredi patris. b Sed contrarium mihi videtur ta-
li ratione, quia ipſe filius tale pactum cum iura-
mento faciendo, ſe totaliter alienũ reddit à ſuc-
ceſſione paterna, quia pater ſuus non tenetur
eum hæredem inſtituere, vel exhæredare, ſecun-
dum Pet. Iac. vbi ſupra. quem in hoc caſu ſequi-
tur d. Ioan. de Aramone, in repetitione ſua. l. pa-
ctum. C. de coll. quam repetitionem ego Guido,
penes me habeo. hanc opinionẽ etiam ſequitur
d. Io. Guillionis, famoſus Doctor Montiſpeſſula-
ni, in quodam ſuo Conſ. incipiente. in dubiis ex-
tractis, ex quæſtione ſuperius, &c. & mouetur ta-
li ratione. nam ipſe dicit, filia vel filius qui quit-
tauit cum iuramento, cogitur iuramentum ſer-
uare omnino. c. quamuis. de iureiur. lib. 6. ibi:
omnino ſeruari debebit. ergo debet intelligi:
quod ſiue pater nihil relinquat, nec in aliquo eũ

hære-

hæredē inſtituat, ꝙ non impugnabit, nec annullabit teſtamentum: quia qui omne dicit, nihil excludit, vt iuribus vulgatis. & generaliter eſt intelligendum. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præſtandis. & ſic ſub illo iuramēto cenſetur cōprehenſus omnis modus, per quem poſſit volūtatem patris impugnare: & ſic quod non poſſit dicere nullū: licet ſibi nihil relinquatur. De hoc etiā tetigi infra, quæſ. 548. in fi. imo nec talis filius patri ſuo ab inteſtato poteſt ſuccedere, iuxta d. l. pactum. iuncto c. quamuis. de pact. lib. 6. & hoc idem tenent dicti Doct. in locis ſupra all. Sic quod propterea verū eſt dicere, talē filium haberi pro mortuo, quantum ad ſuccedendū: modo filius, qui habetur pro mortuo, non cōputatur in numero liberorum, præſertim dum, & quando agitur de augmento, vel diminutione legitimæ aliorum fratrum ſuperſtitum, quia perinde habetur, ac ſi in rerum natura nō eſſet: ita quod facit partem, nec admittitur ad partē, ad ſimilitudinē filij exhæredati. l. 1. §. ſi pater. ff. de coniungen. cum emanc. lib. Pro hoc etiam bene facit vna regula, quā ponit Bar. in l. huiuſmodi. §. ſi Titio, & Mæuio. ff. de leg. 1. & ſic dicitur, ꝙ ille, qui non admittitur ad partē, nec admitti ſperatur aliquo iure actionis, retentionis, vel alterius æquitatis per ſe, vel per alium, nō facit partē. l. 1. §. in primo. & §. pro ſecūdo. C. de cad. tol. & l. ſi duobus, §. Titio. ff. de leg. 1. & quia filius, qui ſucceſſioni paternæ cum iuramento renunciauit, ad eam admitti nō poteſt ex teſtamento, vel ab inteſtato iure actionis, vel retentionis, per ſe, vel per alium, obſtante iuramēto, per eū præſtito: ꝙ omnino eſt ſeruandum: vt d. c. quāuis. ſic nihil excludendo, dum vniuerſaliter loquitur, dicēdo: omnino ſequitur, propter ea, ꝙ ipſe partē facere non poteſt, obſtante regula iam dicta. Sed opinio Iac. eſt magis cōmunis inter Doct. in iure ſcribentes: vt plene tetigi in tractatu meo, qui intitulatur, tractatus in materia detractionum, fiendarū per hæredē grauatū in reſtitutione fideicommiſſi: & quæ veniāt ſubſtituto reſtituenda, vel non, in 10. quæſ. & ita in hac Curia Parlam. vidi iudicari pro opi. Pet. Ia. & ſequacium, & fuit iudicatum iterato: vt dixi infra, quæſ. 599. & in 162. Conſil. meorum. ¶ Sed†
2 quid de filio emancipato: vtrum computetur in numero liberorum? Pet. Ia. vbi ſupra, dicit quod nōn. Et idem de deportato, vel exhæredato iuſta de cauſa. De filio, qui quittauit bona paterna, cum iuramento: plene tetigi ſupra, quæſ. 224. & in 4. quæſtionibus ibi ſequentibus.

a ¶ Sed quid erit ſi filius? *Videlicet in 4. col. in §. ſed quid erit. in verſic. ille ergo filius.*

b ¶ Remanebit hæredi patris. *Et eſt ratio, quia pater videtur prouidiſſe hæredi ſuo futuro, vt dicit dom. Pet. Ia. in prædictis §. ſed quid erit. in ver. dicamus ergo, in fin. & alle. l. ſi pactum. ff. de proba.*

## QVÆSTIO CCXCVI.

SVMMARIVM.

1 *Legatorum & debitorum ſolutio, ad quē pertineat?*

2 *Meliorationes factæ in rebus hæreditariis, ad quē ſpectent.*

3 *Quarta Trebellianica an detrahi poſſit de legato de portione hæreditatis: vel aliqua re facto, vel de legitima filij?*

1 a AD onus fideicommiſſarij ſpectat † ſolutio legatorum a inſolidum. l. 2. iuncta gl. C. ad Treb. & in l. 1. §. fi. & ibi not. per gl. ff. eo. tit. & ibi glo. magiſtralis, quam ſequuntur communiter Doct. debita, & funeris impenſa, ſpectant ad hæredem pro quarta parte: videlicet, pro quarta Treb. pro tribus vero aliis partibus, quæ ſunt 9. vnciæ ad fideicommiſſarium, vt ibidem not. dixi in 8. Conſ. meorum. licet de funeris impenſa nihil dicatur: tamen eodem paſſu ambulant, ſicut æs alienum. l. Papinianus. §. quartā. de inoff. teſt. præſtatio alimentorum, anni luctus mulierum, ſpectat ad hæredem: quia mulier anno illo operari debet ad opus hæredis. Bart. in l. ſicut. ff. de ope. li. & ibi no. Tū etiam pro eo, quia illo anno durante, hæres lucratur fructus bonorum mobilium, & mouentium: quos non tenetur reddere. l. 1. §. exactio. C. de rei vxo. act. ideo qui ſentit commodum, & onus ſentire debet. in c. qui ſentit. de regulis iuris. libro ſexto. ita dicit gloſſa, poſita ſuper verbo facto. & gloſſ. ſentit in l. diuortio. ff. ſoluto matrim. Quod idem dicendum videtur de veſtibus lugubribus mulierum, eadē ratione. ſed Angel. in l. decreto. C. ex quib. cau. infam. irrog. dicit, & tenet quod dictę veſtes lugubres non debentur vxori ab hæredibus viri, niſi conſuetudo loci hoc habeat, vel niſi etiam teſtator ita diſpoſuerit. De hac materia alimentorum vxoris in anno luctus, ſcripſi in ſingularibus meis. Et de veſtibus lugubribus.

2 ¶ † Sed quid de melioramentis, in rebus hæreditariis factis, ac expenſis, inde ſuſtentis? dic quod ad onus hæredis ſpectat pro quarta, & ad fideicōmiſſarium pro tribus partibus. l. vbi pure. in fin. iuncta opin. Bart. ibidem poſita. ff. ad Trebel. Attamen ſuper fructibus perceptis per hæredem, vtrum computari debeant in ſolutiones talium onerum: vide Barth. in l. ſcribit. ff. ad Treb. ¶ Iſta hic duxi ſubiungenda, pro mei memoria in futurum: quia quotidie occurrunt in hac Curia Parl. ſuper detractionibus fiendis de hæreditatibus fideicommiſſariis, quę reſtitui ordinatur detractis detrahēdis. de quibus detractionibus etiam tetigi infra, quæſtio. 496. & in tractatu meo Detra-
3 ctionum. Sed an† de legato, de portione hæreditatis, vel de aliqua re facto, aut etiam de legitima filij, quā quis rogatus eſt reſtituere, detrahi poſſit quarta Trebellianica? dic quod non, in l. mulier. §. fi. ff. ad Trebell.

a ¶ Solutio legatorum. *Vide de hoc ſcilicet de modo ſolutionis debitorum, & legatorum fiendæ per hæredem rogatum, & fideicommiſſarium, iſtum, & Conſil. ſuo. 8. num. 3. verſi. inique. ibi. ſolutio vero legatorum. volum. 4.*

QVAE-



## QVÆSTIO CCXCVII.

SVMMARIVM.

1 *Feudales conſtitutiones an faciant ius apud omnes?*

2 *Delphinalis conſuetudo, in quibus deroget conſtitutionibus feudalibus?*

1 a COnſtitutiones feudales clauſæ in libris feudorum faciūt ius† commune a apud omnes, vt dicit Ia. de Bello Viſu, de his, qui feudum dare poſſunt. c. 1. circa fin. idem Mar. Syl. Magni. Cyn. & Ia. de But. in auth. ingreſſi. C. de ſac. ſanc. Eccleſ. in antepen. quæſt. Idem Inno. in c. ex tranſmiſſa. & in c. verum. extra, de fo. cōp. & plene in c. cæterum. de iudi. Facit bene c. 1. de
2 feud. cog. & ita etiam† in hac patria Delphi. ſicut ius ſcriptū, ſeruatur, exceptis aliquibus, in quib. conſuetudo contraria in hac patria reperitur: videlicet in eo, quod mulieres in feudo ſuccedūt, & in certis aliis, in quibus iura feudorum ſunt hodie de conſuetudine huius patriæ, ad inſtar patrimoniorum redacta, vt etiam refert Io. Fab. Inſtit. de rerum diui. in pr. & in auth. ingreſſi. C. de ſac. ſan. Eccle. quia feuda de conſuetudine præſentis patriæ, poſſunt ſine conſenſu Domini legari, in dotem dari, & alienari, quæ conſuetudo in talib. eſt attendenda, & ſeruanda: vt tenet expreſſe Pe. Ia. in ti. de cōd. ex l. Imperialē. §. callidis. ibi dum dicitur, item fallit quod hodie, &c. & in ver. qui incipit: item fallit quia de conſuetudine. item tenet Bal. in ti. qualiter olim feudum alie. poterat. §. porro. ibi, dū dicit, quando alienatio erat facta de bona cōſuetudine. ¶ De materia feudali, vide quæ dixi infra, q. 304. 305. & ſupra, q. 59. & 180.

a ¶ Faciunt ius commune. *Hoc tenet pulchre dom. Bal. in præludio librorum feudalium, in 2. col. in verſi. in contrarium. quod iſte liber ſit authenticus. & d. Iac. de Aluarotis. in prologo d. libri feud. in 2. col. in ver. ex nonnullis. & in præfatione eiuſdem, qua incipit, humanum in 3. col. in ver. quæro tertio. ſed do. Pe. Iac. de Aureliaco, aliter locutus eſt, errorem quorundam ſecutus, quaſi rigide carpit, vbi ſupra, dominum Bal. vt in tractat. ſuo libellorum. in titul. de condictione ex moribus. habetur & copioſius in tit. de cauſis, ex quibus vaſallus, quantum eſt de iure ſcripto, debet amittere feudū, in 3. col. verſic. item quia in prædictis locis.*

## QVÆSTIO CCXCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Furnum conſtruere in fundo proprio vtrum quilibet poſſit?*

2 *Furni habendi in priuato ius præſcribi poteſt.*

1 VTrum quilibet poſſit facere furnum in domo, vel fundo proprio, ad† coquendum panem ſuum, non obſtante quod Baro, vel Nobilis ibi per prius habeat furnum. dicit Io. Fab. Inſt. de act. in §. æque. in quæſtione, quæ incipit, ſed quis erit modus probandi, &c. ꝙ ſic formaliter. & ideo credo, quod ſi in vna villa fuiſſet furnus, nō poteſt quis prohiberi, quominus vadat alibi, vel quominus quilibet poſſit ibi ædificare furnum: niſi alias ſibi prohibitum fuiſſet: quia contra illa, quæ ſunt licita de ſe, & debētur de iure communi, non conuentione, nō currit præſcriptio, niſi à tempore, quo quis eſt prohibitus iure contrario vti, &c. Et pro hoc nihil allegat Ioan. Fab. Tamen hoc bene probat l. quoties. ff. de ſeruitutibus. & no. per gl. Cy. & Bart. in l. 1. & 2. C. de ſeruit. & aqua. pro hoc etiam facit, quia quilibet in re ſua propria facere poteſt id; ꝙ
a ſibi prodeſt, licet alteri noceat: a dum tamen animo nocendi non faciat. l. 1. §. denique. ff. de aqua plu. arcen. nec in dubio animus nocendi præſumitur. l. merito. ff. pro ſoc. quod tenet gl. & bene ſecundum Bart. in l. filium. §. fin. ff. de dām. infect. & dicit Petr. Iac. in ſuo libellario. Tit. libellus ſuper furno. in verſicu. qui incipit, item quod
2 prædictum ius habendi furnum, &c. quod † ius habēdi furnum in loco priuato bene poteſt præſcribi, licet ſecus in loco publico, vel communi. l. fi. ff. de vſucap. quod facit pro illis, qui in domibus ſuis furnum fecerunt: & longiſſimo tempore tenuerunt, & panes ſuos decoqui fecerunt: ꝙ ipſi tale ius præſcripſiſſe cenſentur, & præſcribere potuerunt: licet de præſcriptione iuris fiſcalis agatur: vt videtur text. in ratione l. ſi manifeſte. C. de ſer. & aqua. licet illa lex melius faciat quando mos, hoc eſt, conſuetudo antiqua, prætenditur, quod eſt multum attendendum in modo articulandi, vel libellandi: prout etiam dicit Bart. in l. 1.
b C. de ſerui. & aqua. & præmiſſa vera, b niſi ius ſuper hoc tali Baroni fuiſſet quæſitum, authoritate Principis. l. quominus. ff. de fluminib. l. quod Principis, in pr. ff. de aqua plu. arcen. & plene po-
c nit Bart. in d. l. quominus. in 1. quæſt. c quam mouet de molendino vel etiā præſcriptione, vt quia volenti facere furnū de nouo, inhibuit, ne faceret, & poſt prohibitionem ius tale præſcribit. l. quoties. ff. de ſerui. & aqua. & ſic eſt in villa mea ſancti Albani, in qua habeo furnum, & nullus audet facere alium furnum ex antiquiſſima præſcriptione: ſed omnes, habitantes in ipſo mandamēto, tenentur ibi decoquere eorum panes, ſoluendo mihi certum annuum tributum.

a ¶ Licet alteri noceat. *Vide l. ſicut. §. Ariſt. & ibi dom. Barth. ff. ſi ſerui. vendi. & no. in l. pen. ff. de iniur.*

b. ¶ Et præmiſſa vera. *Hæc referas non ad proxima, ſed ad ea, quæ ſupra dicuntur in principio.*

c ¶ In prima quæſt. *Adde eundem dom. Bart. ibidem in verſic. 2. quæro.*

## QVÆSTIO CCXCIX.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator excluſione filiarū, videtur ne voluiſſe hæreditatē ſuam ad maſculos peruenire? Et an ea diſpoſitio inducat fideicōmiſſum, quo ad maſculos? nu. 2.*

TESTA-

1 TESTATOR † plures habens filios,& plures filias, filiabus hæredibus particulariter inſtitutis, filios hæredes inſtituit vniuerſales,& ipſos ad inuicẽ ſubſtituit in caſu, quo ſine liberis maſculis decederent, prohibendo, & ordinando, ꝙ nullæ filiæ ſuccedant in bonis ſuis: ſed quod liberi maſculi ipſas habeant maritare, 2 ad ordinationem amicorũ. † Vtrum per hæc verba inducatur fideicommiſſum, in fauorem liberorũ maſculorum, credo quod ſic. quia per hæc verba voluiſſe videtur hæreditatem ſuam, atque bona ad liberos maſculos filiorũ ſuorũ peruenire, fœmellis excluſis. Pro hoc videtur tex. in l. epiſtolã. §. fi. iuncta l. vbi. §. 1. ff. ad Trebell. Nam eo ipſo, quod ipſe grauauit tales liberos maſculos de maritãdo fœmellas, ipſe eis ſuam hæreditatẽ cenſetur reliquiſſe. l. deniq;. §. interdum. ff. de pecu. leg. & l. ſi ſtipulatio facta fuerit. ff. de oper. lib. facit bene quod poſuit Barth. in l. Centurio. in quæſt. quæ incipit, vlterius quæro,&c. ff. de vulg. & pup. & de hac materia tetigi ſupra, quæſt. 184. & infra, quæſtio. 469. & quæſt. 581. & 600. & ibi reperies deciſionem quæſtionis præſentis,&c.

## QVÆSTIO CCC.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatis nõ aditæ tranſmiſſio fit ad proximiores. & num. 2.*

3 *Occupatio, iure peculij, hodie correcta eſt.*

FILIOFAMILIAS, vel nepoti in poteſtate cõſtituto, hæreditate delata, † & in æ- 1 tate pupillari moriẽti, hæreditate per patrem, vel auum nõ adita, proximiores ab inteſtato ſuccedunt: nec pater ipſam hæreditatẽ po- a teſt occupare a iure peculij: vt in authen. de hær. ab inteſtato. in pr. ꝙ magis declaratur in authen. in ſucceſſione. C. de ſuis, & legi. hære. dũ dicitur in ſucceſſione, paterfamilias, ſiue filiuſfamilias, &c. quicquid dicatur, in l. ſi infanti. C. de iur. delib. quæ hodie eſt correcta per dictam auth. ſicut tenent gl. Bar. & Bal. in d. l. ſi infanti. nam hæreditas talis, quaſi primo iure, cenſetur quæſita filiofamilias in ætate infantili morienti, & ipſo iure: ſicut dicit tex. in l. ſi matre. C. de ſuis, & legi. hæ- 2 red. ſequitur † quod in ipſis talibus bonis, tali infanti quæſitis, proximiores ſuccedunt, & debent admitti: vt dicit auth. de hær. ab inte. & in auth. in ſucceſſione. ſupra all. nec præmiſſis obſtat, quod dicit Bart. in d. l. ſi matre. vbi dicit, quod verba ipſo iure debent intelligi ſecuta aditione reali, vel verbali, & facta ſuper hoc declaratione animi, ad ſimilitudinem compenſare volentis: iuxta notata in l. ſi conſtat. C. de compenſ. Quod etiam poſuit in l. ventre. ff. de acquir. hære. Quia illud intelligitur in extraneo, vel filio, aut nepote, ætatem infantilem iam egreſſo, hærede inſtituto: non autem in filio, vel nepote, in ætate infantili moriente, cuius pater, vel auus, in cuius erat poteſtate, hæreditatem adire neglexit: quia in tali caſu nõ eſt neceſſaria animi declaratio, per talem infantem facienda, cum etiam talem animũ adhuc faciẽdi non habeat, quia quicquid videt, vel audit, ignorat. l. 1. C. de fal. moneta. ideo aditio ipſa iuris miniſterio ſuppletur l. ſi infanti. allegata, adeo, quod talem hæreditatẽ, quaſi patrio iure quæſitam, ad proximiores tranſmittit: vt d. 3 auth. per † quam occupatio, iure peculij, de qua in d. l. ſi infanti. mentio habetur, eſt hodie correcta: nec eſt mirum, ſi aliqua ſtatuantur in fauorem alicuius infantis, quæ alias reſpectu maiorum, aliter deciſa reperiũtur, ſicut videmus in caſu l. qui duos. §. cum in bello. & §. fi. l. cum pubere. & l. ſi mulier. ff. de re. dub. Nec obſtat l. 2. §. ſi quis ex liberis. ff. ad Tert. quia ibi eſt alius caſus, ſi bene inſpiciatur: ſicut dicit Cyn. expreſſe in l. apud hoſtes. C. de ſuis, & legi. hære. quod etiam poteſt ſatis percipi expoſitione caſus. dict. §. quem ponit ibi Bart. cum apoſtilla Dyn. vel poteſt dici, quod ibidem nepote moriente, non ſupererat aliquis, in cuius poteſtate foret, cui negligentia hæreditatis non aditæ poſſit imputari: ſicut fuit in caſu. l. ſi infanti. ideo nimirum ſi ibi non habeatur hæreditas, quaſi patrio iure quæſita, & ſic ceſſat trãſmiſſio. ita dixi in deciſione proceſſus diffiniti in manibus Ioan. Albi. inter vxorem Arnulphi Rolandi, agentem, & Ia. Maronis & conſortium ſuorum de Ebreduno, &c. Sed an ſubſtitutio nõ agnita transferatur, vide in 122. Conſil. meorum.

a ¶ Poteſt occupare. *Poteſt tamen hæreditatem, & ex iure compelli per mediam perſonã infantis, adire: hæreditas enim nõ adita per infantem, tranſmittitur ad patrem, ac ſi ipſi infanti non quæſita fuiſſet. no. d. Bald. in l. ſi infante. C. de iur. delib. in 1. col. 3 not. veruntamen adit tanquam hæres infantis, & cum eo æqualiter ſuccedunt alij proximiores, veluti mater, & frater. do. Bal. vbi ſupera. in 2. colum. in ver. ſic ſequitur alia concluſio. Sed aliter ſentit d. Alex. ibi in addit. ad d. Bal. in 5. opp. ſuper verbo, differentia.*

## QVAESTIO CCCI.

SVMMARIVM.

1 *Famæ vis, & effectus. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.*

a FAMA operatur a multos effectus † & in- 1 ter cæteros operatur effectus ſequentes, quos ſtudendo collegi, & pro mei memoria in futurum deſcripſi: quia hi ſunt effectus ſingulares, & diſperſi hinc inde in corpore iuris. 2 Primus † eſt, quia impedit matrimonium contrahendum. in c. 2. de conſan. & affin. & ibi per 3 Doct. Secundus † effectus eſt, quia releuat quem à probatione, iuxta not. per gloſſ. & Barto. in l. 1. 4 C. qui, & aduer. quos. Tertius † effectus, quia fama cum iuramento Officiarij facit fidem. text. eſt in authen. hodie. & ibi etiam tenet Barto. C. de diuor.



5 de diuort. ¶ Quartus † eſt, quia fama excuſat quẽ à dolo. l. ſi miles. §. mulier. & ibi etiam tenet Bar. ff de adul. & l. plagij. C. ad l. Iul. de plagi. Quintus 6 eſt, † quod transfert onus probationis in aduerſarium, in caſibus, in quibus communis opinio, ſeu fama, quem conſtituit in poſſeſſione alicuius qualitatis, libertatis, aut ſeruitutis. l. mater. C. ne de ſtatu defunctorum. & l. 2. C. ſi ſer. vel libert. ad 7 Decur. peruenit. lib. 10. Sextus † eſt, quia in alijs, in quibus ſufficit famam eſſe, licet in veritate nõ ita ſit, operatur probationem plenam. l. Barbarius. ff. de offi. Præt. & leg. 1. C. de teſta. & l. 2. C. de ſenten. & interl. om. Iudi. ita dicit Bar. in l. de minore. §. tormenta. in quæſtione, quæ incipit, vltimo principaliter quæro,&c. ff. de quæſtionibus. 8 † Septimus eſt, quia releuat quem à tormentis, vel operatur quod quæſtionetur: iuxta ea, quæ 9 ponit text. in d. §. tormenta. Octauus † effectus eſt, quia præſumi facit inſtrumentum ab aliquo Notario bonæ famæ exiſtenti, confectum eſſe va- b lidum, b vbi alias non valeret. le. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re mil. tenet Bart. in l. 2. circa. fi. ff. quemad. teſt. ape. vbi dat conſiliũ Aduocatis practicantibus, quod forment articulos, & de legalitate, & bona fama Notarij. & facit bene quod ponit Spe. in tit. de inſtr. edi. in §. reſtat. verſi. quid ſi dum teſtes publicantur,&c. De alio effectu famæ tetigi inf. q. 446. &c. De fama, & voce publica, quæ ſunt in patria, & ſimiliter de rumore publico, ſi excuſat à dolo, dixi infra, q. 446. & 340.

a ¶ Fama operatur. *De poteſtate & virtute famæ, vide poſt omnes per diuerſas quæſtiones d. Fel. in c. veniens. Cle 1. ante 3. col. ver. prima concluſio. cum ſequen. de teſtã. Item fama probat ſemiplene. l. 3. §. eiſdem. cum ibi notatis. ff. de teſt. l. admonendi. ff. de iureiur. & in c. veniens. de teſtam. & notat do. Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. Et hoc verum, quando apparet, quod ipſa fama traxerit originem ex aliquibus probabilibus, ſeu veriſimilibus cauſis. alias ſecus. l. Decurionem. C. de pec. & ideo dicit do. Bart. in præd. l. de minore. §. tormenta. quod non ſufficit probare famã ſimpliciter. & idem not. do. Bal. in l. proprietatis. C. de prob. ſecundum do. Alex. 2. parte. Conſil. 90. in 4. colu. in verſ. non obſtat. Iſta tamen procedunt, vbi agitur de magno præiudicio: vbi vero agitur de modico præiudicio, tunc fama facit plenam probationem: vt in c. ſuper eo. de cõſang. & affin. & in cap. veniens. de teſti. alias autẽ ſola fama, ſine alijs adminiculis, non probat, dom. Innoc. & Abbas. in c. cum cauſam. de probat.*

b ¶ Eſſe validum. *Tu vide iſtum Conſil. 85. incip. adhærendo opinioni. num. 3. verſi. venio ad tertium.*

## QVÆSTIO CCCII.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus læſus, an debeat in integrum reſtitui?*

2 *Carolus, Francorum Rex, in integrũ eſt reſtitutus.*

1 VTrum fiſcus læſus poſſit † in integrum reſti- a tui? Pet. & Cy. a tenẽt quod non, in l. res publica. C. quibus ex cauſ. maior. in integ. reſti. in quæſtione prima, per rationes ibidem per eos deductas. ¶ Tamen quicquid ſit de iure, de ſtylo, & communi obſeruantia, ſeruatur cõtrarium: quia reſtituitur, & fuit ita iudicatum pro Domino no- 2 ſtro Carolo, † Francorũ Rege, inter Delp. Vien. qui tunc minor, & læſus, fuit in integrum reſtitutus ſententialiter, aduerſus remiſſionem, quam fecerat Domino Lud. de Pictauia, Domino Sancti Valerij, de Comitatibus Valen. & Dien. Et quos Comitatus expoſt habuit, & adhuc tenet & poſſidet (vt notorium eſt) ipſe Dominus noſter Delphin. Sed an fiſcus remaneat illæſus, ſi non conficiat inuentarium infra tempus iuris? vide quæ ſcripſi infra, quæſtione 333. & quæſtio. 571. in verſ. an fiſcus,&c.

a ¶ Pe. & Cy. *In. 1. col. quæſt. 1. vbi format quæſtionem tam de fiſco, quam de Principe, ſcilicet Rege Francorum & aduerte, quod ipſe loquitur in Principe maiore: quod probatur arg. ru. vbi autem Princeps eſſet minor natu, de iure veniret reſtituendus, ſi læſus reperiretur. Nam tunc in eo duo ſingularia concurrunt: puta, quia Princeps, & minor. vnde ſi non ſit reſtituendus, quia Princeps, ſaltem quia minor, debet reſtitui. De Principe autẽ maior ratio fuit dubitãdi: quia Reſpub. & res Principis idem videbantur, ſed Reſpub. reſtituitur: ergo & Princeps videbatur reſtituendus, ratione læſionis: licet maior. Sed contrarium deciditur: quia peritus, quod non verificatur in minore.*

## QVÆSTIO CCCIII.

SVMMARIVM.

1 *Hæres inſtitutus quod acquirit ratione ſupplemẽti legitimæ, veniatne in fideicõmiſſo vniuerſali.*

2 *Bona donata an veniant in fideicõmiſſo, vbi quis ea reſtituere non fuit expreſſe rogatus.*

3 *Percepta iure ſubſtitutionis pupillaris, an veniant in fideicommiſſo vniuerſali.*

4 *Actio quæ intentetur contra fideicommiſſarium.*

¶ *Nota hanc quæſtionem vtilem.*

1 QVAE ſunt illa, quæ veniunt in fideicõmiſſo vniuerſali? vide Bart. in l. Marcellus. §. quidam. ff. ad Treb. † Sed quæro, vtrum illud, quod hæres inſtitutus acquirit ratione ſupplementi legitimæ, quia filius, vel filia hæres particulariter inſtitutus, egit ad ſupplementum infra tempus iuris, veniat in fideicommiſſo vniuerſali? & licet circa iſtud, quod non reperi tactum, videretur prima facie dicendum, quod ſic: ad ſimilitudinem iuris, quod acquiritur iure actionis, quod venit in fideicommiſſo vniuerſali. l. ſi totam. iuncta glo. ff. de acquir. hære. & l. Papinianus. ff. ad Trebel. quod tenet Bart. in d. §. quidam. attamen, ſaluo ſaniore iudicio, credo quod non veniat, ex eo maxime, quod in tali iure, quod eſt pars legitimæ, de iure naturæ debitæ, nõ potuit per fideicommiſſum ſubſtitui; nec a aliud grauamen apponi, a imo ſi tale, vel aliud ſimile onus diceretur, vel reperiretur adiectum, ipſum pro nõ adiecto haberetur. l. quoniã in prioribus. C. de inoff. teſt. iuncta l. quæ de tota. ff. de rei ven.

rei vēn:quamuis fuerit in plus talis hęres inſtitu-
tus,quam aſcendere poſſit legitima, ſibi iure na-
turæ debita.vt d.l. quoniam in prioribus. iuncta
l.ſcimus.§.cū autem.eod. tit. ſicut tenet d. Ray-
mundus de Sabanaco. in repe. ſua d. l. quoniam
in prioribus.in pen. quæſt. licet ante repetitionē
dictæ legis per eum factam, aſſerat contrariū te-
nuiſſe,vt ibidem recitat. Nō obſtat ſimilitudo al
legata in contrarium:quia non poteſt dici ſimili-
tudo,ſed diuerſitas:quia in caſu dictarum legum
non reperitur prouiſio,quæ eſt & reperitur in ca-
ſu dictæ l.quoniam in prioribus.Ideo nimirum ſi
aliud ius ſtatuatur,cum ſeparatorum ſeparata eſ-
ſe debeat ratio.l.duobus.ff.de teſtam.tute.l. tam
is.ff.de do.cauſa mor. ¶ Sed iuxta præmiſſa,quæ-
ro de alia quæſtione: Tres fratres fuerunt hære-
des inſtituti, & adinuicem grauati de reſtituēdo,
deceſſit vnus,& ita portio ſua ad alios duos deue
nit,iure fideicommiſſi:demum deceſſit alius: v-
trum id, quod habuit à primo veniat in fideicō-
miſſo,ſic,quod tertio debeat reſtitui? vide Bar.in
l.pater.§.quindecim.ff.de leg.3.&in l.Marcellus.
§.quidam.& in l Scæuola.ff. ad Trebel. Vlterius
2 † iuxta hoc quæro, an bona donata veniant in fi-
deicommiſſo, vbi quis ea reſtituere non fuit ex-
preſſe rogatus, ſed ſimpliciter facta eſt ſubſtitu-
tio alicui,qui hæres fuit inſtitutus? dic quod nō.
l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulg.& pupil.de hoc
etiam videtur bonus text. ſi bene inducatur.in l.
Lucius.§ maritus.ff.ad Trebel. iuncta glo. poſi-
ta ſuper verbo ſentijſſe,dum dicit,&quia hoc ex-
preſſe dixiſſet. allegat ibidē certa iura. probatur
etiam in l.à filia.in prin. ff. eo. probatur etiam in
l.vnum ex familia.§.fina. cum l.ſeq.ff.de leg.2.&
3 vide in d.l.cum virum.† ¶ Vlterius circa præmiſ-
ſa quæro, vtrum ea, quæ percipiuntur iure ſubſti-
tutionis pupillaris, veniant in fideicommiſſo v-
niuerſali? pone in terminis: Teſtator habens du-
os liberos,vnum impuberem,& alium puberem
eos hæredes inſtituit, & dicto pupillo alium pu-
pillariter ſubſtituit: & talem ſubſtitutum roga-
uit reſtituere hæreditatem Titio, in caſu quo de-
cederet ſine liberis, pupillus deceſſit in ætate pu-
pillari, & ſic locum habuit ſubſtitutio. Demum
moritur alius filius ſine liberis,nunquid id,quod
habuit iure pupillaris ſubſtitutionis,teneatur re-
ſtituere Titio? Dicendum eſt quod ſic, argum. l.
qui fundū.§.qui filijs.ff.ad l.Fal.& ita tenet Bart.
in l.ita tamen.§.qui ſuſpectam. ff. ad Treb. de ea
re dixi in tract.meo Detractionum. Sed quid de
prælegatis,vtrum veniant in fideicommiſſo vni-
uerſali? dic,vt in l.Marcellus.§.pen.ff.ad Treb. &
4 in l.cum virum.C.de fideicom. ¶ Sed iuxta præ-
miſſa quæro, † quæ actio intentetur per fideicō-
miſſarium: vt hæreditas ei reſtituatur? dic quod
actio ex teſtamento, vt not.glo.in l.& ſi non ſcri
ptura.C.ad Trebell.idem tenet Bart. in l. ſi lega-
tarius. ff. eo.tit. iſta ſtudendo in diuerſis paſſibus
iuris collegi, & hic duxi inſerenda pro mei me-
moria,quia ſunt ſingularia, Et ſemper occurrunt
iſta in iudicando in hac Curia Parlamenti, ſuper
reſtitutionibus fideicommiſſorum, & in eadem
Curia quæ videbo determinari ſuper præmiſſis
quæſtionibus, hic determinationes ſubiungam.
¶ De verbis ex quibus inducitur tacitum fidei-
commiſſum,vide quæ dixi infra,quæſt.469.

a ¶ Grauamen apponi. *Adde quæ habentur in c.Raynutius extra,de teſtam. & in c. Raynaldus. eod.tit.*

## QVÆSTIO CCCIIII.

SVMMARIVM.

*1 Dominium vtile rerum,quæ infeudantur,ſi traditio rerum interueniat,an transferatur.*

EX infeudatione transfertur dominium
a a vtile rerum,quæ infeudantur, † ſi tra-
1 ditio interueniat.in c.1.§.ſi quis. b verſi.
b ſed ſi Dominus.de controuerſia inueſti. alias in-
cipit,ſi de inueſti.controuer.fuerit.& in c.ibi,tā-
quam Dominus poſſit vendicare. de inueſt.de re
aliena fa.in feudis.col.10. iuncta l. non ſolum.§.
meum.ff.de rei vend.l.Q.Mutius.la 2.§.argento.
ff.de aur.& arg.l.iſtud etiam tenet gl. expreſſe ſu-
per verbo, de bonis. in c. 1. per quos fiat inueſti-
tura.& etiam in c.1.de controuerſi. inter vaſallū
& alium de benefic.feud.licet enim ex inueſtitu-
ra verbali nō quæratur dominium,pro eo, quod
non continet traditionem,vel quaſi, ſicut nota.
Inno.in c.ex parte.extra,de conſti.& Dyn. in c.1.
de re.iur.lib.6.Tamen ex reali inueſtitura: vtpo-
te,quia ei quæ datur in feudum poſſeſſio traditur
vel apprehenditur,dominium vtile quæritur: vt
iuribus ſupra alleg.ita etiam not.per Bald.in d.c.
1.ſi de inueſtit.cōtrouerſia fuerit. Hinc eſt quod
dicitur,quod feudum reputatur eſſe in bonis va-
ſalli,adeo,quod ipſe tenetur ſoluere dotes,&col
lectas,cæteraque onera, ad vſufructuariū perti-
nentia,tanquam ille, qui percipit fructus. l. qui
pendentes.& quid ſit.ff.de vſufru.l. neque.ff.de
impenſis in reb.do.factis. ¶ De materia feudorū,
vide quæ dixi ſupra,quæſt.297.& quæſt.ſeq.

a ¶ Transfertur dominium. *Licet ex infeudatione reali transferatur dominium vtile,& vaſallus efficiatur Dominus vtilis: tamen bona feudalia alienare non poteſt,niſi in certis caſibus,vt per Specu.tit.de feud.§.2.verſi.19.Et vide caſus,in quibus vaſallus poteſt rem feudalem alienare,per dom.Pet.Iac.tit.de condi.ex lege.l.Imperialem.§.ſed fallit.& vide dom. Bald.in lib.feud.de alien.feud.c.1.*

b ¶ §.ſi quis. *Ibi vide Bal. de hac quæſtione,& de multis alijs pulchris quæſtionibus,& ſingularibus.*

## QVAESTIO CCCV.

SVMMARIVM.

*1 Venditio rei allodialis,qualiter fiat.*

*2 Homo ſi abneget Domino homagium, & alteri præſtet, vtrum Dominus priuetur dominio ſuo.*





SI vaſallus feudum alienet, credens eſſe de frā-
1 co † allodio,vt puta,quia patri, vel auo pater-
no ſucceſſit,&ita iuret,vel iurare paratus eſt,ele-
ctioni emptoris cōmittitur, vtrum Domino vē-
lit cedere feudū,an vaſallo reſtituere,quo reſtitu
to vaſallo, idē vaſallus ꝓ Beneficio retinebit,nō
obſtāte venditione:eo, quod ignorās alienaſſet.
c.2.de controuerſia inter Dominū & emptorē.
vbi vero vaſallus ſciens rem eſſe feudalē, & eā de
franco allodio vendat, ipſa res committitur. vt
in c.1.§.1.de prohi.feud.alien.per Fed. & c.1.§.1.
de prohib.feudi alie.per Lotharium. Et emptor
ſciens rem eſſe feudalem pretio ſuo priuatur, vt
in dictis iuribus habetur:& aget Dominus rei vē-
dicatione directa,vt tenent glo.& Bald. in d. c.1.
quia eam ſemper ſibi retinet. vt in c. 1. §. ſi vero.
de inueſtitura.de re. alien. facta. Idem ibi tenet
And.de Yſern.attamen(prout ipſe dicit)videtur
melius Domino, quod agat condictione ex mo-
ribus,& vſu feudorum, videlicet ex conſuetudi-
a ne l.Imperialem.a ſic dicendo: cum Titius tene-
ret in feudum à me talem rem, & eam ſcienter
vendiderit, & ex ea cauſa tu poſſideas eā,ob quā
feudum illud eſt mihi apertum,ago vt mihi reſti-
tuas. Et hæc condictio aduocat poſſeſſionem tā-
tum,vt in l.1.C.de don.quæ ſub modo.non rem,
nec rei dominium: quia nemo condicit rem ſuā,
præterquam à fure.l.fin.ff.vſufruct. quemadmo-
dum caueat.ita dicit ibidem.
2 ¶ † Quid ſi homo alicuius Domini eum ab-
neget,& alteri præſtet homagium, vtrum priue-
tur Dominus ſuo dominio? Spec. dicit quod nō
in tit.de iuriſd.om.Iu.§. 1.verſi.illud.

¶ Item de illo,qui inſtrumēto venditionis aſ-
ſerit, rem eſſe de dominio alterius, vide quæ dixi
ſupra, quæſt.24.

a ¶ L.Imperialem. *Adde d.Pet.Iac.tit.de condi.ex l.Imperialem.& ibi,& in duobus tit.ſequentib.omnino eum videas de hac materia.*

## QVÆSTIO CCCVI.

SVMMARIVM.

*1 Hæredum ſuorum appellatione, qui comprehendantur.*

GENERALE verbum in aliqua diſpoſi-
tione adiectum,coniunctum ſpeciei, ſeu
alicui verbo ſpeciali reſtringitur ad ſpe-
ciem,à ſuo generali ſignificato, vt probatur in l.
fin.ff.de tri.vi.& ol.lega.l.ſeruis vrbanis. in prin.
& l.cum quæreretur.§.1.ff. de leg. 3. ita dicit Bart.
ſuper rub.de nouo C.componendo. circa princ.
1 Quod facit ad quæſtionem, quando quis ali-
a quem inſtituit, & ſibi ſuos hæredes ſubſtituit, a
qui hæredes,aut tantum ſui,aut extranei, quicū-
que videantur ſubſtituti cum appellatione hære-
dum,tam ſui,quam neceſſarij, ac etiam extranei
quicunque contineantur.l.ſciendum.& l. hære-
dis appellatione.& l.ex illa parte. ff. de verb. ſig-
nific. Et per iam dicta videntur ſui tantummodo
ſubſtituti, propter verbum, ſuos, ibidem ſub-
iunctum: per quod verbum, hæredes, quod eſt
generalē, reſtringitur. ſuper quo vide quæ ponit
Bald.in c.1. de natura ſucceſſionis feud. coll. 10.
vbi mouet iſtam quæſtionem. facit bene quod
ponit Spec.in tit.de teſt.§.in primis.verſic. ſi. vbi
dicit quod nomē hæredis poſitum in vltima vo-
luntate,in ſubſtitutione,nō ſignificat alios, quā
deſcendentes,quod ſecus in contractibus.l. fin.
C.de hæred.inſtit.l.ſub diuerſis.§.1.ff.de cond.&
dem.hoc etiam facit ad multa alia, quæ ſæpe cō-
tingunt. De hac materia vide quæ plene dixi in-
fra,quæſt.457.Et ſupra,quæſt.230.

a ¶ Hæredes ſubſtituit. *Aduerte quando quis inſtituit Titium & ſuos liberos,an veniant liberi ſimul cū Titio,vel ordine ſucceſſiuo? Et quid ſi inſtitutus erat teſtatori de deſcendentibus,non de tranſuerſalibus,vide pulchrum Conſi.dom.Phil.Decij,in Conſil. 205. incip. in cauſa.in ſecunda parte Conſiliorum. Et qui comprehendantur appellatione hæredum vide Alex.in Conſil. 105.incipiente:perſpectis verbis.col.2.verſi.ſi comprobatur.& col.ſequent.in primo vol.in Conſi.165.incip. conſideratis verbis.in ſecundo volumine.*

## QVÆSTIO CCCVII.

SVMMARIVM.

*1 Iuramentum fidelitatis præſtandum ab habitantibus in territorio alicuius Bannareti.*

SI aliquis,qui nō eſt homo meus, moritur
1 in territorio † meo, ac iuriſdictione, ipſe
non tenetur præſtare mihi homagium,
vel fidelitatem:attamen ratione habitationis ip-
ſe eſt mihi ſubditus, & ideo ipſe debet mihi præ-
ſtare ſacramentum, quod non erit mihi nociuus
ſed fidelis,vt not.Hoſtien.extra,de ſimonia.&in
c.ſi diligenti.in lectura ſua. pro quo videtur text.
in feudis qualiter vaſallus iurare debeat. in cap.
† a primo.§.fin. a Et ideo anno Domini, 1460. de
menſe Nouembris, dum fui in Sancto Albano,
feci coram me aſſignari omnes homines meos
ipſius loci,caput hoſpitij facientes, & dum corā
me fuerunt, ipſi mihi præſtiterunt iuramentum
quod erunt mihi fideles,&c. vt conſtat iuramen-
to recepto per Claudium Veteris, Notarium di-
cti loci.

a ¶ §.finali. *Vbi ad hoc vide l.apertum.& ibi dom. Bald.in verſi.3.eſt iurament.*

## QVAESTIO CCCVIII.

SVMMARIVM.

*1 Inſtitutionibus duabus eodem teſtamento factis, an ſecunda valeat.*

*2 Inſtituo,verbum,qualiter ſumatur.*

1 TITIVS eius vxorem hæredem inſtituit,
quamdiu vixerit, & poſt eius † deceſſum
Sempronium hæredem vniuerſalem: v-
trum Inſtitutio de Sempronio facta, valuerit,
qui reperitur ſuperuixiſſe dictæ vxori? videtur
quod non, vt l. miles ita. in prin. ff. de teſta. mili.
ibi, miles ita hæredem ſcribere poteſt, quo ad vi-
uet Titius, hæres eſto: poſt mortem eius, Septiti-
us, &c. vbi dicunt Dyn. & Rayn. alius in pagano:
quod eſt notandum: & nihil plus dicunt. Idem
voluit dicere Bart. in l. hæreditas. ff. de hæred. in-
ſtit. vbi facta oppoſitione de d. le. miles ita. dicit,
& ſoluit: aliud in milite. vt ibi, aliud in pagano. ita
ergo ibi duplex inſtitutio reperitur in teſtamen-
to pagani, quarum prima eſt ad tempus certum
facta, vtpote quamdiu vixerit. l. 1. circa prin. ff. de
cond. & de. Et ſecunda eſt ſubiuncta, initium ha-
bere debens à tempore incerto, hoc eſt, poſt tem
pus primo loco inſtituti quamdiu vixerit, quæ ſe-
cunda inſtitutio non videtur valere licet prima
inſtitutio bene valeat. l. qui filio. in princ. & l. in
2 tempus. ff. de hæred. inſtitu. † Sed credo contra-
a rium, a quod imo ſecunda inſtitutio valeat: quia
verbum inſtituo, debet ſumi, pro ſubſtituo, ſicut
ſumitur in l. Gallus. in glo. poſita ſuper verbo, ex-
primat. ff. de li. & poſt. & iſtud videtur tenere Bal.
in l. id, quod pauperibus. 14. quæſt. C. de Epiſc. &
Cle. qui alle. l. quærebatur. ff. de teſt. mili. vbi mo-
uet quæſtionem de vxore inſtituta. & vſufruct.

¶ Vide infra, quæſtio. 524. de ſubſtitutione cō-
pendioſa, facta filio puberi. ¶ Sed quid in filio,
qui ſubſtituitur hæredi extraneo, & nihil ſibi re-
linquitur iure inſtitutionis, an teſtamentum va-
leat? vide quæ plene dixi infra, quæſt. 425.

a ¶ Credo contrarium. *Hanc opinionem tenet ex-
preſſe dom. Bald. in l. extraneum. 2. colum. verſic. vlte-
rius quæro. C. de hæred. inſtit.*

## QVÆSTIO CCCIX.

SVMMARIVM.

1 *Ligij, qui dicantur.*
2 *Argumentum ab etymologia, validum eſt in iure.*

VLTRA octo genera hominum, quæ po
nit glo. in rub. C. de agri. & cenſi. libr. 12.
reperio alia duo hominū genera. Quia
alij ſunt homines † Ligij, & alij non Ligij ho-
1 mines. Ligij dicuntur reſpectu Imperatoris,
vel Regis Franciæ, vel reſpectu Domini no-
ſtri Delphini: quia ſibi homagium faciunt,
nullius alterius fidelitate ſalua. de prohib. feud.
alie. per Fe. §. fi. in feud. colum. 10. c. veniens. ex-
tra de iureiur. Et dicuntur ligij, quaſi ligati Domi
no, vel quaſi legalitatem continentes, ſic alludē-
2 do etymologię vocabuli, quod † eſt argumētum
validum in iure. Inſti. de teſta. in princ. & Inſti. de
tutelis. §. 1. & §. Tutores. iuncto §. eſt aliud. Inſti.
de dona. ita dicit Specu. in tit. de ho. & fide. circa
princ. verſic. & no. in verſi. dicitur autem homo
ligius, &c. de quo homine ligio, habetur text. ex-
preſſus in Clem. paſtoralis. §. rurſus. ibi, homoq;
ligius, vaſallus, &c. de ſenten. & re iud. & ibi plene
per Gulielmum de Monte Lauduno, qui bene
declarat quis ſit homo ligius.

¶ Sed quid dicatur feudum ligium, & feudum
non ligium, vide plene per Bal. in proœmio feu-
dorum. ibi, ſextra diuiſio feudorum.

## QVÆSTIO CCCX.

SVMMARIVM.

1 *Ligius homo poteſt facere homagium duobus, pro
diuerſis rebus.*

HOmagium ligium, de quo ſupra proxime
tetigi, non poteſt fieri duobus diuerſis
Dominis, etiam pro diuerſis feudis, ſecū-
dum Spec. in tit. de fi. & ho. verſic. 10. quæritur. &
Bald. in proœm. feu. 6. di. in fine, dicit quod ho-
mo ligius non poteſt eſſe duorum, qui alle. Spec.
vbi ſupra, & c. recolentes. extra, de ſtatu Mona.
Tamen Petr. Iaco. in materia feudorum circa fi-
nem 10. diſtinctionis, dicit ſe vidiſſe vaſallos fa-
1 cere homagium ligium † diuerſis Dominis, pro
diuerſis Caſtris. & ita ſeruat conſuetudo in hac
patria Delphinali, & alijs patrijs circunuicinis,
quicquid ſit de iure.

## QVÆSTIO CCCXI.

SVMMARIVM.

1 *Homo non ligius an duorum eſſe poſſit.*

HOmines non ligij dicuntur, qui faciunt
homagium alicui Baroni, Bannareto,
1 vel militi: & ita † alteri, quam Impera-
tori, vel Regi, aut Domino noſtro Delph. ſecun-
dum Spec. tit. ſupra, in præcedenti quæſt. alle. in
ver. & nota. Et talis poteſt de iure eſſe homo duo-
rum diuerſorum Dominorum, pro diuerſis feu-
dis. caſus videtur expreſſus, quem Specu. alleg. in
c. grandi. poſt princip. ibi, vel cuicunque alij per-
ſonæ, &c. in verſ. quæritur. extra, de ſupplen. neg.
Præla. libr. 6. &c. ita etiam ſeruat conſuetudo in
hac patria Delph.

## QVÆSTIO CCCXII.

SVMMARIVM.

1 *Ligiorum hominum diuiſio bifaria.*

HOminum non ligiorum alij dicuntur franci,
alij talliabiles, & ita videmus in hac patria
1 Delphin. & locis † circunuicinis, vbi ita ſe habet
conſuetudo talium hominum talliabilium, quæ
debet



debet propterea attendi. ff. commu. prædio. l. vē-
ditor. §. ſi conſtat. & le. de quibus. ff. de legi. quod
etiam dicit Spec. in tit. in præced. quæſt. mentio-
nato. verſ. 19. quæritur. circa fin. & verſ. 27. quæri-
tur. in fine. De materia hominum talliabilium,
& manus mortuæ, vide quæ dixi plene infra, qu.
361. ¶ Iuxta hanc materiam quæro, ſi filius natus
ex homine meo, & muliere, quæ ſit fœmina alte-
rius Domini, cuius erit homo talis? dicit Marti-
nus de Fano, quod mihi erit adiudicandus. le. ne
diutius. C. de agri. & cenſ. lib. 11. quia iura plus fa-
uent mihi, qui ſum Dominus patris, quam illi,
qui eſt Dominus matris. ita refert Spec. in tit. de
homagio & fide. §. 1. verſi. 5. quæritur. ibi. in hac
quæſtione, &c. ¶ Et de hac materia vide plene
per Dom. Mar. de Fano. in ſuo tract. de homini-
tijs. hanc etiam materiam vide per Spec. in tit. de
feu. ¶ An per mortem hominis decedentis ab
inteſtato, bona ſpectent ad Dominum? Baldus
quod ſic. in l. 1. C. de hæredita. Decurionum. niſi
conſuetudo aliter ſe haberet, vt ibi dicit idem
Baldus.

## QVÆSTIO CCCXIII.

SVMMARIVM.

1 *Franci homines, dicuntur dupliciter. & num. 2.*

a FRANCI a homines † dicuntur dupli-
1 citer: Vno modo qui liberi ſunt à pręſta-
tione alicuius homagij, ſic quod tali cō-
ditioni nunquam fuerunt adſtricti, Inſt. de inge-
nuis. in prin. vel ſi fuerint adſtricti, q pacto ſeu re
miſſione, aut Principis reſcripto vel præſcriptio-
ne fuerunt à tali conditione liberati. De primo
eſt text. Inſti. de libertinis. in §. 1. & §. multis. De
ſecundo eſt text. in le. 1. & 2. C. de iure aureo. an-
nul. & de na. reſti. De tertio eſt text. in l. 2. C. de
2 præſcr. lon. tempo. quæ pro libertate. Alio † mo-
do dicuntur Franci, qui recognoſcunt ſe homi-
nes alicuius nulla cauſa adiecta, & homagiū ſim-
plex faciunt alicui Bannareto, vel Militi, vel alte-
ri Nobili, ſiue ſe adſtringendo ad aliquod ſerui-
tium. & de iſtis hominibus, videtur loqui Marti.
de Fano. in tract. ſuo de hominitijs, & homagijs.
in 2. quæſt. principali. quam etiam Spec. in tit. ſu-
pra, in præcedentibus quæſt. allegat. in verſic. 4.
quæritur, &c.

a ¶ Franci. *Id eſt, liberi, & ab omni ſeruitute abſoluti.
dom. Bald. in c. 1. circa fin. in verſic. alia quæſtio. de Cap.
qui curi. vendi. in vſi. feudo.*

## QVAESTIO CCCXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Talliabiles, qui dicantur?*
2 *Operas ſuas an quis poſſit locare in perpetuum:*
3 *Talliabiles, quibus æquiparentur.*

TALLIABILES dicuntur, qui ita ſe re-
cognouerunt, quibus propterea imponi
poteſt tallia: quia ad eam ſe adſtrinxerūt
1 & ideo ſic dicuntur à † tallia, alludendo etymo-
logiæ vocabuli, vt nomen conſonet rei. l. defen-
ſores. la 2. C. de defenſoribus ciui. Inſtit. de tute-
lis. §. 1. & §. Tutorum. cum ſimil. Et ipſorum ho-
minum modus, ſeu vſus potius moribus, & ex v-
ſu antiquo, quam alio iure Naturali, vel Gentiū,
fuit introductus, & adinuentus. Ita dicit Guli. de
Monte Lauduno in Cle. paſto. §. rurſus. de ſentē-
tia & re iudi. vbi poſt eum ſubiungit. do. Fran. de
Zabarel. Card. Flor. quod talis vſus, ſeu modus
fulcitur iure poſitiuo, propter pactiones, & ſtipu
lationes: quæ interueniunt, quibus mediantibus
quis poteſt obligare perſonam ſuam, & cōditio-
nem deteriorem facere. l. cum ſcimus. C. de agri.
& cenſi. lib. 11. l. 1. §. 1. l. iuriſgentium. §. Prætor. ff.
de pact. cap. 1. & 2. extra eo. ti. ita etiam tenet Spe.
in tit. de homa. & fide. in verſ. qui incipit: primo,
&c. & ver. 2. quæritur. & alleg. tex. quem dicit ex-
preſſum in c. grādi. ſupra alleg. ibi, fidelitate, ho-
magio, iuramento, ſeu pacto, &c. iſtud idē tenet
Ioan. Fab. Inſtitu. de iure perſonarum. §. pen. in 1.
2 quæſtione. Pro hoc facit bene, quia ſi quis † ope-
ras ſuas poſſit locare in perpetuum. l. ſi hi. la 2. iū-
cta glo. C. locat. & quod locari poſſint in perpe-
tuum tenet Ioan. Fab. Inſti. de iure perſonarum.
§. pen. in pen. quæſt. Item etiam pacto, vel ſtipula-
tione poteſt ſe quis hominem alterius conſtitu-
ere, vel ligium, aut talliabilem, vel francum. arg.
l. fi. C. de conſtit. pecu. Attento etiam quod ex
hoc libertas ſua non minuitur, imo tenetur Do-
minus eum contra alios in perſona, & rebus, de-
fendere. 22. quæſtio. vlt. cap. de forma. in fina. ſi-
cut dicit Spec. in tit. ſupra alleg. in verſic. qui in-
3 cipit. primo, &c. † Et tales homines talliabiles
proprie poſſunt æquiparari hominibus, adſcri-
ptis glebæ, ſeu oneri talliarum ſoluendarum, ſi-
cut adſcriptitij ſe adſtringūt l. cum ſcimus. C. de
agric. & cenſi. lib. 11. ¶ De hac materia vide ple-
nius infra, quæſt. ſeq. Et ibi ponitur limitatio, &
declaratio ad prædicta.

## QVAESTIO CCCXV.

SVMMARIVM.

1 *Cōfeſſio ſimplex ſe eſſe talliabilem, an ſibi, & poſte-
ritati præiudicet. vide & num. 2.*
3 *Pater ſi iuramētum adiecit in recognitione talliæ,
an filius tali iuramento adſtringatur.*

SED iuxta præmiſſa, quæro: Titius recog-
nouit ſe & liberos ſuos natos, & naſcitu-
ros, eſſe hominem & homines talliabiles
cuiuſdam Nobilis, & ſuorum, & promiſit, & iu-
rauit, vt in forma: nunquam tamē tale homagiū
1 alias præſtiterat: modo inſurgit quæſtio: † vtrum
virtute talis recognitionis Sēpronius filius poſſit

conueniri,& cõuentus condemnari ad recogno-
ſcendum, ſe eſſe hominem talliabilem hæredi,
dicti Nobilis? Pro cuius quæſiti euidentiori de-
claratione præmitto, quæ ſupra dixi, quæſtione
præcedenti. Quibus præſuppoſitis, ſi conſtaret le
gitime de tali recognitione, dictus Titius potuit
adſtringere ſe, & liberos ſuos ad talem conditio-
nem, vt dixi in quæſt. præcedenti, iuncta l. pen. C.
de libertis, & eor. lib. ſed quia nullum tale homa-
gium fuit per dictum Titium patrem præſtitum,
ipſum peti non poteſt virtute dictæ recognitio-
nis, à dicto Sempronio filio, quia ex tali, ſeu alia
a *a* recognitione, ſi non ſequatur actus, vel vſus, de
quo appareat: vtpote preſtatio homagij, vel ſolu
tio talliæ, non poteſt prætendi ius fuiſſe quæſitũ:
ita voluit dicere Ioan. Fab. Inſti. de actio. §. æquæ.
ver. 3. quæritur, &c. facit bene l. nec ſi volens. iũ-
2 cta l. interrogatus. C. de lib. ca. Et eſt ratio. † quia
tales recognitiones non præiudicant, quaſi con-
trariæ naturæ exiſtẽtes: ſed quo ad adſcriptitiam
conditionem bene præiudicant, ſi tamen talia
ſubſequantur, de quibus in le. cum ſcimus. circa
prin. C. de agri. & cenſi. lib. 11. ita dicit glo. in d. l.
nec ſi volens. per quam glo. apparet, quod ſi quis
confiteatur ſe hominem talliabilem, qui primo
erat francus, aut liber, quod ex tali confeſſione
ſola, ipſe non poteſt prætendi homo talliabilis,
niſi præſtatio homagij, aut præſtatio, ſeu impoſi-
tio, & ſolutio talliæ fuerint ſubſecutæ: ita voluit
dicere text. expreſſe in d. l. cum ſcimus. vbi text.
Cum ſcimus noſtra iura nolle præiudicium ge-
nerare cuiquam circa cõditionem, ſubaudi, pro-
ut dicit Dy. ſtatim, vt de libero fiat adſcriptitius.
Sequitur in text. Neq; ex confeſſionibus ſubaudi
prout dicit And. de Yſern. ſolis verbalibus. Neq;
ex ſcriptura, niſi etiã ex alijs argumentis aliquod
acceſſerit incrementum, ſancimus ſolã cõfeſſio
nem, vel aliam quamcũq; ſcripturã ad hoc, dicit
Odo. id eſt, ad inducendũ maculã adſcriptitiæ cõ
ditionis. Sequitur. Minime ſufficere: nec adſcri-
ptitiam conditionẽ cuiquam inferre: ſed debere
huiuſmodi ſcripturæ aliquod aduenire adiutori-
um: videlicet ex præſtatione cenſus adſcripti, vel
ex alijs legitimis modis talis ſcriptura adiuuetur:
melius etenim eſt in huiuſmodi difficultatib. &c
dicit Odof. id eſt, caſibus ſeruituti ſimilibus, & o-
dioſis. ſequitur in tex. Ex pluribus, capitulis con-
ditiones oſtendi, & nõ ſolis confeſſionibus, neq;
ſcripturis homines forte liberos, ad deteriorem
detrahi fortunã, &c. probat ergo clare d. le. quod
ex ſola cõfeſſione homagij talliabilis, ſeu adſcri-
ptitiæ conditionis, facta, non poteſt prætẽdi ho-
magium talliabile deberi, niſi talis cõfeſſio alijs
argumentis incrementum habuerit: vtpote per
homagij præſtationem, aut per ſolutionẽ glebæ,
ſeu talliæ. Quæ cum non fuerint ſecutæ recogni-
tionem prædictã, ex ea libertas dicti Titij ad de-
teriorem trahi nõ potuit fortunã. quod eſt mul-
tũ notabile. Nec obſtat ꝙ ſupra dixi in præcedẽti
quæſtione, quod pactionibus, & ſtipulationibus
poteſt quis adſtringere ſuã perſonã, & ipſius con-
ditionem deteriorẽ facere, quia illud limitatio-
nem recipit, per d. l. cum ſcimus. videlicet, ſi ali-
quis ſubſequatur actus, illi ꝓmiſſioni correſpõ-
dens, & ipſum coadiuuans, aliter nõ. ſicut ponit
tex. ad literam in d. l. cum ſcimus. quod tenet gl.
3 in d. l. nec ſi volens. ¶ Sed quid ſi in tali † confeſ-
ſione ſeu recognitione, facta per dict. Titium pa-
trem iuramentum interuenit, an Sempronius e-
ius filius, & hæres ligetur tali iuramento? crederẽ
b *b* quod non, quia licet ſucceſſor debeat ſeruare
iuramentum defuncti, vt in aut. de iureiur. à mo-
riente preſtito. attamen ſi non ſeruat, nõ eſt pro-
pterea periurus. vt l. generaliter. in prin. C. de iu-
reiur. & no. per Bart. in l. codicillis §. quiſquis. ff.
de leg. 3. & ponit Bald. in l. non dubium. C. de le-
gibus. & eſt caſus in c. veritatis. extra, de iureiur.
¶ Sed quid de Titio patre, recognoſcente, qui
iurauit, vt quotidie videmus, an ipſe teneatur ad
obſeruantiam talis iuramenti? Dico quod ſic, cũ
poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ: iuxta c.
cũ contingat. &c. licet. extra, de iureiur. &c. quã-
uis. de pact. lib. 6. Et facit auth. ſacramenta. C. ſi
aduerſus venditionem. Sed crederẽ, quod ſuper
tali iuramẽto eſſet diſpenſandum per Epiſcopũ,
cum iſtud iuramentum ſit naturæ contrarium, &
contra hominis libertatem. Sicut in ſimili dixi
de illo, qui renunciauit ceſſioni bonorum cum
iuramento, de quo vide quæ plene dixi ſupra,
queſt. 211. ¶ De diſpenſatione tamen iuramenti,
vide quæ plene dixi ſupra, quæſt, 140.

*a* ¶ Seu alia. *Vide omnino do. Bar. in l. cum ſcimus. C. de agri. & cenſi. lib. 11.*

*b* ¶ Crederem quod nõ. *Caue, quia & ſi in hæredem non deſcendat obligatio iuramenti, tamen deſcendit obligatio principalis: vt pulchre dicit dom. Petr. de Ancha. in c. cum. C. laicus. in 3. not. de foro competenti, libro * ſexto.*

## QVAESTIO CCCXVI.

SVMMARIVM.

1 *Talliabilis an poſſit immunitatem cõſequi præſcriptione 40. annorum vide num. 2.*

3 *Iuramentum interiectũ an impediat præſcriptionem immunitatis.*

a SED iuxta præcedentem quæſtionẽ, *a* pone † ꝙ
1 dictus Sempronius, filius dicti recognoſcẽtis
ignorauit dictum Titium eius patrem, recogno-
uiſſe ſe eſſe hominẽ talliabilẽ, ſicut probabiliter
potuit ignorare, poſtquam eam non fecit. l. ſi. in
ſi. ff. pro ſocio. & l. qui in alterius. ff. de reg. iur. Et
quod fuerit in quaſi poſſeſſione libertatis ſpacio
40. annorum, abſq; eo, quod dictũ ſeruitiũ, vel
aliud homagium ab eodem petitũ fuerit: & pro
libero homine & franco, & non talliabili, ſe geſ-
ſerit, an dici debeat francus, & liber à dicta cõdi-
tione homagij, & ipsũ talẽ fuiſſe effectũ per lap-
sũ quadraginta annorũ, nõ obſtãte tali recogni-
tione, licet habuerit titulũ? credo ꝙ ſic: qa in tali
libertate præſcribenda nullus requiritur titulus:
Et de hoc eſt textus expreſſus in l. 2. C. de præſcr.
longi tẽporis, quæ pro libertate datur, iuncta gl.
ſuper verbo, bona fide. imo dato caſu, quod pro-
baretur dictũ Sempronium filium, malam fidẽ
habuiſſe, ꝙ tamen in dubio nõ eſt preſumendũ,
b ipſe præſcriptione 30. aut ſaltem 40. annorum, *b*
in quantũ ipſe ſimilis dici poſſet, aut parificari ho
mini aſcriptitio, eſſet tutus. tex. eſt expreſſus in l.
omnes. C. de præſcrip. 30. vel 40. annor. ibi dum
dicitur, in quacunq; perſona, &c. ibi ſit liber, & ex
præſentis ſaluberrimę legis pleniſſima munitio-
ne ſecurus, &c. iuncta gl. ſuper verbo, liber. C. de
præſcriptione 30. vel 40. ann. & facit generalitas.
l. ſicut. eo. tit. hoc etiam tenet Azo, in ſumma, in
tit. de præſcri. longi tẽporis, quę pro libertate cõ-
petit. Si igitur ſeruus exiſtens in quaſi poſſeſſio-
ne libertatis, ſpacio 20. annorum ſine titulo: in
aſcriptione vero ſpacio 40. annorum, à conditi-
one ſeruili, vel aſcriptitia, liberatur: ſic & talis
quaſi poſſeſſio cõtinuata, ſibi præſtat firmam li-
bertatis defenſionem, vt l. 2. & l. ſi omnes. ſupra
alle. Multo magis debet præſtare Sẽpronio filio,
quaſi poſſeſſio ſua, iam dicta, tam longiſſima. ar.
auth. multo magis. C. de Epiſco. & Cle. Conclu-
2 dendo † ergo dic, quod d. Sempronius filius, dici
meretur Francus, & à tali conditione talliabili li-
ber: nec virtute dictæ recognitionis poteſt con-
3 ueniri, neq; condemnari. ¶ † Sed an iuramentũ
ſi interuenerit, impediat talem præſcriptionem?
vide quæ dixi plene ſupra, q. 199. in fin. ¶ De hac
materia vide, in ſimili quæ dixi, infra, q. 387.

*a* ¶ Iuxta præcedentem q. *Vide iſtum, Conſ. ſuo 213. incip. ſequuntur rationes. nu. 6. ver. alia etiam ratione.*

*b* ¶ Saltem 40. annorum. *Iſtud tempus videtur neceſſarium, per ea, quæ leguntur, & notantur in l. cum ſatis: & ibi. d. Bart. circa princip. C. de agri. & cenſi. li. 11. & hoc ſentit gloſſ. huiuſmodi. in l. omnes nocendi. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum.*

## QVÆSTIO CCCXVII.

SVMMARIVM.

1 *Iuratus, an habeat officium de publico perinde ac Notarius?*

2 *Tabellio an quis poſſit effici de conſuetudine?*

1 VTRVM Iuratus † Curiæ Grayſuodani, vel
Officialatus præſentis ciuitatis Gratio-
nop. vel alicuius alterius Curiæ, qui non
eſt Notarius publicus, poſſit ſtipulari pro aliquo
abſente? Et videtur quod non, pro eo, quod non
eſt publica perſona: vt pote Notarius. Inſt. de inu
tili ſtipulatione. §. ſi quis. & l. ſtipulatio iſta. §. al-
teri. ff. de verbo. obl. nam licet ſpeciale exiſtat in
Notario, vt pro alio poſſit ſtipulari, vt no. in d. §.
ſi quis. & in auth. de litigioſis. §. ad excludendas:
co. 8. Quod tenẽt Doct. cõmuniter omnes: ple-
ne ponit Bar. in l. 2. ff. rem pupil. ſal. fore. Attamẽ
hoc non reperitur in Iurato Curiæ, qui non eſt
Notarius. Plus dixit Spe. in titu. de inſtr. edi. §. re-
ſtat. ver. ſed quis poteſt facere tabelliones. quod
2 licet † ex conſuetudine aliquis poſſit effici tabel-
lio, non tamen habet poteſtatem, & officiũ pu-
blicum, quod tabellionibus, legibus, & iure ſcri-
pto, datur. Et ita poteſtatem ſtipulãdi, quam ha-
bet Notarius, vt ſupra dixi. Sed forte hodie æqui
tate Canonica, qua quis, etiam non publica per-
ſona, poteſt alteri ſtipulari, iuxta c. quotiens cor-
a dis. 1. quæſt. 7. crederem *a* talem Iuratum Curiæ
poſſe ſtipulari, ac ſi eſſet Notarius, & ita etiã tole-
rat conſuetudo & ſtylus Curiarum præſentis pa-
triæ: prout vidi temporibus meis obſeruari.

*a* ¶ Crederem. *Pro opin. authent. videtur facere id, quod legitur in c. ad audiẽtiam. in §. nos igitur, extra, de præſcriptione.*

## QVÆSTIO CCCXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Notarius an poſſit conficere inſtrumentum procurationis in cauſa propria.*

2 *Notarius poteſt facere inſtrumentum, in quo ſe obliget alteri.*

1 AN Notarius poſſit † inſtrumentũ procu-
rationis cõficere, ꝓ ſe in cauſa propria?
a Et videtur quod non. *a* per ea, quæ po-
nit Bar. in l. pupillus. §. item ipſe Tuto. ff. de auth.
Tutorum & plenius in l. 2. ff. de ſtipulatio. ſeruo.
vbi inter alia dicit, quod promiſſio facta à Nota-
rio, qui Procuratorem facit, & procuratorium
conficit, non valet: quia inter promittentem, &
ſtipulantem debet eſſe differentia. Sed quicquid
ſit de iure, de ſtylo, & communi obſeruantia Cu-
riarum præſentis patriæ; tolerantur talia procu-
ratoria, prout vidi in pluribus & diuerſis cauſis.
2 † Notarius tamen de iure poteſt conficere inſtru-
mentum, in quo ſe obliget alteri, ſecundum Bar.
in l. ſi puberes. ff. de falſis.

*a* ¶ Et videtur, quod non. *Et illud eſt verũ, quando Notarius ſcriberet procurationem paſſiue: quia non poteſt ſibi adſcribere authoritatem, vel officium: vt tenet dom. Bal. in l. Iudices. in ſi. C. de ſid. inſtrum. vbi vero actiue, ſcilicet, quando Notarius aliũ conſtitueret Procuratorem, poteſt ſcribere propriam procurationem: & quo ad mandatũ valet: & facit fidem tam pro ipſo Procuratore, quam pro parte aduerſa, hoc inducente cõtra conſtituentem: ſed pro ipſo nõ, niſi probaret, ante illi inſtrumento fidem impoſitam. quo autem ad ſtipulationem contentam in procuratione, per quam Procurator releuatur ab onere ſatiſdandi, non ſufficit huiuſmodi inſtrumentum procuratorium: quia inter ſtipulantem, & promittentem debet eſſe diuerſitas. & ita ſentit domin. Bartol. in l. ſeruus communis, in verbo, quæro quidam Notarius. ff. de ſtipul. ſeruo.*

## QVAESTIO CCCXIX.

SVMMARIVM.

1 *Statutum an poſſit tollere præſcriptionem longiſſimi temporis, 30. vel 40. annorum?*

2 *Renunciari an poſſit præſcriptioni 30. vel 40. annorum, ex pacto inter cotrahentes adiecto?*

AN ſtatutum poſſit tollere præſcriptionẽ
1 longiſſimi † temporis, 30. vel 40. anno-
a rum? Bald. dicit, quod ſic. in c. 1. *a* de cap.
Corra. in §. præterea. in feud. col. 10. imo & om-
nem præſcriptionem indiſtincte, ſecundum An-
to. de But. vt dixi q. 409. & ita iudicatur in Curiis
Delphi. Sancti Marcellini, & Cabeoli, vigore ſty-
li ipſarum Curiarum, in quibus non admittitur
exceptio præſcriptionis aduerſus inſtrumentum
obligatorium, ad vires, & ſubmiſſionem ipſarum
Curiarum confectum, niſi tantummodo exce-
ptiones ſolutionis, nouationis & pacti de nõ pe-
tendo. Sed aduerte: quia hoc caſu oportet quod
inſtrumentum ſit ſigillatum ſigillo dictæ Curiæ
2 Sancti Marcelli. vt dixi plene ſupra, q. 181. ¶ † Sed
an ex pacto inter contrahentes adiecto poſſit re-
nunciari tali præſcriptioni: vel teſtator in ſuo te-
ſtamento poſſit impedire, ne currat. & videtur ꝙ
ſic, per l. quod ſi nolit. §. ſi quid ita. ff. de ædil. edi.
ſed Bar. dicit, quod cum ſit mere odioſa, nõ poſ-
ſit eidem renunciari. vt not. ipſe in l. 1. ff. de vſuc.
& de leg. 1. l. nemo poteſt. ¶ De hac etiam mate-
ria tetigi ſupra, q. 181. ¶ De materia ſtyli d. Curiæ
Sancti Marcellini, vide quæ dixi ſupra, q. 15.

a ¶ In c. 1. *Adde dom. Bart. in addit. Specu. in vlt. col. in verſic. ponũt Tudertini. vbi vult, quod Princeps poteſt ſtatuere: ne præſcriptio vnquam currat, ex quo non eſt de iure diuino, ſed humano. alle. l. vt inter diuinum. C. de ſacroſanct. Eccle.*

## QVÆSTIO CCCXX.

SVMMARIVM.

1 *Geſta per falſum Procuratorem, an poſſint ratificari poſt renunciationem & concluſionẽ in cauſa? diſting. num. 3.*
2 *Geſta per falſum Procuratorem, an poſſint ratificari poſt ſententiam?*
4 *Geſta per falſum Tutorẽ vel Curatorem, an poſſint ratificari per pupillum?*
5 *Tutor an poſſit ratificare geſta per falſum actorem?*
6 *Geſta per Procuratorem, quo caſu non poſſint ratificari?*

QVIA geſta per falſum Procuratorẽ, poſ-
ſunt ratificari: vt l. licet. C. de Proc. & l. li-
1 cet. ff. de iudiciis. † Nunquid poſt renũcia-
tionem & concluſionem in cauſa poterit fieri ta-
lis ratificatio? dic quod ſic: quia poſtquam tale
negotium non peccat, niſi in defectu conſenſus,
talis conſenſus poteſt interuenire quandocunq;
ante ſententiam. l. quod enim. §. ratum. ff. rem ra
tam haberi. Et hoc tenere videtur gl. in l. ſi mater.
§. hoc iure. ff. de exceptio. rei iud. & Bart. ibidem.
& idem Bart. in l. ſi Tutor. C. in quibus cau. in in-
tegr. reſtit. non eſt neceſſa. Et ita ſeruatur de ſtylo
2 in hac Curia Parl. Delph. ¶ Sed † vtrum poſt ſen-
tentiam geſta per falſum Procuratorem poſſint
ratificari? Videtur ꝙ ſic, in d. l. licet. C. de Procur.
gl. ſuper verbo, ſolent, ibi, niſi ratum habeat, &c.
Et pro hoc eſt tex. in l. 3. §. falſus Pro. ff. rem ratam
haberi. & tenet gl. in l. 2. C. ſi ex falſis inſtru. ſen-
tent. lata fuerit. In contrariũ videtur, per l. 1. C. ſi
in cõmuni. ead. cauſa. in integ. reſtitu. poſt. fuerit.
Et per l. ſi fundus. §. 1. ff. de pig. & l. venditioni. C.
de vſucap. pro empt. & l. ſi mater. C. de rei vend.
3 † Sed pro concordia dic, quia: Aut quis vult rati-
ficari ſententiã in ſui fauorẽ, & non poteſt. vt l. ſi
pupil. §. ſed ſi ego. ff. de neg. geſt. l. ſi ſeruus. ff. de
pre. & c. cũ quis. extra de ſententia excõ. li. 6. Aut
vult habere ratum in ſui præiudicium, & tũc hoc
facere poteſt, ita intelliguntur iura pro iſta parte
ſupra alleg. ita dicunt gl. Cyn. & Bart. in d. l. 1. ſi in
com. ea cau. in integ. reſt. poſt. Sed vidi in hac Cu
ria Parl. tolerari indiſtincte ratificationes ſentẽ-
tiarũ, ſiue pro ratificante fuiſſet lata ſentẽtia, ſi-
ue contra eũ. Et ita etiã cõmuniter pertranſeunt
alij Iudices inferiores præſentis patriæ Delph. ex
quadã æquitate. Et hanc partem ſequitur Angel.
de Are. poſt Raphaelẽ Cuma. qui dicit, ꝙ eſt com
munis opinio in l. ſi ſe nõ obtulit. ff. de re iud. Et
ſcripſi de hoc in apparatu meo, ſuper ſtatuto
Delp. ſi quis per literas. in gl. ſuper verbo, appe. in
4 fi. ¶ † Vtrũ geſta per Tutorẽ, vel Curatorem poſ-
ſint ratificari per pupillũ? Bar. ꝙ nõ. in l. ſi Tutor.
C. in quib. cauſis in integ. reſti. non eſt neceſſaria.
5 ¶ Sed † an Tutor poſſit ratificare geſta per falsũ
actorẽ: credo ꝙ ſic. per ea, quæ dicit Bart. in d. l. ſi
Tutor. ¶ Vtrum per appellationem ſententia
nulla, validetur ex quadam tacita ratificatione?
vide infra, q. 436. in verſ. 6. pone. Bal. in l. falſus. C.
de furtis. dicit, quod geſta per Procuratorem re-
uocatum, non poſſunt ratificari: cum tamen di-
ſtinctione ibi poſita. dicit etiam ipſe Bald. in au-
6 then. ei, qui appellat. C. de temp. appell. † quod ſi
Iudex interloquendo pronunciat, aſſertum Pro-
curatorem non habere ſufficiens mandatum, ꝙ
poſtea non poſſum geſta per eum ratificare.

## QVÆSTIO CCCXXI.

SVMMARIVM.

1 *Oeconomum Eccleſiæ citari ſufficit, in cauſis tangentibus Capitulum Eccleſiæ. & quid de qualibet vniuerſitate. num. 2.*

IN cauſis tangentibus Capitulum alicu-
1 ius Eccleſiæ, ſufficit quod citetur † Oeco-
nomus Eccleſiæ. text. notabilis in l. om-
a nes. §. hoc nihilominus. *a* C. de Epiſcop. & Cle.
2 Idem † in Gardiano fratrum Minorum. Idem in
Procuratore fratrum Prædicatorum. Idem in
Conſulibus vniuerſitatis, argum. d. l. omnes. Et
ita etiam ſeruatur de ſtylo præſentis Curiæ Par-
lamenti, & aliarum Curiarum præſentis patriæ
b Dephina. ¶ De materia citationis: *b* glene te-
tigi



tigi in notabilibus. ¶ De materia citationis etiã
tetigi ſupra, q. 255.

a ¶ Nihilominus, *Et ita ibi not. Dominus Bald. in 1. nota.*

b ¶ Citationis. *De materia citationis, vide per dom. Fel. in c. 1. indiſparſim. per totum cap. de multis modis citandi.*

## QVÆSTIO CCCXXII.

SVMMARIVM.

1 *Iudici Delegato non creditur, niſi conſtet de eius mandato. Quid de ordinatione. num. 2.*

1 NON † creditur Iudici Delegato, niſi de
a eius conſtet commiſſione. *a* per l. fi. C.
de legib. & facit tex. in c. cum in iure pe-
ritus. extra, de officio Deleg. Et idem in Officia-
libus Cæſaris. l. prohibitum. C. de iure fiſci. Et i-
dem in Procuratore, vt c. alia. extra, de Procurat.
& c. cauſamque. extra, de iudiciis. & facit hoc ad
quæſtionem: agitatus eſt, & completus proceſſus
corã Locũtenente Iudicis Grayſuodani, nõ cõ-
ſtat in proceſſu de eius Locumtenente, nunquid
valeat talis proceſſus? dic ꝙ nõ, per iura ſupra al-
2 legata. † Secus tamẽ eſt, de ipſo Iudice ordinario.
quia licet in proceſſu nõ conſtet de eius poteſta-
te, nihilominus tamen valet ꝓceſſus, quia pro eo
præſumitur. ita tenet gl. in dict. c. cũ in iure peri-
tus. in gl. fin. Et ibi dicit Inno. quod ſententia ta-
lis Delegati, vel Aſſerti Locumtenens nõ debet
executioni demãdari, niſi de eius commiſſione,
vel locumtenentia conſtet. & ita ſeruatur in om-
nibus Curiis præſentis patriæ Delphin. Et de hac
materia reſpectu Iudicis Delegati qualiter de-
beat exhibere eius commiſſionem ante, quam
exerceat: vide quæ dixi ſupra, quæſtione 286.

a ¶ Commiſſione. *Et ideo Delegatus quando citat, debet mittere copiam reſcripti, nõ tamen bullam, alias non valet citatio. Ordinarius vero quando citat, non debet facere fidẽ de ſua iuriſdictione: ſufficit enim ipsũ eſſe in poſſeſſione iuriſdictionis. Si tamen citat ſibi ſubditum, vel in loco ſubditi ſecundum dom. Bal. in Marga. in verbo, delegato. ibi Delegatus quando citat.*

## QVÆSTIO CCCXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula codicillaris: Si non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, quid operetur?*
2 *Codicillum poſſitne quis facere. ſine teſtamento?*
3 *Clauſula codicillaris ſi ſit adiecta in teſtamento, nũquid teſtamentum valebit iure codicillorũ, facta ſecundo teſtamento?*
4 *Petitio hæreditatis directa an competat ei, qui agit vigore codicillorum?*

PARIA ſunt rogare venientes ab inteſtato, vel
dicere, ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure
codicillorum, de hoc eſt glo. not. in l. ſi iure. in fi.
glo. vbi repetit, ibi teſtator ab inteſtato, C. de te-
ſtam. manumiſſ. & in l. ex teſtamento. C. de fidei-
com. & ibi etiam gloſ. notabilis, quod nota; pro-
a pter illam clauſulam: *a* ſi nõ † valet iure teſtamẽ-
1 ti, valeat iure codicillorũ, quæ conſueuit apponi
b in teſtamentis: *b* nam ſi teſtamentum rumpatur,
venientes ab inteſtato cenſentur rogati, reſtitu-
ere hæreditatem hæredi ſcripto, ita etiam tenent
Dyn. Cy. & Bar. in auth. ex cauſa. C. de libe. præ-
teri. vel exhær. & ita in hac Curia Parlamenti vidi
determinari in iudicando: maxime in proceſſu,
reuiſionis Nobilis Claudij, Alamandi, ſuper Ca-
ſtro Rupiſchinardi. de hoc etiam tetigi q. 52. in fi.
& infra, q. 513. &c. An codicilli rumpantur rupto
teſtamento, vide plene per Ioan. Ferrarij. in tit.
forma libelli, ſuper legato rei ſingularis. in gl. ſu-
per verbo, non valet, vel valebit, & plene ibi tra-
ctat materiam dictæ clauſulæ codicillorum, in
gloſſ. ſuper verbo, valere debeat iure codicillo-
2 rum. Quod † quis poſſit facere codicillũ ſine te-
ſtamento: videtur text. in §. non tantum. Inſt. de
iure codicil. & in l ab inteſtato. ff. eod. Ad cõfir-
mationem codicillorum requiritur aditio ex te-
ſtamento, ſi factum ſit: ſed quando nullum fa-
ctum eſt, tunc codicilli requirunt tantum aditio-
nem ab inteſtato. ita ponit Bartol. in l. ſi quis. §.
teſtamento. ff. de iu. cod. in qua l. in princ. ponit,
quod per codicillos ab inteſtato videntur rogati
omnes ſuccedentes, nati, & naſcituri: quia, quan-
do quis decedit inteſtatus, videtur inſtituere il-
los, qui ſibi ſucceſſuri ſunt ab inteſtato. Pro quo
l. conficiunt. ff. de iure codic. Ex quibus conclu-
ditur, quod ſi appareat de teſtamento, codicilli
capiunt vires ex teſtamento. Si autem non con-
ſtat de teſtamento, vel dicatur teſtamẽtum nul-
lum, factum inter venientes ab inteſtato, viden-
tur rogari reſtituere hæreditatem per modum fi-
deicommiſſi, ſecũdum formam codicilli. & pro
hoc faciunt not. per Bar. in l. Scæuola. ff. ad Treb.
Eo ipſo, quod quis inſtituitur in codicillis, debet
hæreditatẽ accipere à venientibus ab inteſtato,
ac ſi per fideicõmiſſum eſſet relicta: vt dicit Hoſt.
in ſum. de teſt. §. quibus autem verbis. verſi. ſed ſi
cui in codicillis, &c. Et eſt tex. in l. ſi quis cum. cir
ca prin. ff. de iur. codic. & glo. & Bar. in l. ex teſta-
mento. C. de fideicommiſſ. Quid ſi teſtator di-
xit, quod iure cuiuſlibet alterius vltimæ volũta-
tis valeat? vide glo. in l. eam, quam. ſuper verbo,
tradetur. C. de fideicommiſ. & gloſſ. in authe. ex
cauſa præteriti. gl. in fin. C. de lib. præterit. & l. ex
ea. §. 1. ff. de teſta. & per Bart. in l. 1. ff. de iur. cod.
¶ Vtrum in codicillis poſſit reuocari ſubſtitu-
tio, facta in teſtamento? vide Bart. ff. de teſta. mi-
li. l. militis codicillis. in prin. ¶ Quid ſi in teſta-
3 mento ſit adiecta clauſula † codicillaris, nunquid
valebit teſtamentum iure codicillorum, facto ſe
cundo teſtamento? dicit, quod non valebit iure
codicillorum, niſi in ſecundo teſtamento fiat
mentio de primo teſtamẽto: alias non, trahendo
diſpoſi-

diſpoſita in primo teſtamento ad ſecundum. ar.
ff. de iniuſt. rupt. & irrit. fact. teſta. l. poſthumus.
§. fi. & ff. ad Trebe. l. ſi quis priore. Bald. hoc dicit
4 in d. §. fi. poſt Nicol. Materel. ¶ Sed † an illi, qui
agit vigore Codicillorum, competat petitio hæ-
reditatis directa? dic quod non: quia in codicillis
hæreditas non poteſt dari directe, licet per fidei-
commiſſum, & verbis precariis hæreditas dari &
auferri poſſit in codicillis. vt l. hæreditatem. C.
de codicil. Inſt. eo. §. pen. & l. hæreditas. ff. de his,
quib. vt indi. & l. 2. §. fi. ff. de iure cod. Sed per tale
fideicommiſſum vniuerſale, in codicillis relictũ,
c competit actio ex teſtamento, *c* vt not. Specu. in
titul. de teſt. §. 1. ver. ex codicillis. ibi dũ dicit, nec
mireris, ſi ex codicillis actio ex teſtamento com-
petat, &c. hoc idem voluerunt glo. & Doct. in c.
Raynaldus. de teſt. in gl. quæ incipit, hic agebatur
actione ex teſtamento. ¶ Sed vbi agitur ex codi-
cillis, an competat remedium. l. fi. C. de edict. Di-
ui Adria. tollen. Cyn. ibi dicit, quod non. Et vl-
terius dicit ibi Cy. quod fideicommiſſario non
competit remedium. d. l. fin.

a ¶ Clauſulam. *Clauſula enim codicillaris in teſte in-
ualido, facit venientes ab inteſtato videri grauatos, de
reſtituendo hæredi ſcripto. l. ex ea. §. 1. per gl. fi. de teſt.
dom. Bart. in l. poſthumus. §. fin. de iniuſt. teſtamen. &
in authen. ex cauſa. vlt. q. & ibi d. Bald. 7. q. C. de libe.
præt. dom. Alex. in l. certi. C. de teſt. milit. & in Conſ.
41. in 1. vo. & dom. Bal. in d. l. ex ea. §. ex his. in ver. in
ea glo. vbi vult iſtud eſſe verum, etiam ſi teſtamentum
ſit nullum, ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis:
licet aliter ſentiant Ray. & Old. vt ibi refert ipſe dom.
Bald.*

b * In teſtamentis. *Aduerte ad vnum ſingulare di-
ctum, quod virtute clauſulæ codicillaris, oppoſitæ in te-
ſtamento ſubſtitutio facta etiam per verba directa, tra
hitur ad fideicommiſſum: vt no. voluit Bal. in l. verbis
ciuilibus. in fi. ff. de vulg. & pup. tradit Alex in Conſil.
82. incip. perſpectis his. in 1. vol. & hoc pro notabili di-
cto ponit Matheſi. in notabili ſuo. 141. incip. nota mira
bilem doctrinam, & idem Pet. de Anch. Conſil. 17. inci.
non ſeruato ordine dubiorum. in prin. refert & ſequi-
tur dom. Phil. Deci. in Conſil. 205. in cauſa: circa fin. in
2. parte Conſiliorum. vbi dicit: iſtud bene procederet in
ſubſtitutione compendioſa, prout loquitur Bald. in d. l.
verbis ciuilibus: & alij, qui illum ſequuuntur. alias ſe-
cus. vide do. Phil. Dec. in l. precibus. C. de impub.*

c ¶ Actio ex teſtamento. *Puta vtilis: cum ad inſtar
teſtamenti, codicilli ſint inuenti. ita dicit gl. in verbo,
directo. in §. codicillis. Inſtit de codicil.*

## QVAESTIO CCCXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Actio iniuriarum mihi competit contra illum, qui
actum minus iuridicum contra me exercuit.*

1 SIt quis Titium faciat capi, *a* vel citari,
a aut alias inquietari per Curiã, nec ſubeſt
cauſa iuſta, præcedens, vel poſt probata,
an ipſe talis, qui capi fecit: poſſit actione iniuria-
b rum conueniri? dic quod ſic. *b* l. iniuriarum. §. ſi
quis per iniuriam. ff. de iniuriis. & bene facit l. in
criminali. ibi, executionẽ poſcũt militarem, & c.
C. de iuriſ. om. Iud. Si enim ex occupatione rerũ
mearum, vel expoſitione venali, publice facta,
competat mihi actio iniuriarũ. l. item apud La-
beonem. §. ſi quis bon. & §. ſeq. ff. de iniur. multo
fortius competit ex captione perſonæ, cũ in plus
ſe habeat perſona, quam bona. arg. l. ſãcimus. C.
de ſac. ſanct. Eccl. idem dũ practicabã, conſuli, &
expoſt vidi ſuper hoc iudicari in hac Curia Parla.
¶ De actione iniuriarũ in alio caſu, vide ſ. q. 293.

a ¶ Si quis Titium faciat capi. *Vide de hoc male in
deciſ. Tholo. quæſt. 6. & aliquis. quæſt. 397. & in 74.
Conſil. meorum.*

b ¶ Iniuriarum conueniri. *Hoc tamen intellige ve-
rum, quando quis ad talem actum proceſſit animo iniu-
riandi, & de hoc conſtat: quia in dubio nõ præſumitur:
& ideo conueniri debet actione in factum, & quaſi ma-
leficium ſecundum dom. Bart. in l. iniuriarum. §. idem
Labeo. ff. de iniur.*

## QVAESTIO CCCXXV.

SVMMARIVM.

1 *Inſinuatio donationis poteſt fieri coram quocunque
Iudice.*
2 *Inſinuatio donationis, ad quid introducta?*
3 *Inſinuationis diffinitio.*
4 *Inſinuatio an poſsit fieri poſt donationem?*
5 *Inſinuatio an requiratur in donatione cauſa mortis?*

1 POteſt fieri † inſinuatio donationis corã quo-
cunque Iudice, ſecundum Bartol. nec requi-
ritur decretum, ſecũdum eum, prout ipſe ponit,
in l. Modeſtinus. ff. de donat. Sed ſuper hoc attẽ-
a de: quia glo. *a* ordin. in authent. vt non fiant pi-
gnorationes. §. fin. col. 5. dicit, quod Iudex dona-
tionem debet confirmare, per veram ſuã autho-
ritatem, ac decretũ debet interponere. Quid di-
cendum? Crederem, quod Iudex debet eſſe cõpe
tens, vel reſpectu rerum, quæ donãtur, vel reſpe-
2 ctu donantis. Et eſt ratio, quia inſinuatio † requi-
ritur propter duo, primo, vt nõ fiat donatio clã,
ſed publice: ne donãs fraudetur. l. data. C. de do.
Et ideo in talibus ſummis 500. aureos exceden-
tibus, requiritur maior ſolennitas. arg. l. fin. iun-
cta gl. ibidem poſita. C. ſi certum pet. Secundo,
quod fiat inſinuatio apud Iudicem, quia in his,
quæ coram eo fiunt, metus & dolus abeſſe præ-
ſumuntur, propterea Iudex decretum interpo-
nit. l. 1. C. de prædiis minor. l. ſi quis ſpontaneis.
la. 1. C. de Decurio. lib. 10. & propterea dicit Bald.
in l. pacta nouiſſima. C. de pac. quod ſi teſtamen-
tum, vel donatio cauſa mortis, coram Iudice, ſci-
licet, apud acta inſinuẽtur, valẽt. licet duo teſtes
dũtaxat exiſtant, & hoc determinat per l. omniũ.
C. de teſtam. quod eſt notabile: ſed quod talis Iu-
dex debeat eſſe competens, probatur in l. ſecun-
dum. C. de donat. & ideo ſi fieret talis inſinuatio
pe-



per Epiſcopum, vel coram eo, ipſa non valeret. l.
repetita. C. de teſt. facit ꝗ ibi notatur per Bal. Sed
ſi Iudex ſuper talib. inſinuationibus fiẽdis, fuerit
deputatus per partes, in aliũ non poſſunt cõſenti
re: vt d. l. ſecundũ. & l. repetita. ſupra alleg. Et ita
determinat per dictas ll. d. Bal. in l. illud. C. de ſac.
ſanct. &c. vbi autẽ non eſſet alius talis Iudex de-
putatus: tũc in dubio Iudex ordinarius, reſpectu
donantis, vel rerum donatarũ, eſſet cõpetens. l.
prædiorum. C. de prædiis min. facit bene l. 1. & 2.
C. ſi non à cõpeten. Iud. Modo ſic eſt, ꝗ ſi talis in
ſinuatio poſſet fieri corã quocunq; Iudice, & ita
corã alio, quam coram ordinario, nulla eſſet pro-
uiſio legis, ordinantis fieri inſinuationem. patet;
quia ipſe talis Iudex ignoraret conditionẽ donã-
tis, & nõ inquireret, vel poſſet inquirere, vtrũ do-
nãs fuerit deceptus, inductus, vel ſeductus, & q̃d
ex tali donatione conſequitur, aut conſequi po-
teſt: imo nec de inquirendo curat. & ideo nimirũ
ſi Iudex ordinarius debeat eſſe ille, coram quo fit
talis inſinuatio: alias volẽs donationẽ exceſſiuã
ſibi fieri, vel eã etiã volẽs facere, legẽ de facili frau
daret, eligendo aliquẽ iudicẽ ignotũ, ignorãtem,
& incõpetentem. & iſtius opinionis videtur eſſe
Bal. in l. illud. & pro tanto dicit ibidẽ Gulielmus
3 de Cu. ꝗ quia † inſinuatio nihil aliud eſt, niſi de-
ſcriptio in actis facta decreto, vel authoritate Iu-
dicis competentis. Et hanc partẽ credo fore verã
& tutiorẽ, quicquid dixerit Bart. & ita vidi deter-
minari in plurib. & diuerſis cauſis, quas vidi tem-
poribus meis in hac Curia Parla. Delph. diffiniri.
¶ Sed an inſinuationi poſſit cũ iuramento renũ-
4 ciari? vide quæ dixi ſ. quæ. 350. Sed † an inſinuatio
poſſit fieri poſt donationẽ? dic, ꝗ ſic. l. fi. §. pe. C.
de donat. ante nup. Et ſicut donatio propter nu-
ptias reſpectu mulieris, & in eius fauorem, nõ in-
diget inſinuatione, ſic nec pactum de donatione
lucranda factũ, etiã inſinuatione non indiget. gl.
in l. 1. §. fi. in fin. C. de don. ante nup. Item Azo &
Cyn. in d. §. fin. & eſt alia glo. in auth. vt ſpon. lar-
gi. in pr. col. 9. ¶ An in donatione cauſa mortis
5 requiratur inſinuatio? † credo quod non, quia li-
cet olim donatio cauſa mortis ad inſtar donati-
onis inter viuos, erat generaliter inſinuanda: vt
C. de dona. l. donatio. hodie tamen ſi quinq; teſti
bus extitit vallata, non requirit ſolennitatẽ inſi-
nuationis. Eſt hodie expreſſum. C. de donatio.
cauſa mortis. l. fin. & not. gl. in l. ſi quis pro redẽ-
ptione. §. fin. C. de donat. Specul. in titul. de in-
ſtrum. edi. §. porro. quia in l. ſi quis pro redẽptio-
ne. §. fi. C. de don. fit mentio de ſolidis, reſpectu
inſinuationis. ¶ Quæro quantum valent illi ſoli-
di. Dic quod ſolidus ibi accipitur pro aureo, quo
rum 72. faciunt libram. ita dicit Cy. in d. l. ſi quis
pro redemptione, & in l. illud. C. de ſacroſanct.
Eccl. Idem videtur tenere gl. in §. fi. Inſtit. de pœ.
tem. litig. ¶ Vtrum in donatione ob cauſam re-
quiratur inſinuatio: vide Bartholũ. in l. Aquilius
Regulus. ff. de donatio. De materia inſinuatio-
nis tetigi infra, q. 610.

a ¶ Gloſ. ordin. *Poſita in verſicul. illud quoque geſtis
monumentorum. & ad gloſſ. ſequent.*

## QVÆSTIO CCCXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Compoſitiones fieri prohibentur, cum incarceratis,
& inqueſtatis Bannaretorum.*

a DE iure Iudex poteſt inducere partẽ *a* ad
compoſitionem: vt not. Spec. in tit. de
offi. omn. Iud. in §. deſeruit. in ver. & ge-
1 neraliter. † ibi, partes ad compoſitionẽ. & valet
b compoſitio, facta per incarceratum, *b* iuſte de-
tentum: vt tenet Bar. in l. qui à latronibus. ff. de
c teſtib. *c* Tamen de ſtylo & conſuetudine præſen-
tis Curiæ Parl. Delph. ipſa Curia non tolerat cõ-
poſitiones, quas faciunt Bannareti: aut eorũ Of-
ficiarij, contra inqueſtatos in eorum Curiis: ſed
grauati conquerentes in hac Curia Par. Delp. au-
diuntur, & vocatis talibus Bannaretis, & eorum
Officiariis, reuocãtur tales compoſitiones ſum-
mariæ, abſq; proceſſus inuolutione. Et inde re-
mittuntur tales componentes corã Iudicibus ta
lium Bannaretorũ, pro iuſtitia, de caſu, pro quo
dicũtur compoſuiſſe debite miniſtranda: quan-
doque tamen ex iuſta cauſa mouente Curiã, ipſa
Curia aduocat ad ſe cauſas, pro quibus compoſi-
tiones dicuntur factæ: prout & ita factum fuit die
3. menſis Nouembris, 1459. qua die fuit aduoca-
ta cauſa inquiſitionis coram Iudice Breſſiaci, in-
choata ſuper prætenſa occultatione limitũ Breſ-
ſini & de Roybonis: quia Officiarij Breſſiaci in-
queſtatos componi fecerunt ad certas magnas
pecuniarum ſummas, quæ compoſitiones dicta
die etiam fuerunt reuocatæ, & recepit acta, inter
dictas partes facta Ioannes Albi Secretarius Del.

a ¶ Inducere partem *Vide ſuper hoc do. Felyn. in c. ſu-
per quæſtione. de offi. Deleg. Quoniam etiam debet Iu-
dex prius concordare partes, quam ad iudiciũ veniant,
ſi poteſt. 5. q. 2. Si Primates. & 90. diſt. ſtudendum. 23.
q. vltim. ſi quis membrorum. & de ſimonia. c. querelã.*

b ¶ Per incarceratum. *Vide ſupra, q. 254. & Adde
quæ ibi dixi in verbo, non ſubſiſtit viribus.*

c ¶ ff. de teſtibus. *Et per eundem in l. qui in carcere.
ff. quod metus cauſa.*

## QVÆSTIO CCCXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Minores, & reliqui Monachi, an poſsint hæredes in-
ſtitui? Et an valeat teſtamentum? vide & nu. 2.*
3 *Conuentus Prædicatorum, an poſsit hæres inſtitui?*

AN fratres Minores poſſint hæredes in-
ſtitui, & ſi inſtituantur, an valeat teſta-
1 mentum? † videtur quod non. *a* per c.
a 1. de reli. domibus. lib. 6. & ita ibidem aliqui te-
nent: quia ipſi non poſſunt habere proprium
in com-

in communi;nec in particulari:vt not. Bart. in l.
1 ff.de teſt.Credo tamē contrariū.ar. l. ſi quis ad
declinandam circa prin.in verſi ſi quidam capti-
uos.&c.C.de epiſ.& Cle.nam ſi captiui, qui ſunt
ſerui.vt §.ſerui.lo.2.Inſt.de iure perſ.poſſunt hæ-
redes inſtitui,vt in d.l. ſi quis ad declin. Pari rati-
one & tales mendicantes.& hāc partē tenet Bar.
in l.ciuitatibus.ff.de le.1.licet enim ipſi ſint inca-
paces proprietatum , vt pote domorū & poſſeſ-
ſionum:vt d.c.1. & Cle. exiui de Paradiſo.nō ta-
men prohibentur hæredes inſtitui, adeo, ꝙ tales
res hæreditariæ per Epiſcopum vendentur,& pre
b tium eiſdem tradetur. b vt d.l.ſi quis ad declinā-
dam.& l.fideicom.§.ſi ſeruo.ff.de leg.3. Et ita ibi
2 tenet Bar.Et† quod poſſint hæredes inſtitui,vide
tur caſus expreſſus in l.1.C.de ſac.ſanct.Eccl. cō-
ſiderato,quod eorum religio eſt approbata.vt d.
c.1.& Cle.1.de regula.& tranſ.ad reli. & id quod
eis relinquitur in dubio, cenſetur relictū Eccle-
ſiæ ſuæ:vt l.ciuibus. ff.de reb. dub.& c.requiſiſti.
in princip.extra,de teſt.pro quo vide Bar.in l.ſer-
uos.ff.de ali.lega. & ita ſeruatur in iudicando in
hac Curia Parla.& tolerantur inſtitutiones, de i-
pſis fratrib.Minorib.factæ: ſed de ſtylo & cōmu-
ni obſeruantia præfigitur eis annus, infra quem
habeant bona hæreditaria vendere, & in manib.
capacib. ponere.ita ſemper vidi obſeruari.¶ Sed
3 an† Conuentus Prædicatorum poſſit hęres inſti-
tui?credo ꝙ ſic:quia licet Prædicatores nōn poſ-
ſint in particulari aliquid:tamen in cōmuni poſ-
ſunt habere, vt dicit Barto.in tractatu ſuo Mino-
ricarum.in §.de hæreditatibus, quæ ab inteſtato
defe.tamen,quia bona dicuntur ad manus mor-
tuas deuenire,quæ, vt plurimum , mouentur de
directo dominio alterius,dicta Curia Parla.con-
ſueuit ſtatuere terminum, arbitrio ipſius Curiæ,
infra quem ipſi habeant bona hęreditaria vende-
re,& extra manus ſuas pōnere, ne Domini dire-
cti fraudentur eorum laudimiis, & venditionib.
¶ Et de materia Prædicatorum,& aliorum : vide
c.1.de relig.do.li.6.& Spe.in tit.de ſtatu Monach.
in ver.tertio quero.vide etiam omnino Io.And.
qui loquitur de Prædicatorib.& Minoribus.in c.
nimis praua.extra de priuilegiis.& ibi text. ¶ De
hac materia, vide quæ ſcripſi in notabilibus me-
is,in §.ſecundum communem doctrinam Doct.
&c.

a ¶ Quod non. *Iſta eſt veritas:iure tamē legati, eis a-
liquid de hæreditate relinqui poteſt: de modo non tan-
tum,quod præſumi poſſit in fraudem:extra, de ver.ſig.
Cle.exiui de Paradiſo §.proinde.& ibid.d.Car. in 2.q.*

b ¶ Per Epiſcopum vendentur, & eiſdē pretium
tradetur. *Iſtud videtur fieri de æquitate: ſed hoc non
poteſt bene probari iure: vt dicit do.Card.in præ.§.pro
inde.5.col.ibi,& per hoc de æquitate.*

## QVÆSTIO CCCXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex inferior poteſt punire Officiales Iudicis ſupe
rioris,delinquentes in ſuo territorio.*

2 *Epiſcopus an poſſit ſuum Archiepiſcopum excōmu
nicare,delinquentem in ſua diœceſi.*

SERVIENS Curiæ Delphinal. de Buxo,
deliquit in territorio meo Sancti Alba-
ni.an iudex meus Sancti Albani poſſit
1 eum punire?† Videtur quod ſic,dum modo hoc
notum faciat Iudici maiori Delphina. Buxi per
text.in l.Officiales. C. de officio Recto. prouin-
a ciæ.& ibi Bar. a facit l.contra noſtra.C.de execu.
& exact.li.12. & ſuper hoc vide, quæ plene nota.
Pet.Ia.tit.de arbore ſucc.Regni Franciæ. §. eſt &
2 aliud.verſ.ſed quid erit.vbi idē tenet.† Sed nun-
quid Epiſcopus ſuum Archiepiſcopū excommu
nicare poſſit , ſi in ſua diœceſi delinquat ? dic ꝙ
nō:quia inferior eſt:vt dicit Inno.in c.ſtatuimus.
extra, de maio.& obe. ſed extraneum Archiepi-
ſcopū ſic: quia in ſuo territorio eſt maior. & hęc
hic duxi inferenda:quia die heſterna tertia huius
menſis Nouembris.1459. audiui caſum eueniſſe
de facto in perſonam miniſtralis Delphi. de Vi-
nalo,qui in territorio Varciæ citauit quendam
hominem, & qui miniſtralis fuit inqueſtatus in
curia Varciæ, per Iudicem loci:quia abſq; requi-
rendo Officiarios dicti loci Varciæ,exercuit offi-
cium Magiſtratus in territorio alieno,&c.

a ¶ Ibi Bart. *Qui ita not.formaliter.& hoc ſentit do-
minus Azo in ſum.cod.tit.de offic.Rect.prouin.in ver.
ſunt autem multa.ibi,delinquentes præſentiat, etiam
extranei ſint.&c.*

## QVÆSTIO CCCXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Creditor debet facere citari debitorem,viſurū vē-
ditionem pignoris:in executione ſententiæ.*

2 *Executor non tenetur ſeruare ordinem iudiciorū
in citationibus,& aliis.*

3 *Excommunicatus an poſſit petere executionem ſen
tentiæ?*

1 DE iure creditor † debet facere citari debi-
torem viſurum venditionem pignoris,
aliter non valet executio. hoc probatur
in l.creditor.C.de diſtra.pi. ibi , notum debitori
facere,&c.Quod ita ſeruatur in ciuitate Aueni-
onis & in Sabaudia, prout vidi:& in multis aliis
Curiis, prout audiui:ſed in hac patria Delphin.
de ſtylo & conſuetudine , ac ex tacita mente ſta-
tutorum huius patriæ ſeruatur contrarium:quia
in tali executione, venditione pignorum , in in-
cantibus pignorum non vocatur debitor,donec
factis incantibus debitor citatur:dicturus cur pi-
gnora incantata emptori expediri non debeant.
debet tamen aduertere creditor, quod non ca-
piat bona plus valentia, quam aſcendat debi-
tum:vt dicit gloſſ. in l. quandiu.C de diſtra. pi-
gnorū.Sed propter hoc , ſi contrarium facit,pi-
gnoratio,non eſt nulla: ſed venit reuocanda, vt
dicit Bartol.in l.à Diuo Pio. §. in venditione. ff.
de re iud. Quod ita etiam diſponunt ſtatuta Del.
quæ



quę prohibent bona capi,in duplo plus valentia:
quæ ſtatuta in hoc ſeruantur in hac Curia Parla-
menti,& cæteris Curijs Delphin. ¶ Et ſuper hac
2 materia vide † Inno.in c.ex ratione.extra, de ap-
pel.vbi dicit, quod executor in citationibus & a-
lijs, non tenetur ſeruare ordinē iudiciorum.qui
do.Inno.ibidem ſubiungit, quod executori nul-
lus ordo præfigitur,nec vitiatur, quod fit ab exe-
cutore,ratione ordinis non ſeruati: & ideo ſecū-
dum eundem ibidem non habet citare partes:at-
tamen quo ad citationem contrarium videtur,
per c.licet Epiſcopus.extra,de præb. lib. 6. in fin.
Sed de ſtylo omnium Curiarum Delph. non vo-
catur pars rea in executione ſententiæ : niſi pars
victrix tardauerit facere exequi ſuam ſententiam,
per duos,vel per tres annos : quo caſu conſueuit
de ſtylo pars rea citari, dictura cur talis ſententia
executioni demandari non debeat : & ſuper hoc
proceditur ſummarie abſq; inuolutione proceſ-
ſus.¶ De materia executionis , vide quæ dixi ſu-
3 pra,q.98.& q.215.& q.281.¶ Sed † an excommu-
nicatus poſſit petere executionem ſententię?In-
no.dicit quod non in c. venerabilē. extra, de ex-
cep.& idem tenet ibidem Hoſti. & refert Arch.
qui idem videtur tenere in c.ſicut ſine iudicio.2.
q.1. ¶ An Iudex requiſitus poſſit cognoſcere de
viribus ſententiæ? vide quæ dixi inf.q.419.& 574.

## QVÆSTIO CCCXXX.

SVMMARIVM.

1 *Tutor ante, quam accedat ad adminiſtrationem,
quinque ſunt neceſſaria,quæ vide per diſcurſum.
num.2.3.4.5.& 6.*

7 *Tutor,qui datur ex inquiſitione,debet pronuncia-
ri idoneus,ante,quam ſibi decernatur tutela.*

QVINQVE ſunt neceſſaria , antequam
1 Tutor † accedere debeat ad adminiſtra-
2 tionem.primo,quod recipiat res † cum
a decreto.a l.4.& l.Tutores. ff. de auth. Tu.& eſt
tex.expreſſus in l.naturali.in fi. ff. de confirman-
do Tu.Et iſtud decretum nihil aliud eſt, quā præ-
ſtare Tutori quaſi poſſeſſionem adminiſtratio-
nis,ſicut dicunt Cano.quod licet aliquis ſit inſti-
tutus in Beneficio : non tamen accedit ad admi-
niſtrationem : niſi ponatur in quaſi poſſeſſione
adminiſtrationis.extra,de inſtitu.c.2.in prin. per
Inno.de conceſſione præbendæ. c. propoſuit. in
1.gl.& iſtud decretum cōſueuit omitti:quia ſem-
per,in decretatione tutelarum Iudices interpo-
nunt eorum decreta. & hoc non omittunt pro-
pter emolumenta ſigilli. Secundo, requiritur,
3 † quod Tutor faciat inuentarium de bonis pupil-
li:vt probatur in l.fin.C. arbitriū tutelæ. Et iſtud
ſecundum extremum non obſeruatur : quia de
ſtylo Curiarum tolerantur geſta talium Tutorū
in iudicijs,& extra,pro & contra pupillos,poſito
quod non conſtet de confeſſione inuentarij.
4 † Tertio requiritur, quod iuret. in authen. quæ
obligari res minorum prohibentur.§.fi.col.5. Et
iſtud ſeruatur, quia in omnibus decretationibus
tutelarum Iudices faciunt iurare Tutores. Quar-
5 to † requiritur,quod ſatiſdet: vt nota.glo.in l. le-
gitimos.C. de legi. Tut. Sed contrarium huius
etiam de ſtylo Curiarum præſentis patriæ Del-
phin.ſeruatur & toleratur,quod Tutores admit-
tuntur ad adminiſtrationem etiam ſine ſatiſda-
6 tione.¶ † Quinto, quod expreſſe promittat de-
b fenſionem b pro pupillo ſuſcipere:per tex.in l. fi.
§.defenſionem.C.de admi. Tuto.& iſtud ſerua-
tur,quia Notarij, qui recipiunt inſtrumēta tute-
larum , hoc non omittunt ponere in eorum in-
ſtrumentis. Aduertendum tamen , quia licet de
iure præmiſſa requirantur , tamen in his, quæ ad
commodum pupilli ſimpliciter ſpectarent , va-
lent geſta per Tutorem , etiam præmiſſis quinq;
non interuenientibus , vt ff. de adminiſtratione
Tutorum.l. Tutor,qui repertorium.& C.de Tu.
vel Cur.qui ſatis non dederunt.l.fi. ita dicit Bar.
in l.e.Prætor. ff. de noui operis nunciatio.Cynus
vero circa dictum §.defenſionem.d.l.fi.C.de ad-
miniſtratione Tutorum.dicit, quod dicta quin-
que requiruntur : veruntamen dicit ipſe circa vl-
timum,quod tutor debet cum ſatiſdatione pro-
mittere pupillum indefenſum non relinquere:
ſed de ſtylo Curiarum præſentis patriæ Delphin.
tolerantur geſta per Tutorem,etiam ſi non ſatiſ-
dederit: vt ſupra dixi:tamen ipſi ſemper promit-
7 tunt pupillum indefenſum non relinquere.† V-
num etiam aliud addo, quod de iure Tutor, qui
datur ex inquiſitione, debet pronunciari idone-
us,ante,quam ſibi decernatur tutela.l. Tutores.
in fin.& ibi hoc tenet Barth. ff. de confirmando
Tuto.Sed iſtud vltimum,etiam de ſtylo Curiarū
huius patriæ,non ſeruatur. quia Iudex , conſtito
ſibi ex inquiſitione, quod ſit idoneus, conſueuit
eum decernere Tutorem,abſq; eo, quod pronū-
cietur idoneus,&c.

a ¶ Cum decreto. *Quod autem Iudex interponit in
huiuſmodi actu legitimo ſuam authoritatem,& decre-
tum:& de forma inſtrumenti, vide Spec.in tit.de Tut.
in §.1.& 2.ſed quæritur.in verſ.inſtrumentum autem
& in verſ.in datiua authen.*

b ¶ Defenſionem. *An autem Tutor , Curator,& ſi-
miles poſſint dimittere adminiſtrationem, & non etiā
defendere,cum opus eſt,vide in Spec.de actore.verſ.ſed
quæritur.& dicit ibi,quod eſt in arbitrio Iudicis,an ve
lit eos remouere,an cogere,vt adminiſtrent.*

## QVÆSTIO CCCXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum an poſſit probari per inſtrumētum.*

a AN teſtamentum poſſit probari a per † in-
2 ſtrumentum ? gl. diſputat hanc quæſtio-
nem in l.fi.C.de fideicommiſſis.& ibi vi-
de Bart.& plenius in l.hæredis. in prin. ff.de teſt.
b qui tenet opin.Io. b quod ſic.quam dicit de cō-
ſuetudine ſeruari.& quæ conſuetudo ſeruatur in
tota hac patria Delphina,& vbique, &c.

S a ¶ Poſſit

a ¶ Poſſit probari. *Vide do. Alexan. Conſil. 5. ſecundo vol. vbi dicit, quod teſtatoris voluntas debet probari per 7. teſtes, & illa probata, teſtamenti ſolennitas poteſt probari per duos teſtes.*

b ¶ Opinio Ioan. *Vide Specula. in titu. de proba. §. videndum. in verſiculo, an teſtamentum qui remittit ad d. l. fina. C. de fideicommiſ. & ſic concordat cum præſenti authore.*

## QVÆSTIO CCCXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Hæres inſtitutus, poteſt perpetuo hæreditatē adire.*

1 a HAERES † inſtitutus, perpetuo a poteſt hæreditatem adire. vt vult gl. in l. cum in antiquioribus. in gl. ſuper verbo, Beneficio. in principio. C. de iure deliberand. ſiue ſit ſuus, ſiue extraneus, quod ſic etiam tenet, & plenius in l. quandiu. l. 1. & 3. ff. de acqui. hæred. & ibi Bart. & plenius ipſe Bart. in l. ſi quis ſuus. ff. de iure deliberand. quod verum eſt, niſi tempus eſſet à iudice ad inſtantiam ſubſtituti, vel aliorũ, quorum intereſt, præfixum adeundi: quoniam tunc lapſo tempore non poteſt poſtea adiri: vt dicta. l. quandiu. & facit etiam quod no. Bart. in dicta. l. cũ in antiquioribus. Nec obſtat d. l. cum in antiquioribus. vbi ius deliberandi eſt annale: quoniã hoc eſt verum reſpectu iuris tranſmittendi: ſed non reſpectu ſuccedendi, quin poſſit ſemper adire is, cui delata eſt hæreditas, ſi viuat, ita vidi determinari, &c.

a ¶ Perpetuo. *Hoc ad 30. annos. Aditio enim poſt 30. annos fieri non poteſt. l. licet. & ibi Doct & dom. Bald. in verſ. 3. quæro. C. de iure delib. dom. Bal. in l. recuſari. ff. de acq. hær. & iſta eſt cauſa Docto. opin. ſecundum d. Alex. de Imo. in præ. l. licet 3. verſic. an autem. & ibi cõſultat opi. do. Saly. tenentis contrarium.*

## QVÆSTIO CCCXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus hæres inſtitutus, non patitur pœnas, ſtatutas contra non conficientes inuentarium.*

1 a FISCVS † hæres inſtitutus non patitur a pœnas, ſtatutas contra non cõficientes inuentarium. de quibus in l. ſcimus. C. de iu. deli. per l. 1. §. an bona. & l. nõ poſſunt. ff. de iur. fiſ. & ita vidi iudicari, vt etiã dixi infra, q. 571. in verſ. an fiſcus, &c. ¶ Sed quid de Eccleſijs vel Eccleſiaſticis perſonis, aut pijs locis, vt ſunt hoſpitalia, ſi hæredes inſtituantur, patientur pœnas, de quibus in d. l. ſcimus? Et videtur quod ſic. per auth. de hæred. & Falcid. in §. fi. & ita tenet Iac. de Bel. Viſu in fine ſuæ literæ. idẽ d. Ray. de Sabanaco in rep. ſua. §. ſi vero poſt, quam. in d. le. ſcimus. ſed poteſt reſtitui. per Cle. 1. de in integrum reſti. facit c. quia contingit. §. illi etiam. de relig. do. in Cle. Bar. ſuper hoc vltimo dubitauit, vt refert ipſe in auth. ſed cum teſtator. C. ad l. Fal. &c.

a ¶ Non patitur. *Quia fiſcus non tenetur conficere inuentarium, cum non teneatur vltra vires hæreditatis, ſecundum do. Bar. in l. 1. §. an bona. ff. de acq. hæred.*

## QVÆSTIO CCCXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Reſponſio ad poſitiones, per, credit, vel non credit.*

DEBET de iure reſponderi poſitioni, per verbũ, credit, vel non credit, iuxta quod quæro: in poſitione deducitur aliquod
1 inſtrumentum, reus reſpondet † & dicit reſpondeo, & dico prout in inſtrumento ſuper hoc confecto, continetur: an ſit ſufficienter reſponſum? credo ꝗ ſic. qa perinde habetur, ac ſi expreſſe expreſſiſſet id, quod in inſtrumẽto continetur, per tex. in l. fi. C. de fal. ca. adiecta legato. cum ipſa ſint
a paria, expreſſe exprimere, vel per relationem a ad aliud. pro quo l. edita. glo. prout. C. de edend. & quæ ibi not. Bar. facit bene l. ait Prætor. §. fi. ff. de re iud. Et hoc etiam ſimiliter ſcripſi infra, q. 459. Et ita dum practicabam, obtinui, & vidi etiam in hac Curia Parlamenti tales reſponſiones tolerari etiam in contradictorio iudicio.

a ¶ Per relationem. *An par fuit aliquid fieri expreſſe, vel per relationem certam. do. Felin. de re iud. c. inter cæteras. in 1. concluſio. Et adde dicta authoris, quod in ſimili dicit dom. Panor. volu. conſ. 4. 1. col. verſ. quia per relationem. in fin.*

## QVÆSTIO CCCXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutis duobus, quorũ vnus decedit ante, quã hæres, an eius portio remaneat hæredi hæredis: vel deueniat ad conſubſtitutum.*

1 QVAERO, duo dati ſunt † ſubſtituti: vnus deceſſit prius, quam hæres: deinde ipſe hæres decedit altero ſubſtitutorũ ſuperſtite: Vtrum talis ſuperſtes poſsit petere ſibi portionem ſuam, quam portionem alteri ſubſtituto
a defuncto relictam. text. videtur quod ſic, a in le. vna. §. in primo itaque. ibi, vel coniunctus fuerat & in § is itaque. C. de cadu. tol. nec cedit lucro hæredum hæredis inſtituti, nec eſt differentia ſienda, vtrum tales ſubſtituti ſint re, & verbis, aut verbis tantum coniuncti. vt d. §. in primo itaque & §. is itaque. de cad. toll. Et quæ ſit ratio. dic vt ibi per Barth.

a ¶ Quod ſic. *Hoc non videtur procedere, quando dictio taxatiua ſcienter verbis expreſsis à teſtatore poſita eſſet: per text ſingul. in leg. Lucius. § qui habebat. ff. ad. Trebel. & nihil ad rem, licet loquatur de inſtitutione, quia ius accreſcendi habet locum in ſubſtitutione. dom. Bald. & Ioan. de Imo. in l. ſed ſi plures §. ad ſubſtitutos. ff. de vulga. & pupilla.*

QVAE-



## QVÆSTIO CCCXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio an dicatur deſerta, ſi non introducatur à termino à Iudice præfixo. & vide num. 2.*

1 AN Iudex à quo, poſſit præfigere † terminum appellanti, ad introducendum ſuã appellationem corã Iudice ad quem? dic quod ſic, adeo quod ſi tempore præfixo non introducatur, erit appellatio deſerta: quia tale tẽpus eſt in arbitrio Iudicis, à quo: vt tenet glo. in l.
a præſes. a C. de appel. & tex. facit in c. cum ſit Romana. extra, de appella. Et ita ſeruant ſtylus, & ſtatuta præſentis Curiæ Parlamenti, & aliarum Cu-
2 riarum præſentis patriæ Delph. Sed † pone, quod appellans ante tempus ſibi præfixum introducit ſuam appellationem. verbigratia, Iudex à quo, dixit appellãti: Introducas appellationem tuam decima inſtantis menſis Maij, ſi talis appellans dicta die non introducat eius appellationem, ſed ante dictam diem, an dicta appellatio cenſeri debeat deſerta? Videtur quod ſic, per Cle. quamuis rigor. de appell. Sed credo, quod non: per text. in l. cum in antiquioribus. §. in his autem. ibi, & præ maturæ. C. de tempo. appel. ita tenet glo. in auth. ei, qui. ſuper verbo, vnius menſis, &c. C. eo. Nec obſtat dicta Cle. quamuis. quia ibi tempus eſt cõceſſum in fauorem Iudicis à quo, hic in fauorem partis, quare ſecus. Pro quo l. quod fauore. C. de legi. & l. pen. C. de pact. tamẽ vt tollatur iſta difficultas, Iudices Delph. conſueuerunt dicere, & interim quandocunque.

¶ De materia iſta, & Apoſtolorum conceſſione etiam tetigi ſupra, q. 25. in fin.

a ¶ L. præſes. *De hoc vide do. Alex. Bart. in d. l. præſes.*

## QVAESTIO CCCXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Emptionis vel venditionis titulo accipiens, vel ex quolibet alio contractu, rem, litigioſam ſciens, pretio etiam punitur.*
2 *Venditor puniaturne in plus, quia rem litigioſam vendit emptori ignoranti.*
3 *Supplicatio an faciat rem litigioſam.*
4 *Litigioſi vitium an duret perempta inſtantia.*
5 *Litigioſa res an poſſit hypothecari.*
6 *Litigioſi vitium qualiter contrahatur.*
7 *Lis quando dicatur pendere.*

PRo declaratione, & ſummario le. cenſemus.
1 C. de litigioſis. † ſcias quod ille, qui accepit emptionis vel vẽditionis titulo, vel ex quolibet alio contractu, rem litigioſam, ſiquidem ſciens, non tantum tenetur rem reddere venditori: ſed etiam punitur precio, quod applicatur fiſco: nec cedit lucro alienãtis: ſed de ſuo ipſe alienans tãtum tenetur fiſco dare: ſi autem ille qui accepit, fuit ignorans, fit reſtitutio rei venditori, & precium eidem reſtituitur, per venditorem, aut ab eodem liberatur, ſi non ſoluerit: & amplius habebit emptor à venditore tertiam partem pretij. Et idem eſt in donatione rei, vel contractu exceptis tamen excipiendis in d. le. cenſemus. ſed qui
a ſunt caſus excepti, a in quibus non contrahitur vitium litigioſi? Dic, quod datum pro dote, vel propter nuptias, vel quando fit ex cauſa tranſactionis, vel diuiſione bonorum, in legatis, & alijs relictis in teſtamento. Ita dicit text. in d. l. cenſe-
2 mus. ¶ Sed † an venditor puniatur in plus, quia rem litigioſam vendidit emptori ignoranti? dicunt quidam, quod non: quia non punitur, niſi tantum in illa tertia parte pretij, quam debet dare emptori ignoranti: & ſic tunc fiſcus nihil habebit: quia lege cautum non reperitur, & pœnæ ſunt molliẽdæ. l. interpretatione. ff. de pœn. Sed dom. Azo, (tuba veritatis) in titul. de litigio. in ſumma dicit, quod ipſe venditor tunc dabit fiſco alias duas partes pretij, & in hoc ſequitur Hoſt. eum in ſumma ſua in tit. de alie. iud. mu. cau. ſed Placentinus dicit in ſumma in titu. de liti. quod tunc venditor dabit de ſuo proprio ipſi fiſco integrum pretium, vltra tertiã partem pretij, quã etiam dabit emptori bonæ fidei, quem decepit: tamen media opinio placet Pet. Iac. in tit. de re litigioſa. circa fi. Item, quod in prædictis dictum eſt de pretio rei litigioſæ, vbi fuit venditio, idem debet dici de eius æſtimatione, quando ex alio titulo facta eſt alienatio, exceptis quibuſdã alienationibus. de quibus in d. le. cenſemus. ita dicit Petr. Iac. vbi ſupra, item eſt alia pœna ſeu vitium litigioſi cõtractus, quia ſi quis emat rem litigioſam, & cadat à poſſeſſione, & velit illã petere, ipſe repelletur exceptione rei litigioſæ: vt dicit Petr. Iac. vbi ſupra. itẽ pœna rei litigioſæ alienatæ, nõ eſt: quod debeat fiſco applicari: ſed debet reddi alienanti, vt ſupra dictum eſt. ita dicit Petr. Iaco.
3 vbi ſupra. in fi. tit. † Sed an ſupplicatio faciat rem litigioſam? Henr. Bohic. in c. cauſam. extra, de teſtib. tenet quod ſic. ſed an per citationem dicatur res litigioſa? dicam infra, in fin. in verſicu. ſed
4 qualiter, &c. † Sed an perempta inſtãtia duret vitium litigioſi? dic quod ſic. ſed contractus valet, & tenet. vt l. 1. C. de longi temporis præſcri. & ita tenet Bart. in l. 1. in fin. ff. eod. tit. poteſt tamẽ cõſilium dari de re litigioſa, vendenda ſine vitio, & pœna litigioſi, videlicet, quod res ipſa vendatur ſub hac forma, quandocũq; res eſſe deſierit litigioſa, vendo ea tibi extunc, prout exnunc. ita ponit tex. in ſimili, in le. quod ſæpe. §. ſi quis amico, ff. de contrah. emptio. & vend. iuncta l. in fuga. ff. ad legem Fal. de pla. & ita tenet ibi Barth. & recitat dominum Andream de Piſis, alium modũ poſuiſſe, quem etiam ibidem ponit. ¶ Vtrum
5 † res litigioſa poſsit hypothecari? Bar. quod non in l. 1. ff. de litig. Et ibi plene de hac materia, per Bart. vbi inter cætera dicit, quod hodie alienatio rei litigioſæ, eſt ipſo iure nulla. ¶ De materia rei
b litigioſæ, vide b plene per Pet. Iac. vbi ſupra, per Bart. in d. l. quod ſæpe. §. ſi quis amico. Et quæ res dicatur litigioſa, vide in l. quãquam. §. Iulianus

S ff. de

ff.de aqua plu.arc.& in §.1.de litig.per Bar.¶ Sed an per hypothecariam actionem in iudicio incœtatam, dicatur res litigioſa: vide quæ dixi infra, q. 432.¶ De materia rei litigioſæ, tetigi in notabilibus meis.in §.venditio. ¶ An in actione perſonali in iudicio deducta locum habeat in vitiũ litigioſi, ſi pendente lite cedatur, vel remittatur al-
6 teri, vide quæ dixi quæſt.479.¶ Sed † qualiter cõ
c trahatur vitium litigioſi? c dic quod de iure Canonico contrahitur, per ſolã citationem: in Clementina 1. vel lite pendente: de iure autem Ciuili, & authenticorum contrahitur in actione reali in qua de dominio, vel quaſi, vtili, vel directo agitur, per ſolam libelli oblationem. vt in authen. litigioſa. C.de litigioſis. licet olim per litis conteſtationem tantum: vt l.2.C.eo. imo & hodie requiritur litis conteſtatio: vt tenet Ioan. Andr. in c.1.vt lite pendente.lib.6. in glo. litigantibus. in perſonali autem contrahitur per litis conteſtationem, cum in ea nihil ſit immutatum: ſecun-
7 dum Cyn.& Iac.de But. ¶ † Quando dicitur lis pendere? Ioan. Ferra. ponit quinq; modos. Videlicet, per libelli oblationem. Secundo, per appellationem. Tertio, per relationem, ſeu conſultationem factam Principi, per Iudicem. Quarto per Iudicis recuſationem. Quinto, per in integrũ reſtitutionis poſtulationem. iſta ponit Ioan. Ferrar. Doctor nouiſſimus in forma reſponſionis rei, ſuper verbo, exceptionẽ litis pendentiæ, &c.

a ¶ Caſus excipiendi. *Vide & addit. Spec. in titul. de ceſſi. actio. §.1. verſ. ſi autem ſit ceſſio.*

b ¶ Vide. *Adde d. Azo. in ſumma, C. de litig.*

c ¶ Vitium litigioſi. *Vide dom. Bart. colum. 5. verſ. quæro, dicitur hic. domin. Cyn. in authent. litigioſa. in verſic. breuiter dicendum eſt. qui ibi tenet, quod quando quæritur de actione reali, per quam mouetur quæſtio de dominio rei, tunc efficitur res litigioſa, per ſolã conuentionem, ſine libello: in cæteris vero vitium litigioſi contrahitur demum lite conteſtata.*

## QVAESTIO CCCXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Procurator an admittatur in cauſis criminalibus ad media cauſæ.*

2 *Procurator an admittatur ad declinatoriam fori, vel delationem cauſa, opponendam.*

3 *Iuramentum calumniæ, an exigatur à Procuratore, allegante cauſas abſentiæ Domini.*

4 *Procurator num admittatur ad probandas cauſas abſentiæ, quas allegat.*

5 *Procurator nũ interueniat, ſi ſtatuto pro pœna corporali debeat imponi pœna pecuniaria.*

6 *Procurator generalis ad omnes cauſas, an poſſit cõparere in cauſa criminali, ſine ſpeciali mandato.*

ALIQVIS accuſatur de crimine: vel cõtra eum denunciatur: ipſe reſpondet & cauet, & petit † ſe admitti ad media cau-
1 ſæ per Procuratorem, an debeat admitti? credo
a quod ſic. a arg. l.2. C. de accuſat. Et ita etiam ſeruat ſtylus & conſuetudo Curiarum præſentis patriæ Delphi. niſi eſſet crimen capitale. iuxta l. re-
2 os.eo.titul. ¶ † Sed iuxta præmiſſa quæro, quidã accuſatus de crimine capitali conſtituit Procuratorẽ ad exceptiones delinatorias opponendas, vel (quod fortius eſt) ad dilationem petendam: vel ad teſtes producendos: vel ad teſtes partis aduerſæ iurare videndum: Erit ne hoc permiſſum? do. Guido. de Suza, dicit, quod ſibi videtur, quod non: quia talia allegare, videtur aliqua defenſio proponi. l.2.ff.de except. vnde putat ipſe do. Guido de Suza, quod ad exceptionem declinatoriã opponendam, bene poſſit conſtitui Procurator, vt veniat Procurator, & dicat, iſte accuſatus non eſt de foro iſto: quia in iſto territorio non fuit iſtud delictũ perpetratũ. Sicut allegans cauſas abſentiæ auditur: ſic & iſte: quia extra territorium, &c. ff. de iuriſd. omn. Iud. l. fi. Quia opponens exceptionem declinatoriam non ſe defendit: cum non ſuſcipiat iudicium, & defendere ſit iudicium ſuſcipere, imo declinat iudicium. Sed quo ad teſtes producendos, dicit ipſe d. Guido de Suza, videri ſibi, quod non debeat admitti Procurator: quia lex dicit, quod accuſatus de crimine capitali, debet cauſam ex vinculis dicere. ff. de cuſt. reo. l.2. Sed certe ad teſtes partis aduerſæ iurare vide-
3 dum: dicit ipſe poſſe admitti Procuratorẽ. † Sed nunquid à Procuratore, qui allegat cauſas abſentiæ, exigetur iuramentum calumniæ, ne calumnioſe alleget, dic quod ſic. ſecundum veram opi-
4 nionem. C. de iura. calum. l.2. † Sed nunquid admittitur ad probandas cauſas, quas allegat eſſe veras? dic quod ſic: quia omnia videntur eſſe cõceſſa, &c. ff. de iur. omn. Iud. l.2. & de Procu. l. ad
5 legatum. & l. ad rem. † Sed quid ſi per ſtatutum ciuitatis, pro pœna corporali debeat pœna pecuniaria imponi, nunquid interueniat Procurator?
b Videtur quod ſic: b quia ſublata eſt cauſa prohibitionis. Sed tu dic quod non: quia origo debet inſpici. ar. ff. de dona. le. qui id quod. cum multis ſi. Iſta ſunt verba do. Guido de Suza. in d. l. reos.
6 C. de accuſat. ¶ An † Procurator generalis ad omnes cauſas poſſit comparere in cauſa criminali
c ſine ſpeciali mandato? Dic quod non, c iuxta ea, quæ leguntur & notantur in l. cum clericis. & aut. clericus. C. de Epiſ. & Cler. quia in illis requiritur ſpeciale mandatum: in quibus pœna domino applicatur: vt tenet Specu. in tit. de Procura. §.t. verſ. ſed nunquid.

a ¶ Credo quod ſic. *Vide d. Bal. qui pulchre reſpondẽdo diſtinguit, in l. ſeruum quoq; §. publice. in 2. colu. in ver. ſed iuxta hoc quæro. ibi, ego ſic dico. ff. de Procur.*

b ¶ Quod ſic. *Et iſtud tene: quia debet conſiderari effectus iudicij, non titulus criminis. Itẽ, quia non genus criminis, ſed ſententia ſpectanda eſt. Bal. poſt d. Cyn. in præ. §. publice. in 5. col. verſ. & circa iſtud primũ. & horum dictum intelligendum cum illa diſtin. l. aut pro aliquo delicto corporali imponitur pœna pecuniaria pure & ſimpliciter, & tunc admittitur Procurator: aut ſub cõditione, & tunc ſecus. d. Io. Pe. de Fer. in practica ſua, in forma inquiſitionis, in gl. in ver. ſed quid ſi per ſtatu.*

c ¶ Dic



c ¶ Dic quod non. *Et eſt ratio: quia vbi de crimine ſpeciali diſputatur, mandatum ſpeciale requiritur. do. Bald. in alleg. §. publice. in 2. col. in præ. verſi. ſed iuxta hoc quæro. ibi, item excipe contra teſtes, &c.*

## QVÆSTIO CCCXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta in criminali, ſtatim non præiudicat nec plenam facit probationem.*

2 *Reus apud quem locum debeat adduci ad perſeuerandum in confeſſione, facta in tormentis?*

3 *Confeſſio facta, tormentis paratis, an valeat?*

QVIDAM inculpatus de crimine, vltro, id eſt abſque formidine tormentorum confeſſus fuit ſe deliquiſſe, nunquid ſtatim ſit condemnandus? aliqui Doctor. antiqui, & Moderni dixerunt, cum non eſſe ſtatim condemnandum. Sed quod debeat Iudex poſt certos dies, vel tempus iterum coram ſe facere duci reũ, & interrogare eũ iterum de maleficio: quia
1 dixerunt dicti Doctor. † quod confeſſio, facta in criminali, ſtatim non præiudicat, nec facit plenã probationem, vt in l.2. C. de cuſto. & exhi. reo. ſecundum dictos Doctores: quam ſic intelligunt, quia non diſtinguunt, an ſit facta confeſſio formidine tormentorum, vel ſine. Intelligunt etiã ita l.1. §. Diuus. & §. ſi quis vltro. ff. de quæſtionibus. Et ita dixerunt eſſe locum perſeuerationi, dicentes, quod in hoc eſt differentia inter confeſſionem in cauſa ciuili, & in cauſa criminali. ar. Inſt. de pub. iud. in princip. Dominus tamen Dy. eſt in contraria opinione, quam dicit eſſe communem opinionem. Nam cum quis confitetur ſe crimen commiſiſſe, quod ſtatim captus incarcerandus eſt, & abſq; alia perſeueratione, & confeſſione condemnandus. vt ff. de cuſto. & exhib. reo. l. fi. 1. reſpon. C. de pœnis. l. cum reis. & ita intelligitur l. ſi confeſſus. ff. de cuſtod. & exhib. reo. nec obſt. dicit ipſe d. Dyn, dictus. §. Diuus. & §. ſi quis vltro. quia intelliguntur in confeſſionibus hominis in tormentis. Item non obſtat, dicit ipſe d. Dyn. in d. le. 2. C. de cuſto. & exhib. reo. quia intelliguntur ſimiliter in confeſſione, facta in tormentis: vt patet in fi. vbi dicit, quod Iudicibus &c. Et hæc eſt vera lectura, & communis opinio,
a ſecundum Dy. Si autẽ confiteatur quis in tormentis, vel formidine tormentorum, tunc confeſſioni non ſtatur, nec per cõfeſſionem probatur. vt d. §. Diuus. & C. quorum appel. non recip. l.2. Et eſt ratio: quia quæſtio res fragilis eſt. vt l.1. ff. de quæſtio. & tunc locum habet dict. le. 2. C. de cuſto. & exhi. reo. vt Iudex faciat coram ſe venire crimino ſum, & quærat ab eo, vtrum velit perſeuerare in ſua confeſſione: an velit retractare, vel cõtrarium dicere. Et ſi perſeuerauerit, tenet cõfeſſio: alias non: vt d. §. ſi quis vltro. ita dicit, & tenet d. Dy. Et hoc verum in confeſſione, facta in tormentis ſine iudicijs, ſecundum Barth. in l.
2 quæſtionibus. ff. de quæſt. ¶ † Sed iuxta hoc quæro, apud quem locũ debeat reus adduci, ad perſeuerandum in confeſſione, facta in tormentis? reſpondeo, quod apud acta, vel apud alium locũ publicum, & non in conſpectu torturæ: vt probatur in d. l.2. C. de cuſto. & exhib. reo. ibi, ſed publico teſtimonio, &c. ſecundum Dyn. in d. §. Di-
3 uus. ¶ † Sed quid ſi confiteatur quis tormentis ſibi paratis, nunquid valebit cõfeſſio? Dic, quod non, niſi perſeuerauerit: quia perinde habetur, ac ſi in tormentis feciſſet. l.1. §. ſed & ſi ſuſpicio. & §. ſi ex incendio. ff. de incendio, ruina, naufra. & ita no. in d. §. Diuus. in gl. ſecũd. Iaco. ¶ Sed quid ſi quis confiteatur hominem ſe occidiſſe, & non conſtet quis homo ſit occiſus, an ex tali confeſſione ſit damnandus? Ang. hãc quæſtionem mouet in l. certum. in prin. ff. de confeſſis. & ibi dicit
b quod non, nec obſtat, dicit ipſe Angel. gloſſ. b l. in de Nerat. §. fin. ad l. Aquil. quia loquitur ibi glo. dicit Ang. quando confeſſio erat de certo homine, de quo contrarium confeſſionis poterat faciliter probari, &c.

a ¶ Et cõmunis opinio *Pro hac opinione, quæ diſtinguit: aut quis cõfitetur ſponte, aut metu tormentorum: adde & vide omnino dominum Ioannem Petr. de Ferra. in practica ſua, in forma inquiſitionis. in glo. 1. in 8. col. in ver. circa primum.*

b ¶ Gloſ. *Videlicet ver. confeſſoriam. Adde d. Guid. de Suza. & d. Ang. & d. Albertum de Candino, in eorum tractatibus quæſtionum, & tormentorum, in quibus de hac materia ad ſatietatem inuenies.*

## QVÆSTIO CCCXL.

SVMMARIVM.

1 *Iuſſus Iudicis an excuſet à pœna.*

2 *Delphinaliũ Caſtellanorum poteſtas nõ late patet.*

3 *Iudex arreſtauit debitum meum in manibus debitoris mei, ad ſupplicationem cuiuſdam, cui tenebar: an durante eo arreſto, poſſim agere cõtra debitorem meum.*

a NOn debet quis obedire Iudici, a † in his,
1 quæ à iure fieri prohibentur: alias punitur. tex. eſt ad literam in auth. ſed nouo iure. in fine C. de cuſtodia reorum. Et facit, pro cauſa, quam de hoc anno currẽte Domini 1459. habeo in Curia Parlamenti contra tres homines de ſancta Euphemia, qui de præcepto Caſtellani ſanctæ Euphemiæ (vt dicunt) plantauerunt quẽdam pillonem infra territorium meũ, ſancti Albani, pro limite. cõtra quos homines ago ad dãnum, intereſſe, & iniuriam, quod facere poſſum, nec excuſantur iuſſu Caſtellani: quia imo, nec excuſati fuiſſent iuſſu Iudicis, per tex. in d. auth. ſed nouo iure. in fine, ibi, obedientes vero, &c. Ca-
2 ſtellani † enim in hac patria ſunt ſicut Duumuiri, & non habent iuriſdictionem: niſi vſq; ad ſexaginta ſolidos, ſecundum ſtatuta præſentis patriæ Delph. ideo tanto minus ſunt excuſati dicti homines ſanctæ Euphemiæ, obtemperantes iuſſui dicti Caſtellani, licet veritas fuerit, quod dicti homines iſta fieri inſtigauerint, per d. Caſtella. pro-

S 3 pter

p̃ter paſqueragia eorum amplianda, ſuper dicto
3 mandamento meo ſancti Albani. ¶ † Iuxta hoc
quæro, Iudex arreſtauit debitum meum in mani-
bus debitoris mei, ad requiſitionem cuiuſdam,
cui tenebar, quod arreſtum Seiſina appellatur,
an durante illa Seiſina, potero agere contra de-
bitorem meum? Bart. quod non, le. mulier. ff. de
leg. commiſſoria. Et ibi vide plene, de arreſto &
præcepto, per Iudicem facto. Sed an præceptum
Iudicis à pœna excuſet, quæ ſtatuta eſt in l. ſi quis
maior. C. de tranſa. vide quæ dixi in tracta. meo
ſuper d. l. in §. quarto quæro, & plenius in 13. Cõſ.
meorum, in vltimo dubio. De præceptis Iudicũ
etiam tetigi infra, q. 359. Si vox publica, & rumor
quæ fiunt in patria, excuſent à dolo, & pœna, vide
quæ plene dixi infra, q. 446. Si fama excuſat à do-
lo, dixi ſupra, quæſtio. 301.

a ¶ Obedire Iudici. *Quando iuſſus Iudicis ordinarij, vel Delegati excuſet, vide Bart. & Paul. de Caſtr. in le. furti. §. qui iuſſu. ff. de his, qui not. infam. & ibi Alex. poſt Barth. in c. quod quis. de regul. iur. lib. ſexto. & do. Ioannem And. in Mercurialibus.*

## QVÆSTIO CCCXLI.

SVMMARIVM.

1 *Bona committentis crimen læſæ maieſtatis, eaq; ſita ſub diuerſis Dominis, vtrũ & cui confiſcabũtur.*
2 *Bonorum publicatione facta, an intelligãtur publicata nomina debitorum.*
3 *Bonis publicatis fiſco, an intelligatur publicatum ius patronatus.*

SVPRA quæſtione 76. tetigi cui applica-
ri debeant bona damnatorum, de hære-
ſi: ſed quia bona committentis crimen
læſæ maieſtatis etiam confiſcantur, in l. quiſquis.
1 C. ad le. Iuliam maieſtatis, quæro, ſi talia † com-
a mittens bona habet ſub diuerſis Dominis, a vtrũ
& cui confiſcabuntur talia bona? reſpondetur, ꝙ
Principi, in quem tale crimen eſt commiſſum, ſi-
ue ab eodem bona teneantur immediate, & hic
nullum eſt dubium. l. donationes. ff. de do. & d. l.
quiſquis. & l. fi. ff. ad l. Iulia. maieſtatis. ſiue imme
diate, vt quia ab alio immediate Domino, puta
Comite, vel Barone, illi Principi ſubdito, tenen-
tur in feudum, vel alias, vt de prohib. feu. alie. per
Feder. cap. Imperialem. §. illud. collat. 10. vt per
hoc habeat ſuæ iniuriæ vltionem, arg. in c. 1. §. de-
niq;. quæ ſit prima cauſa beneficij amittendi. Pro
hoc tamen ipſi Domino immediato non præiu-
dicatur, quia alieni criminis infortunio ius ſuũ
perdere nõ debet. l. res vxoris. C. de donatio. in-
ter virum & vxorem. & in l. ſi quis presbyter. C.
de Epiſcopis & Clericis. & C. de bonis damnato-
rum. l. 1. & l. ſi filius. Nam & liberti bonis publi-
catis, iura patronatus non intelliguntur eſſe pu-
blicata. ff. de bonis libertorum. l. ſi in libertatem
& ff. de bonis damnatorũ. in l. fi. §. 1. ita dicit Hen.
Bohic. in c. vergentis. extra, de hæreticis. Et præ-
miſſa vera, in bonis non feudalibus, ſicut probãt
iura allegata. Et hæc iura ſeruari iubentur in aut.
vt nulli Iudicum. §. fi. col. 9. Nec prodeſt contra
hoc aliquod priuilegium, ad importunam inſtã-
tiam ciuitatis, vel alterius impetratum. C. de bo-
nis va. l. 1. & l. 3, & de petitio. bono. ſubla. l. 1. lib.
10. Nec licet alicui confiſcare ſine licentia Princi-
pis ſpeciali, & ex certa ſcientia data. C. de iure fiſ.
l. prohibitum. & le. vna. C. ne ſine iuſſu Principis
certis Iudicibus liceat confiſcare. vbi vero eſſent
feudalia, illa Domino feudi immediate cõmit-
tuntur. Sed ſi maiori Domino ſatisfieri nõ fece-
rit, feudo priuabitur, ſecundum quod legitur in
c. 1. §. penult. de prohib. feud. alie. per Fed. col. 10.
Alij dicunt, quod in iſto crimine etiam feudalia
confiſcãtur. Nec obſtat d. c. 1. in §. pen. quia intel-
ligitur tam de offenſa contra alium Dominum,
quam contra Principem commiſſa. & hanc par-
tem tenet Specu. in tit. de feudis. C. quoniam ſu-
per homagijs. ver. 40. quæritur. ita dicit & ponit
Hen. Bohic. c. in quibuſdam. extra, de priuilegijs.
Sed iuxta hoc quæro, an crimen læſæ maieſtatis
committatur in alium Dominum, quam Impe-
2 ratorem? vide quæ dixi infra, q. 344 † Sed an pu-
blicatione bonorum facta, intelligantur eſſe pu-
blicata nomina debitorum? Videtur, quod ſic,
per l. ſi conſtante. §. ſi bona. ff. ſol. mat. ſed hoc ve
rum, quando illud verbum, bonorum, profertur
ſimpliciter, ſi autem proferretur cum adiectione
mobilium tantum, vel adiectione immobilium,
vel ſimul, & ſemel mobilium, & immobilium,
b non continentur nomina debitorum: b quia eſt
tertia ſpecies ſeparata. le. quam Tuberonis. §. in
peculio autem. ff. de pec. Bart. poſt glo. in l. mo-
uentium. ff. de verb. ſig. Ita refert d. Iac. de Puteo
in §. ſi bona. de quo vide quæ dixi ſupra, quæ. 291.
& infra quæſt. 584.
3 ¶ Sed † an bonis publicatis fiſco, cenſeatur ius
patronatus publicatum? Saly. quod nõ. in l. 1. C.
de bonis libert. & de materia authen. bona dam-
natorũ. C. de bonis damnat. vide plene, per Bal.
in feud. in tit. de pace tenenda, & eius violatori-
bus. Sed cui applicentur bona illius, qui ſeipſum
interfecit: vide Cy. & Doct. in l. 2. C. qui teſt. fac.
poſſ. ¶ An dicta auth. bona damnatorum. ſit ho-
die correcta, vel in quibus habeat locum? vide
quæ dixi infra, q. 437. ver. ſed quod dixi, &c.

a ¶ Diuerſis Dominis. *Vide omnino do. Ang. in trac. maleficiorum. in glo. & eius bona publicamus. in 1. col. in verſ. quæro, bona expreſſe.*

b ¶ Nomina debitorum. *Vide iſtum, infra deciſion. 584. & quod ibi poſui in addit. in verſ. an appellatione bonorum.*

## QVÆSTIO CCCXLII.

SVMMARIVM.

1 *Productio teſtium per partem priuatam facta, non prodeſt, neq; nocet parti fiſcali.*
2 *Teſtes producti à falſo Procuratore, alia parte præſente, an valeant.*
3 *Pronunciari an poſſit in criminali, ex probatione habita in cauſa ciuili.*

VTRVM



1 VTrum teſtes in cauſa † inquiſitionali, per
partem priuatam producti, proſint par-
ti fiſcali, quæ ipſos nõ produxit? videtur
ꝙ nõ, per tex. in l. ſi quando. C. de teſtib. circa fi-
nem. ibi, quæ eos introduxit, &c. Et facit c. 2. ex-
tra, de teſt. ſicut enim res inter alios acta, aliis nõ
prodeſt, neq, nocet, etiam in ſimili negocio. l. 2.
& l. fi. C. qui. res iudi. nõ nocet. ſic nec productio
per partem priuatam facta, non prodeſt, neq; no
cet parti fiſcali. vt d. c. ſecundo. cum not. per Inn.
in c. conſtit. extra, de teſt. vbi dicit, quod teſtes
producti, reſpectu vnius perſonæ, non valent re-
ſpectu alterius. & facit bene quod not. per Bart.
in l. 1. §. fi ff. de quæſt. & in l. denunciaſſe. §. fi. de a-
dult. Sed quicquid ſit de iure, hæc Curia Parlam.
Delph. ſeruat contrarium: prout vidi in multis,
& diuerſis cauſis inquiſitionalibus obſeruari, nã
de ſtylo dictæ Curiæ fit condẽnatio contra dela-
tum, ex informationibus ſumptis, tantummo-
2 do per partem priuatã. ¶ † Sed an teſtes producti
à falſo Procuratore, parte alia præſente, valeant?
Videtur quod ſic, per text. in d. l. ſi quando. ibi al-
terutra parte præſente, &c. in cõtrarium videtur
per l. licet. C. de Procurato. & facit l. cum minor.
§. falſus Procurator. ff. rem ratam haberi. Et
hanc quæſtionem relinquo pro vtraq; parte du-
a biã: a quia non recordor vidiſſe in hac Curia Par-
lam. determinationem fieri de iure, & de ſtylo.
3 ¶ † Sed an ex probatione, habita in cauſa ciuili,
poſſit pronunciari in criminali cauſa? Dic quod
non, per gl. in l. ſi quis ad ſe fundum. ſuper verbo
deſtinatus. ff. ad l. Iuliam, de vi publ. ibi Bar. & idẽ
Bart. in l. 2. §. 1. ff. vi bonorum raptorum.

a ¶ Dubiam. *Prima opin. videtur probabilior. Nam Procuratoris falſi factum poteſt tacite, vel expreſſe ratificari, per dominum vtentem illo. vt per Do. Bart. & Doct. in l. ſi Tutor. C. in quibus cau. reſtit. in integ. non eſt neceſſ. & in l. licet. ff. de iu.*

## QVAESTIO CCCXLIII.

SVMMARIVM.

1 *Cedens bonis, non liberatur, quin ſoluat ad pinguiorem fortunam euectus.*
2 *Lugduni, ceſſio bonorum liberat, etiam in futurũ.*

1 CEdens † bonis, a nõ liberatur, quin ſol-
a uat ſi perueniat ad pinguiorem fortunã.
l. qui bonis. C. qui bo. ced. poſſ. quod ve
rũ intelligo, niſi vituperoſa fieret ceſſio: vt quia
remotis familiaribus, de culo percuſſit ſupra la-
pidem, iuxta conſuetudinem Curiarũ ciuitatis
2 † Lugduni, & aliorum diuerſorũ locorum: quo-
niam tunc liberatur, etiã ſi perueniat ad pinguio
rem fortunam, vt eſt gl. in capit. ſicut dignum. §.
4. ſuper verbo, ſi hunc. &c. extra, de homicidio.
in antiquis. ¶ Et de hac materia ceſſionis bono-
rum, vide quæ dixi plene ſupra, quæſtione 211.
& in 124. Conſil. meorum.

a ¶ Cedens bonis. *Tu vide de notatis ſuper hoc, plene per iſtum Conſil. 124. incip. circa materiam. num. 7. verſi. ad ſeptimum.*

## QVÆSTIO CCCXLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Machinans mortem alterius, quam Imperatoris, an incidat in crimen læſæ maieſtatis? diſting. numero 2.*
3 *Machinans mortem vnius ex Dominis Parlamenti Delphinalis, an incidat in crimẽ læſæ maieſtatis?*

POne aliquis machinatur necem alterius Do-
1 mini, quam Imperatoris, † a an habeat locum
a titulus ad l. Iul. maieſtatis? & videtur, quod non:
quia dictus titulus loquitur de Principe, hoc eſt,
de Imperatore, ergo non eſt extendendus. l. cum
quidam. ff. de liberis, & poſthumis. & c. odia. de
regulis iuris. lib. 6. in contrarium videtur per l. 3.
2 §. reus etiam. C. de Epiſcop. audien. Circa † hoc
puto diſtinguendum: quia aut loquimur de ma-
ioribus Baronibus, vt de Rege Franciæ, de Do-
mino noſtro Delphino, de Duce Burgundiæ, &
ſimilibus, tunc locum habet pœna dictæ l. Aut
nos loquimur de inferioribus Baronibus, exiſtẽ-
tibus ſub talibus maioribus, & tunc non habet
locum pœna dictæ legis. aut nos loquimur de ta-
libus Baronibus, qui ſuperiorem non recogno-
ſcunt, ſaltem de facto: & tunc habet locum pœ-
na dictæ l. ſic intelligitur l. 3. C. de Epiſcop. audi.
Nam licet lex locum non habeat, attamen mens
legis locum habet, & hoc ſufficit: ſicut dicimus
in l. hæc actio. quæ eſt pen. ff. ſi quad. paupe. feciſ-
ſe dicatur. & ita tenet Paul. de Caſtro in l. 1. ff. ad l.
Iul. maieſtat. & ita etiam videtur tenere Archid.
in capit. felicis. de pœnis. libr. 6. & facit bene. 2.
quæſt. 1. ſi quis. 3. quæſt. 5. cap. 3. Sed quicquid ſit
de iure, obſeruatur in hac patria Delphina. quod
conſpirantes in tales Principes, vel mortem i-
pſorum machinantes, ſiue recognoſcant ſupe-
riorem, ſiue non, puniuntur pœna dictæ l. & ita
de tempore meo fuit obſeruatum in patria Sab-
audiæ, in perſonam Domini Ioan. Lagireti, Le-
gum Doct. qui propter cõſpirationem, per eum
factam in perſonã Domini Amedei, Ducis Sab-
audiæ, fuit decapitatus, & bona ſua confiſcata, de
anno Domini, 1415. licet ipſe Dominus Sabau-
diæ recognoſcat ſuperiorem, videlicet Impera-
3 torem. ¶ † An machinans mortem alterius ex
Dominis Parlamen. Delphin. incidat in crimen
b læſæ maieſtatis? Sal. quod non, b in l. quiſquis. ibi,
tertio quæro. ad l. Iuli. maieſt. ſed tales puniun-
tur tanquam delinquentes in magiſtratum, vt i-
bidem dicit Salyc.

a ¶ Quam Imperatoris. *Vide do. Cardi. in Cle. 2. de re iud. & do. Bar. & Doct. in l. cuiuſq;. ff. ad l. Iul. ma. do. Alex. in l. 1. eod. tit. & Spe. de feu. §. 2.*

b ¶ Quod non. *Secus tamen in his, qui militant cir-
ca latus Principis: ſiue in militia armata, ſiue inermi.
ſexta, quæſtio. 1. ſi quis. & ibi dominus Archidia. Et vi-*
1 *de loca, ad quæ ipſe remittit.*

## QVÆSTIO CCCXLV.

SVMMARIVM.

1 *Supplicare ſecundo non licet à ſententia Præfecti Prætoris Delphinalis, Limita. num. 2.*

1 A Sententia † Præfecti prætoris non licet
a ſecundo ſupplicare. *a* per tex. in l. ſi quis
aduerſus. C. de precib. Impe. offe. & not.
Inno. in c. ex literis. extra. de in integ. reſtit. Et ita
b Dom. noſter Delph. *b* in ſequendo hanc iuris di-
ſpoſitionem, per ſuas patentes literas conceſſas
Romæ, 1452. prohibuit ſupplicari binavice à ſen-
tentiis, vel ordinationibus Curię Parl. niſi ſemel.
vidi tamen in hac Curia Parla. quæ vicem Pręfe-
cti Prætoris obtinet, admitti ſecundam ſuppli-
cationem, ab alia parte emiſſam, de anno Dom.
1351. in cauſa Dominorum Bouchagij, & Meola-
ni, ſuper facto Caſtri Ornaceui. Sed vbi ſecunda
ſupplicatio ab eadem parte emitteretur, non ad-
mitteretur, per d. l. ſi quis aduerſus. prout vidi fie-
2 ri in hac Curia Parla. ideo † credo quod dictum
reſcriptum Delph. debet intelligi quod non ſup
plicetur niſi ſemel: videlicet, ab eadē parte. ¶ Et
de materia huius ſupplicationis: vide quæ dixi, in
alio tamen caſu, ſupra, quæſt. 189. & Spec. in ti. de
ſupplicatio. Et an hæc Curia Parlam. obtineat vi
cem Præfecti Prætoris: vide quæ dixi ſupra, quæſt.
97. & 139. Conſil. meorum.

a ¶ Secundo ſupplicare. *Semel tantum à ſententia ſupplicatur, ſed appellatur bis poſt ſententiam. Spec. de ſup. §. 1. & per hoc patet. & §. 2. ver. item ſemel tantū.*

b ¶ Dominus noſter Delph. *Tu vide de hoc per iſtū Conſil. 139. incipien. literæ Delphinales. num. 3. ver. 3. quia. cum duobus verſi. ſequent.*

## QVAESTIO CCCXLVI.

SVMMARIVM.

1 *Barones & Bannareti an debeant requiri in exequēdis literis Parlamenti Delphinalis? & nu. 2.*

DIE 12. menſis Nouembris. 1459. magnifi-
cum Delphi. Parl. quo erant do. Io. Cop-
perij, Locumtenens, Io. Baiulli, Pręſidēs,
Matth. Thomaſſini, Gulie. Guillonis, Io. de San.
Germ. Aduocat. fiſca. Legum Doct. Io. de Mo-
rallio, Ioan. de Orgniaco Auditores computorū,
Petr. Baiulli, Legum Doct. Procur. Genera. Del-
phi. & ego Guido Papæ, habita deliberatione ſu-
per modo dirigendi literas à Curiis Delp. ad Cu-
rias, & contra ſubditos Baronum, & Bannareto-
rum, & Eccleſiarum iuriſdictionem obtinentiū,
1 fuit † ordinatum & ſtatutum, quod amodo literæ,
iudiciales citatoriæ, quæ emittūtur à Curia Par-
lam. exequendo in territoriis dictorum Baronū,
a & Bannaretorum, fiāt ſine requiſitione, *a* & exe-
quantur ſine difficultate per Officiarios talium
Baronum, & Bannaretorum, iuxta etiam ordi-
nationes, dudum factas per Dom. Humbertum
Delph. de quibus tetigi infra, quæſt. 554. Aliæ ve-
ro literæ citatoriæ, ab inferioribus Iudicib. Delp,
emiſſæ, & exequendæ in terris talium Baronum,
& Bannaretorū, fiunt cum illa clauſula requiſitis
requirendis, &c. Et executores ipſarum eas exhi-
bere, & præſentare debent Officiariis dictorum
Baronum, & Bannaretorum, ipſos requirendo,
iuxta mentem, & tenorem libertatum Delp. 23.
c. ¶ Sed quid ſi Iudex Grayſuodani condemna-
uerit aliquem ſubditum Bannareti, qui delique-
rit in territorio Grayſuodani, vel alias ſibi ſub-
2 miſſum, † an ipſe Iudex Grayſuod. in literis ſuis
executoriis debeat requirere Officiarios talis Bā-
nareti? fuit die 22. menſis Nouembris, per dict.
Do. meos determinatum, & concluſum, quod
non, & quæ præmiſſa tunc fuerunt in deliberati-
one Conſilij poſita, ad querimoniam magiſtri,
Ioan. Poytier. Procur. fiſcal. & exactoris expleto-
rum dictæ Curiæ Grayſuod. contra Iudicem, &
Officiarios Curiæ Theſij, & Petræ pro Do. de Da
nois: tūc Domino, & poſſeſſore dictorum loco-
rum. qui Officiarij, non permittebāt exequi ſen-
tentiam Iudicis Grayſuodani, contra quendam
eorum ſubditum latam, ſuper quadam inqueſta:
quia ipſi Officiarij non requirebantur in literis
executoriis Iudicis Grayſuo. ideo tunc fuit con-
cluſum, quod non requirebatur requiſitio in iu-
ris ſubſidium, pro iudicato Curiæ Grayſuod.

a ¶ Sine requiſitione. *Et pro hoc facit, quia inferior non poteſt imponere legem ſuperiori. de iureiur. c. veniētes. & do. Barth. in authen. ſed nouo iure. C. de ſer. fugi. Nec enim poteſt inferior limitare iuriſdictionem ſuperioris. do. Bal. vbi ſupra. ergo fruſtra fieret requiſitio, vbi requiſitus nō poteſt agere iuriſdictionem ſeu poteſtatem requirentis, ſeu eius vicem gerentis.*

## QVÆSTIO CCCXLVII.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitiones teſtium ſuper impertinētibus articulis examinatorum, an valeant?*

2 *Teſtes producti ab Aduocato, in cauſa appellationis, ſuper eiſdem articulis, quibus in prima inſtantia, an valeant.*

TAM de ſtylo huius Curiæ Parla. quam vi-
gore ſtatutorū Delp. ſuper articulis, qui
traduntur in cauſis, non diſputatur per
partes ſuper admiſſione, vel non admiſſione i-
1 pſorum. † Sed omnia admittuntur, ſaluo iure im
pertinentium, & non admittendorum, modo
iuxta hoc quæro, an depoſitiones teſtium ſuper
talibus



talibus articulis impertinentib. examinatorū, va
leant? d. Inno. in c. per tuas. extra, de teſti. dicit, ꝙ
non. Tamen de cōmuni obſeruantia in iudican-
do tolerantur tales probationes, ſi Curiæ æquū
a videatur, & faciant ad deciſionem cauſæ. *a* Et ita
b fiendū eſſe videtur ſentire Bar. in l. ſi duo. *b* §. idē
Iul. ff. de iureiur. vbi facit mentionem Bartho. de
illa clauſula: ſaluo iure impertinentium, & non
2 admittendorū. † Sed iuxta hoc quæro, ſæpe hoc
cōtingit, quod in cauſa appellat. aduocati tradūt
articulos, ſuper quibus teſtes fuerant iam exami-
nati in 1. inſtantia, tamen Curia Parl. ex inaduer-
tentia admittit tales articulos, ad probandū, per
teſtes, cōtra Cle. fi. de teſtib. & eorum quæ ſcripſi
ſupra, q. 14. an tales teſtes probēt: dico quod nō,
cum præſumantur ſubornati. in c. fraternitatis.
extra, de teſtib. licet eorum depoſitiones faciant
ad deciſionem cauſæ. Et hoc etiā operatur clau-
ſula, quæ additur: ſaluo iure impertinentium, &
non admittendorū. de iis dixi etiam ſupra, q. 201.

a ¶ Ad deciſionem cauſæ. *Tunc enim videntur tales articuli non omnino impertinentes, cum videantur ſuffragari propoſito, & tunc ſic pertinentes, & admittendi. & ſuper hoc vide do. Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. de teſtib. §. nunc videndum. in addi. quæ incipit, quando in articulo.*

b Bart. § idem Iulia. *Et hoc verum cum determinatione illa, quam ibi ponit in verſi. quæro iuxta literam.*

## QVÆSTIO CCCXLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Creditor ſi egerit contra principalem, an poſtea poterit redire ad fideiuſſorem?*

2 *Creditor, qui in cauſa iudicati pignus accepit, non poteſt eo relicto ad aliud tranſire.*

a NOBILIS Petrus *a* de Bel. Comba. pro o-
cto centum florenis, dotalibus eius vxo-
ris, compulit principalem debitorem in
patria Sabaudiæ, contra quem obtinuit ſenten-
tiā, & inde capi fecit de pignore certa bona, quæ
inde fuerunt incantata, & eidem Petro credito-
ri liberata, pro dicto debito in vltimo incantu,
tanquam plus offerenti. Quibus ſic peractis ipſe
Petrus relicta proſecutione dicti proceſſus, fecit
citari Nobilem Fran. de Orliaco, fideiuſſorem di
ctæ dotis in hac Curia Parl. vigore ſubmiſſionis,
ad ipſam Curiam, à quo petiit dictā ſummam do
talem, pro qua pignorari fecerat dictū principa-
lem, dicto fideiuſſore replicante, & opponēte de
dictis incantibus, & liberatione, quos etiā in cau-
ſa produxit. Et ſuper hoc fuit groſſus exorſus pro
ceſſus, in manibus Magiſtri Cathalini Cantherel
li: in cuius diffinitione fuit dubitatum, pro quo
deberet ſententia ferri, an pro dicto Petro credi-
tore, vel pro dicto fideiuſſore, & videbatur, quod
eſſet ferenda ſentētia pro di. Petro creditore, ex
eo, quia poſito, quod liceat creditori eligere, quē
voluerit, aut principalē, aut fideiuſſorē propter
renunciationem iuri de prius conueniēdo prin-
cipalē, q̃ fideiuſſorē. Et elegerit dictus Petrus de-
bitorē principalē, potuit nihilominus redire ad
fideiuſſorem. textus ſunt in l. non recte. & in l. iu-
re noſtro. & in l. reos. ibi, vel ſatis non faciēte eo,
contra quem egeras, primo: poſt illum ad alium
1 reuerti licet. C. de fideiuſ. † Vnde licet ipſe Pet. e-
legerit principalem debitorem, licuit ſibi redire
ad fideiuſſorem, propterea, ꝙ fortius eſt vbi cre-
ditor capit pignus, non ideo impeditur proſequi
contra fideiuſſorem, licet teneatur cedere ius pi-
gnoris. textus ſunt in l. 2. & in l. omiſſis pignori.
C. eo. ti. & no. Bar. l. inter reos. ff. de fideiuſ. In cō-
trariū videtur: quia creditor, cui per ſubhaſtati-
onem liberantur bona debitoris, pro debito, ha-
betur loco emptoris, & vocatur emptor, l. 2. & 3.
C. ſi in cauſa iu. pi. ca. ſit. & l. ſi eo tēpore. C. de re-
miſ. pig. & emit pro eodē pretio, ad quod aſcen-
dit debitū, poſtquā ergo emit, & habet ius ad rē
conſequendā, ſicut emptor, & qui iā ſoluit præ-
mium, ſucceſſiue habetur pro ſoluto. Vnde ſicut
ēptor, qui ſoluit pretiū venditori, nō auditur vo-
lendo pretiū recuperare, ſic nec in caſu iſto volē-
do à fideiuſſore petere, cum omnes exceptiones
quæ cōpetunt reo principali, cōpetant etiā fide-
2 iuſſori. iura ſunt vulgata. Præterea † creditor qui
in cauſa iudicati pignus accepit, nō poteſt ab eo
diſcedere, & ad aliud pignus tranſire l. à diuo Pio.
ff. de re iu. Vnde poſtquā dictus Petrus creditor
accepit pignus, & nedū accepit: ſed fuit ſibi libe-
ratum, quomodo ergo poteſt ad aliud trāſire, &
ad fideiuſſorē recurrere non video. Nec obſtat ſi
dicatur: Pet. creditor non habuit poſſeſſionē re-
alem dictorum bonorum incantatorū, & ſibi li-
beratorum: quia ſtat per eū: quia realem poſſeſ-
ſionem obtinuiſſet, ſi proſecutus fuiſſet, quod
nō fecit. igitur, &c. Et ita pro iſta parte fuit iudi-
catum, 1459. in manibus dicti Magiſtri Cathal.

a ¶ Nobilis Petrus. *Tu, qui in practica Curiarum verſaris, nota hanc quæſtionem: quia multa volumina Iuris perſcrutaberis, ante, quam hanc materiam abſolutam inuenias.*

## QVAESTIO CCCXLIX.

SVMMARIVM.

1 *Mulier Nobilis, nupta plebeio, an mortuo viro debeat conferre in ſubſidiis Delphinalibus, vna cū plebeiis?*

2 *Mulier Nobilis nubēs plebeio, an retineat paternā dignitatem?*

3 *Vidua ignobilis, relicta viri Nobilis, vel qui foret immunis à ſubſidiis, an debeat contribuere cum plebeiis in ſubſidiis?*

IN hac Curia Parlamenti Delphina. fuit
lis mota inter Conſules ciuitatis Dien-
ſis ex vna parte, & Nobilem Mariam de
Cizerino, filiam Nobil. Ioa. de Cizerino, quon-
dam ciuis Grationopo. viduam relictam hono-

rabilis viri Stephani Nigri, ciuis quondã dictę ciuitatis Dienſis ſuper eo quod dicti Conſules petebant, ꝙ ipſa Nobilis Maria contribueret in ſub ſidiis Delphi. cum plebeiis dictæ ciuitatis Dieñs, ſicut faciebat dictus Nigri, quondam eius maritus: dicta Nobili Maria de Cizerino, dicente & replicante ſe eſſe Nobilẽ, & de Nobili genere procreatam, quod & probauit in proceſſu dictæ cau-
1 ſæ. †Modo dubitatum fuit, ſi ipſa debeat in dictis ſubſidiis contribuere? Et videtur ꝙ non, cũ ipſa Maria ſit Nobilis, & de Nobili genere procreata. nam in confeſſione trium ſtatuum præſentis patriæ, in indictione dictorũ ſubſidiorum exceptãtur Nobiles, Nobiliter viuentes. In contrarium videtur, ꝙ mulier retinet dignitatẽ, quam habet
a à patre, donec nubat plebeio. in l. fœminæ. *a* §. 1. ibi, parentes vero. ff. de Senatoribus. Et ita etiam
2 ſummat dictũ textũ Albericus de Roſate. †Ergo à contrario ſenſu, ſi nubat plebeio, non retinet paternã dignitatẽ. Et licet maritus moriatur, muliere ſtãte in tali ſtatu, retinet talem conditionẽ viri. per l. filius. §. vidua. ff. ad munici. Nam vidua abſtinens à ſecundis nuptiis, videtur in præteriti viri coniugio perdurare, & in priorib. conſiſtere nuptiis. in auth. de nup. §. ſoluto. & notat Archidiaco. in c. ſi quis. de ſepul. lib. 6. & alibi dicitur, ꝙ mulier ſequitur virum ſiue in vita, ſiue in morte. 13. quæſ. 2. c. vnaquæque mulier. & debet ſepeliri cũ ſuo vltimo viro, vbi de eius ſepultura verteretur dubiũ in c. his, qui. de ſepult. li. 6. & ideo mẽſe Decẽbris die ſententiarũ, 1459. in diffinitione proceſſus dictæ cauſæ in manib. Ioan. de Vouray Secretarij Delph. fuit condemnata dicta Nobilis Maria, ad contribuendũ in dictis ſubſidiis, pro eius bonis à dicto eius viro ſibi obuẽtis. ¶ Sed aduertendũ: quia quandocũq; ipſa Nobilis Maria in futurũ nubat cũ viro Nobili, ipſa gaudebit Nobilitate ſua, & non tenebitur cõtribuere in dictis ſubſidiis, cũ plebeiis, ita dicit Bar. in rep. l. 1. C. de dig. li. 12. & in l. incolas. C. de incolis. li. 10. ¶ Sed
3 †quid de vidua ignobili relicta viri Nobilis, vel alterius, qui non cõtribuebat in dictis ſubſidiis, an debeat contribuere cũ plebeis in dictis ſubſidiis? videtur quod non, per præmiſſa à contrario ſenſu. Et vide quæ circa hoc dixi. infra, quæſt. 380.

a ¶ L. fœminæ. *Omnino ibi domin. Barth. & in l. fin. verſicul. ſed quid ſi eſt effecta vidua. C. de verborum ſignificationibus.*

## QVÆSTIO CCCL.

SVMMARIVM.

1 *Iuri, quod introducit inſinuationem, an renũciari poſſit cum iuramento? vide & num. 2. & 5.*

2 *Lex vbi prohibet contractum, præcepto directo ad perſonam, talis contractus iuramento non firmatur.*

4 *Renunciatio ſuper fundi dotalis alienatione, aut pacto de non ſuccedendo patri, non valet.*

6 *Inſinuatio an poſſit fieri coram quocunque; etiam incompetenti?*

1 VTRVM renunciatio facta ius diceti, donationem 500. aureos† excedentem nõ valere, etiam iuramento firmatam, valeat, adeo, quod donatio talem ſummam excedentem ſit valida? Dicendum videtur quod ſic: nam licet maiores noſtri præſertim Cyn. in l. ſi quis pro redemptione, in quæſtione fi. C. de dona. & Barth. in l. Modeſtinus. in antepen. quæſti. ff. eod. titu. & in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. dicere
2 videantur, † quod non poſſit renunciari iuri, quod introduxit inſinuationem, hoc tamen intelligendum eſt ceſſante iuramento. Sed vbi interuenit iuramentum, valet & tenet renunciatio. in c. cum contingat. extra, de iureiur. & in c. licet. eo. tit. lib 6. Et hoc tenet Bartol. ſi eius verba bene intelligantur, in l. ſi quis pro eod. ff. de fideiuſſo. dum ibi dicit, quod vbi contractus non valet ratione publicæ vtilitatis ſecundario, tunc ſi lex prohibet contractum nullo præcepto directo ad perſonam, talem contractum facientem, contractus ipſe quamuis nullus exiſtat, bene firmatur iuramento. ſicut videmus in l. Iul. de fundo dotali, quæ alienationes fundi dotalis prohibet, propter publicam vtilitatem ſecundario: licet talis prohibitio principaliter, & primo fauorem mulierum conſeruet, ne ſuis priuentur dotibus. l. 1. ff. ſolut. matri. Idem in pacto facto, de non ſuccedendo patri, quod pactum lex prohibet. l. pactum. C. de collationibus. quæ tamen alienatio, & pactum ſi iuramento firmentur, valẽt & tenent. vt cap. cum contingat. & l. licet. ſupra
3 alleg. & c. quamuis. de pact. libr. 6. Vbi† vero lex prohibet cõtractum præcepto directo ad perſonã, tunc talis contractus iuramento non firma-
a tur. *a* Et eſt ratio: quia qui facit contra præceptũ legis, factæ ab habente authoritatẽ, peccat mortaliter. Quoniam ſcriptum eſt: qui non obedierit Principi, morte moriatur. c. 2. extra, de maiori. & obedien. in antiquis. ideo ſi fideiuſſor pro dote ſoluenda detur contra titulum, ne fideiuſſores dotium dentur: talis fideiuſſio iuramento non firmatur. Et eſt ratio, quia ibi fit prohibitio præcepto directo ad perſonam, videlicet ne mulier, det, & ne vir accipiat. Ideo ſi contrarium fieret, factum eſſet contra præceptum legis, & ita iuramẽtum eſſet interpoſitum ſuper peccati mortalis obſeruatione: & ſic per conſequens nullum: quia iuramento id firmari non debet, ſi obſeruatio illius in ſalutis æternæ vergeret diſpendium: ita dicit Barth. in d. l. ſi quis pro eo. in verſicu. 3. & c. Sed ſic eſt quod licet textus dicat donationem excedentem 500. aureos, non valere, in eo, quod excedit dictos 500. aureos, vt l. ſancimus. ibi, dum dicitur: Si quid autem vltra legitimam diffinitionem donatum fuerit, hoc quod ſuperfluum eſt, tantummodo non valere, &c. C. de donat. Non tamen propterea reperitur aliquod præceptũ prohibitiuum, quod dirigatur ad perſonam donantis: quia lex nõ prohibet, quod nõ poſſit donare vltra quinq; centum. Sed ſi donet

lex ipſa



lex ipſa illud, quod excedit, vult non valere, ſicut ex tenore dictæ l. ſancimus. clare poteſt videri. Ideo ſi renuncietur, & cũ iuramẽto tali iuri, valet
b & tenet renunciatio, *b* ſicut dicimus† in alienati-
4 one fundi dotalis, & in pacto, facto de non ſuccedendo patri, ſuper quibus facta renunciatio non valet: tamen bene firmatur iuramẽto, & firmata valet, & tenet, vti iurib. allegatis. Prouiſio enim à iure facta, quod donatio vltra 500. aureos nõ valeat, ſine inſinuatione, principaliter cõcernit fauorem donantiũ, & ſecundario vtilitatẽ publicã, ne donãtes domeſticis fraudibus præſertim neceſſariorũ, & coniunctarũ perſonarũ ſuis priuentur bonis, ipſa prodigaliter donando. Et ideo renũciatione facta cũ iuramento iuris inſinuationẽ requirenti, tenet renũciatio, & firmatur donatio, ſecundũ Bart. & dicta per eũ in d. ver. Tertio dixi, & c. Licet hæc opi. Bar. in hoc, ꝙ voluit facere differentiã, quando præceptũ legis dirigitur in perſonã contrahentẽ, reprobetur per Doctores nouiſſimos, videlicet per dominos Rapha. Cuma. Anto. de But. & Io. de Imo. dicentes non eſſe fiendã differentiã, ꝓhibeaturne contractus, vel
5 perſona, vt dixi ſupra, q. 190. Tamẽ† ꝓ illa parte, ꝙ renũciatio inſinuationis cõfirmetur iuramento, videtur gl. expreſſa in auth. ſacramenta. ſuper verbo, cõtractib. C. ſi aduerſus venditionẽ. dum ibi dicitur, contractib., etiã ſi ipſo iure non valeant. in eis enim maxime iuramentum firmat. l. ſi quando. ff. de leg. 1. l. 1. ff. ad municipales & l. 1. C. de theſauris lib. 10. &c. Et hãc partẽ, ꝙ valeat renunciatio inſinuationis cum iuramento, tenent expreſſe Io. de Imo. in c. cum cõtingat. de iureiu. & Io. And. in addi. Spe. de inſtr. edi. prope finem. ſuper §. nũc vero aliqua. in verſi. itẽ no. ꝙ donationes vltra ſummã 500. aureorũ excedẽtes, & c. in
c ver. ſi. dicti §. *c* De hac materia etiã vide, quę ſcripſi in notabilib. meis, in §. donatio ſine inſinuatione, &c. Tum etiã quia donatio ſine inſinuatione non eſt penitus inimica, iuri, ꝙ patet: quia tenet infra ſummã 500. aureo. d. l. ſancimus. C. de don. præſtito igitur tali iuramẽto, nõ vi, non dolo, neq; metu, ſuper tali renunciatione, facta, iuramentũ ipſum eſt ſeruandũ: ſicut probant dicta iura. Iſtã partẽ etiã tenet Do. Hũbertus de Boucco, in ſua repetitione dictæ authenticæ, ſacramẽta. in materia cauſæ fin. in verſi. Quinto infertur, quod, ſi fiat renunciatio, &c. Et pro hac parte, ꝙ valeat talis renunciatio, cum iuramento, recordor fuiſſe iudicatum in hac Curia Parla. de anno Do. 1433. in cauſa tunc ibi diffinita ad cauſam Caſtri Illiui, inter Dominũ Humbertũ de Grolea, tunc Balliuum Matriſcon. & Seneſcal. Lugdu. ex vna parte, & Dominam Helynorgiam, dominã Turnionis ex altera: in cuius cauſæ diffinitione ego Guido Papæ tũc fui adiũctus Dominis meis de Parlamento, cũ tunc de numero Conſiliariorum non exiſterem, ſed practicarem. Poſtea etiã de anno Domini, 1461. & de menſe Iunij, in cauſa reuiſionis Caſtri Rupiſchinardi fuit hæc quæſtio poſita in medium, & determinatũ, poſſe re-
6 nunciari inſinuationi cum iuramento ¶ †Sed an
d inſinuatio poſſit fieri coram quocunque Iudice etiam incompetenti? *d* vide quæ dixi ſupra, quæſ. 325. ¶ Sed an in donatione cauſa mortis requiratur inſinuatio: vide eadem. quæſt. 325. in fin. &c.

a ¶ Non firmatur. *Vide quo ad hoc omnino dom. Panorm. extra, de iureiur. in c. cum contingat. in 3. colu. in verſic. circa primum.*

b ¶ Tenet renunciatio. *Contra videtur ſentire do. Bal. in l. illud. 4. col. verſic. 5. quæro. iuncto verſic. ſeq. C. de ſacroſanct. Eccle. & aperte do. Pau. de Caſt. 1. parte Conſil. not. 91. in verſicu. nec habet obſtare vbi tenet expreſſe, quod inſinuationi etiam cum iuramento renuntiari non poteſt.*

c ¶ In ver. ſi. dicti. §. *Vbi ipſe dom. Ioan. And. non videtur reſolutiue loqui: ſed allegando pro & contra, videtur dare in terminis.*

d ¶ Incompetenti? *Vide quod no. dom. Bald. in præalleg. l. illud. in 3. colum. in verſicu. illud eſt notandum. C. de ſacroſanct. Eccleſ.*

## QVÆSTIO CCCLI.

SVMMARIVM.

1 *Hæres rogatus an poſſit cogi facere inuentariũ de rebus, reſtitutioni ſubiacentibus, ad ſubſtituti poſtulationem. Et quid ita? num. 2. 3. & 5.*

4 *Bonorum hæreditariorum deſcriptio per quem fiet.*

1 VTrum hæres rogatus reſtituere† hæreditatem, ſi ſine liberis deceſſerit, vel poſt eius obitũ, poſſit ſubſtituto poſtulante cogi bona ponere in inuentario? & videretur dicendũ, quod non propter rationẽ poſitam in l. 2. dũ in ea dicitur, quid enim tam durũ, &c, C. quãdo & quibus quarta pars. lib. 10. Cõſideratis maxime inconuenientibus reſpectu hæredis, vel hæreditatis, quæ inde ſequi poſſent ex tali inuentarizatione, ſicut dicit text. in l. fi. ibi, dum in ea dicitur. Interdum etiam neceſſe eſt fieri, ne ſecreta patrimonij pandãtur, &c. C. de ali. pupill. præſtãdis. Attamen iſta ratione non obſtante, credo hæreditarias res ad poſtulationem ſubſtituti, debere pro ſui iuris conſeruatione deſcribi. Pro hoc videtur text. in l. 1. §. ſeruus. in verbo, curatore autem, &c. ff. de ventre in poſſeſſionem mittẽdo. & hæc deſcriptio nihil aliud eſt, quam quædã quaſi inuentarizatio. ita dicit text. in l. ſi quis intra, iuncta gl. poſita ſuper verbo, deſcriptio. C. de
2 bonis pro ſcripto. Et poteſt† duplex aſſignari ratio: quia mediante tali deſcriptione aufertur via malignandi hæredi, qui alias ceſſante deſcriptione poſſet de facili res hæreditarias diſſipare, aut furari in præiudicium ſubſtituti. Ita dicit text. ad literam in dicta l. ſi quis intra. dum in ea dicitur: Nequid rei priuatæ commodis per gratiam atque colludium furto ſubducatur, & pro tanto talis deſcriptio videtur permiſſa, vt malitijs hominum obuiet. l. in fundo. ff. de rei vendicat.

†Ali-

3 † Alia eſt ratio : quia cum talis deſcriptio proſit
ſubſtituto, nec eſt hæredi nociua, ideo ad poſtu-
lationē ſubſtituti debet fieri. l. 1. §. itē aiunt. ff. de
aqua plu. arc. & l. creditorē. ff. de euicti. Præterea,
hæres rogatus reſtituere ſub certa die, vel cōditi-
one, adueniēte die, vel cōditione tenetur ratio-
nē *a* de reb. hæreditariis reddere. l. cū tale. §. Titi-
us. ff. de con. & dem. & l. mulier. §. ſed enim. ff. ad
Trebel. quā reddere cōmode non poſſet, niſi ſci-
retur quæ ſunt res hæreditariæ: quod tamē com-
mode non poſſet ſciri, niſi mediāte deſcriptione:
ergo deſcriptio ipſa ad poſtulationem ſubſtituti
*b* eſt fienda. Et iſtam partem *b* tenet Pet Iac. in tit.
de fideic. hære. pet. verſi. Item interim pendente
conditione, &c. & pro hac parte vidi determina-
ri in dicta Curia Parl. in extraneo hærede. Et pro
hoc facit etiam ratio, quia licet de iure ſequeſtra-
tio ſit prohibita. vt l. 1. C. de prohibita ſequeſtra.
niſi in certis caſibus, ibidem per gl. not. attamen
poteſt fieri creditore poſtulante, deſcriptio rerū,
quæ ſequeſtrari petuntur. ita dicit & tenet Bar. in
d. l. 1. §. ſeruus. ff. de ven. in poſſ. mittendo. vbi et-
iam dicit, quod deſcriptio bene poteſt fieri, & eſt
permiſſa: vt ſciatur quæ & quot ſunt res, ſicut ha-
betur in l. ſi quis. ſupra alleg. Idē poſuit in l. man-
4 datis. ff. de requi. reis. & fiet † iſta deſcriptio per
Notarium, in præſentia hæredis, & ſubſtituti vo-
catis duobus vel tribus ex cognatis, vel amicis e-
orundem, qui talem deſcriptionem tenebunt ſe
cretam. Et ita ceſſare potuerunt rationes in cō-
trarium factæ: quæ deſcriptio ſic facta, licet non
faciat. Idem reſpectu creditorum legatariorum,
tamen faciet fidem reſpectu hæredis, & ſubſtitu-
5 ti. Ad † quem finē, propterea, & ne res hæredita-
riæ ſubtrahantur, aut diſſipentur, fuit talis deſcri
ptio iure introducta, iuxta dictam l. ſi quis. ſupra
alleg. Et iſtam partem, videlicet quod non facit
fidem reſpectu creditorum, & legatorum, ſed ſo
lum reſpectu hæredum, & ſubſtituti tenet Bar. in
l. qui repertoriū. in quæſt. quæro qualiter inuēta-
rium debeat fieri? &c. ff. de adminiſtra. Tuto. &
fiet talis deſcriptio ſumptib. ſubſtituti, cum ad i-
ſius fiat vtilitatem, argu. l. fi. §. in computatione.
C. de iure delib. l. 1. §. idem Tutor. ff. de tute. & ra-
tionibus diſtrahē. & l. Tutoribus. §. fi. ff. de admi.
Tut. ¶ Sed an fideicommiſſarius poſſit ſibi cau-
tionem petere præſtari ab hęrede rogato ſuo, vel
extraneo, ante conditionis euentum? vide l. cum
Archimedoram. C. vt in poſſ. lega. &c.

*a* ¶ Rationem. *Hæc eſt potiſſima ratio Spec. de inſtr.
edi. §. final. verſicul. quid in patre. vbi dicit, quod licet
pater habens vſumfructū in aduentitiis filij, non tenea
tur reddere rationē adminiſtrationis? tamen quia poſ-
ſet alienare bona filij, tenetur facere inuentarium, vt
ſciri poſſit, ſi aliquid alienauerit. Et ratio eius concor-
dat cum authore noſtro. Et ſecundum hoc, ego Ioan. de
Gradibus, vtriuſque iuris Profeſſor, iudicaui in Curia
appellationum venerabilium, & egregiorum Domino-
rum Decani, & Capituli Eccleſiæ Lugdunen. in quadā
cauſa Sancti Geneſii, vbi pater, qui habebat vſumfru-
ctū bonorū aduentitiorum filij ſui, nolebat facere inuē-
tarium, & erat timendum de alienatione bonorum, &
ideo iudicaui debere fieri inuentarium ab ipſo patre, ſe-
cundum opin. Spec. vbi ſupra.*

*b* ¶ Et iſtam partem. *Pro hoc facere videtur, quod di-
cit dom. Panorm. 2. volum. Conſil. 4. col. penul. in ver-
ſic. formatur & ſextum.*

## QVAESTIO CCCLII.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarij confectio poteſt remitti à teſtatore, vel
Iudice.*

*a* COnfectio inuentarij *a* in Tutore † poteſt
1 remitti *b* per teſtatorem. l. fi. C. de arbi.
*b* tute. tenet gl. in l. Tutores. C. de admi-
*c* niſt. Tuto. Et non alias, niſi aliud Iudici *c* videre-
tur. l. in confirmando. ff. de confir. Tuto. & l. vti-
litatem. eo. ti. item & ſi conſuetudo eſſet de nul-
lo inuentario conficiendo, non conficeretur. l.
an in totum. C. quæ ſit longa conſue. & l. de qui-
bus. §. inueterata. ff. de legibus. item ſi expediat
pupillo non habere Tutorem, poteſt remitti à
Iudice confectio inuentarij. Idem ſi expediat pu-
pillo quantitatem ſui patrimonij nō manifeſta-
ri, poteſt etiā iſto caſu à Iudice remitti inuētori-
zatio. l. 2. §. tractari. verſicul. ergo ſi mater. &c. C.
ad Tertul. & l. fin. C. de alim. pupi. præſtan. ita di-
cit Bar. in l. Tutor qui repertoriū. in quæſt. quæ-
ro quando dicatur iuſtiſſima cauſa. ff. de admin.
Tutor. ¶ De materia inuentarij iuxta diſpoſitio-
nem legis finalis. C. de iur. delibe. vide quæ dixi
infra, quæſ. 571. & plenius in materia tractatus
mei de inuentario. & de remiſſione inuentarij,
vide quæ dixi in 63. Conſiliorum meorum.

*a* ¶ Confectio inuentarij. *Vide de hac materia in de-
ci. Tho. quæſt. 46.*

*b* ¶ Poteſt remitti. *Adde dom. Bart. & Doct. in l. Tu-
tor, qui repertorium. ff. de adminiſtra. Tuto. & in l. ne-
mo poteſt. ff. de leg. 1. & dom. Cyn. & Bald. in l. fi. C. ar-
bi. Tut. & dom. Alex. 2. volum. Conſil. 82. in vlt. colu.
& non poteſt intelligere illud verum, quod Tutor non
tenetur conficere inuentarium, quando teſtator confe-
ctionē inuentarij remiſerit, niſi iudicialiter videatur,
vt quod pupillo expediat fieri inuentarium, quia tunc
fieri debet nō obſtante remiſſione inuentarij, per ipſum
teſtatorem facta. dom. Bart. in l. in confirmando. ff. de
confirm. Tuto.*

*c* ¶ Aliud Iudici. *Poteſt Iudex ex cauſa confectionem
inuentarij remittere Tutori, ſed quando expedit pupil-
lo, non tetigi eius facultates, ſecundum domin. Barth.
in præd. l. Tutor. & domi. Abb. in ca. ex parte. 2. extra,
de appell.*

## QVAESTIO CCCLIII.

SVMMARIVM.

1 *Filij ex filia, an dicantur ex alio corpore nati, vt fa-
ciant deficere fideicommiſſum.*





2 *Neptis an dicatur ex proprio corpore nata.*
3 *Teſtatoris voluntas maxime debet attendi.*

TESTATOR tres habens maſculos, &
tres fœmellas, quas hæredes inſtituit par
ticulares, & maſculos vniuerſales, & al-
terū alteri, ſine liberis ex proprio corpore, & li-
gitimo matrimonio procreatis, decedenti ſub-
ſtituit, & ſi omnes ſine liberis ex proprio corpo-
re procreatis, decederent, filias ſuas, & eorum li-
beros maſculos ſubſtituit: moriūtur duo maſcu-
li ſine liberis, tertius inde moritur, relicta nepte
quadam ex filia ſua prædefuncta, inter quam ne-
1 ptem, & filias, iam dictas, eſt quæſtio, † in quas,
ſeu quem locum habeat ſubſtitutio, nepte dicē-
te in ipſius perſonam locum habere, per l. 1. C. de
condi. inſer. & l. iubemus. §. pen. & fi. C. ad Treb.
dictis ſororibus contrarium dicentibus, & aſſerē
tibus in perſonas ſuas locum habere, pro eo, quod
cōditio, ſub qua fuerunt ſubſtitutæ, euenit, quia
fratres ſui nullos liberos ex proprio corpore pro
2 creatos, reliquerunt, † quoniam neptis ex pro-
prio corpore non proceſſit, & conditio in forma
ſpecifica debet impleri, l. qui hæredi. & l. Meuius.
ff. de condit. & demon. do. Bal. in d. l. 1. C. de con-
*a* di. inſer. videtur mouere iſtam quæſtionem *a* &
*b* ibi tenet, quod neptis dicitur ex proprio *b* cor-
pore nata: quia, dicit ipſe, in nepote eſt ſanguinis
continuatio, quoniam immediate dicitur, quic-
quid per rerum naturam continuatiue eſt vnum
& idem. l. cum acutiſſimi. C. de fideic. & facit be-
ne pro hac parte, vltra eum. l. fi. de polli. Tamen
quicquid dixerit in hoc do. Bal. ego Guido ſem-
per dixi & conſului, dum practicabam, contrariū
pluribus rationibus ſubſcriptis. Quia certum eſt
quod pater teſtator ad eius hæreditatem admit-
ti voluit, primo filios ſuos maſculos, quos vide-
tur prædilexiſſe. l. Publius. §. 1. de cōd. & demon.
& l. Iul. ff. ad Treb. & ibi etiā not. per Bar. Et poſt
d. maſculos, inuitauit ad eius hæreditatē liberos
ipſorum nulla differentia, vtrum eſſent maſculi:
vel fœmellæ, dum tamen eſſent de ſuo proprio
corpore procreati, de legitimo matrimonio exi-
ſtente, & ſi nulli eſſent tales liberi, ipſe inuitauit
ſuas filias, & poſt ipſas liberos maſculos earundē.
3 & iſta fuit † volūtas teſtatoris expreſſa, quæ mul-
*c* tum debet attendi, *c* l. in cōditionibus. ff. de cōd.
& demon. & l. fideicommiſſa. §. item ſi quis. ff. de
leg. 3. Vlterius eſt præmittendum quod teſtator
adijciendo in ſubſtitutione verbum, proprio cor
pore, videtur excluſiſſe liberos filiarum, vtpote
nepotes, & pronepotes, ſi qui forent tēpore obi-
tus earum. quamuis tales appellatione liberorū
contineantur. l. cognoſcere. §. liberorum. & l. li-
berorum. ff. de ver. ſig. ſicut dicimus in ſimili de
verbo, maſculos, in ſubſtitutione adiecto, cuius
virtute fœmellæ excluduntur, quæ alias non ex-
cluderentur. l. cum ita legatum. ff. de cond. & de-
mon. in c. Raynaldus. iuncta glo. ſuper verbo, ma
ſculis. extra, de teſta. & tenet Bart. in l. cū auus. ff.
de cond. & demon, & tetigi ſupra, quæſt. 184. Nō
ergo ſine cauſa adiecit teſtator in ſubſtitutione
hoc verbum, proprio corpore, volēs intelligere
de libris immediatis ſuorum liberorū, aliter hoc
verbum proprio, de nihilo operaretur, quod ta-
men non eſt dicendum. l. ſi quando. §. 1. ff. de leg.
1. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. Inde dicitur, quod in
dubio recurrere debemus ad communem verbi
intellectum, & illum ſeruare. c. ex literis. lo. 1. ibi
ad communem verbi intelligentiam, &c. extra,
de ſponſalib. in antiquis. Et eſt ratio, quia vti de-
bemus verbo ad id, ad quod fuit inſtitutum: vt le
gitur, & not. 22. quæſt. 2. c. is autem. 1. reſponſo.
nec ab eodem debet recedi. l. non aliter. in prin.
ff. de leg. 3. & l. 1. §. inſtitorum. ver. in re igitur du-
bia melius eſt verba edicti ſeruare, &c. ff. de exer-
ci. l. 1. niſi tamen de mente diſponentis aliter, &
aliud appareret: vt in d. l. nō aliter habetur. Et cū
ſignificatum huius verbi, proprio, ſe habeat im-
mediate reſpectu corporis filiorum, qui hæredes
fuerunt inſtituti, vt de hoc videtur text. ſatis ex-
preſſus in c. nulli. verb. proprio iuramento, &c.
c. vt circa. §. fin. de ele. lib. 6. Inſt. de patria pote. §.
1. Et facit quod not. per glo. in l. 1. §. qui mandatā.
ff. de officio eius, cui eſt manda. iuriſdictio. quod
ſumendo in ſuo proprio ſignificato, nulla ſequi-
tur abſurditas, vel iniquitas, imo æquitas, vt ſta-
tim dicā. ipſum propterea ſic accipere debemus,
& eodē vti, vt reſtringantur ad liberos, qui ex tali-
bus filijs fuerūt immediate procreati. Et iſta fuit
& eſt vera mēs ipſius teſtatoris, per quam voluit
liberos immediatos filiorum, hoc eſt: ex ipſorū
corpore proprio procreatos, prius admitti, quā
filias ſuas: & in defectu taliū liberorū admitti fi-
lias, nepotibus, & neptibus excluſis. Iſtud etiam
videmus, quod, ratione perſonæ ſubſtitutæ, ma-
ter à ſucceſſione filij ſui pupilli excluditur, virtu-
te ſubſtitutionis pupillaris tacitæ quæ alias non
excluderetur. nam fratre, vel ſorore pupilli ſub-
ſtitutis, mater excluditur: quæ tamen non exclu-
deretur, ſi alius eſſet ſubſtitutus. Ita dicit gl. fi. in l.
fin. l. precibus. C. de impu. & alijs ſubſti. Idem te-
nent Doct. præſertim Bar. in l. 2. in quæſt. quæ in-
cipit, quæro ex quibus, &c. ff. de vulg. & pup. pro-
pterea monaſterium habetur loco filij. c. in præ-
ſentia extra, de prob. tamē ſi teſtator opponat in
teſtamento, liberis ex ſe natis, non habet locum
auth. niſi rogati. C. ad Trebel. ita dicunt ibi Cyn.
& Bart. iſtud videtur velle dicere. l. 1. C. de condi.
inſer. dum ibi dicitur, niſi euidēs voluntas teſta-
toris in contrarium appareat, &c. Quæ tamen
euidens volūtas in caſu iſto apparet propter ver-
bum, proprio, adiectū, quod in ſuo proprio & cō-
muni ſignificato debet teneri, nec ab eodē de-
bet recedi, iuxta l. non aliter. & quia etiā filiæ ip-
ſius teſtatoris fuerūt datæ ſubſtitutę: quas ad ſuā
hæreditatē prius admitti voluit, quam neptē al-
terius dictorū ſuorum filiorū, quæ à ſuo proprio
corpore non proceſſit, ſicut proceſſerunt filię, &
ita etiā in dubio debet coniecturari, ſicut dictum
fuit ſupra, de matre, & filio dato ſubſtituto pu-

pillo fratri ſuo:nam ex charitate, & neceſsitudine,vel etiam ex naturali affectione mens teſtatoris coniecturatur.l.ſi ſeruus pluriū.§.fin.ibi,charitas vel neceſsitudo,&c.ff.de leg.1.l.Aurelius.§.Titius.ibi, præſumptionem propter naturalē effectum,&c.ff.de lib.lega.faciunt bene, l. cū acutiſsimi.C.de fideic.&l.cum auus. ff. de condi.& demon. & talis coniectura probationē euidentē operatur:ſicut habetur in l.licet. & ibi etiam no. per Bar.ff.de leg.1.non obſtat l.Lucius.la 2.ff. de hær.inſt. quia in caſu illo teſtator voluit prius ad eius hæreditatē liberos fratris ſui admitti, quam extraneū ſubſtitutum, quod apparet ex his verbis,aut filij,filiam,natum, natamue nō habebit, &c.volens,quod ſi haberet,quod ipſi tales liberi ſubſtituto extraneo præferrentur: quod ſic non fuit in caſu iſto,vbi teſtator filias ſuas admitti voluit,deficientibus liberis, ex proprio corpore filiorum hæredum procreatis, vt dictū eſt ſupra in quibus filiabus cadebant charitas,&naturalis affectio, cum eſſent ipſi teſtatori in eodem gradu, in quo filij hæredes erant. & ideo pariter deberēt inſtitui cum fratribus,ſecundū ordinem charitatis, cum natura in ipſis procreandis in nullo cenſetur peccaſſe.l.maximū vitium.C. de libe. præt. vel exhære. Non obſtat etiam dictum Baldi,quia ſine l.loquitur. & licet eſſe tcontinuatio ſanguinis,non tamen propterea ſequitur, nepotem ex filio, fuiſſe ex proprio corpore ſui aui procreatū cum aliud ſit corpus aui, & aliud ſit corpus eius filij, & conditio in proprio ſignificato debet adimpleri.l.Meuius.&l.qui hæredi, ſupra allegata: & quia à diuerſitate corporum ſequitur diuerſi-
d tas animorum, d ſequitur dictum Bald.in nullo obſtare.& pro iſta iſta parte bene facit,quod pulchre ponit Archidia.in c.nulli.ſuper verbo, proprio iuramento.extra,de elect. libro 6. Concludendo ergo,credo ſorores bene dicere, & ſubſtitutionem in earum perſonas locū habere. ¶ De hac materia etiam tetigi ſupra, quæſtione 133. & infra,quęſtio.612.¶ De liberis ex proprio corpore procreatis, tangit dominus Ludouicus Pont. dictus de Roma.in l.ex facto.§.final. ff. ad Treb. ¶ De hoc etiam tetigi in notabilibus meis.in §.ſi verbis,ex proprio corpore.

a¶ Iſtam quæſtionem. *Aduerte,quia ipſe dom. Bald. non mouet huiuſmodi quæſtionem ſub his terminis, cū dicat,ex ſuo corpore,ſi autem,ex proprio.*

b¶ Ex proprio corpore. *Voluit dicere ex ſuo corpore: allegando ibi d.Bal.& vide d.Bart. in l. libertorum. 8. col.verſ.quæro quid.ff.de verb.ſign. Et facit ad materiam,licet in alijs terminis loquatur.&ibi do.Bal.Cōſ. 19.5.parte.Adde eundem Bal.in c.1.§.fin.de ſuc.feud.*

c¶ Multum debet attendi. *Aduerte tamen,quod iura,quæ dicunt voluntatem teſtatoris eſſe attendendā, intelliguntur,quando apparet de tali voluntate diſpoſitiua, quia non ſufficit teſtatorem ita voluiſſe,niſi diſponat: vt eſt tex.not.in l. quidam cum filium. vbi Bal.& Inno.ita dicunt,per illum text.ff.de hæred.inſti.& facit tex.in l.1.§.ſin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen.vbi per illum tex.Bal. dicit quod illud, quod teſtator non loquitur, velle non præſumitur, & talis volūtas debet concipi ex verbis teſtatoris.l.Gallus.§. quidā recte.ff.de lib.& poſthu.ibi,vt ex eo caſu valeat,qui ex verbis concipi poſſit.quem text.ad hoc ponderauit Bal. in c.ſecundo requiris.de appell.apoſtillando text.ibi,in verbo,intentioni.vide dom.Phil. Deci.in Conſil.205. in 2.parte Conſiliorum.in 2.col.*

d¶ Diuerſitas animorum. *Vide pro hoc c.quia diuerſitatem.in prin.& in glo.in verſ.corporum. & ibi concor.extra, de conceſ.præb.*

## QVAESTIO CCCLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium conceſſum ab alio, quā ab Imperatore Papa, Rege Franciæ,vel Delphino,an teneat.*

a VTrum alius,a quā Imperator, Papa, Rex Franciæ,vel Dominus noſter † Delphinus, poſſit
1 b priuilegium concedere? b credo quod ſic. l. forma.C.de off.Præfec.Preto.Afr.l.non ambigitur. ff.de leg. maxime reſpectu ſuorum ſubditorum, quia tunc tale priuilegium eſt vna iex ſingularis, reſpectu ſuæ iuriſdictionis,& ſuorum ſubditorū,
c quod quilibet Baro c poteſt in ſua terra facere, ſicut facere poteſt Legatus in prouincia ſibi commiſſa.c.fin.de off.leg. Et etiam quicunq; Iudex ordinarius inter ſuos ſubditos: vt not.in leg.1.ff. quod quiſq; iur. & l.Diuus.ver. ſed caput, &c.ff. de cuſt.& exhi.reo. idem etiam videmus in ciuitate iuriſdictionem omnimodam habēte.l. Antiochenſium.ff.de priui.credi.& l.Lucius.§.fi.ff. ad munic.quæ hoc poteſt facere inter ſuos ciues: vt ibi dicitur. Iſtud etiam videmus in Epiſcopo, qui inter ſuos ſubditos poteſt priuilegium concedere,&conſtitutiones facere:in c.fin. extra, de his,quæ fiunt à maiori parte Capi.&c.2.de maio. & obe.facit bene c.vt animarum.de conſti.lib.6. ita tenet Io.Fab.Inſt.de iur.Nat. Gen. & Ciui.§. ſed quod Principi.Idem videtur tenere Bart.in l. omnes populi.in 1.quæſt. ſuæ repetitionis.ff. de iuſt.& iur. & iſtud ſeruatur in iudicādo in hac Curia Parlamenti,ſic etiā ego Guido in villa mea Sācti Albani,in Baronia, in qua habeo omnimodā iuriſdictionem altam, & baſſam: quia ibi aliqua edicta, & conſtitutiones decreui. Quæro: olim Delphini conceſſerunt libertates, aliquibus villis,ſeu in eiſdem habitantibus, non ſoluendi pedagia, per Delphi.an illæ libertates extendantur ad terras,& villas poſtea acquiſitas? vide quæ dixi infra,quæſt.489.& ſupra,quæſt.265.

a¶ Vtrum alius. *Hic not. quod priuilegiū præſumitur conceſſum motu proprio.c.ſi motu.de præb.& digni.& per Bar.in l.1.C.de peti.bo.ſubl.lib.10.quod eſt verum, ſi ſecundū formam legis eſt conceſſum:alias præſumitur conceſſum ad poſtulationē partis, ſecundum Bart. vbi ſupra,& per Ludo.Pont.in l.3.ff.quod quiſq; iur.*

b¶ Priuilegium concedere. *Poteſt concedere priuilegium, quicunq; poteſt legem facere: & in quibus poteſt:vt Papa in ſpiritualibus,& etiam in temporalibus in terris ſubiectis Romanæ Eccleſiæ,vt etiam cum ad eū deuoluitur iuriſdictio in temporalibus faciunt no. per dom. Innocen.in c.quanto.de conſuetu.& c. ad audientiam.de præſcript.Item poteſt concedere Imperator priuilegium in temporalibus,non in ſpiritualibus:quia de his non licet diſponere.96 diſt.bene quidem.item poteſt Epiſcopus in ſua diœceſi priuilegium concedere. extra, de religio.d.c.conſtitutus.& de cenſi.cap.cum venerabilis.& c.cum olim.2.de priuileg.& 16.quæſt 2.viſis. dum tamen faciat de voluntate Capituli.extra,de exceſſib.Prælato.c.ſicut vnire & de iur pat. capit. paſtoralis.multo fortius Patriarcha.extra,de Cleri.non reſiden.cum ad hoc nota.*

c¶ Quilibet Baro. *Si non tendit priuilegium in præiudicium ſuperioris. Nam inferior non poteſt limitare iuriſdictionem ſuperioris.dom.Bald in authen.ſed nouo iure,C.de ſer.fugiti.*

## QVÆSTIO CCCLV.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus nouus an poſſit res,ſeu iura Eccleſiæ poſſidere.*
2 *Eccleſia poſſidet per ſuos Canonicos.*
3 *Poſſeſſio an continuetur de patre ad filium.*

1 VTRVM Prælatus † nouus cenſeatur res, vel iura ſui Beneficij poſſidere, vel quaſi, ſine noua apprehenſione? Et dicendum eſt,quod ſic ſecundum Barth.in l.1.§.fin.& l. cū hæredes.in prin.ff.de acquir poſſ.qui alle. Inno. in c.in officijs.extra,de teſta.Et eſt ratio, quia ipſa Eccleſia poſſidet, quia Eccleſia non moritur, nec mutatur.12.quæſt.2.liberti. Pro hoc bene facit l.iubemus.in fin.C.de ſacro.Eccleſ. facit l. raptores.verſic.ſin autem Diaconiſſa.ibi, & plenā poſſeſſionem earundem.C.de Epiſ.& Cle. vnde dicit Spec.in tit de pet.& poſſeſſo.§.1.verſic.ſed pone,&c. Vacāte Eccleſia, Petrus occupauit poſſeſſionem cuiuſdam rei Eccleſiæ, electus in Prælatum Eccleſiæ reperit poſſeſſionē illius rei occupatæ, petens occupantem puniri tanquam inuaſorem. Petrus dicit, quod intrauit vacuā, cum à nemine poſſidebatur:iuxta l.nūquam.§.vacuū tempus.ff.de vſucap.& l.cum quærebatur. C.vnde vi. vtrum bene dicat? dico quod non: quia nō dicitur vacua talis poſſeſſio:quia Eccleſia dicitur poſſidēre,&ius habere.d.l.raptores.§.ſin autem. & Eccleſia nunquam moritur: vt c. liberti. alleg.
2 † Et ſicut ciuitas poſſidet per ſuos miniſtros. vt l. 1.§.fi.cum l.ſeq.ff.de acquir.poſſ. ita Eccleſia per ſuos Canonicos poſſidet: quia vacante Eccleſia, apud eos remanet iuriſdictio.in c.cū olim. extra, de maior.& obe.& c.is,qui. ideo non eſt neceſſe, quod factus Epiſcopus intret quamlibet poſſeſſionem,ſiue rē ſui Epiſcopatus,ſed ſufficit, quod intret poſſeſſionem ſui Epiſcopatus.arg.l. poſſideri.§.1.ff.de acqui.poſ. Et ita ſemper vidi obſeruari in iudicando in hac Curia parlamenti:etiam circa quæcunque alia Beneficia. Et de hac materia, qualiter continuetur poſſeſſio in Beneficialibus contra ſucceſſorem,vel in re profana, vide in quodam Conſilio domini Petri Papæ, incipiente:ego dico hunc libellum,&c. quod Con-
3 ſiliū poſui infra,quæſtio.629.& ibi vide,&c. † Si continuetur poſſeſſio de patre ad filiū, vide quæ dixi in ſtatuto,ſi quis per literas.in glo. fi. circa fi. de modo acquirēdi poſſeſſionem per nouū prælatum.ſi acquiratur ſinè noua apprehēſione, vide in 71.Conſi.meorum.

## QVÆSTIO CCCLVI.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio ciuilis,quot, & quos effectus operetur.*
2 *An ſufficiat probare per teſtes,ſe immiſſum in poſſeſſionem auctoritate Iudicis.*

1 QVOS, & quot effectus operetur, & habeat ciuilis poſſeſſio? † dico ꝙ octo inter alios. Primus eſt,quia per eam fit dominij translatio, ſi vendens,aut donās dominus exiſtat.l.quiſquis.iuncta gl.C.de don.& l. ſi quis argentum.§.ſed & ſi quis.eo.tit.Et hoc verum,ſi donans,vel vendens poſſideret, quia ſi nō poſſideret, non poſſet per conſtitutum in alium trāsferre poſſeſſionem,etiā ciuilem: quia nemo dat, quod non habet.vt plenius dixi in apparatu meo quem feci ſuper ſtatuto, Si quis per literas.in glo. ſuper verbo.poſſeſſio.in ver.& vltra,&c. Secundus,quia per eā cauſatur præſcriptio, cum ſine ea præſcribi non poſſit.in c. ſine poſſeſſione. de regu.iur.lib.6.& l.ſerui,& filij.§.fin.ff. de furt.&l.1. §.per ſeruum,qui in fuga.ff. de acquir. poſſ.&le. de acceſsionibus. ff.de diuer.& temp. præſcr. Nec ſola naturalis ſufficit. l.acquiritur.§.fi.ff. de acquirer.dom.ita dicit Dyn.in d. c. ſine poſſeſſione.ideo dicit Bar.in l.1.in prin.ff de acqui.poſſ. quod poſſeſsio ciuilis,eſt ius inſiſtendi rei non prohibitæ poſsideri,apta producere ciuiles effectus. Et ex tali poſſeſsione ciuili transfertur vera poſſeſ-
a ſio:vt dicit Bar.in l.ab emptione.a ff.de pactis.& alle.l. certe.ff.de precario. Tertius,quia ipſa cauſante licitum eſt Domino ingredi poſſeſsionem, etiam per violentiam, ſi eam reperiat per alium occupatam.l.clam poſsidere.§. qui ad nundinas. ff.de acquir.poſſ. Quartus eſt,quia poſsidenti ciuiliter datur interdictum,vnde vi.l.1.§.deijcitur. ff.de vi,& vi arm. Quintus eſt, quia operatur fructuum acquiſitionem: nā ciuiliter poſsidens facit fructus ſuos.l.3.§.econtrario.iuncta gl. ſuper verbo,non multum.ff.de acquir.poſſ.&Bar.in l. ſi fur.in prin. ff. de vſufruct. vbi dicit eſſe caſum. idem tenent Pet.& Cyn.in l. certum. in 2. quæſt. C.de rei vend. Sextus eſt,quia per eam quis excuſatur à vitio clandeſtini:ita tenet Bar. expreſſe in l.creditores.in verſ.qui incipit, diſtingue. C. de pig.& alle.tex.iuncta gl.in l. cum creditor. C. de furtis. Septimus eſt,quia habens ciuilem, poteſt naturalem poſſeſsionem apprehēdere, etiā reſiſtente & contradicente illo, qui poſſeſsionē habet naturalem:vt d.l.creditores. & ibi etiam ita tenet expreſſe Bar.in verſ.qui incipit, & prædicta vera,&c. Octauus eſt,,quia per eā impeditur miſ-

ſio, quæ fieri petitur ex Beneficio edicti Diui Adria. & ſimiliter poſſidens ſe eſſe allegat dominũ: & de dominio excipiat, quod in continenti paratum ſe offert probare. Iſtam cõcluſionem ponit glo. in l. 2. ibi, dum in fi. 1. glo. dicitur, & ſi dicatur præſcripſiſſe, hoc ei permittitur. alleg. l. fi. in fi. C. de edi. Diui Adria. tol. & ita dominiũ ſibi acquiſiuiſſe, quod per præſcriptionẽ mediãte ciuili poſſeſſione acquiritur. l. ſerui, & filij. §. fi. & l. 1. §. ſeruum, qui in fuga. ſupra alle. iuncta l. fin. C. de lon. temp. præſcriptione. Iſtam concluſionem etiam ponit Bar. in d. l. fina. C. de edi. Diui Adria. tol. in quæſtione, quæ incipit: procedo vlterius, & quæro: quid ſi vltimus contradictor, &c. ibi, dum dicit: ſiue enim dicamus, iſtud eſſe iudicium adipiſcẽdæ poſſeſſionis, quod verius videtur, ſicut per Interdictum quorum bonorũ, poteſt obijci exceptio dominij, vel alterius iuris: ſi tamen quis probaturus ſit in continẽti: vt no. in l. fi. C. quorum bonorũ. & in l. ſupra alle. Siue dicamus hoc eſſe interdictum, quaſi recuperãdæ poſſeſſionis. Pro certo poſſunt opponi exceptiones, quæ impediũt reſtitutionem, ſi aliquis eſt paratus in cõtinenti probare, vt habuiſtis not. in le. cum quærebatur. C. vnde vi. verba iſta ſunt Bar. ad literam in loco præal. Et notetis iſtã: quia alibi non reperi tractatum, nec iſtos effectus legi per aliquem alium fuiſſe collectos, ſicut ego Guido hic collegi, & vidi ſecundum iſtos octo effectus pluries, & in diuerſis cauſis iudicari, & determinari in

2 hac Curia Parlamenti. ¶ † Iuxta præmiſſa, quæro: aliquis poſſidet authoritate Iudicis, & dicit, ſe fuiſſe miſſum in poſſeſsionem authoritate literarum iudicialiũ: quod ita probat eſſe per teſtes, vtrum ſufficiat? dic quod non, ſecundum Bart. in d. l. fin. C. de edict. Diui Adriani tollendo. in fine quæſtionis, &c. Et tetigi de hac quæ. in apparatu ſtat. Si quis per literas. in glo. ſuper verbo, literas iudiciales. ibi, quæro aliquis poſsidet, &c.

a ¶ Vt dicit Bart. in l. ab emptione. *In verſicu. vlt. aduertas. vbi vult dom. Bart. quod, licet ex vi conſtituti ſequatur tantum ficta traditio, poſſeſſio tamen, quæ exinde acquiritur, eſt vera & propria. hoc eſt notandũ pro quæſtione, quam ibidem inducit ipſe dom. Bar. contra opin. dom. Gul. de Cuneo.*

## QVÆSTIO CCCLVII.

SVMMARIVM.

1 *Probatio centum annorum quomodo poteſt fieri.*
2 *Præſumptio oritur ex facto antiquo.*

1 QVomodo poteſt fieri probatio † centum an-
a norum? a dicit do. Bal. quod directe non poteſt fieri, ſed bene præſumptiue: quia in factis antiquis multum operatur fama: vt no. Inno. in c. veniens. de verb. ſig. maxime in his, quæ reputantur notoria: vt ipſe Inno. ponit in c. cauſam. de iur. cal. facit l. ſi mater. C. ne de ſtatu defunct. itẽ ratione difficilis probationis, ſufficit probatio præſumptiua: vt not. in l. qui ex liberis. in prin. ff. de vulg. & facit quod no. per Cyn. in l. 1. in fi. col. C. de ſen. quæ pro eo, quod intereſt, proferũtur. Poteſt etiam probari per inſtrumenta, facta ſucceſsiue ſuper poſſeſsione, vel reditibus. l. Pomponius. ff. quib. mo. vſusfr. amit. nam qui reditus percipit, in dubio præſumitur poſsidere. l. litibus

2 C. de agri. & cen. lib. 11. † Et ideo dicit do. Bald. b
b quod in inſtrumentis, ita antiquis, non expedit probare quod Notarius fuerit Notarius, vel in quaſi poſſeſsione: quia ex ipſo facto, ita antiquo, oritur præſumptio: vt ponit Inn. in d. c. veniens. dicit etiam do. Bal. quod eſt neceſſe, quod teſtis reddat cauſam, ex qua præſumatur ſenſus corporalis præſumptione iuris: licet non reddat rationem directe per ſenſum corporis. ita tenet Bart.
c in l. 1. c ff. ſi cer. pet. in ſua repetitione, ſed ſufficit ſenſus remotus ab actu, ſi ex eo præſumatur actus: vt de eo, qui vidit fugientem cum gladio euaginato, ſanguinolento, vel vidit ſcholarem de domo meretricis de nocte exeuntem. l. neq; natales. C. de prob. præmiſſa ponit Bald. in authen. quas actiones. C. de ſac. ſan. Eccleſ. Et vide Arch. in c. ſi plures. 17. quæſt. 7. ibi vide omnino Cyn. & Doct. in l. teſtium. C. de teſti. & ita reſpectu probationis antiqui, vidi in hac Curia Parla. obſeruari in iudicando. ¶ De probatione rei antiquæ, dixi ſupra, quæſt. 194. &c.

a ¶ Centum annorum. *De probatione centum annorũ, & rei antiquæ, notat iſte Cõſ. 1. incip. in ac. negatoria. ver. & ſi quiſpiam. nu. 5. ad fin. & Conſ. 88. vol. 1.*

b ¶ Dicit do. Bald. *In l. Barbarius Phili. in ver. qualiter autem probetur. ff. de off. Præto. Et adde dom. Bar. in præ. l. Barbarius. 3. col. in verſic. quæro: quæ eſt ratio. ibi, & ſumit argumentum, & vide omnino dom. Fel. in c. ſi ſcripturam. in 6. col. in verſicu. item requiritur. extra, de fid. inſt. Et quæ hic dicuntur, formaliter tangit ipſe do. Bald. in auth. quas actiones. in vlt. col. in verſi. ego dico. C. de ſac. ſan. Eccle.*

c ¶ Tenet Barth. in l. 1. *In verſi. item ap. ratio teſtis. Quo ad hoc, vide dom. Bald. in præal. l. 1. in 4. col. verſ. ex hoc arguit.*

## QVÆSTIO CCCLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Peti aliud pro alio an poſſit: ſicut ſolui aliud pro alio?*
2 *Actionis diffinitio.*

NOBILIS Antonius de Monte Acuto, petijt in hac Curia Parla. vigore ſubmiſſionis à domino Sancti Laurentij de Põte, centũ florenos, pro veſtibus nuptialibus, promiſsis ſoluere per dict. Dominum Sancti Laurẽtij dicti de Monte Acuto, pro ſorore, quam nuptui tradidit di. de Monte Acuto, ad quos centum florenos tamen non erat obligatus dict. Do. Sãcti Laurentij: ſed ad veſtes nuptiales tradendum, quæſitum fuit ſi eius petitio bene proceſſerit? &

1 videbatur, quod ſic: † quia ſicut quãdoque aliud pro alio poteſt ſolui, iuxta ea, quæ ponit Bart. in l. 2. §. 1. ff. ſi cert. pet. & leg. Paulus reſpondit. ff. de ſolu-



ſolutionibus: ita pari ratione aliud pro alio poteſt peti, cum nihil referat, quid de æquipollentibus fiat. Contrarium tamen credo, quia illud poteſt & debet peti, quod eſt in obligatione, & hoc

2 † probat diffinitio actionis, quæ nihil aliud eſt, quam ius proſequendi in iudicio, quod nobis debetur. Inſtit. de actionib. in prin. Sed ſic eſt, quod veſtes dicto de Monte Acuto debẽtur, in quibus d. Dominus Sancti Laurentij ſe obligauit. Inſt. de obli. in prin. Igitur ipſas veſtes petere debebat d. de Monte Acuto, & non pecuniam pro valore veſtium: quia petendo pecuniam, petit aliud, quam ſibi deberetur: ideo male proceſſit talis petitio. ita dicere videtur Bart. in l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle. ff. de ſol. ibi, dũ dicit. Et ideo ſi promitto tibi dare centũ libras in florenis: floreni non ſunt tantum in ſolutione: imo etiam in obligatione. idem dicere voluit in d. le. Paulus. vbi dicit, quod ſi mutuaui tibi cẽtum libras in florenis, non poſſunt peti, niſi libræ, ſicut ſi res aliqua data eſſet in dotem æſtimata: quia res ipſa, & non æſtimatio debet peti. l. cum dote. & ibi glo. C. de iure dot. & l. fi. ff. ſol. mat. ita ponit Bart. in antepen. quæſt. quæ incipit: ſed quæro, &c. & ita fuit iudicatum in dicta cauſa, die ſententiarũ natalis Domini, 1459. in manibus Ioan. Roſſati dictæ Curiæ Parla. cuius cauſæ proceſſum retuli ego Guido Papæ. ¶ Tetigi de hac materia infra, quæſtio. 492. in fin. & quæſt. 493.

## QVAESTIO CCCLIX.

SVMMARIVM.

1 *Præcepto Iudicis an ſit obtemperandum. Et an negligentibus pœna infligatur.*

DE præceptis ſeu mandatis Iudicum vel aliorum iuriſdictionem habentium, vide tex. in l. 1. ff. ſi quis ius dicenti non obtẽperauerit. & in l. creditor. §. iuſſus. ff. de app. quod notabiliter notatur per gl. in c. ad aures. extra, de

1 tempo. ord. Et inde inſurgit talis quæſt. † Iudex præcepit aliquibus ſuis ſubditis, quod reficiant mœnia villæ, vel faciant tale quid, & ſub pœna 25. li. ſed ipſi obtemperare recuſant, an poterint inqueſtari: vel vtrũ pœna contra eos poterit de-
a clarari. videtur quod ſic, a per d. le. 1. ff. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit. Et eſt ratio, quia in dubio debet pareri Iudici propter eius autho. le. ſeruo inuito. §. cum Prætor. ff. ad Treb. & l. ſi Prætor. in prin. & §. Marcellus. ff. de iud. & qui nõ paret, præſumitur eſſe in dolo. l. non poteſt videri dolo carere. ff. de reg. iur. vbi etiam not. quomodo is, qui nõ paret Iudici, puniri debet. ita etiam dicit Dyn. in c. quod quis mandato. eo. tit. lib. 6. ratione cuius doli præſumpti ipſe talis non obtemperãs inqueſtari poteſt. l. 1. C. ad leg. Cor. de ſica. & l. ſi non conuicij. C. de iniurijs. ac etiã mulctari. vt d. l. 1. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit. facit etiã ꝙ dicit Spec. tit. de iur. om. Iud. §. fi. in fin. vbi dicit, quod ſi mandatũ vel inhibitio Iudicis contemnitur, ad eius ſpectat officiũ hoc punire. vt l. 1. ff. ſi quis ius dicenti. ſupra alle. & c. 1. de matri. contracto contra interdictum Eccl. cum ſuis concordantijs: quia præceptũ quod fit
b à Iudice, etiã ſine cauſæ cognitione, b de his, quæ ad eius pertinent officium, valet: ſicut dicit Inn. in c. cũ veniſſent. extra, de in integ. reſt. ſuper gl. poſita ſuper verbo, inhibitionem. ibi dum dicitur, item præceptũ de his, &c. & alle. 7. q. 1. c. quia & no. de tẽp. or. c. ad aures. Et præmiſſa ſeruantur in iudicijs in hac patria Delp. ¶ Sed eſt aduertendum, ꝙ ſi talis nõ obtẽperans, nõ inqueſtetur vel non mulctetur infra annum, ipſe non poterit lapſo anno inqueſtari, vel mulctari. l. 1. § fin. ſi quis ius dicenti non obtemp. &c. ¶ De præcepto Iudicis etiam tetigi ſupra, quæſt. 340.

a ¶ Videtur quod ſic. *Et facit, quia ex arbitrio eius venit, qui mulctã inducit. ff. de verb. ſig. l. ſi qua pœna. & l. aliud eſt fraus. §. 1. id enim poteſt Prætor in actibus qui ab ipſo procedunt in ipſo initio, quũ producit quod poſſunt contrahentes, quando conueniunt, aut contrahunt, vt argum. ff. de manumiſ. l. ſeruus hac lege. & de verbor. oblig. l. in cõuentionalibus. & hæc vide plenius tacta per dom. Oldr. Conſilio 15. in verſi. poteſt & aliter reſponderi.*

b ¶ Etiã ſine cauſæ cognitione. *Tu vide de notatis in hac quæſtione iſtum, Conſ. 17. incip. circa materiam proceſſus. num. 5. verſi. ad quintum quæſitum.*

## QVÆSTIO CCCLX.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an poſſit fundari infra aliquam parochiã?*
2 *Nunciatio noui operis locũ etiam habet pro Repub.*

1 VTRVM † Eccleſia poſſit fundari infra ali-
a quam parochiam? credo quod non, a ſaltem in præiudicium Eccleſiæ parochialis iuxta c. 1. cum ibi no. de reli. do. & facit bene in auth. vt nullus fabricet orato. dom. ſine conſenſu Epiſcopi. circa principium. coll. 5. Ideo rector parochialis Eccleſiæ, cuius intereſt propter oblationem, ſepulturas, & alias obuentiones, eidẽ pertinentes, iuxta no. in c. dilectus. extra, de Capel. Monacho. & c. paſtoralis. extra, de his, quæ fiunt à Præla. ſine conſenſu Cap. & per Hoſtien. in c. ad audientiam. de Eccle. ædi. 13. quæſt. 1. c. Eccleſias. poteſt ſe & debet opponere pro iuribus ſuæ Eccleſiæ conſeruandis. l. 3. §. 1. & §. pen. ff. de no. ope. nun. & poterit nouum opus nunciare. l. 1. §. nunciatio. ff. de no. ope. nun. Quæ nunciatio

2 † no. ope. locum habet etiam pro Repu. l. 3. in fi. eod. tit. vel agere interdicto, quod vi, vel clam, ſi tamen clandeſtine fuerit factum. Et pro hoc eſt text. notabilis in l. prohibere. §. fi. cum l. ſeq. ff. ꝙ vi aut clam. Nec eſt curandum hoc caſu, vtrũ ius, ſeu titulum habuerit talia ædificandi, vel ne. in l. 1. §. & parui. ff. eod. tit. Et pro hoc facit dict. Bart. poſitum in l. 2. §. ſi quis. ff. ne quid in loco publico. ideo quia ego Guido Papæ fundaui Capellam

Beatæ Mariæ de Fontanilio, infra parochiam S. Vincentij de Plaſtris mandamenti curnillionis, in fundo meo, ibi iuxta domum meam, ordinaui Rectorem ipſius Capellæ, Curatū d. parochiæ Sancti Vincentij de Plaſtris, ne iuribus ſuis parochialibus in aliquo derogarem. & ita ſeruatur in hac patria Delphina. vbique.

a ¶ Credo quod non. *Hoc intellige, niſi ſubſit cauſa. vt per dom. Panor. in c. ad audientiam. in verſic. in gl. 2. inſi. extra, de Eccle. ædiſi. & quæ ſunt cauſæ, propter quas noua Eccleſia non poteſt conſtrui in præiudicium Eccleſiæ antiquæ parochialis? vide dom. Gof. in ſum. in præ. tit. de Eccle. ædi. in §. eſt autem ſciendum. in verſi. tres autem ſunt cauſæ.*

## QVAESTIO CCCLXI.

SVMMARIVM.

1 *Manus mortua eſt, quod ſi ruſticus decedat ſine libero, vel alio deſcendente, Dominus totum occupet iure peculij.*

2 *Manus mortua an locum habeat, ſubſtituto filio presbytero?*

DE manu mortua d. Hoſt. in ſum. in tit. de natis ex libero ventre. in verſi. fin. mouet quæſtionem in hæc verba: Quid autē de
1 † conſuetudine, quæ eſt in caſtris, & locis aliquibus, quod ſi ruſticus decedat ſine libero, vel alio deſcendente, Dominus totum occupat iure peculij? dico ipſam ſeruandam ſi præſcripta ſit, quia Iudæi propter loci conſuetudinem, habent ſub dominio ſuo Chriſtianos, vt nota. in titulo de Iudæis. ſub rubrica, de ſacrificijs Iudęorum, & Saracenorū: quia cum hoc prohibeatur in Clericis ſpecialiter, de laicis videtur conceſſum. extra, de ſucceſſione ab inteſta. c 2. poteſt enim Dominus allegare quod ab initio hoc pacto fuerit ſic natus ad quod probandum inducat conſuetudinem, quæ optima eſt legum, & dubiorum interpres. vt c. cum dilectus. §. 1. extra, de conſue. & in le. cum de in rem verſo. ff. de vſur. & dicit text. expreſſe in l. ſi de interpretatione. ff. de legib. & vide quod not. per eundem Hoſt. in tit. de cenſi. § ſi quis cēſus. & ad hoc in Leuit. 25. c. ibi de terra quoq; nō vendetur in perpetuum: quia mea eſt, & vos aduenæ, vel coloni mei eſtis. ita dicit ibidem. poſt quem Hoſt. dicit frater Io. in ſum. confeſſorum, tit. de ſucceſſo. ab inteſt. in q. 121. quid ſi ſit de cōſuetudine terræ, quod mortuo homine ſine filio Dominus totum accipiat: dicit ibi talem conſuetudinem eſſe ſeruandam in ſequendo opi. Hoſt. ſupra poſitam, quam ibidem effectualiter ponit. & hæc conſuetudo ſeruatur etiam in hac patria Delp. ab antiquiſſimis temporibus: & manum mortuam accipiunt Barones, Bannareti, & alij Nobiles huius patriæ homines talis conditionis habentes. Et ſimiliter Illuſtris Dominus noſter Delphin. accipere ſolebat: ſed in libertatibus generalibus præſentis patriæ D. Humb. Del. qui dictas libertates conceſſit, & pręſentem patriam in domum Franciæ tranſtulit, voluit, & ordinauit quod ipſe, & ſui ſucceſſores in Delph. dictam manum mortuam non accipiant, niſi ab illis, qui eādem manum mortuam acciperent ab hominib. ſuis: ita ſonat libertas Delph. & ita ſeruatur. Caueat ergo D. An de Poypia Miles d. Thoſiaci; qui nullos liberos habet, nec habere ſperatur: quia ipſo mortuo Dom. noſter Delp. poterit ſupra eū capere manum mor. quia ipſe do. Ant. eam plures accepit ab hominibus ſuis dicti loci Thoſiaci, prout vidi temporib. meis. ¶ De hac materia
a manus mortuæ vide Cyn. a in authen. ſed Epiſcopalis dignitas. C. de Epiſc. & Cle. & ibi tangit, licet bene modicum. ponit etiam in l. voluntaria. C. de excuſat. Tu. in quæſt. fin. & modicum dicit.
2 ¶ Sed † quid ſi talis homo decedat, ſuperſtite filio presbytero, an locum habeat manus mortua? vide Ioan. Fab. Inſtit. quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur. in §. 1. ¶ De hominibus talliabilibus vide quæ dixi ſupra, quæſtio. 316. & ibi vide multa ſingularia, quæ dixi de hominibus, &c. Et de manu mortua, vide in c. 1. libertatum Delph.

a ¶ Vide Cyn. *Scilicet poſt d. Iac. de Ra. in verſ. & per iſtam rationē. & facit ad materiam quod ibi dicit do. Saly. poſt dominum Pet. in ver. & ex hoc manus autem mortua. Item ſucceſſio, quæ ſic vulgo appellatur, vt ex præalleg. colligitur.*

## QVÆSTIO CCCLXII.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis officium an poſſit implorari pro aliqua re, quam quis prætendit ad ſe pertinere, vt ſibi reſtituatur.*

2 *Iudicis officium debet implorari, vbicunq; deficit actio: & æquitas inde reſultat.*

1 VTrum † officium Iudicis a poſſit intētari pro aliqua re, quam quis prætendit ad ſe pertinere, vt ſibi reſtituatur? credo quod ſic. & hanc quæſtionem vidi de facto in hac Curia Parlam. de tempore quo in ipſa Curia practicabam ſuper facto Caſtri Salauerij, quod Do. Gul. de Gebem. Miles, pro quo Aduocatus tunc exiſtebam, aſſerebat fuiſſe ſibi legatum, pro cuius expeditione ſibi fieda, officium Iudicis intentauit, cum eius petitio ab aliquibus reputata fuit inepta. Sed ego Guido dixi & ſubſtinui oppoſitum, per leg. de vſufr. ff. de var. & extraor. cog. vbi pro equo meo mihi reſtituendo poteſt Iudicis officium implorari, quod eſt ſatis ſingulare. facit bene c. dilecti filij. extra, de iudicijs. in antiquis. ibi dum dicitur, prouideatis attentius, ne ita ſubtiliter, ſicut à multis fieri ſolet: cuiuſmodi actio intentetur inquiratis: ſed ſolum ſimpliciter & pure factum ipſum, & rei veritatem ſecundum formam Canonum & Sanctorum Patrum inſtitutionem, inueſtigare curetis, &c. Pro hoc etiam adduci poteſt. Nam ſicut directum Beneficium ex edicto Diui Adriani competit: & poteſt intentari pro vniuerſali hæreditate: ita vtile



vtile Beneficium tale poteſt pro re ſingulari legata, intentari. ſicut dicimus in l. pe. ff. ſi quad. pau. feciſſe dica. De animali bipede, quod pauperiem fecit, pro quo damno vtilis datur, licet ille titulus principaliter factus fuerit pro animali quadrupede, quod damnū intulit. Et hoc ſatis videtur ſentire Spe. in tit. de off. Iud. §. 1. ver. item cum vaſallus, &c. Et ſequitur vnus talis effectus in iure, quod implorans tale officiū, nō habet neceſſario probare rē, quā petit ſibi reſtitui, ad ſe pertinere iure dominij vel quaſi: ſed ſufficit quod probet ſe talem rem ante occupationem, de eadem
b factā, poſſediſſe. ita dicit Bar. in d. l. de vſu. b & allegar glo. in l. inciuile. C. de furt. & l. manifeſtiſſimi. §. ſed cum in ſecūda. eo. ti. Nec præmiſſis obſtat l. in cauſæ. circa pri. ff. de mino. dum dicitur, quod exiſtente remedio ordinario, ad extraordinariū non eſt recurrendum: quia hoc verum eſt in caſu d. l. in aliis tamen ſecus eſt, ita dicit & ſoluit Spec. in ti. de off. Iud. §. 1. verſ. ſed opponitur. Et ita fuit in dicta cauſa iudicatum, & miſſus in poſſeſſionem dicti caſtri, dictus Guliel. de Gebēnis: ſed poſtea ſuperueniēte guerra Principis Auraice, quam fecit in hac patria, in ſocietate multorum Burgundorum, & Sabaudienſium, dictū caſtrum fuit reductū ad manus Delp. ¶ † Et quia
2 ſupra tetigi de off. Iudic. ſciendum eſt, quod officiū Iudicis poteſt & debet implorari, vbicunq;
c deficit actio. c ſi tamen æquitas inde reſultet. de qua in l. illicitas. in pr. ff. de offi. præſi. ita tenet ibi Bart. & videtur bonus tex. in l. ſi me & Titiū. ff. ſi cert. pet. Ideo practicatur, quod in fine libellorū poni conſueuit illa clauſula: & alias debitam iuſtitiam miniſtrari, &c. pro qua clauſula facit bene dictū c. dilecti filij, &c. De materia officij Iudicis ſi, & quando poſſit implorari, & de differentia inter actionem, & officium Iudicis, vide in tract. meo de literis compulſo. in qu. 8. tetigi etiam in 49. Conſ. meorum.

a ¶ Officium Iudicis. *Vt quæ hic dicuntur, plenius intelligas, vide d. Ro. in tract. de offi. Iud. quod lo. actus propo. in rubric el. de offi. iud. quod da. in quinq; caſibus & Spe. in parte in tit. de offi. om. Iud. §. 1. verſ. item imploratur loco principalis actionis. & in ti. de cauſa poſ. in §. priua. in ver. ſed & ſi me. & in prædictis locis traditur Theorica, & practica eorum quæ hic tanguntur.*

b ¶ Bart. in d. l. de vſu. *In verſic. ſequitur. in text. ibi tertius caſus.*

c ¶ Vbicunq; deficit actio. *Adde quod no. Cyn. in l. Quintus. ff. de annu. l. vbi dicit, quod officium Iudicis imploratur à non valenti agere. ſequitur Bar. in l. ſi de poſita. C. depo. & ad Petr. de Ancha. in c. ad Apoſtolicā. de ſimon. vbi per illum textum expreſſe colligit, quod vbi nulla datur actio, ſi ſubeſt æquitas, officio Iudicis ſubuenitur. alle. l. hæreditas. §. 1. ff. de petit. hære.*

## QVAESTIO CCCLXIII.

SVMMARIVM.

1 *Dotis & augmenti inæqualitas quandoque toleratur. Vide num. 2. & 3.*

1 LIcet in pactis de dote & dotis augmento † lucrandis, æqualitas debeat ſeruari. in auth. de æqualitate dotis. §. 1. col. 7. & in auth. æqualitas. C. de pact. conue. ſuper dote. attamē inæqualitas dotis & augmenti, quandoq; toleratur: vt habetur per gl. ord. in l. ex morte. ſuper verbo, hoc tamen obſeruandum, &c. C. de pactis conuētis ſu-
2 per dote. Primo, videlicet, † ſi vſus & conſuetudo patriæ habeat oppoſitum. ita voluit dicere gl. in d. auth. æqualitas. facit l. 2. C. quæ ſit longa cōſue. l. de quib. ff. de legib. Sicut eſt in patria Delp. quia videmus quotidie, quod ex pacto maritus de dote lucratur pro ſuper vita centum, vel ducentos florenos, & vxor duplum. Et ſic prætextu conſuetudinis, non ſeruatur æqualitas in iſtis.
3 † Secundo ſi iuuenis accipiat in vxorem mulierē ſenem: vel Nobilis ignobilem: nam etiā iſto caſu inæqualitas pactorū toleratur, & pactū inæquale adiectum, cenſetur eſſe quędam remuneratio, reſpectu iuuentutis, aut reſpectu nobilitatis. Et talis remuneratio valet de iure etiā inter coniuges facta. l. quod autem. §. ſi vir. ff. de do. inter virum & vxor. ita voluit dicere Bart. qui dictum §. allegat ad iſtud propoſitū, in l. ſi diuortio. 1. q. & in l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. 1. ff. de ver. obli. & quā maxime vbi tale pactum iuramēto reperitur vallatū: quia tunc tenet virtute iuramenti, quod eſt ſeruandū. in auth. ſacramenta. C. ſi aduer. ven. & in c. licet. & c. ſi vero. de iureiu. & ꝑ no. per Bart. in l. ſi quis pro eo. ff. de fid. inſtr. ¶ De materia augmenti dotis in aliis tamen terminis, vide quæ ſcripſi ſupra, q. 274. & an ſuperuita debeatur, dote non ſoluta? vide quæ ſcripſi in q. 565. &c.

## QVÆSTIO CCCLXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Appellans ſi compareat coram Iudice à quo, cum proteſtatione, quod ſua appellatio ſibi ſalua remaneat, an valeat proteſtatio?*

SI quis coram Iudice, à quo appellauit, compareat, & proteſtetur quod appel-
1 latio ſua ſibi remaneat ſalua, † vtrū proteſtatio faciat remanere appellationem ſaluam? Credo quod ſic, a vt tenet expreſſe Innoc. in c. quæſtioni, extra, de appellatio. ibi, dum dicit fateor tamen, &c. Hoc idem ponit & tenet in c. qua fronte. in eod. tit. ibi dum quærit. Sed quid ſi appellans velit abſolui, &c. nec obſtat, l. ad ſolutionem. C. de re iud. & quod not. per Specu. in tit. de ap. §. fi. ver. item quod appellans, &c. Quia locū habent dicta & alia iura conſimilia, vbi quis cōparet, nulla facta proteſtatione: quæ reſeruat ius in tali actu, aut alio. l. ſi debitor. §. fin. ff. quib. mo. pig. vel hyp. ſol. & facit ſeparare animum ab actu. qui agitur. l. qui in aliena. §. fin. ff. de acquirend. hæred. & l. ac ſi quis. §. plerique. ff. de relig.

& ſump.fune.& l.iuriſgentiũ.§.ꝙ fere. ff. de pac.
Et pro hoc bene facit,quod Martinus Syla.dicit
in quæſtione,quam diſputauit,quæ incipit, tem-
pore litis conteſtādæ,&c,Pro quibus accedāt ea,
quæ ponit Bar.in l.1. C. de lite conteſta.& in l. ſi
quis.in pr.ff.de leg .3. Et præmiſſa intelligo vera,
quando Iudex proteſtationi non contradicit,ſed
tacet:& ita etiam tacite admittit.aut quādo pars
aduerſa de contrario nō proteſtatur:quoniam a-
liud forte eſſet dicendũ.Pro primo facit l. ſin au-
tem.§.ſi quocunq; modo.ff.de neg. geſt. Pro ſe-
cundo facit l.1.§.elegāter.ff.de lib.agn. ita ponũt
dicti Doctores in dicta quæſtione diſputata,& in
l.1.ſupra allegata.Sed quia plerunq; contingit,ꝙ
Iudex admittit proteſtationem factam, talis ad-
miſſio operatur ad roboratione ̄ proteſtationis.
l.quod in diem.§.1.ff.de compenſatio.& l.ſin au-
tē.§.ſimili quoque modo.ff.de neg.geſt. Et facit
bene quod ponit Inn.in c.præſentium.lo.1.in gl.
ſuper verbo,compellere.ibi dum dicitur, niſi Iu-
dex in hoc aduerſario conſentiat,&c.extra, de te
ſtib.licet ipſe dicta iura non alleget.Et facit quod
no.in d.q.diſputata per Martinum Syl. Sed quid
ſi Iudex, qui aliquo actu iudiciali proteſtetur , ꝙ
ſi de iure,vel alias non valeat,aut admitti,vel fie-
ri non debeat,quod habeatur pro non facto.Cer
te tunc per talē proteſtationē non præiudicatur
alicui:nec nouum ius quæritur.ita ponit Bar.in l.
ille,à quo.§.1.ff.ad Trebel.& facit in c. cum con-
tingat.& ibi no.de off. Dele.& ponit Bal.in l.fi.in
q.C.de edi.Diui Adr.tollen.& in auth.ſi dicatur.
C.de teſt.in auth.de teſti.§. ſi vero,& ibi Iaco.de
Bello Viſu.Facit etiā ꝙ ponit Bal.in l.aſſe toto.ff.
de hære.inſt.& ibi allegat multa iura. facit bene
l.3. C. de priui.fiſci.ibi.ſalua igitur,&c.Et ponit
Pet.Iac.in tit.de Duello.in fi.ſecus tamen eſt,vbi
ipſe Iudex reſeruat, vel admittit appellationem
ſimpliciter:quia tunc eam cēſetur approbare: vt
b ſupra dixi. ¶ Et de materia proteſtationis, *b* in a-
liis tamen terminis,vide quæ dixi ſecundum do-
minum Petrum Papæ,ſupra,quæſt.172.&c.

*a* ¶ Quod ſic. *Iſtud etiam tenent d. Alex.Conſil.130.4.
colum.in verſ.quia reſpondeo.4.vol.& d.Ioa. And.in
c.ſolicitudinem.in 6.col.in text.audiendus. iuncto eo,
quod ſcribit ſuper glo. fin. extra,de appell.& eod.tit.in
6.in c.fin.in glo.quid ſi l.*

*b* ¶ De materia proteſtationis. *Vide omnino domi.
Bartol.l.non ſolum.§.morte.in 2.col.in verſi. his præ-
miſſis.ff.de no.ope.nun.& domi.Pan.in prædicto c. ſo-
licitudinem.in vlti.no.& plenius per eundem.d.Pan.
tangitur in c.cum M.in 4.col.in gl.in verſi.ſine præiu-
dicio.extra,de conſt.& ibi pleniſſime diſcutitur mate-
ria proteſtationis,per do.Fel.in 15.col.verſi. reſtat po-
ſtremo,per do.Io.An.in regula,in generali in 3.colu. in
verſ.quinquageſimo.de reg.iur.in 6.in Mercurialib.*

## QVÆSTIO CCCLXV.

SVMMARIVM.

1 *Probandum in iudicio aliquid qui ſe aſtringit, ſi non probet,perdit cauſam.*

2 *Clauſula,Citra onus ſuperfluæ probationis,quid operetur.*

1 SI quis ponit vel proponit † aliquid in iu-
dicio,ad quod probandum ſe adſtringit,
& non probat,perdit cauſam.l.1.§.item
quæritur.ff.de aqua quotid.& æſti.& in l. Prætor.
2.§.hæc autem actio.in verſ.docereq; actor. &c.
ff.vi bon.rap.& in l.denunciaſſe.§. quid tamen.
2 de adul. † Ex hoc ſumitur practica,quæ ponitur
in libellis,poſitionibus,&articulis,dum dicitur,
Citra onus ſuperfluæ probationis, &c. vt dicit
Bart.in d.§.item quęritur.tamen ſi plura ponan-
tur in libello,quorum vnũ per ſe ſufficeret, tunc
ſufficit vnum probare. Ita dicit gl. in c.ſignifica-
uit.extra,de appell.vide ſuper hoc Bar.in l. Diui.
ff.de re iud.& in l.1.§.itē quæritur.ff.de aqua quo-
tid.& æſtiua.& Innoc.& Henric.Bohic.in c.licet
a cauſam. *a* de probationibus,&c.

*a* ¶ In c.licet cauſam. *Quo ad huiuſmodi materiam,
& effectum clauſulæ,citra probationis,&c. vide dom.
Felin.in præ.c.licet cauſam.in 6.charta.in gloſ.in ver.
adſtrinxit,vbi ponit duas concluſiones, & illarũ limi-
tationes,& fallentias. & adde quod eleganter tradit
idem dom.Felin.in c.inter dilectos.in 6.colum.gloſ.in
verſ.addendi vel minuendi,extra,de fid.inſtru.*

## QVÆSTIO CCCLXVI.

SVMMARIVM.

1 *Poſſidens an,& quando contra fiſcum manutenendus ſit?*

2 *Fiſcus , an lite pendente inter eum,& priuatũ,poſſit rem litigioſam in manus ſuas trahere, & priuare partem priuatam ſua poſſeſſione? diſt.nu.3.*

1 POſſidens† lite pendente , debet manu teneri
in poſſeſſione ſua.l.1. §. ſin autem proprieta-
rius.C.communia de manu.&l.ſi ſeruus.ff.quod
cum eo.& l.fi.in prin.ff. de vſuc. & faciunt not.
per gl.in l.fi.C.de ordi.co.& l.ſi inſtituta. ff. de i-
noff.teſta. Et hæc ſunt de iure,& ſtylo omnium
2 Curiarum vera inter priuatos. ¶ † Sed quid in fi-
ſco,an poſſit lite pendente inter fiſcum, & priua
tum, rem contentioſam ad manus ſuas ponere,
& priuare partē priuatam ſua poſſeſſione,lite pē-
dente? videtur quod ſic.arg.in l.Senatus.§. Sena-
tus,& l.Titius.ff.de iure fiſci.& facit l.Paula.Cal-
3 linico.in §.fin.ff.de lega.3. Circa hoc crederem†
ſic dicendum , quod vbi fiſcus habet legitimum
a contradictorem, *a* non debet rem, quam petit,
auferre à poſſeſſore: nec ad manum ſuam pone-
re lite pendente:vt dicit gl.in l.res quæ.in gl.1.ff.
b de iure fiſci.vbi autem non eſſet *b* legitimus poſ-
ſeſſor:tunc poſſet ad manus fiſci reduci: per text.
cum glo.C.de iure fiſci.in l.defenſionis. in prin.
ſuper verbo,pendente,&c.Et dicit Dy.in d.l.de-
fenſionis,quod illa lex habet locũ, vbi non con-
ſtat de iure fiſci.Sed primum membrum intelli-
go ve-



go verum : niſi eſſet timor dilapidationis fiendæ
per poſſeſſorem:quia tunc res deberet ad manus
tertias poni.argum.ff. de appell. l. Imperatores.
in fi.Et ita ſeruatur in hac Curia Parlamenti,&c.

*a* ¶ Legitimum contradictorem. *Quis autem dica
tur legitimus contradictor:traditur per dom.Bart. &
Ale.ac Doct.in l.fi.§.ſin autē.C.de edi. Diui Adr. toll.
Quis vero dicatur non legitimus,ſeu iniuſtus:vide no
tata in l.non iuſte.ff.de coll.detegen.*

*b* ¶ Non eſſet. *Vbi non eſt contradictor, Iudex debet
eſſe facilis.l.fin.& ibi d.Bal.in 5.not. & Alexan. C. de
edic.Diui Adri.toll.ſi tamen apparet, debet Iudex exa-
minare iura partium,alias proceſſus eſt irritus : ſecun-
dum dom.Bald.vbi ſupra,in 7.nota.*

## QVAESTIO CCCLXVII.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula renunciationis quid operetur?*

2 *Clauſula:iurat omnia rata , & grata habere geſta per eum,quid importet?*

IN aliquo contractu reperitur renuncia-
1 tio†aliquorũ ſpecialium , in quibus ſpe-
cialis renunciatio requiritur,& inde ſub-
iicitur clauſula generalis talis, vel conſimilis te-
noris:& omni iuri Canonico & Ciuili, per quod
contra præmiſſa,vel aliqua de prædictis dicere,fa
cere,vel venire poſſet,&c. Vtrum in tali clauſu-
la generali comprehendantur aliæ renunciatio-
nes,quæ ſpecialiter fieri debēt: vt puta renuncia-
tio diuidendarum actionum,vel ordinis, aut alia
ſimilis? credo quod ſic, *a* arg.cap. qui ad agendũ.
a extra,de Proc. li.6. & no.per gl.in l.ſed & ſi quis.
§.quæſitum.ff.ſi quis cautionib.ita dicit expreſſe
Dy.in c.cōtractus,de reg.iur.li.6.circa finem. ibi
dum dicit:item ſiquidem caſus ſpecialiter expri-
matur,&c.Et pro hoc bene facit,ꝙ ponit Bartol.
qui illud idem videtur tenere in dicto §.quæſitũ.
in quæſt.quæ incipit: ſed an hoc habeat locum in
contractibus,&c.circa finem. & allegat ca. ſedes
Apoſtolica. extra de reſcr.in antiquis. & ita plu-
ries practicaui,dum eram in aduocatione, & con
ſequenter vidi in hac Curia Parla. determinari,
2 &c.† Quid de generali clauſula, in qua quis iurat
omnia per eum acta habere rata,& grata:quid im
portant illa verba:dic,quod non contraueniatur
b neque de iure,neque de facto. *b* gl.ſingularis in
l.id,quod pauperib.C. de Epiſcopis & Clericis,
alia autem verba iuramenti,quibus quis iurat nō
cōtrauenire aliqua ratione,vel cauſa , importāt,
vt omne remedium tollatur, ſecundum Bart. in
authen.ſacramenta.C.ſi aduerſus venditionem.
Et Petrus,vt refert Cyn.in l.2.C. de reſcindenda
venditione. & poſuit iſta do.Ambr. de Vignate
in cap.illo vos,de pignoribus. circa finem. ¶ De
clauſula generali ex quacunque cauſa vide ſupra,
quæſtio.229.

*a* ¶ Credo quod ſic. *Vide dom.Bald.in l.ſi diuiſa. C.
loc.& conduct.& eundem domin.Bald.in l.2. in 5.co-
lum.in ver.quinto quæro.C.de reſcind.ven. & in l.1.
in 2.colum.in verſ.quid dicemus.& in 3. colu.in ver.
ſexto quæritur.& ibi do.Saly.in 5.colu.in ver.his opi-
nionibus ſic recitatis.& in 7.col.in verſi.quæro quid ſi.
C.commodati.*

*b* ¶ Neque de iure,neque de facto. *Adde do.Bar.in
l.metum.§. volenti.in 2.col.in verſicu.item verbum
ratum refertur.ff.quod met.cau.*

## QVÆSTIO CCCLXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Sententia quæ tranſiuit in rem iudicatam , retractari poteſt,ſi æquum videatur Iudici.*

SEntentia lata contra ius litigatoris,quæ
in rem tranſiuit iudicatā ,ſi æquitas ſua-
1 det,vel erronea *a* † probetur, retractari
a debet, *b* in cap.cum inter.circa finem,extra,de re
b iudic.in antiquis,quod ſic tenere videtur Specu.
in tit.de ſententia.§.fi.verſiculo,ſi ſit lata contra
ius litigatorum,&c.facit l.plane. circa medium.
ff.de petitio.hæredita.& quod no.Barto. in l.1.§.
hoc interdum. ff.quod vi, aut clam. & vide quæ
dicit Barto.in l.illicitas.ff.de offic.Præſidis. & ita
ſeruat hæc Curia Parla.prout vidi in pluribus, &
diuerſis cauſis fieri,& obſeruari.

*a* ¶ Vel erronea. *Vide d.Bal.in addit.ad Spec. in ti. de
ſententia excom.4.col.in ver.ſententia lata.*

*b* ¶ Retractari debet, *Vide de hac quæſt.iſtum, Con-
ſil.170.incip.circa proceſſum ventilatum.num.3.ver.
ad tertium.*

## QVÆSTIO CCCLXIX.

SVMMARIVM.

1 *Curia Parlamenti Delph.non reddit proceſſum irritum,defectu litis conteſtationis.*

2 *Summarie procedere,quid importet?*

3 *Credit,verbum,quam vim habeat.*

4 *Sentētia an ſit ipſo iure nulla,teſtibus nō publicatis.*

QVAE ſint cauſæ ſummarię,habetur in l.3.
§.ſciendum.in gl.ff.ad exhib. & in Clem.
diſpendioſam. de iud. & habetur in Cle.
ſæpe.de verb.ſigni.& ibi de Saba in ver.porro.23.
& 24.quæſt.& licet in illis cauſis ſummariis non
requiratur litis conteſtatio : tamen in cauſis or-
dinariis,in quibus proceditur ſummarie, requi-
ritur litis conteſtatio,ad hoc vt valeat proceſſus:
ita tenet Bart.in l.dies cautionis.§. penultim. in
ſeptima q.ff.de dam.infecto.& ita etiam(vt audi
1 ui)determinant Domini de Rota.† Sed de ſtylo
& cōmuni obſeruātia præſentis Curiæ Parlamē-
ti qualeſcunque ſint cauſæ , ſiue ſint ſummariæ,
ſiue ordinariæ, ipſa Curia non attendit ad talem
defectum litis conteſtationis: quia procedere
conſue-

conſueuit ad diffinitionem cauſarum, etiam lite non conteſtata: prout etiam videntur diſponere ſtatuta Delph. quæ diſponunt, quod in quibuſcunq; cauſis etiam maiorib. Iudex poſſit procedere, ſi ſibi videatur, ſummarie ſimpliciter, & de plano, ſine iudiciorum ſtrepitu, & figura, per quæ verba etiam tollitur litis conteſtatio, vt volunt Doct. in Clem. ſæpe, de verborum ſignif. & Bar. in extrauaganti, ad reprimendū. vide plene Franc. de Za-
2 barell. in dicta Cle. ſæpe. in 23. & 24. quæ. ¶ † Sed quid operetur verbū Summarie, quod in reſcriptis apponitur, vide Bart. in dicta extrauaganti, ad reprimendum. & Spec. in tit. de inquiſitione. §. nunc tractemus. ver. quid igitur ſi in litera. Et tetigi in tracta. meo Reſcriptorum, &c. Litis cō-
a teſtatio non poteſt fieri: niſi per negationē, a vel
b per confeſſionem: b vt dicit Io. in c. olim. de litis
3 conteſt. Et nō poſſet fieri per verba, nō credit, † quia verbū Credit, nō eſt aſſertiuū, nec præciſū, vt dicit Ang. in l. fi. C. arb. tutel. De hac materia, qualiter fiat litis conteſt. vide in 158. Conſ. meor. Et de hac materia qualiter procedatur in hac Cu-
4 ria Parl. vide quæ dixi ſupra, q. 58. † Sed vtrū teſtibus nō publicatis, ſententia ſit ipſo iure nulla, gl. in l. prolatam. C. de ſent. & interloc. omu. Iud. videtur velle, quod ſic. Bal. tamen tenet contrariū in feudis. in tit. ſi de inueſtitura inter Dominum & vaſallum lis oriatur. Et in hoc ſeruatur op. Bal. in dict. Curia Parla. In qua ſummarie proceditur, vt ſupra dixi, licet plurimum publicentur, quandoq; tamen, ſumptis informationibus, abſque publicatione proceditur ad diffinitionem, & tenet ſententia. ita pluries vidi, &c.

a ¶ Per negationē. *An, & qualiter, & per quæ verba fiat litis conteſtatio, vide iſtum, Conſ. 157. incip. Lud. Richar. num. 1. ver. credo indubitanter. per totum.*

b ¶ Per confeſſionem. *Hoc eſt verum, quando confeſſio emanat poſt libellum porrectum: ſecus, ſi ante. ita dixit do. Goff. in ſum. extra, de lit. conteſta. in verſic. ſed quid ſi petan. vbi etiam ſubdit. dicens, litem conteſtatam fieri per narrationem actoris, & reſponſionē rei contradictoriam, allegat. C. de iu. l. rē non nouam. §. patroni.*

## QVÆSTIO CCCLX.

SVMMARIVM.

1 *Prorogatio an videatur facta iuriſdictionis, ſi quis ſe ſubmittat cognitioni Iudicis?*

2 *Compromitti an poſſet in Dominos Parlamen. Delphinalis?*

a
1 SI quis a ſe ſubmiſerit cognitioni, † & ordinationi præſentis Curiæ Parla. Delph. An videatur ſe ſubmiſiſſe, vt in arbitriū? credo quod non, ſi pœna in tali ſubmiſſione non fuerit adiecta: ita videtur velle glo. in l. 1. in fi. primæ gl. ff. de iud. & in l. Epiſcopale. C. de Epiſ. aud. Sed operatur talis ſubmiſſio prorogationem iu-
b riſdictionis b expreſſam. arg. d. l. 1. de iud. cum per verbū Submitto, & per verbū Subrogo, fiat iuriſdictionis expreſſa prorogatio, argu. in c. inter dilectos. extra de donat. iuncta. l. 2. §. conuenire.
2 ff. de iud. An † autem poſſet compromitti in Dominos Parlamenti? vide quæ dixi ſupra, q. 69. Sed quid de illo, qui ſe ſubmittit gratiæ & miſericordiæ Iudicis? Vide quæ dixi infra, quæſt. 495.

a ¶ Si quis. *Author noſter hic ſuccincte ponit de hac materia: quamobrem vide latius, per Bart. in l. 1. ff. de iud ſuper gloſ. 1.*

b ¶ Prorogationem iuriſd. *Fit prorogatio iuriſdictionis per quemcūq; actum conſenſus expreſſium. do. Bart. in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſd. om. Iud. An autem, & quando locū habeat prorogatio iuriſdictionis in criminalibus: vide do. Bal. & Doct. in l. ſi quis ex cōſenſu, C. de Epiſ. audien. & l. 1. C. vbi de crim. agi. op. & in l. 1. C. de iuriſ. omn. Iud. hoc tamen not. quod prorogatio in cauſa criminali facta, non ligat manus proprio Iudici, quin procedat contra delinquentem, ſecundum do. Bal. in l. poſt. verſ. intellige tamen. C. de iuriſd. om. Iud. & dom. Card. in cap. pen. de offic. Deleg.*

## QVAESTIO CCCLXXI.

SVMMARIVM.

1 *Subſidij, verbi etymologia.*

2 *Argumentatio ab etymologia probabilis eſt in iure.*

3 *Subſidium voluntarium, quid?*

4 *Subſidium neceſſarium, quid?*

QVia in hac patria Del. Dom. noſter Delp. non poteſt propria authoritate imponere tallias, inuitis hominibus patriæ, ſecūdū libertates generales præſentis patriæ conceſſas, per Do. Humber. Delp. Attamen quia in hac patria Gentes triū ſtatuū, concedunt quandoq; Do. noſtro Delphi. dona gratioſa 30. vel 40. mil. floren. quę dona ſubſidia vulgariter nuncupātur,
1 ideo ſciendū eſt, † quod ſubſidium, dicitur de ſubuenio, ſubuenis. & iſta eſt deriuatio ſua, ſeu ety-
a mologia, a quæ eſt ſufficiens † argumentatio b in
2 iure. Inſt. de tutelis. §. 1. & §. Tutores. & de teſt. in
b prin. & ita habetur tex. in ſimili, in l. ſi ager. §. fi. ff. de ver. ſig. vbi tributū dicitur à tribuendo, quia Domino vel Militibus tribuitur, & donū à donādo. l. inter donum. ff. de ver. ſig. ſic etiam ſubſididiū à ſubueniēdo: & tale ſubſidiū quandoq; dicitur voluntariū, quandoq; neceſſariū, ſiue neceſſitatis: licet alibi vocari videatur auxilium, in c. conquerēte. circa fi. ibi, moderatum auxiliū. ex-
3 tra de offic. ord. voluntariū † ſubſidiū dicitur eſſe illud, quod gratioſe eſt conceſſum, & cenſetur eſſe quædā donatio: quia à liberalitate procedit: quia donari videtur, quod nullo iure cogēte cōceditur. l. donari. ff. de do. & l. donari. ff. de re iu. inde dicitur quod cōceſſio idem cenſetur, quod donatio. l. fi. circa prin. iuncta gl. ff. de donat. l. in concedendo. ff. de aqua plu. arc. & l. Princeps. ff. de verb. ſig. & de huiuſmodi conceſſione gratioſa, videtur tex. in c. ſi gratioſe. de reſcri. lib. 6. Ne-
4 ceſſarium vero † ſubſidiū dicitur eſſe illud, quod imponitur alicui homini, vel populo, & ita coacte quo-



cte quodāmodo ſubiicitur legi, mori, imperioue eius, qui iubendi habet poteſtatē & tale appellatur indictū, vel ſuperindictū, id eſt, impoſitū ſeu ſuperimpoſitū: de quo habetur in l. 1. C. de ſuperindictis. lib. 10. & in l. indictiones. C. de anno. & & trib. eo. li. 10. Iſtam differentiā ſeu diſtinctionē ſubſidij voluntarij, hoc eſt, gratis cōceſſi, & ſubſidij neceſſarij, hoc eſt, indicti, ſeu impoſiti, facere videtur Iuriſconſultus Vlpia. in l. manus propriæ. ff. de ver. ſig. De materia iſtorū ſubſidiorū, & quis in eis teneatur contribuere, videas plene quæ dixi ſ. q. 367. vſq; ad quæ. 400. incluſiue, &c.

a ¶ Etymologia. *Eſt enim etymologia origo vocabuli, cum vim nominis, vel verbi, per interpretationē colligimus, vt inquit do. Iſidorus 1. lib. etymologiarum.*

b ¶ Argumentatio. *Qualiter formetur argumentū ab etymologia, ſeu alluſione vocabuli, traditur in l. 2. §. appellata ff. ſi cert. pet.*

## QVÆSTIO CCCLXXII.

SVMMARIVM.

1 *Vintenium an ſit ſoluendum nomine prædiorum in alieno territorio ſitorum, licet ibi non habitem? vide num. 2.*

3 *Habitantes in mandamento & ibi habentes res: & poſſeſſiones, ſoluant integrum Vintenium.*

4 *Vintenium, vnde dicatur?*

a DE Vintenio, a quod ſoluitur in plurib. caſtris, & territoriis præſentis patriæ Del. de blado, aut vino, pro villis ædifi-
1 candis, ac muris, ſeu mœniis conſtruendis: † dubitatū fuit, vtrum ſi quis in aliquo territorio talis villæ, vel caſtri prædia poſſideat, non tamē habitet, vtrum tale vinteniū ibi præſtare teneatur?
b & dixi quod ſic, b vt videtur tex. in l. 2. C. de mu.
2 patrim. li. 10. † vbi text. dixit munera, quæ patrimoniis, publicæ vtilitatis gratia, inducuntur ab omnibus ſubeunda ſunt, &c. Sed ſic eſt, quod tale Vintenium poſſeſſorib. imponitur, gratia publicæ vtilitatis, & pro mœniis conſtruendis, ac ipſorum reparatione, quæ publicam vtilitatē reſpiciūt. l. ad portus. l. ædificia. & l. omnes. la. 2. C. de operib. pub. igitur ſequitur, quod ipſum præſtari debet à poſſeſſoribus prædiorum, in territorio talis villæ, vel caſtri ſituatorum, licet poſſeſſores ibi non habitent. l. reſcripto. §. ſciendū. ver. nam quidam ſunt, &c. ff. de mu. & ho, ideo notāter, in d. l. 2. de mu. pa. dicitur ab omnibus. Quia qui omne dicit, nihil excludit. l. à Procuratore. C. man. l. Iulia. in pr. ff. de leg. 3. iſtud dicere voluit gl. ſuper verbo, ab omnibus. in l. fin. C. de mu. patri. li. 10. Idem dicere voluit gl. in rub. eod. ti. in fi. ibi. dum dicitur: & hoc etiam alienigenis, &c. iſtud idem cōprobari poteſt, maxime, ſi ita ſe habeat conſuetudo, quia tunc ratione conſuetudinis eſſet fienda præſtatio. l. libertus. §. ſola. ff. ad municip. l. de quibus. ff. de legib. l. an totum. C. de ædif. priua. quia ſi hoc facere poteſt priuilegium Principis, prout poteſt, eſt text. not. in l. munerū. § præterea. ff. de mu. & ho. idē poteſt & conſuetudo, in c. ſuper quibuſdā. §. præterea. extra, de ver. ſig. l. non ſolēt. & l. fi. C. nou. vec. imponi nō poſſe. & l. 1. in fi. cum l. ſequen. ff. de aqua plu. arc. Et præmiſſa vera, tam in Nobilib. quā ignobilib. ſeu plebeiis: ideo tex. dicit ab omnibus, &c. pro hoc bene facit l. munerum. §. patrimoniorū. in fi. ibi, dū dicitur: neq; veteranus, aut Miles aliuſue, qui priuilegio aliquo ſubnixus eſt, licet Pontifex ex-
3 cuſatur, &c. ff. de mun. & ho. † Sed iuxta præmiſſa quæro vtrum illi, qui non habitant in mandamento: ſed ſolum ibi habent res, & poſſeſſiones, ſoluant integrum vintenium? dic, quod non, niſi
4 mediū, vt dixi ſupra, q. 7. ¶ † Sed quæro, vnde dicatur vinteniū? dic, quod dicitur de vinco, vincis: quia per vintenium inimici vincuntur. ar. l. pupillus. §. oppidū. ff. de verb. ſig. vel dicitur à viceſimo, quia viceſima pars fructuū pro vintenio, hoc eſt, muris cōſtruendis, ſeu reparandis datur. Et Vintenium, mœnia, & muri, ſunt idem, & pro vno, & eodē habentur, conſiderato, quod ſecūdum cōmunem modum, & vſum loquendi muri alicuius loci, Vintenium appellantur, qui cōmunis vſus loquendi in talibus debet attēdi. l. 1. & ibi Bar. in. l. Labeo. ff. de ſuppellect. lega. &c.

a ¶ De vintenio. *Scripſit de vintenio ſupra, q. 7. & melius Conſil. ſuo 1. incip. in actione negatoria, & per tot. in ver. quo ad primum. num. 1. vol. 1.*

b ¶ Quod ſic. *Iſtud etiam tenet domin. Azo in ſum. in tit. de mune. patri. in 2. colum. in verſic. munera ſubire coguntur. ibi, excipitur, niſi ſit tale munus.*

## QVAESTIO CCCLXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Delphinale edictum, ne blada extrahātur è prouincia, extendanturne ad Lugdunenſes, Sabaudienſes, & Prouinciales, habentes terras in ea patria?*

VTrum vetitum de bladis non extrahendis ab hac patria Delp. fieri poſſit de iure? Cyn. quod ſic, in l. 1. in fi. C. quę ſit lō-
1 ga conſu. † Sed an tale vetitum extendatur ad Lugdunenſes, Sabaudienſes, & Prouinciales, habentes terras in hac patria, in quibus blada ſeminata fuerunt: adeo quod ibi, extra Delp. extrahe-
a re non poſſint? dic vt not. per Cyn. vbi ſupra, a Sed vtrum tale vetitum extendatur ad farinam, vel panes factos de blado, ſeu farina bladi, quod
b excreuit in hac patria Delphinatus? Quo ad farinam dicit Dy. quod non, b ſecundum propriam ſignificationem. Barto. tenet oppoſitum. per l. ſi cui lana. ff. de leg. 3. quia ſicut lana, ſiue filata, ſiue non continetur appellatione lanæ: vt ibi. dicitur: ſic etiam farina, donec ſit in panes conuerſa, continetur appellatione bladi, ſeu frumenti. Ita dicit, & exponit ipſe Bartol. in l. quæſitum. §. illud. ff. de legat. 3. Quo vero ad panes factos, videtur

videtur tale edictum non extendi, vt patet per iã
dicta. Quicquid ſit, licet à verbis edicti non ſit re-
cedendũ.l.non aliter, in pr.ff. de leg.3.&l.ſi ſerui.
ff.de nox.attamen eadẽ ratio prohibitionis, quæ
eſt in blado, ne annona carior efficiatur; & ne
ſubditi fame pereãt, eſt in farina, & pane, quæ ex-
trahi poſſent à patria, ideo idẽ ius eſt ſtatuẽdum.
l.iſtud.ff.ad Aquil.& l.fina.ff.ad l.Fal. Et quia vbi
mens legis, idem vel plus habet, quam verba,
attendi debet ad mentem, ſicut ad verba. vt l. vt
gradatim.§.Et ſi lege.ff.de mu. & ho. & l. aut fa-
cta.in fi.ff.ad Treb.& ita pluries in iudicãdo vidi
in hac Curia Parl.determinari, & appunctuari pu
niendo portantes panes extra patriam durante
vetito. ¶ De hac materia vetiti, de bladis non ex-
trahẽdis extra patriam, etiam tetigi infra, q. 572.

a ¶ Per Cyn.vbi ſupra. *Ipſe dom.Cyn. in prææalle. l.1. in vltim.verſ.arguit pro & contra, & videtur vergere in partem affirmatiuam, videlicet, quod extrahere poſſint.*

b ¶ Quod non. *Aut ſi per ſtatutum ſit prohibitum extrahi bladum, poſſit extrahens deportare pro ſuo vſu, vide Ioan.de Porta.in l.cætera.§ ſed quis ad opus. vbi etiam Bar.& alios.ff.de leg.1.& ibid.dom.Alexand.in fi.ver.item no.*

## QVÆSTIO CCCLXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium an poſſit conferri per ordinarium, irrequiſito Patroni laici conſenſu?*
2 *Conſenſus Capituli ſuperueniens poſt collationem, an eam validet?*
3 *Ordinarius an poſſit Beneficium conferre irrequiſito Patrono Eccleſiaſtico?*
4 *Papa, vel Delegatus an poſſit conferre Beneficium inconſulto Patrono laico?*
5 *Vicarius generalis Epiſcopus, an poſſit Beneficia conferre, ſine ſpeciali mandato?*
6 *Vicarius Epiſcopi, an poſſit aliũ ſubſtituere Vicariũ?*
7 *Electio facta ſine conſenſu Patroni laici, an valeat?*
8 *Clericus Patronus præſentando indignum, priuatur ipſo iure.*

PErmutatio facta per ordinariũ de Beneficio,
ſpectante ad præſentationem Patroni laici, i-
1 pſo contempto, † & non vocato, non eſt ipſo iu-
re nulla, ſed venit annullanda per ſententiam, ſi
talis laicus Patronus eius contemptũ proſequa-
tur infra tempus, infra quod præſentare poterat,
& debebat. & ita deciſum fuit per Dom.de Rota.
a q.303. *a* quæ incipit: item quod permutatio fa-
cta, &c. alij habent in ordinatione q.307. per rati-
ones ibid. plene deductas. Et ita etiam fuit con-
cluſum ſuper proceſſu cauſæ, vertentis in hac Cu
ria Parla. inter Dominum Procuratorem fiſcalẽ
Delphin. ex vna parte, & Dom. Antonium Peliſ-
ſonis in manibus Anton. de Mollena Secretarij
Delphi. ad cauſam curæ Sancti Georgij Speren-
chiæ: quam Curam vacantem, per reſignationẽ,
cauſa permutationis tunc factæ, Dom. Archie-
piſcopus Viennenſis, ſeu eius Vicarius de anno
Do.1459.& die penultima mẽſis Septẽb. cõtulit
dicto Do. Anto. Peliſſonis contẽpto, & non vo-
cato Domino noſtro Delph. Patrono dictæ Cu-
riæ. Et quia dictus Dominus Procurator fiſcalis
nomine Delphi. infra tẽpus iuris, videlicet, qua-
tuor menſium proſecutus fuit cõtemptum præ-
fati Dom. noſtri Delphi. Patroni, ideo in diffini-
tiua dicti proceſſus leuata fuit manus Delphi. ad
vtilitatem Domini Iacobi Bouis, quem Domi-
nus Gubernator Delph. nomine Delph. præſen-
tauerat d. Domin. Archiepiſcopo. Et quod ſupra
dixi, collationem factam non eſſe ipſo iure nullã,
ſi fiat in contemptũ Patroni laici, eſt verũ in col-
latione neceſſaria, quæ fit ex cauſa permutatio-
b nis, *b* iuxta Cle. vnum, de rerum permutatione.
Aliud autem eſt in collatione voluntaria, quæ fit
per mortem, vel reſignationẽ ſimplicem. tunc e-
nim collatio eſſet ipſo iure nulla, ſi fieret ſine cõ-
ſenſu Patroni laici, per c. decernimus. 16. quæ.7.
& gl. in c.cum dilectus. extra, de iure Patronatus.
in gl. ſuper verbo præſenti. ita etiam ibi fuit deci-
ſum in ſequendo etiã deciſionẽ Rotæ, vbi ſupra.
2 ¶ An autem † cõſenſus Patroni poſtea ſuperue-
c niẽs validet collationem voluntariã? *c* Domini
de Rota vbi ſupra, dicunt, ꝙ ſic, per rationẽ ibidẽ
3 declaratã. † An autẽ Ordinarius poſſit Beneficiũ
d conferre inconſulto Patrono Eccleſiaſtico? *d* dic
quod non, & ſi fiat, venit irritanda. in ca. illud. ex-
tra, de iure Patro. & dicit Panor. in d.c. illud. cir-
ca prin. Item nota Epiſcopum non poſſe Bene-
ficium patronatus alicui conferre ſine præſenta
tione patroni, etiam Eccleſiaſtici. Et ꝙ inſtitutio
facta ſine præſentatione talis patroni, eſt de rigo
re iuris irritanda, notãter dicit ipſe bene hęc ver-
ba. Nam ideo dicitur de rigore, quia de æquitate
non eſſet irritanda, cum ius patroni dependeat
ex gratia: vt not. de iure patro. c. quoniam. hic ta-
men rigor præfertur æquitati, Patrono inſtante,
vt in c. decernimus. 16. q. 7. Et per illũ text. poteſt
dici, ꝙ inſtitutio ſit ipſo iure irrita, quod etiã ſen-
tit Io. And. in c.2. de officio Vicarij. lib.6. Et tunc
expone, verbum irritanda, id eſt, irrita nuncian-
da, vel eſt irritanda quo ad factum, ſicut de facto
proceſſit. iſta ſunt verba Pan. in d. c. illud. Et ita
fuit declaratũ in Camera Cõſilij die 15. Septem-
bris, 1460. ſuper facto Curæ Prioratus Mõtefau-
giaſij, ꝙ ſecus eſt in Legato de latere; qui poteſt
inconſulto Patrono Eccleſiaſtico Beneficiũ cõ-
ferre: ſed alij Legati, qui non ſunt de latere, ita fa-
cere non poſſunt. Et eſt ſpeciale in Legato de la-
tere, vt hæc habentur per gl. in c. dilectus. de offi.
4 Deleg. in antiquis. gl. fi. ¶ † Sed quid de Patrono
laico, an Papa vel Legatus poſſit conferre incon-
e ſulto Patrono laico? dic quod non. *e* in d.c. dile-
ctus. extra, de off. Leg. & in c. cũ dilectus. extra, de
iure Patr. Et ibi glo. ſuper verbo, Præſentare. Et
quia eſt ſpeciale in Legato de latere, quod poſſit
Beneficium conferre inconſulto patrono Cleri-
co: vt dicit glo. in d.c. dilectus. ſuper ver. Præſen-
tare, ibi, ſed hoc videtur ſpeciale. ergo in contra-





rium eſſe ius Commune, videlicet, vt Epiſcopus
inconſulto Patrono Eccleſiaſtico non poſſit Be-
neficium conferre. l.1.ff. ad mun. cum ſimilibus.
& ſi faciat, eius collatio irritabitur per dictum c.
5 illud. cũ ibi notatis per Panorm. ¶ An Vicarius
generalis Epiſcopi, poſſit Beneficia conferre ſine
ſpeciali mandato? dic quod non, niſi ſit ſibi ſpe-
cialiter conceſſum. in c. fin. de offi. Vicarij. lib.6.
6 ¶ Sed † an Vicarius Epiſcopi poſsit alium Vica-
rium ſubſtituere? dic quod non: vt in c. Clericos.
de off. Vicarij. in antiquis. niſi ex cauſa neceſſaria
vt ibi dicit Ioan. de Lig. vt quia Vicarius eſt infir-
mus, vel Vicarius de licentia Epiſcopi, ſe abſentat
pro modico tempore, tũc ad modicum tempus
poteſt alium ſubſtituere, vt ibi dicit Ioan. de Lig.
7 ¶ † Sed quid de electione, facta ſine conſenſu Pa-
troni laici? dic quod non valet, nec debet confir-
mari, vt videtur glo. in c. de hoc. ſuper verbo, Re-
f gem aut Principem. *f* extra, de ſimon. & ibi loqui
8 tur gl. de Rege vel Principe Patrono. † Sed an Cle
g ricus Patronus *g* præſentando indignum, priue-
tur ipſo iure? dic quod ſic: & eſt ratio: quia præſen
tatio Clerici Patroni vim electionis habet: vt no.
per Ioan. And. in c. cum autem. in fin. extra, de iu-
re Patr. Sed ſic eſt in electione, quod eligentes
indignum, priuentur ipſo iure. c. cum in cunctis.
in fin. de elect. quare. & c. maxime etiam, quia ap
pellatione electionis continetur præſentatio. c.
querelam. de elect. no. per Io. And. in rub. de ele.
lib.6, priuatur tamen pro illa vice in c. inter dile-
ctos. de exceſſibus Prælatorum. ¶ De materia iu-
ris patronatus etiam ſcripſi infra, q.507. Et vide
etiam in ſingularibus meis. Vide etiam de hac
materia iuris patronatus, in 71. Conſiliorum me
orum. vide etiam de Sancto Gemin. in c. cum in
illis. in §. cum autem. de præbendis. lib.6. item di-
cit dominus Iac. de Puteo. in l. ſi conſt. ff. ſoluto
matrimonio: quod ius Patronatus eſt inæſtima-
bile, & nullo precio reputatur. l. naturalis. in fi. ff.
de præſcrip. verb. l. plane. le.2. in §. fin. ff. de leg.2.
¶ An permutatio poſſit fieri de Beneficio per E-
piſcopum ſine conſenſu Patroni? vide in ſingu-
laribus meis.

a ¶ Quæſtione. *Voluit dicere deciſione, ſeu concluſione, cum ſtylus voluminis Rotæ non per viam Quæſtionum, ſed per modum Deciſionum, ſeu Concluſionũ, aut determinationum progreditur. 302. alias, 307. in nouis.*

b ¶ Ex cauſa permutationis. *Iſtud intellige verum quando permutatio fit propter Eccleſiæ neceſſitatem, vel vtilitatem: ſecus, ſi non propter neceſſitatem, vel vtilitatem Eccleſiarum: ſed propter fauorem perſonarum: vel alias voluntarie fieret permutatio: quia tũc permutatio, facta contempto Patrono, ſeu ijs, quorum intereſt, eſſet nulla ipſo iure. vt tenet dominus Egidius de Bellamera, in tractatu permutationum Beneficiorũ Eccleſiaſticorum, parte prima, quæſt.2. & in fi.3.q.*

c ¶ Validet collationem voluntariam. *Iſtud videtur etiam ſentire do. Egidius de Bellamera, vbi ſupra, in prin. iuncto verſ. Lap. primo dicit.*

d ¶ Patrono Eccleſiaſtico. *Quo ad hoc, videtur non eſſe facienda differentia inter Patronum Eccleſiaſticũ & laicum Patronum: quia vtrobiq; eſt identitas rationis. & licet Papa quandoq; punctationes Clericis, & nunquam conſueuerit auferre laicis, iuxta lecta, & nota. de iur. Patro. c. cum dilectus. & de præben. capitulo ſecundo, lib. ſexto. tamen Epiſcopus non plus poteſt auferre patrono Clerico, quam laico: vt dicit do. Egidius de Bellamera, vbi ſupra, in 2. quæſt. in verſ. ad quintũ.*

e ¶ Dic quod non. *Papa enim Patronus laicis præiudicare non intendit, vt eos à fundationibus Eccleſiarũ non retrahat. vbi ſupra, in præ. verſ. ad quintum. in fi. ita inquit ipſe dom. Egidius de Bellamera.*

¶ *Vide tractatum c. fi. de iure Patr. qui eſt ampliſſimus in materia iuris Patronatus: in quo omnia ad hanc materiam pertinentia, ad ſatietatem inuen:*

f ¶ Gloſ. ſuper ver. Regem autem, & Principes. *Iſtud quod hic dicitur à parte ſentit glo. 1. ſed intellige hoc verum, ſi patronus laicus prætendat aliquam cauſam legitimam contradicendi: alias ſecus, niſi hoc haberet de iure ſpeciali, & à ſolo Papa. ibi dicit domin. Pano. ſuper gl. in ver. Regem.*

g ¶ Sed an Clericus patronus. *Tu vide de hoc iſtum, Conſil. 71. incip. pro deciſione præſentis proceſſus. nu.1. verſ.1. quod non valuit.*

## QVÆSTIO CCCLXXV.

SVMMARIVM.

1 *Actio de dote conſequenda an competat vxori, cui nõ fuit promiſſa dos ſolui, ſed viro? vide & nu.2.*
3 *Filia an petere poſſit ambas dotes, ſi pater eam ſecundo nubentem dotet, non facta mentione de prima dote.*

1 PATER pro filia, quam nuptui tradebat,
† conſtituit in dotem quingentos flore-
nos, quos quingentos florenos ſoluere
promiſit viro: contingit quod mortuo viro filia
agit contra hæredem, ad ſibi ſoluendum dictam
dotem: cum pater eam ſoluiſſet marito, opponit
hæres patris conſtituentis, quod dicta dos fuit ꝓ-
miſſa ſolui marito, & non ipſi filiæ: & quod pro-
pterea ſibi filiæ non cõpetit actio, iuxta l. ſi pro te
pater. C. de dotis promiſ. circa hoc fuit inter nos
dubitatũ, an dictus hæres patris cõſtituentis, be-
ne dicat. ego dixi quod male dicit dictus hæres
conſtituentis, & quod dicta filia bene petit, quia
d.l. ſi pro te pater. procedit vbi maritus viueret:
ſed ipſo defuncto ſubeſt æquitas, quod ipſa filia
a ſuam dotem petere poſſit: *a* de qua æquitate vi-
detur tex. in l.1.§. videamus. ibi æquiſſimum, no-
bis viſum, &c. & in §. accedit. ibi, tunc præſuma-
tur & mulierẽ ipſam ſtipulationẽ feciſſe; &c. C.
de rei vxo. acti. iuncto c. dilecti filij. dum in eo di-
citur: prouideatis attẽtius, ne ita ſubtiliter, ſicut
à multis fieri ſolet, cuiuſmodi actio intentetur,
inquiratis: ſed ſimpliciter, & pure factum ipſum,
& rei veritatem ſecundum formam Canonũ, &
Sãctorum patrum inſtituta, inueſtigare curetis.
& c. de iudicijs, in antiquis. & pro hac parte vide-
tur vna gl. in l. ſi ſocer. §. Lucius. ibi, vel melius e-
tiam non legata dote, &c. ff. ſolu. matri. Et maxi-
me Iudicis officio Nobili implorato, cui cõgruit,

vt dos mulieri conſeruetur, nec ea deſtituatur.l.
1.ff ſol. mat. Pro hac parte etiam videtur facere
tex.in l.in rebus.in prin.C. de iure dotium. & ita
inter Dominos meos de Parlamento fuit con-
cluſum,1459.de men. April. ſuper proceſſu Do-
minæ Antoniæ, vxoris Domini Hũberti Achar-
di,in Legibus Licentiati, quæ petebat à Ioanne
Lætitiæ dotẽ, Claudio Florenſac eius primo vi-
ro,pro ea conſtitutam, & eidem viro ſolui pro-
2 miſſam. ¶ † Tamen tempore, quo practicabam,
conſului pluries ex abundanti ad omnem caute-
lam, quod vxor procuraret ſibi cedi actiones per
hæredes viri:iuxta l.fin.§.1.ver.& ſi debitor.& le.
legatum.la 1.ff.de leg. 1. vt ceſſaret ille obiectus,
qui fieri poterat de d.l.ſi pro te pater.& quod d.l.
ſi pro te pater. intelligitur etiã ſoluto matrimo-
nio:ita,quod actio de dote non competat vxori,
cui dos non eſt ſolui promiſſa:ſed marito: niſi a-
ctiones per hæredes viri cedantur vxori. text. eſt
3 in l.ſi ſocer.§.Lucius.ff.ſol.ma. ¶ † Sed quæro:ſi
pater ſecundo maritet filiam, & ſibi dotem con-
ſtituat, non facta mentione de prima dote filiæ,
an petere poterit ambas dotes? dic quod non po-
terit petere,niſi dotem ſecundo conſtitutam, in
ſecundo contractu matrimonij,per tex. in l. do-
tem.ff.de iure dot.& tenet Cyn.in auth.ſed quã-
uis.C.de rei vxo.act. Iſtã quæſtionem vidi in ter-
minis, de anno Domini 1460. in manibus Ioan-
nis Roſſati Secretarij Delph.in dicta cauſa vxoris
Domini Humberti Achar. in Legibus Licentia-
ti:ſed non fuit hæc quæſtio terminata, quia ante
diffinitionem proceſſus,ipſi amicabiliter cõcor-
dauerunt:quia ego oſtendi d.l.dotem, dicto Do-
mino Humberto,cuius timore ipſe fuit conten-
tus,cum parte concordare,&c.

a ¶ Petere poſſit. *Quia dos eſt proprium patrimoniũ filiæ.l.deniq́.§.ſed vtrum.ff.de mino. Item, quia mulier habet actiones ex ſtipulatu ad exigendum dotem, ſoluto matrimonio, vel etiam eo conſtante, ſi maritus vergat ad inopiam. Quinetiam habet in rebus dotalib. inæſtimatis exigendis,rei vendicationem,ſaltem vtilem:dom.Azo in ſum.C.de iure dotium. in §.ſit autem exactio.do.*

## QVÆSTIO CCCLXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Conſiliarij an teneantur cõtribuere in ſubſidijs Delphinalibus?*

IN generali reuiſione focorum pręſentis
patriæ Delphin. incepta in hac ciuitate
Grationop. per Dominos meos de Par-
lamento,de anno Domini 1460. ego Guido Pa-
pæ cogitaui,& ſcripſi in iure circa 28.caſus, infra
proxime deſcriptos, qui in ipſa reuiſione occur-
rere poterant,in iure determinandos,circa illos,
qui à contributione ſubſidiorũ Delphinalium ſe
eximere intendebant,qui caſus durante dicta re-
uiſione, per diuerſa interualla fuerunt deciſi, &
determinati in Camera Conſilij prout infra, in
fine cuiuſſibet caſus, ſeu quæſtionis deſcribam.
1 † Et primo, an Domini mei Conſiliarij in dicta
Curia Parlamẽti,qui in adminiſtratione Iuſtitiæ,
& Regiminis huius Prouinciæ inſtituti ſunt, de-
beant eſſe immunes à contribuendo in d. ſubſi-
a dijs Delp.& certum eſt,quod ſic,a Primo,de iure
ſcripto:quia talia imponuntur perſonis plebeijs,
pro modo ſuarum facultatum.l.1.C.de mun.pa-
tri.lib.10.& l.1.C.de anno.eo. lib. ſecundum et-
iam obſeruantiam præſentis patriæ Delph. Sed
ipſi Domini de Parlamento eo ipſo, quod ibi in
officijs aſſumũtur deſinunt eſſe plebeij, cum an-
b tea eſſent:per tex.in l.Iudices.b C.de digni. li. 12.
& debent dici Nobiles,vt ibi dicit Bart.per tex.d.
l.igitur,&c. Secundo, ſi de iure non forent exem
pti, ſunt tamẽ ex indulto Principis, videlicet Do-
mini noſtri Francorum Regis nunc Delph. Vien-
nenſis eis cõceſſo,de anno Domini 1434.in quo
mandantur teneri Franci & Immunes à contri-
butione dictorum ſubſidiorum, vt latius in lite-
ris patentibus,in Camera Computorum Delph.
regiſtratis continetur. Tertio,iure conſuetudi-
nario tãti temporis ſpacio introducto, quod de
contrario memoria hominis non exiſtit,niſi Do
mini Conſiliarij de Curiæ Parlamenti à talibus
ſunt,& eſſe conſueuerunt exempti,& ſunt in illa
quaſi poſſeſſione non contribuendi, nec in hoc
aliqua controuerſia eiſdem per Cõſules,præſen-
tis ciuitatis,infertur. Sed hæc duxi præmittenda
pro deciſione quęſtionis, ꝓxime ſequentis. ¶ De
etymologia vocabuli Subſidij, vide ſupra, q. 371.

a ¶ Quod ſic. *Vide l. Curiales omnium.C.de Decur. lib.10.& l.maximarum.C.de excuſa.mune.eod.li.*

b ¶ L.iudic. *Adde proprium tex.in materia.ff. de Decur.l.honores.§.is,qui non ſit.*

## QVÆSTIO CCCLXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Conſiliarius loco motus,gaudeatne eiſdem priuilegijs,& immunitatibus,quibus in Conſulatu exercendo? Et quid ita.num.2.*

1 QVid † ergo,ſi quis ex Dominis meis dictæ Cu
riæ Parlamenti, voluntate Principis priuetur
officio,an debeat gaudere eiſdẽ priuilegijs immu
nitate & ꝓrogatiuis, de quib.ſupra tetigi,quib.v-
a tebatur ante priuationẽ? Dico ꝙ ſic, a per text.
in l.vna.C.de Comi.qui prouin.reg. li. 12. Nam
2 habenti † priuilegium immunitatis, durat b eidẽ
b quandiu viuit:licet poſtea exuatur tali dignitate
per tex.ad literam in propria materia.in l.1.&l.eã
legem.C.de excu.mu.li.10.Hinc eſt, quod dicit
Spec.in tit.de leg.§.fin.ver.item nota.prope fin.
quod ei,qui ſemel fuit Legatus, debetur reuerẽ-
tia in memoriam priſtinæ dignitatis. Ex his fuit
concluſum,quod Dominus Franciſcus Porterij,
olim Præſidens præſentis Curiæ Parlamenti,non
debet compelli ad contribuendum cũ plebeijs
in d.ſubſidijs Delphin.per Conſules præſentis ci
uitatis Grationop.&c.

a ¶ Quod ſic. *Quia Beneficium per dignitatem quæſitum,duret etiam deficiente dignitate.C.de dignitati. lib.12.l.maior dignitas,*





b ¶ Durat. *Hoc verum, dummodo nõ priuetur tali dignitate propter furta,& ſcelera, vt in l. Iudices. C. de digni.lib.12.& ff.de Senat. l. Senatorem. & ff. de Decur.l.fin.iuncta gl.in ver.Decur.*

## QVAESTIO CCCLXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudices Delph. inferiores an compellãtur cõtribuere in ſubſidijs patriæ.*

SED quid de Iudicibus Curiarum Delphinal.
1 communis Grationo. † Grayſuodani, Vien-
neſij, & Terræ Turris Vienneſij, & Velentineſij
Criſtæ,& Montilij, an debeant in dictis ſubſidijs
contribuere? Credo quod nõ, quia eo ipſo, quod
talia officia eis conferuntur, deſinũt eſſe plebeij,
per tex.in d.l.Iudices.C.de digni.lib. 12. Et dicũ-
tur viuere Nobiliter, cum verſentur circa leges,
ius dicendo legis miniſterio: quia idem eſt verſa-
ri circa leges,vel circa arma, cum æquiparentur.
a C.de Iuſtiniano Cod.confirmando.in prin.a Sed
contrarium ſeruatur, quia compelluntur cõtri-
buere in eiſdem ſubſidijs Delphinalibus.

a ¶ In prin. *& ibi vide,quod dicit do.Odofr.*

## QVÆSTIO CCCLXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Viduæ relictæ Conſiliariorum Delphin. an compellantur conferre quid in ſubſidijs. Et quid de cæteris.num.2.*

1 QVæro quid,quo ad viduas † relictas Conſilia-
riorum Parlamenti, & auditorum Cameræ
Computorum Delph.& aliorum Nobilium,qui
in dictis ſubſidijs Delphinalibus contribuere nõ
debent,nec conſueuerunt? Credo,quod talis re-
cte,durante eorum viduitate, non debent cogi
contribuere in dictis ſubſidijs cum plebeijs:quia
a tales viduæ retinẽt dignitatẽ Maritorum. a iux-
b ta le. cum te.C.de nupt.facit leg.fœminæ. b ff.de
Senato. facit bene l.mulieres.C.de dignita. li.12.
l.fin.C. de incolis.li.10.Et ex his propterea dice-
rem, quod relicta Magiſtri Io. de Marolio quon-
dam Auditoris Computorum Delph.non debẽt
compelli ad contribuendum cum plebeijs,in di-
2 ctis ſubſidijs Delphin.† Et idem de ſimilibus,dũ
tamen viuant in viduitate caſte,& honeſte: alias
ſecus,per tex.in leg.quæ adulterium.in fin. C. de
adulter. & ita fuit concluſum per Dominos de
Parlamento in Camera Conſilij, de anno Dom.
1461.de menſe Aprilis, in reuiſione focorum ge-
nerali præſentis patriæ Delph. &c. vide quæ dixi
ſupra,10.quæſt.349.& ſeq.

a ¶ Retinent dignitatem maritorum. *Et eorum domicilium. Nam vidua videtur ſtare in primo matrimonio,dum eſt vidua,vt l.fin.C.de bon.mat.& l. 1. §. ex actio. C. de rei vxo. ac.ſecundum Pet.de Anch.in c. ſignificauit.de paro.& ali.par.pro hoc alleg. tex. in l.1. C.de priu.ſcho.lib.10.Et an vidua veniat appellatione vxoris, vide Alex. in Conſil.162.incip. viſo proceſſu. col.2.ver.iſtud etiã.in vo.2. Quæ autem dicatur proprie vidua,dic vt per Bal.poſt glo.in l.fin. C. ad legem Falci.de plagia. & an mortuo marito vidua retineat domicilium mariti, vide omnino do. Iaſo.in l. cũ quædam.in 1.nota.ff.de iur.om.Iud.*

b ¶ L.fœminæ. *Hæc lex melior in propoſito,quæ vult, quod fœminæ nuptæ,corruſcent radijs maritorũ,& viduæ radijs relictorum. Et contra degenerant nuptæ, quæ vilioribus nupſerunt,ſecundum dom.Bald.ibi. Vel congruentius,& clarius ad materiam ſubiectam, vxores corruſcant radijs maritorum, & eorum dignitate, & priuilegio gaudent,etiam poſt mortem ipſorum, donec nubant alij inferioris gradus,quo caſu dignitatẽ amitterent ſecundum d.Bart. in præallegata l.fœminæ.*

## QVÆSTIO CCCLXXX.

SVMMARIVM.

1 *Vidua Nobilis,relicta plebeij, an teneatur ad ſubſidia Delphinal.*
2 *Argumentum à contrario ſenſu,in iure validũ eſt.*
3 *Vidua plebeia,relicta Nobilis, aut alias exempti,an durante viduitate gaudeat priuilegio immunitatis.*

1 SEd quid de muliere Nobili vidua,relicta † ple-
a beij, a ſicut eſt Felizia Reynarde, quæ dicitur
de Nobili genere procreata, quæ fuit nupta cum
plebeio:videlicet cum Ioan. Pic. ciue quondam
Grationop. An debeat ipſa contribere in d. ſub-
ſidijs Delphin. Et videtur quod non: quia quan-
do fiunt ceſſiones triũ ſtatuum in hac patria Del-
phin.pro d.ſubſidijs indicendis,excipiuntur No-
biles,Nobiliter viuentes, qualis eſt dicta Felizia.
In contrarium videtur:quia mulier retinet digni
tatẽ,quam habet,à patre, donec nubat plebeio.
l.fœminæ.§.1.ibi,parentes vero, &c. ff. de Sena-
toribus.& ita etiam ſummat d.textum Alber. de
2 Roſate.ergo à contrario ſenſu, † quod eſt fortiſ-
ſimum in iure,ſi nubat plebeio, non retinet talẽ
dignitatem paternam,ſed eam amittit, per text.
in l.fi.C.de dignit.lib.12. ita dicit gl. in l. cum te.
C.de nuptijs. & licet talis maritus plebeius mo-
riatur,mulier ſtans in tali viduitate, retinet talẽ
conditionem,videlicet plebeij.l.filij.§. vidua. ff.
ad municip. nam vidua abſtinens à ſecundis nu-
ptijs, videtur in præteriti viri coniugio perdura-
re,& in prioribus conſiſtere nuptijs. ita dicit Ar-
chid.in c. ſi quis. de ſepult.lib.ſexto. qui alleg.§.
ſoluto.in auth.de nup.facit bene le. mulieres.de
incolis.lib.10.& alibi dicitur,quod mulier ſequi-
tur virum,ſiue in vita,ſiue in morte. 14. quæſt.2.
vnaquæq; mulier. Et ita in ſimili caſu fuit iudica-
tum in hac Curia Parlamenti de menſe Decem-
bris,1459.pro Conſulibus ciuitatis Dienſis con-
tra Nobilem Mariam de Cezirino, quæ etiã fuit
nupta plebeio,vt ſcripſi ſupra, quæſt.349.Sed ad-

nertendũ eſt, quia quandocunq; ipſa Felizia nu-
bet in futurum cũ viro Nobili, ipſa gaudebit No-
bilitate ſua, & non tenebitur contribuere. ita di-
cit Bar. in d.l.1. de dignitatibus: in ſua repetitio-
ne. & facit d.l. mulieres. C. de incolis. lib. 10. Et
ita reſpectu dictæ Feliziæ fuit deciſum in genera-
li reuiſione focorum, 1461. de menſe Aprilis, per
Dominos Parlamenti in Camera Conſilij.

3 ¶ † Sed quid de plebeia relicta Nobilis, vel al-
terius priuilegiati, & exempti: an ipſa ſit exempta
à contributione dictorum ſubſidiorum, durante
viduitate? vide quæ dixi ſupra, quæſtione proxi-
me præcedenti, quæ eſt quæſtio 379.

a ¶ Relicta plebeij. *Iſta quæſtio, & ſequentes decidũ-
tur per dicta in proxima Apoſtilla, quæſtionis præce-
dentis.*

## QVAESTIO CCCLXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Clerici Clericaliter viuentes, non tenentur ad ſub-
ſidia Delphinalia.*

2 *Regiſtrum, quid remiſſiue.*

1 DE Clericis autem Clericaliter † viuenti-
a bus, a ſicut ſunt presbyteri, & alij Eccle-
ſiaſtici, dixi alias ſupra, q.79. quod ipſi de-
bent contribuere in d. ſubſidijs Delph. in locis,
in quibus cõſueuerunt eſſe regiſtra, pro rebus re-
b giſtratis, b quas ipſi acquirunt quoquo titulo, in-
ſequendo opin. Barth. in l. reſcripto. §. fina. ff. de
mun. & hon. Sed poſtea hic aliter ponderãdo hãc
materiam, credo contrarium, quod imo ipſi non
debent contribuere. Primo, per tex. qui hoc dicit
c ad literam in cap. Clericis. c de immunitate Eccl.
lib. ſexto: vbi Papa authoritate Apoſtolica pro-
hibet collectas, ſiue tallias ſubadiutorij, mutui,
ſubuẽtionis, ſubſidij, vel doni nomine, ſeu quo-
uis alio titulo, vel quæſito colore Clericis, & Ec-
cleſiaſticis perſonis, & eorum bonis imponi per
Principes, vel poteſtates, & quod contrarium fa-
cientes, & factores eorum ſententiam excom-
municationis incurrunt, &c. Quod etiam com-
probatur in iure Ciuili, in l.2. & in auth. item nul-
la communitas. C. de Epiſc. & Cleric. & quod nõ
obſtante regiſtro Eccleſiaſtici in tallijs, ſiue col-
lectis laicorum contribuere non debeãt etiã pro
rebus regiſtratis, tenet expreſſe Bald. in l. placet.
C. de Sacroſanct. Eccle. qui ibi in hoc reprobat
Bart. & credo, quod bene: quia talia ſtatuta, & cõ-
ſuetudines contra libertates Eccleſiæ caſſæ, & ir-
ritæ eſſe debent, in authen. caſſa. C. eo. tit. facit l.
priuilegia. in §.1. eo. tit. Et iſtud etiam eſt de mẽ-
te trium ſtatuum præſentis patriæ, dum in donis
quæ faciunt, excipiunt à contributione eorundẽ
Clericos Clericaliter viuentes. Et ita ſecundum
hanc opinionem fuit deciſum, & determinatum
per Dominos meos Parlamenti die 28. menſis
Ianuarij, 1460. dum in dicta reuiſione generali fie-
bat viſio focorum patriæ Brianſonij: in qua pa-
tria eſſe conſueuerunt regiſtra, & ſuper hoc vide
plenius per Bal. in lectura, quã fecit ſuper conſti-
tutione de pace Conſtan. quæ incipit: Imperialis
clementiæ. ſuper verbo, nos Romanorum. ibi,
2 quid de collectis, &c. † Quid dicatur regiſtrum,
& an ſcripturæ regiſtri faciant fidem? vide Inno.
in c.1. de Proc.

a ¶ Clericaliter viuentibus. *Et non coniugatis, per
c. vnicum. de cle. coniug. lib.6. quod ſolum in duobus re-
ſeruat eis priuilegium, videlicet, Canonis, ſi quis ſua-
dente. 18. q.4. & ne pro delictis ciuiliter aut criminali-
ter trahantur coram Iudice Seculari.*

b ¶ Pro rebus regiſtratis. *In æſtimo ſeu cataſtro de-
ſcriptis. & aduerte, quod dom. Barth. quem allegat au-
thor in præallega. l. reſcripto. §. fin. loquitur in alio caſu
videlicet, quando per ſtatutum prædia ſunt facta tri-
butaria ſub cenſu collectarum. & pro talibus prædijs Ec
cleſia poteſt collectari. Et in huiuſmodi ſpecie loquitur
dom. Bart. quem ſequitur dom. Salic. in l. item nulla. in
1. col. in 1. q. C. de Epiſ. & Cler. Motiua tamen elegantia
do. Bal. in l. fi. in 3. col. in verſ. alij ſuper hoc puncto. C.
ſine cen. vel rel. fun. compa. non poſ. vergentis in cõtra-
riam ſententiam, vide omnino, & adde quod dicit Spe.
in tit. de Cler. coniug. in verſ. ad huius autem articuli
euidentiam. & do. Archi. in c.1. ver. ſed certe. de immu.
Eccleſ. lib.6. Sed do. Pet. de Anch. ibi videtur inclinare
ad dom. Bar. dum poſt recitatam opinio. do. Arch. quæ-
rit an ſit dare remedium, quod Clerici cõferant in iſtis
collectis pro poſſeſſionibus ſuis? vt in iam d.c.1. in 3. col.
in ver. quæro. poſt Ioan. And. in ver. ſed iuxta hoc quæ-
ro. & dom. Pan. 1. volu. Conſ.3. in ver. probatur quar-
to. ibi enim & do. Paul. de Caſtr. 2. parte Conſil. 420. in
vltim. col. in verſi. dicendum eſt ibi, ſed nec etiam pro
bonis proprijs, &c. & d. Bart. Conſ. 180. quod incipit, ſi
aliqua poſſeſſio æſtimata, & allibrata, ſeu appretiata in
lib. communis. & vide quod dicit dom. Bal. in addit. ad
Spec. in tit. de Cle. coniu. circa prin.*

c ¶ Clericis. *Hodie eſt reuocatum, & pro infecto habe-
tur, cum omnibus ſuis declarationibus exinde ſecutis,
vt in Cle.1. & ibid. Card. de immu. Eccleſ.*

## QVÆSTIO CCCLXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſtica perſona patri plebeio ſuccedẽs in bonis
paternis, an teneatur ad ſubſidia Delphinalia.*

2 *Presbyter an liberetur à patria poteſtate?*

SVpra dixi de bonis, quæ acquirunt Clerici à
1 plebeijs, † ſed quæro, filius Eccleſiaſticus ſuc-
cedit patri agnatis vel cognatis plebeijs, ex teſta-
a mẽto, vel ab inteſtato, an debeãt cõtribuere a in
dictis ſubſidijs pro bonis eis ſic obuẽtis? Dico ꝙ
nõ: quia ex mutatione perſonæ mutatur cõditio
rei: vt dicit Bart. in l. per Procuratorẽ. ff. de acqu.
hær. in fi. ſui commenti. & cum dominium taliũ
rerum ſit translatum in perſonam Eccleſiaſticã,
ex tali ſucceſſione, non debent tales perſonæ in
talibus ſubſidijs collectari, pro dictis eorũ bonis
iuxta expoſitionẽ d.c. clericis. & in auth. itẽ nulla
cõmunitas. & ſuper hoc vide l. fiſcus. in princ. ff.
de iure fiſci. & Spe. in ti. de Cle. coniu. circa med.
ibi, ad euidentiam, &c. & ita fuit deciſum in d. re-
uiſione generali focorum. Et pro his faciũt, quæ
dixi ſupra, quæſt. 261. An priuilegiatus ſuccedens
nõ Priuilegiato, gaudere debeat ſuo Priuilegio,
vel ſi debeat vti iure priuati, vide plene Bart. in l.
cũ filiusfamilias. in §. in ſtipulatione. ff. de verb.
b obli. & in l. fiſcus. b ff. de iure fiſci & Henr. Bohic.
2 in c. dilectus. de præb. ¶ † An presbyter liberetur
à patria poteſtate? Bart. quod ſic. in l. patre furio-
ſo. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.

a ¶ An debeant contribuere. *Iſta quæſtio eſt expedi-
ta per in ſuperioribus inducta.*

b ¶ L. fiſcus. *La 1. vbi dicit d. Bart. quod priuilegiatus
ſuccedens non Priuilegiato, pro tempore futuro, gaudet
priuilegio ſuo: ſecus pro tempore præterito, quia vtitur
iure eius, cui ſucceſſit, & quomodo iſtud ſit intelligen-
dum, & in quo caſu, & quando verificetur, vide Theo-
ricam d. Cy. per verba, & elegantia diſtinctionum mẽ-
bra in huiuſmodi materia differentis. in authent. quas
actiones. in 2. col. in verſ. quinto quæro. C. de ſacroſanc.
Eccleſ.*

## QVÆSTIO CCCLXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Clerici primæ tonſuræ non coniugati, ſtudentes, nõ
tenentur ad ſubſidia Delphinalia. Quid de con-
iugatis, num.2.*

SEd quid de Clericis primæ tonſuræ, a † non cõ-
a iugatis, exiſtẽtibus in ſcholis, vel ſtudijs? b An
b debent contribuere in dictis ſubſidijs? Credo ꝙ
non, per l. ſecundam. C. de Epiſcopis & Clericis.
& ita alias fuit deciſum in hac Curia, vt ſcripſi ſu-
2 pra, quæſt. 83. Si † autem eſſent coniugati, debe-
c rent contribuere, c per c.1. de Cleric. coniuga. li.
6. per text. ibi, in cæteris, &c. iuncta gl. Et per hoc
dico, quod filius Ioan. Pauioti quondam, qui eſt
coniugatus, debet contribuere in dictis ſubſidijs
Delphinalibus, licet ſit in ſcholis, & Clericus pri-
mæ tonſuræ.

a ¶ Clericis primæ tonſuræ. *Ipſi enim gaudent Pri-
uilegio Clericali, etiam in rebus ſuis: vt not. c. ex parte.
in §. quidam etiam. de coniug.*

b ¶ Studijs. *Studentes collectam ſoluere non compel-
luntur in terris proprijs: vt in l.1. & 2. & ibid. Bart. C.
qui ætate, & profeſſione ſe excuſ. lib.10.*

c ¶ Coniugati deberent contribuere. *Quia tales
Clerici non gaudent in perſona, nec in rebus priuilegio
aliorum Clericorum, vt legitur, & not. præalleg. eod.
ex parte. & ibi dom. Panor. in 1. not.*

## QVÆSTIO CCCLXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Nobiles Nobiliter viuentes, ad ſubſidia non tenen-
tur, ne quidem pro rebus regiſtratis.*

2 *Collecta impoſita pro ſolido & libra, vtrum quis
pro re, quam tenetur reſtituere, cogatur collectã
ſoluere?*

1 SEd quid de Nobilibus, a Nobiliter viuentib.
qui acquiſierunt, & quotidie acquirunt à ple-
1 beis res regiſtratas, † an debeant contribuere cũ
plebeijs pro totalib. rebus? credo quod nõ: quia
in conceſſione trium ſtatuum præſentis patriæ,
quæ fit pro ſubſidijs indicendis, excipiuntur No-
biles, Nobiliter viuẽtes, prout etiam de iure ex-
cipi debent. per l.3. §.1. de mune. & hon. Et licet
tales res regiſtratæ ſint cõtributariæ, quãdiu ſint
in manibus plebeiorum, tamen quãdo tranſeũt
in perſonam Nobilis, ſequuntur eius conditio-
nem: quia ex mutatione perſonæ mutatur con-
ditio rei, vt dixi ſupra, q.382. & tenet Barth. in d.l.
per Procuratorem. in fin. ff. de acquir. hæred. Et
ita ſecundũ hæc per me ſcripta, fuit deciſum per
Dominos Parlamenti, die 28. menſis Ianuarij, an-
no Domini 1460. durante dicta reuiſione gene-
rali focorum, in reuiſione focorum patriæ Brian-
ſonij: in qua patria ſunt, & eſſe conſueuerunt re-
giſtra. Et hæc vera credo, niſi in illis Nobilibus,
qui reperiuntur ſpecialiter obligati contribuere
in talibus pro rebus regiſtratis: quia tenẽtur pro
illis rebus cõtribuere prætextu obligationis, iux-
ta l.1. & 2. C. de actione & obligatione. cum mul-
tis ſimilibus. & hoc dico propter aliquos Nobi-
les de Ebreduno, qui (vt fertur) ad hoc ſe obliga-
uerunt, vt audiui.
2 ¶ † Quæro iuxta hoc, ſi fiat collecta pro ſolido, &
libra, vtrum pro re, quam quis tenetur reſtitue-
re, teneatur ſoluere collectam? dic quod non. l.
nemo. ff. de in integ. reſtit. & ibi per Barth. Et eſt
ratio, quia non videtur talem rem habere. l.3. §.
b b hoc edicto. ff. de neg. geſt. l. Lucius. §. idem re-
ſpondit. ff. ad municipa.

a ¶ Nobilibus. *Ipſi tamen Nobiles non poſſunt colle-
ctas, nec angarias, aut perangarias ſubditis ſuis impo-
nere: niſi ex conſuetudine, vel conuentione. do. Bald. in
l. is quibus. C. de fideico. hære. & vide quod ipſe d. Bart.
dixit in l. cum multa. vlt. verſ. C. de bon. quæ libe.*

b ¶ L.3. §. *adde & melius ff. de vacat. mune. l. mune-
ribus. Et l. fi. §. vlt. ff. de mune. & hono. & l. honorẽ. eo.
tit. Et hæc iura faciunt pro opin. quia Nobilis vel mili-
tat, vel militauit, vel aptus natus eſt militare: præte-
rea Nobilis gerit honorem, ſaltem dignitatis Nobilita-
tis: omnis enim Nobilitas eſt dignitas: vt legitur & no-
tatur per do. Bart. in l.1. de dign. lib. 12. ſed non omnis
armata militia, eſt dignitas: eſt tamen principium No-
bilitatis, prout & ſtudiũ legalis ſcientiæ, vt not. in l.1.
in prin. de Iuſt. Cod. confir. Militia autẽ Cinguli Aura-
ti, de qua per glo. in l. pen. ff. ex quibus cauſ. maio. in in-
teg. reſt. eſt dignitas: & ſimiliter militia equitũ Roma-
norum. Secus eſt, vt dixi, de ſimplici militia cenſendũ,
vt in rubro, & nigro. C. de aquæduc. libr. 12. Si igitur
ſimplex miles, qui tantum eſt principium Nobilitatis,
eſt immunis à contributione ſubſidiorũ Del. cũ plebeijs,
quanto magis immunis eſſe debet Nobilis: qui vel iam
militauit. & ſic eſt veteranus, de præſenti militat: &
ita actu eſt miles, vel ſaltem aptus natus eſt militare
patriæ, paratusq; ad iuſſum Principis militiã aſſumere:
qui merito militis loco habẽdus eſt. Sic itaq; patet hanc
opinionẽ probari per locũ à maioritate rationis, de quo
in l.1. C. de rei vxo. actione. Quod autem Nobilitas tri-*

*buat immunitatem,etiam, quo ad excuſationem tute-*
*læ,probatur per textum ſingularem in le. non tantum.*
*& ibi nota.d.Bald.ff. de excuſatio.Tutorum.*

## QVÆSTIO CCCLXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Plebeij habentes iuriſdictionem in Caſtra,& homi*
*nes,an teneantur ad ſubſidia Delphinalia?*
2 *Feudum natura nobilitat.*

QVID autem de habitãtibus in præſenti
ciuitate Gration.& alijs ciuitatibus, &
1 villis † præſentis patriæ Delph.habitan-
tibus,& tenentibus Caſtra in ſolidum,vel in par-
te,cum territorio,& omnimoda iuriſdictione,&
homines iuriſdictionabiles contribuentes in di-
ctis ſubſidijs, an debeant eſſe exempti à dicta cõ-
tributione dictorum ſubſidiorũ Del. Et credo ꝙ
ſic,etiam ſi tales ortũ non habuerint à Nobili ꝓ-
genie:dummodo de talibus Caſtris,quæ habent,
& tenent,fuerint inueſtiti: & de ipſis homagium
fecerint Domino noſtro Delphino,& viuãt No-
2 biliter. Quia feudũ † de ſui natura Nobilitat poſ-
a ſeſſorem, a vt dicit And.de Iſernia,in lib.feudorũ
in ti.de Capitaneo, qui Curiam vendidit. circa
prin.ibi,item propter dignitatem,&c. Et alibi di
cit de Iſernia,in ti.per quos fiat inueſtitura,quod
infeudatio confert Nobilitatem,&c.facit etiam,
quod ipſe not.in c.1. quis dicatur Dux. Et idẽ di-
cerem de homagijs præſtitis in perſonam Domi-
ni Gubernatoris Del.qui repræſentat perſonam
Principis cum eadem poteſtate: maxime in hoc
caſu de homagijs recipiendis. Et ex his dicerem,
quod Petrus Rolandi ciuis Grationo. Condomi
nus Argenſoni,licet ſit plebeius, & ſimiles tenẽ-
tes Caſtra in hac patria, non teneantur in dictis
ſubſidijs contribuere:& ita fuit cõcluſum, & de-
terminatum per Dominos Parlamenti Cameræ
Computorum Delp.in Camera Conſilij, de an-
no currente Domini 1461. de menſe Aprilis, dũ
fiebat reuiſio generalis focorũ in hac patria Gra-
yſuodani:&tunc fuit per ſententiam determina-
tum, quod dictus Petrus Rolandi non cõtribuat
in dictis ſubſidijs: quia tenent dictum Caſtrum
Argenſoni. recepit ſententiã Ioannes Botuti Se-
cretarius Delphin.

a ¶ Nobilitat poſſeſſorem. *Vide dom.Bal.in vſibus*
*feudo.tit.quis dicatur Dux.§.cæteri vero.*

## QVAESTIO CCCLXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Plebeij non habentes Caſtra,ſed feuda particularia*
*tenentur ad ſubſidia Delphinalia.*

QVo vero ad alios plebeios non habentes Ca-
ſtra:ſed habentes tantummodo, & tenentes
a feuda particularia, puta cenſus, & reditus a † de
1 feudo Delphinali,dicerem, quod ipſi contribuãt
in dic.ſubſidijs,quia ſi pro viginti,vel triginta ſe-
ſtarijs frumenti cenſualibus: vel pro vna domo,
vel aliquibus particularib. poſſeſſionibus,de feu
do Nobili Delphini,mouentibus,tales eſſent ex-
empti,ſequeretur inconueniens: quia multi ple-
beij tales modicas res feudales ſibi acquirerent,
vt ab ipſorum contributione eſſent omnino ex-
b empti.ideo eiſdem non debent ſuffragari. b in l.
ſemper.§.Diuus quoq;.ff. de iure fiſci.quia graua
rentur alij plebeij, qui de tanto plus onerantur,
quod non eſt tolerandum. Ne etiam fiat fraus le-
gi,iuxta ea, quæ leguntur & notantur in l. nõ du-
bium. C.de legib. cum etiam talia feuda particu-
laria,quæ non habent dignitatem, nõ Nobilitãt
poſſeſſorem, quod ſecus eſſet in habentibus dig-
c nitatem.ita dicit Bal. c poſt Doct.in feudis.in tit.
quis dicatur Dux, vel Marchio.in §.cæteri. Et ex
his apparet, quod Dreuonus Sonnerij ciuis Gra-
tion.& ſimiles eius conditionis,licet habeãt feu-
d da Nobilia, d contribuere debent in dictis ſubſi-
dijs, attento maxime, quod de præſenti ceſſant
armatæ, in quibus plebeij ſeruiebãt ratione alio-
rum cenſuum,quos à Domino noſtro Delphino
tenebant. Tum etiam, quia ipſe Dreuonus non
eſt Nobilis:vt eſt notorium, licet dicatur viuere
Nobiliter: quia vt quis eximatur à talibus ſubſi-
dijs:ambo copulatiue requirũtur: quod ſit No-
bilis,& viuat Nobiliter: nec alterum ipſorũ ſuf-
ficeret:quia ad verificationem coniunctiuæ, nõ
ſufficit,alteram partem eſſe veram, vt l. ſi hæredi
plures.ff.de cond.inſtit. & hoc tenet Bart. in l.1.
C.de dignitat.lib.12. Preterea etiam,quia ſi dica-
tur,quod Dominus Dreuonus ſeruierit in armis
ſeu ſeruire fecerit, ob hoc ideo fuerit affranchia-
tus à contributione, &c. patet in literis per eum
productis.iſtud non obſtat, quia tales nouitates
ſunt fabulatæ per Regẽ,ſeu eius commiſſum po-
teſtatem habẽtem, vt patet ex productis per Cõ-
ſules huius ciuitatis:& ita fuit concluſum in Ca-
mera per Dominos Parlamenti: & Cameræ Cõ-
putorum Delph.de anno Domini 1451. in gene-
rali reuiſione focorum præſentis patriæ Delp.

a ¶ Cenſus & reditus. *Iſta proprie non dicuntur feu-*
*da,ſed emphyteuſis,vt Inſtitu.de loca.§.adeo autem.li*
*cet à feudo profluant:vt colligitur ex his, quæ ibi dom.*
*Io.Fabri.in verſ.ſed quid de vaſal.*

b ¶ Non debent ſuffragari. *Pro hoc bonus textus in*
*l.Curia.in §.fin.ff.de mu.& hono.*

c ¶ Ita dicit Baldus. *Caue, quia loquitur in alio caſu,*
*puta quo Valuaſini accipunt feudum à Valuaſoribus,*
*quod quidem feudum,ſi non eſt nouiter acquiſitum,ſed*
*antiquius,Nobilitat,ibi dicit dom.Bal.& poſt eum do.*
*Alua.quod non reperitur in caſu præſentis quæſtionis.*

d ¶ Feuda Nobilia. *Id eſt,cenſus & reditus, qui mo-*
*uentur de feudis Nobilibus: alioqui implicaret contra-*
*dictionem. Si enim eſſent feuda Nobilia, vtiq; Nobilita*
*rent,quod tamen negatur. vide in materia do. Aluaro.*
*in præludijs liberorum feu.in 5.col.verſ.2.diuiſio.*

## QVÆSTIO CCCLXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Nobilis,Nobiliter viuens,an teneatur ad ſubſidia*
*Delphinalia:licet bis aut ter ea ſoluerit.*
2 *Nobilitas quomodo probetur.*





SEd quid ſi Nobilis, nobiliter viuẽs ſol-
uerit ſubſidia tribus,vel quatuor annis,
pro diuerſis ſubſidiis,an preiudicet ſibi,
vt teneatur in futurum in talibus ſubſidiis con-
1 tribuere. † Et videtur quod ſic, cum etiam vnus
actus,&c.C.de Epiſc.audi.l.nemo. & facit C. de
his,qui ſpo.mu.l.1.lib.10.& ff.de pactis.l. ſi vnus.
§.ſed quod in ſpecie dotis.circa hoc puto dicen-
dum, quod cum iſte actus reiterationẽ recipiat,
non ſibi præiudicat talis Nobilis, niſi pro vicib.
quibus ſoluit:non autem pro futuro tẽpore: iux-
ta auth.presbyteros.la.2.in fin.C.de Epiſ.& Cle-
ri.& de excuſa.Tuto.l.voluntariæ. in actibus ve-
ro,qui reiterationem non recipiunt,præiudicaſ-
ſet ſibi dictus Nobilis. vt l.2.cum ibi no.C. de iu-
re dominij impetrando:& ita no.etiam per gl. in
c.cum acceſſiſſent.extra,de conſti. Vnde in caſu
iſto,cum caſus ſit reiterabilis,de ſui natura,dice-
a rem requiri triginta annos, a ad hoc, vt eſſet ſibi
generatum præiudicium perpetuo: ante autem
quãdocunq;poſſet ſe opponere.& de hoc eſt tex.
in c.accedentibus.extra,de priuile. Et de hoc vi-
de glo.in l.falſo. C. de diuerſis reſcrip. ¶ De hac
2 materia vide,quæ ſcripſi ſupra,quæſt.316. ¶ † De
modo articulandi ſuper Nobilitate ad proban-
b dum quem Nobilem: b vide plene per Bar.in l. ſi
vt proponis.in ſua repetitione.circa fi.C.de dig.
li.11. & alibi dicit Barto.in l.prouidendum.C.de
poſthu. quod Nobilitas probatur per famam.

a ¶ Triginta annos. *Vide do.Bar.in l.1.in 3.not. C.de*
*auro corona.cui adde quod dicit dom.Panor.extra, de*
*conſu.c.fi.in 9.col.verſi.ſed quæro.ibi,credo tamẽ,&c.*
*ex quorum quidem ſcriptis videtur ſufficere tẽpus de-*
*cem annorum.*

b ¶ Ad probandum quem Nobilem. *Et quæ ve-*
*niant appellatione Nobilium: vide pulchre per Pau.de*
*Caſt.in Conſ.107. incip.quantum ad primum.in pr. in*
*2.parte Conſ.& adde, quod ſi ex forma ſtatuti aliquis*
*perdidit Nobilitatẽ,puta,quia fuit de falſo condemna-*
*tus:intelligitur quo ad honores,& vtilitates:nõ autem*
*quo ad onera:vt notat Bart.in l.1.per illum text. C. de*
*infa.lib.10.& in repet.l.1.in penul.col.C. de digni.lib.*
*12.Sequitur Ludo.Rom.in l.ſi quis in graui.§.de his.ff.*
*ad Silleianum. Ang.de Are.in tract.maleſi.in verſ.Sẽ-*
*pronium.in vlt.colum.refert,& ſequitur dominus Ia-*
*ſon.in rubri.ff.de iuſti.& iure.*

## QVAESTIO CCCXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati immunes ad quid ſint à ſubſidiis Delphi.*
*Et num.2.3.4.& 5.*
6 *Doctores Legum,dicuntur viuere Nobiliter.*
7 *Sacerdotes ſunt exempti à ſubſidiis Delphina.*
8 *Doctores Legum,ſacra miniſtrare dicuntur.*
9 *Doctores Legum,ſunt in dignitate.*
10 *Doctores Aduocationis,& Procurationis officiũ paſ-*
*ſim vſurpantes,non ſunt exempti à ſubſidiis Del*
*phina.*
11 *Doctoratus gradum recipiens diplomate Principis,*
*an gaudeat inſigniis Doctoratus?*

QVo vero ad Doctores Legum, qui aduo
cant in cauſis in Curia Parlamenti, dice-
rem, quod non teneantur contribuere in
ſubſidiis:ſed debeant cenſeri Nobiles, nobiliter
1 viuentes. † Primo quia glo.in l.ſocietatis. dicit ar
gumentum,pro bene literatis,quod ita, vt No-
biles recipiantur,&c.ff.pro ſoc. quia non refert,
an habeatur Nobilitas naturaliter, vel ex accidẽ-
ti,vt ibi dicit Bart.facit l.proximos. ibi, literata-
que militia.C.de proximis ſacrorum ſcrin. li.12.
ad idem gloſſ.in l.prouidendum.C.de poſtulan-
do.dicit ꝙ ſcientia Nobilitat. Secũdo, quia † Ad-
2 uocati non minus militant, quã illi, qui gladiis,
& clypeis nituntur.in l.Aduocati. C.de Aduoc.
diuerſo.Iudi.ideo nullum perſonale munus, ne-
que collecta eis debet imponi, neq; cum cæteris
a peræquari debent:vt in l. ſancimus. a ibi, nulla
ingeratur peræquatio,&c. C.eod.ti. Tertio, quia
3 † ex quo Doctores Aduocati dicuntur militare,
per dictam l. Aduocati.debent ergo à talibus eſſe
b exempti.per l.3.§.1.ff.ad municipales.vbi militã-
tes b à talibus eximuntur: licet forte ibi text. lo-
quatur de militante in armis: quia idem eſt dicẽ-
dum de Aduocatis, cum non minus militent,
quam qui gladiis,&c.vt dicit d.l.Aduocati. Ad i-
ſtud propoſitum alibi dicit Bar. quod Aduocati.
& Milites non conueniantur, niſi in quantum fa
cere poſſint,ſed æquiparantur,vt in l.miles.ff.de
4 re iud. Quarto, † quia militia Nobilitat, vt dicit
Bart.in l.2.§.filiis.ff.de Decurionibus. ſed Aduo
cati Doctores non minus militant, &c. iuxta d.
l.Aduocati.ergo Milites cẽſeri debent,& ſi Mili-
tes cenſeantur, debent à dictis muneribus exi-
5 mi.iuxta l.3.§.1.ff.de mu.& hono. † Quinto,pro
hoc facit quod habetur expreſſe in l.Medicos.C.
de Profeſſ.& Me.lib.10.ibi,& Doctores Legum
vna cum vxoribus,& filiis, nec non rebus, quas
in ciuitatibus poſſident, ab omni iunctione, &
ab omnibus muneribus,ciuilib. vel publicis im-
munes eſſe præcipimus. Et iſta eſt veritas de iure,
licet Barh.in d.l.Medicos. & in l.1.C.de muneri-
bus.& in quo loco voluerit dicere quod d.l. Me-
dicos.voluerit loqui in Doctoribus actu legenti-
bus. quia credo, ꝙ ipſe in hoc male dixerit, qua-
tuor motiuis ſequentibus. Primo,quia text. in l.
Medicos.loquitur indiſtincte:non diſtinguendo
de Doctoribus,actu legentibus, vel aliis Aduo-
catis:ideo indiſtincte eſt intelligenda illa l.Medi-
cos.vt iuribus vulgatis. Secundo,quia ſi Impera-
tor aliter voluiſſet,ſtatuiſſet, & tam de Doctori-
bus actu legẽtibus, quam de aliis bene expreſſiſ-
ſet: ſic alibi dicitur,ſi Imperator aliud voluiſſet,
bene dixiſſet,in l.vna.§.ſi vero.C.de cad.toll. Et
idem de Papa,ſi aliter voluiſſet,bene expreſſiſſet.
in c.ad audiẽtiã.extra,de decimis. Tertio, quia
Barth.pro limitatione,quã facit de d.l.Medicos.
de actu legentibus,nõ adducit legẽ, neque ratio-
nem.ideo eius limitationi non videtur ſtãdum:
qa non ſufficit dicere,ſic eſt:niſi lege,aut ratione
probetur.iuxta auth.de triente, & ſemiſſe. in §.

conſideremus. Quarto, quia Doctorib. etiã actu
non legentib. ſed ſolum Aduocantib. de iure cõ-
ceditur talis immunitas in talibus nõ contribuẽ
di, vt d.l. ſancimus. ibi, nulla ingeratur peræqua-
tio, &c. C. de Aduoc. diuerſorum Iudicum. Et di-
6 cuntur Doctores Legum viuere nobiliter: † quia
c ſecundum vulgi opinionem c verſantes circa Ar
ma, dicuntur viuere nobiliter, ob quod eximun-
tur à talib. munerib. d.l. 3. §. 1. ff. de muneribus, &
honoribus. Idem ergo dicamus de Doctoribus
verſantib, circa Leges, cũ Leges Armis æquipa-
rentur. C. de Iuſtinia. C. confirmando. & in prin.
& dicit ibi notabilis gloſſ. quod iſta duo brachia,
Arma, & Leges, fecerunt vrbẽ Conſtantinopo-
litanam præ omnibus aliis dominari. † Præterea
7 ſacerdotes à talib. ſubſidiis eximuntur, per capit.
Clericis. de immunitate Eccleſia. lib. 6. etiam de
8 conſuetudine: quia Sacra miniſtrant. ¶ † Sed Do
ctores Legum ſimiliter Sacra miniſtrare dicun-
tur, iuxta ea, quæ leguntur, & notantur in l. leges.
C. de legib. & in l. 1. ff. de iuſtitia, & iur. igitur, &c.
9 † Præterea, Doct. Legũ ſunt in dignitate: vt in d.
d Cle. 2. de mag. & tenet Bartho. in l. 1. d C. de no-
uo. C. cõponendo. & ſic, ſi ſint in dignitate, non
ſunt ergo plebeij, vt debeãt in dictis ſubſidiis cõ-
tribuere: ſed debent diuerſo iure cenſeri à plebe-
e iis, e cum ſeparatorum ſeparata eſſe debeat ratio:
vt iuribus vulgatis. Nec obſtãt dominis Docto-
rib. contra eos oppoſita per Conſules huius ciui-
tatis Gration. allegantes, ꝙ dicti domini Docto-
res lucrantur pecunias de eorũ Aduocationib.
quia ipſi domini Doct. hoc facere poſsũt iure eis
permittẽte: vt in l. 1. §. in honorariis. & §. ſi cui. ff.
de variis, & extraordinariis cog. Ideo ſi iure per-
mittẽte hoc faciant, nõ debent dici eorũ immu-
nitates, & priuilegia perdidiſſe. ar. in l. Gracchus.
C. de adulteriis. & hoc dico reſpectu Doctorum
præſentis ciuitatis, qui aduocant in Curia Parla.
qui non exercent aliquod officiũ Procurationis:
quia tunc ſecus eſſet, cum officiũ procurationis
vile reputetur: vt in l. quia ſi Procurationem. C.
de Decu. li. 10. ¶ Iuxta etiam deciſionem alias fa
10 ctam, de qua ſupra ſcripſi, qu. 89. † Et ideo dicerẽ
quod Docto. in Auennione degẽtes, & alibi: qui
exercent officium Procurationis, cum Aduoca-
tione hincinde per Curias diſcurrendo, non de-
f bent à talibus eſſe exẽpti, f & ita ꝙ domini Doct.
Aduocantes in d. Curia Parl. nõ debeant contri-
buere in dictis ſubſidiis, fuit concluſum, & deter-
minatũ diffinitiue per Dominos Parla. & Came-
ræ Computorum Delphi. die vltima menſis A-
prilis, anno Domi. 1461. dũ fiebat reuiſio genera
lis focorũ præſentis patriæ Delph. & recepit ſen-
tentiã Ioa. Botuti Secretarius Delphi. ¶ † Sed an
recipiens gradum Doctoratus per Bullam, vel
11 reſcriptum Principis, debeat gaudere inſigniis
Doctoris? dic quod non, per l. ſi ita quis. §. fi. ff. de
leg. 2. & ponit Ioan. Fabri Inſtit. de iure Naturali,
g Gentium, & Ciuili. g Et de quibuſdam aliis quæ-
ſtionibus materiam Doct. concernẽtibus tetigi
ſupra, quæſt. 88. Recordare, ſanctiſſime Senatus
illius tui Sen. hoc enim te poſcimus omnes.

a ¶ L. ſancimus. *Puta la prima. & adde omnino quod in ſumma illius tituli de Aduocat. diuerſorum Iudicum dicit dominus Azo in §. habent autem priuilegium. in verſiculo, item prouinciales. & ſeq.*

b ¶ Militantes. *Adde quod etiam veterani ab huiuſmodi muneribus excuſantur: vt ff. de vaca. munerum. l. à muneribus. Quod facit in argumentum, quod Aduocatus, qui ceſſauit ex aliqua legitima cauſa poſtulare, gaudere debet priuilegio Aduocatorum: quia immunitas non cum dignitate, ſed cum perſona extinguitur. l. etiam legum. & ibi gloſſ. in verſic. quandiu. C. de excuſat. mune. lib. 10.*

c ¶ Secundum vulgi opinionem. *Et quæ recte arguitur. dom. Bart. ſuper rub. ff. veter. in 3. col. in verſic. ſed regulariter.*

d ¶ Tenet Bart. in l. 1. *In 3. col. in ver. quæro circa hoc. vbi dicit, quod Doctoratus eſt dignitas. & allegat c. quanto. extra, de mag.*

e ¶ A plebeiis. *Et merito: quia Aduoca. ſunt Nobiles, vt C. de poſtul. l. prouidendum. in princ.*

f ¶ Non debent à talibus eſſe exempti. *Bene facit gloſſa prima, in l. vniuerſos. C. de Decur. lib. 10.*

g ¶ Ioannes Fabri Inſtit. de iure Naturali, Gentium, & Ciuili. *§. reſponſa. in ver. itẽ quomodo iſtud. tamen ibi dicit aperte, ſed pro hoc facit: quia ad creandum Doctorem ſex requiruntur, ſcilicet, quod promotores iurati deponant eum ſufficientem, & quod examinetur, quodq; examinatio approbetur. hoc ponitur in l. nemini. C. de Aduoc. diuerſ. Iud. item quod biretum inſignũ ſplendoris capiti imponatur, & quod cathedra inueſtitura poſſeſsionis tradatur deniq;, & ſexto, quod liber, veluti materia cõferatur. Traditio autem annuli, oſculum, & benedictio, non ſunt de ſubſtantia: quia, vt inquit dominus Baldus, mulieres oſculantur, deſpõſantur, & benedicuntur, & tamen non doctorantur. ſic no. ipſe Bald. in proœm. Decret. ita referente Domino Chriſtof. Por. Inſtitut. quibus modis ius pa. poteſt. ſolui. in §. filiusfamilias. in 2. additione ſuper fin. gloſſ. in verſic. militauerit. & vide etiam Bartolum, in l. magiſtros. C. de Profeſſ. & Med. li. 12. Ad præmiſſa autem facit, quod legitur & notatur in l. nemo. C. de Aduoc. diuerſ. Iud. & ibi gloſſ fin. quæ notat, quod Doctor debet gradatim, & non ſatyrice, id eſt, per ſaltus promoueri: alias non gaudet priuilegiis Doctoralibus.*

## QVÆSTIO CCCLXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Filij Doctorum an gaudeant immunitate patrum?*
2 *Filij Doctorum an retineant patrum dignitatem?*

SEd quid de filiis Doctorum, ſicut eſt
Ioann. Porterij ciuis Grationopo. quid
dicemus? † crederem idem quod excu-
1 ſetur à tali contributione ſubſidiorum Delphin.
quia tex. in l. Medicos. C. de Profeſſor. & Medic.
clare loquitur ibi, vna cum vxorib. & filiis, &c.
à quibus verbis legis non eſt recedẽdum. l. 1. §. ſi
is, qui matrem. in ver. in re igitur dubia, &c. ff. de
exercitoria. præterea dominus Ludouicus Por-
terij, Legum doctor, pater dicti Ioannis Porterij,
fuit Aduocatus in dicta Curia Parlamen. Et licet
depoſuerit officium Aduocationis, dum fuit aſ-
ſumptus in Præſidentem Cameræ Computorũ
Delphin. nihilominus retinuit dignitatem, qua
ante præfulgebat prætextu Aduocationis. l. 1. C.
de Aduoc. diuerſ. iudic. & quibus dignitate, & pri
uilegiis præfulgere debet dictus Ioannes Porte-
rij eius filius, cum etiam talia trãſeant ad liberos.
a l. 2. C. eod. titu. a & ibi dicit Frãciſcus Accurſius,
2 in † ſummario dictæ legis, quod filij nati, ante di-
b gnitatem, b & poſt, ſortiuntur æquale priuilegiũ
cum parentibus: præterea pro hoc bene facit l.
Diuus. ff. de quæſtio. vbi filij gaudent priuilegio,
& prærogatiuis parẽtibus conceſſis. quæ l. diuus.
etiam locum habet in Conſiliariis noſtri tempo
ris: vt ibi dicit Salycetus. facit l. Milites. C. eod.
titul. præterea dictus dominus Ludouicus tem-
poribus eius vitæ, & mortis: quia præſidens Ca-
meræ Computorum Delphi. erat immunis à di-
cta contributione ſubſidiorum Delphinalium,
& ſi ipſe reliquiſſet eius vxorem, ipſa extante in
viduitate gauiſa fuiſſet eadem prærogatiua, per
ea, quæ dixi ſupra, quæſtione 379. multo magis
gaudere debet eius filius: vt in authentica, mul-
c to magis. c vulgata. præterea, pro hoc videtur be
ne facere l. fin. C. de filiis Officialium. libro duo-
decimo. vbi habetur, quod filii ſequuntur pater-
nam cõditionem. Præterea dictus Ioannes Por-
terij viuit Nobiliter ſe armando in guerris, dum
per principem cum aliis huius patriæ mandatur,
& alias more Nobilium huius patriæ. Præterea,
etiam ipſe Ioannes Porterij tenet à domino no-
ſtro Delphi. multa feuda Nobilia, de quibus ipſe
fecit homagium domino noſtro Delphi. in per-
ſonam domini eius Cancellarij, vt cõſtat ex pro-
ductis per eum in proceſſu: nec ad hæc obſtant,
quæ ſupra dixi, quæſtione 386. de habentibus ali-
qua particularia feuda, quod nihilominus debẽt
contribuere: quia multa alia concurrunt in per-
ſonam dicti Ioannis Porterij ſupra declarata, quę
omnia ſimul iuncta coadiuuant, vt excuſetur à
tali cõtributione: quia quę non proſunt ſingula,
multa iuuant. l. ſancimus. C. de teſtamentis. & l.
nec non. §. ſi quis ſæpius. ff. ex quibus cauſis ma-
iores. & habetur in capit. cum dilectus. extra, de
ſucceſſio. ab inteſtato. maxime, quando plura
tendunt ad eũdem effectum: vt plene per Barth.
in l. 1. §. final. ff. de quæſtionibus. vbi plene diſtin-
guit circa hoc brocardium. & ita quod dictus Io-
annes Porterij ex cauſis prætactis, non debeat
contribuere in dictis ſubſidiis Delphina. fuit diſ-
finitiue pronunciatũ, & declaratum, die vltima
menſis Aprilis. 1461. per dominos de Parlamen-
to. & recepit ſententiam Ioannes Botuti Secre-
tarius Delphinalis. ¶ Qualiter probetur Nobili-
d tas. d Bart. in l. prouidendum. C. de poſtulando.
dicit quod per famam.

a ¶ L. 2. C. eod. tit. *Azo in ſum. C. de exc. mu. libro 10. in §. in ſumma illud. in verſicu. perſonis. & quod legitur, & notatur in l. emancipatum. ff. de Sena.*

b ¶ Nati ante dignitatem. *Quo ad hũc iuris articulum, vide l. ſi Senator. & quod ſcribit dom. Bart. C. de dignit. lib. 12.*

c ¶ In auth. multo magis. *C. de Epiſc. & Cle. & vult argumentari per argumentum ſumptum à minori. de quo in c. ſi dominus. de Cler. & Mo. C. de nego. geſt. l. 1. ff. de Sena. qui indignus.*

d ¶ Probetur Nobilitas. *Vide do. Bart. in l. 1. in pen. col. in verſic. ex iſtis. & ibi traditur modus articulandi in probanda Nobilitate.*

## QVÆSTIO CCCXC.

SVMMARIVM.

1 *Licentiati in Legibus, an teneantur ad ſubſidia Delphinalia?*

SEd quid de Licentiatis in Legibus? Barth. mo
uet hanc quæſtionem, & arguit pro, & contra.
1 † finaliter determinat idem quod in doctorib. in
l. ſocietas. §. fin. ff. pro ſocio. licet aliqui habeant
dictam quæſtionem in eorum libris, & alii non.
Et iſtud poſſet dici verum in Licentiatis in hac
Curia Parlamenti Aduocantibus. iuxta l. ſanci-
mus. ibi, nulla ingeratur peræquatio, &c. C. de
Aduoc. diuerſorum iudic. & ſecundum Bald. Li-
centiatus in rebus fauorabilibus, pro doctore ha
a betur in l. 1. ff. ſol. matr. in fin. a licet contrarium
videatur ar. l. cætera. §. fin. ff. de lega. 1. & ibi per a-
liquos Doctores tangitur. Sed contrarium fuit
deciſum in Curia Parlam. 1461. & die vltima mẽ-
ſis Aprilis, dum fiebat reuiſio generalis focorũ
præſentis patriæ Delphin. Conſiderato, quod Li
centiati non habẽt illam dignitatem, quam ha-
bent doctores, de qua in Clem. 2. de Magiſtris. &
per Bar. in l. 1. C. de nouo Codice componendo.
item etiam quia l. Medicos. C. de Profeſſ. & Me-
dicis. quæ loquitur de doctoribus, non facit mẽ-
tionem de Licentiatis, de quibus tamen loqui
potuiſſet, ſi voluiſſet. Pro quo facit quod in ſimi-
li dicitur, ſi Imperator voluiſſet, bene dixiſſet. in
l. vna. §. ſi vero. C. de cad. toll. ſicut etiam dici-
mus de Papa, ſi voluiſſet, bene expreſſiſſet. in c.
ad audientiam. extra, de decimis. & ideo non vi-
detur dicta l. Medicos. fore vltra caſum ſuum ex-
tendenda. argum. l. ſi vero. ff. ſolut. matr. cum ſi-
milibus.

a ¶ In fi. *Et eſt ratio ſecundum eundem domi. Bal. ibi: quia eſt in potentia actu propinquo, videtur in actu.*

## QVÆSTIO CCCXCI.

SVMMARIVM.

1 *Nobiles, exercentes mercaturam, adſtringuntur ad ſubſidia Delphin.*

QVID

QVid autem de Nobilibus: qui exercent mercimonia, & mercantias? a dico† quod
a 1 debent cõtribuere in dictis ſubſidiis: quia ſicut Clerici, qui ſe immiſcent ſecularibus negociis, nõ gaudent priuilegiis, Clericorũ conceſſis, vt in c. fin. extra, de vita, & hone. Cle. ita nec tales Nobiles gaudere debẽt priuilegio, ſeu immunitate quibus gaudẽt Nobiles, nobiliter viuentes. de qua l. 3. §. 1. ff. de mune. & ho. nã ſicut Clericis nõ conuenit: imo quodammodo videtur prohibitum, ne Secularibus negociis ſe immiſceant. vt in d. c. fin. & in Clemen. 1. eod. tit. ita non conuenit: imo quodammodo prohibitum eſt Nobilibus, ne talibus negociationibus, nec de his ſe intromittãt. l. Nobiliores. C. de cõmerciis, & mercatoribus. iuncta l. Milites. C. locati. Si enim nõ obſtante charactere, qui in Clericis imprimitur, vt ponit gl. ſuper verbo, tonſuram. in c. fin. de tẽporibus ordinandorum. lib. 6. ibi propter negociationes Seculares priuentur Priuilegio Clericali, dum eas exercent: ita & Nobiles: cum in vnõ non ſit maior ratio, quam in alio: ergo idem ius ſtatuendum. l. fi. ff. ad l. Fal. & l. fi. C. de conſti. pe-
b cu. cum ſimilib. & iſta eſt veritas. b Si enim tales Nobiles vellent à mercantiis deſiſtere, gauderẽt ſicut per antè priuilegiis Nobilium. arg. dicti c. fi. de vita, & hone. Cler. ¶ Et hæc faciunt pro caſu Claudij Cocti, Draperij, & mercatoris Grationo. cuius Claudij pater erat Apothecarius, prout vidi: qui licet prætendat ſe Nobilem, prout tamẽ non eſt, tenebitur contribuere in dictis ſubſidiis Delphi. per ſupra dicta. Et idem de aliis eiuſdem conditionis. Et ita fuit concluſum inter Dominos meos de Parlamento in Camera Conſilij, 1461. & die vltima menſis Aprilis, dum fiebat reuiſio generalis focorum Delph. Sed poſtea ad requeſtam Commiſſariorum, Deputatorum pro reuiſione prædicta, ac etiã Conſulum præſentis ciuitatis, fuit dictum, quod ipſe Claudius Cocti non contribuat in dictis ſubſidiis, donec aliter fuit ordinatum: attento etiã, quod ipſe tunc exhibuit literas patentes à Domino noſtro Delphi. eidem dudum conceſſas: tamen per aliqua, quæ ipſe produxerit in cauſa, non docuit ſe Nobilem.

a ¶ Mercimonia, & mercantias. *Vide iſtum Conſil. 217. incip. omiſſa facti narratione. num. 2. verſi. ad ſecundum, & tertium.*

b ¶ Et iſta eſt veritas. *Facit glo. 1. in l. vniuerſos. ibi. alias deponit honorem. C. de Decurio. lib. 10.*

## QVÆSTIO CCCXCII.

SVMMARIVM.

1 *Nobiles laborãtes ſuiſmet manibus in propriis poſſeſſionibus, Nobilitatis Priuilegio non priuãtur.*

a SEd quid de Nobilibus a laborãtibus in eorum propriis poſſeſſionibus, & qui eas
1 colunt propriis† manibus, an perdant Priuilegia nobilitatis, vt debeãt contribuere in dictis ſubſidiis Delph. cum plebeiis? Credo quod non. ſicut in ſimili videmus de Clerico, qui licet exerceat opera ruſticalia in ſuis propriis poſſeſſi-
b onibus, b nõ propterea perdit priuilegium Clericale: vt dicit Spec. in tit. de Clericis coniugatis. in §. 1. in verſi. veruntamen non prohibeo, &c. & ita fuit etiam alias concluſum in hac Curia, vt ſcripſi ſupra, in quæſt. 41. ¶ An baſtardi Nobiliũ debeant contribuere in ſubſidiis Delphi. vide infra, quæſt. 580.

a ¶ Nobilibus. *Hoc tamen explorati iuris eſt, quod Nobilis eſſe non poteſt, qui exercet artes mechanicas. do. Bald. in l. Nobiliores. C. de com. & mer. Aut qui vile exercet officium. no. gl. in c. qui contra Eccleſiæ pacta. 24. quæſt. 1. & l. ne quis. C. de dig. lib. 12.*

b ¶ Propriis poſſeſſionibus. *Hic attende contra quorundam opin. & præcipue Sacerdotum, qui dicunt non eſſe honeſtũ, vt Sacerdos exerceat opus ruſticũ, vel mechanicum proprio corpore: tales non aduertunt ad vitam, & conuerſationẽ beati Pauli Apoſtoli, qui laborabat propriis manibus, funes componẽdo: vt inquit Lucas in Actibus Apoſtolorum, 170. vbi dicit ipſemet Apoſtol. Quæ mihi, & his opus fuere, manus iſtæ miniſtrauerunt, & alibi dicit Lucas, Sedens, ſcilicet, Paulus operabatur: erat enim artis zenofactoriæ, quæ eſt ars cõponendi funes. item hoc clarum eſt videre in c. 1. de celeb. miſſa. vbi dicit text. exeat ad opus ruſticũ, ſcilicet, Sacerdos, poſt, quam Diuinũ officium compleuerit, imo (quod plus eſt) Sacerdos, poteſt emere corium, & facere ſotulares. 14. quæſt. 4. capit. Canonum. in gloſſ.*

## QVÆSTIO CCCXCIII.

SVMMARIVM.

1 *Secretarij ſupernumerarij Curiæ Parlamenti Delphinal. tenentur ad ſubſidia Delphin. Et quid ita. vide per diſcurſum, num. 2. 3. 4. 5. & 6.*

SEd quid dicemus de Secretariis ſupernumerariis Curiæ Parl. nouiter à ſexan-
1 nis citra per† Dominum noſtrum Delp. affranchiatis à contributione ſubſidiorum Delphin. an debeant contribuere, non obſtante eorum affranchiamento? Et videtur quod ſic, cau-
2 ſis & rationib. ſubſcriptis. † Primo, quia ſecundũ ordinationes Regias publicatas in ceſſione triũ ſtatuum Viennæ, 1457. dictæ exceptiones, & aliæ nouitates fuerint ſublatæ, & reuocatæ, & concluſum ibidem, ꝙ nouiter affranchiati cõtribuant, vt Conſecretarij Delphi. vt conſtat ex productis per Syndicos præſentis ciuitatis receptis, per Io.
3 Botuti Secretarij Delp. Secũdo, quia† talis exẽ-
a ptio fieri non potuit per Principem a in præiudicium aliorum ciuium. vt tenent Henr. Bohi. poſt Hoſt. in c. peruenerit. extra, de imm. Eccle. quem ſequitur Ioan. And. in c. non minus. eod. titu. & Spec. in tit. de cenſi. §. 1. verſic. quid ſi aduerſitas, &c. quia priuilegia exemptiua debent intelligi ſine præiudicio aliorũ. l. 2. §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco publico. Licet aliqui noluerint dicere contrarium. arg. l. ab omnibus. ff. de leg. 1. quia videre meo dicta lex male ad hoc inducitur. nã ibi loquitur tex. in diſpoſitione teſtatoris, qui poteſt inter hæredes ſuos, prout vult, diſponere, vnũ cohæredem exonerando, & alium onerando: iuxta l. ab eo. cum ſua materia. C. de fideicõ. ꝙ non ſic poteſt Princeps, qui non poteſt ius tertij abſorbere: iuxta l. bene à Zenone. C. de quadr. præſcri. Et ſi dicatur, quod non cedit in præiudiciũ dictorum ciuiũ: quia dicti affranchiati tollentur de numero focorum ſolubilium. Ad hoc poteſt reſponderi, ꝙ vbi eſſet conſuetũ pro ſingulo foco certum quid dare: puta, 5. floren. pro foco, prout alias in hac patria Delph. vidi fieri, tunc reſecando focum Secretariorum, Priuilegiũ ipſorum non redundaret in præiudicium aliorũ ciuium: ſed quia Modernis temporibus non conſueuerunt dona, ſiue ſubſidia illo modo cõcedi: ſed in vniuerſo dantur triginta vel quadraginta millia flore, dictum Priuilegium Secretariorũ redũdat in præiudicium aliorum ciuium, & totius patriæ: quia illa vniuerſalis ſumma inter omnes per æquatur: & ſic quanto ſunt plures foci, tãto minus aſcendit portio cuiuslibet: & ſic non valuit dicta exẽptio dictorũ Secretariorum, quia in præiudicium aliorũ ciuiũ, per prædicta. & late ponit Ange. de Aret. in l. ſi ſe non obtulit. §. actor. in 3. col. ff. de re iud. vbi pleniſſime tractat hanc mate-
4 riam. † Tertio, quia priuilegium nõ valet, nec eſt ſeruandum, quando per ambitionem petẽtium conceditur. ita dicit Henri. Bohic. vbi ſupra, ibi, ſecus per ambitionẽ, &c. Quod ſic factum fuit in dicta exemptione Secretariorum. vt eſt notoriũ, & fatentur ipſi nouem centum ſcuta dediſſe: igi-
5 tur, &c. Quarto per † importunitatem ipſorum Secretariorum fuerunt dictæ exẽptiones cõceſſæ, vt eſt notorium, quæ importunitas æquiparatur metui: vt no. Inn. in c. petitio, extra de iureiu. Idem Bal. in ſuo repertorio ſuper Inno. ideo talis Impetratio nõ debet ſortiri effectum, talis enim apparet de importunitate dictorum Secretariorum, qui cauſantibus pecuniis dictas exẽptiones
6 obtinuerunt. Quinto, quia dictæ † literæ exemtionis non fuerunt interinatæ vocatis Conſulib. & aliis quorum intererat, & ſic contra ius, & ſtylum præſentis Curiæ Parla. Igitur, &c. Et ita fuit concluſum, & determinatum per Dominos de Parlamento, in præſentia Domini Locumtenẽtis, & Domino, Computorum Cameræ Delph. de menſe Aprilis, anno Dom. 1461. Recepit acta Ioannis Botuti, Secretarius Delph.

a ¶ Per Principem. *Not. tamen quod Princeps poteſt ex ſola voluntate contra ius poſitiuum diſpẽſare, vt no. dom. Inno. in c. cum ad monaſterium. de ſtatu Monach. vt in d. cap. cum ex literis. de in inte. reſtit. Et eſt ſciendum, quod quando Princeps actum gerit ex certa ſcientia, proinde eſt, ac ſi diceret, ſe velle facere de plenitudine poteſtatis: ſi illa opus eſt in actu, quem gerit, in glo. c. ad hæc. de reſcript. & not. per dom. Abb. in c cum inter. in princ. de except.*



## QVÆSTIO CCCXCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Medici non tenentur ad ſubſidia Delphin.*

2 *Medicus ſi promiſit aliquẽ curare à Podagra, ſi ipſũ curet, & poſtmodum ille in eundẽ morbum reincidat, an Medicus ſit liberatus à promiſſione?*

3 *Medicus qualiter petet ſalarium à Curato?*

1 DE Medicis a Doctoribus etiã nõ eſt† du-
a biũ, ꝙ non debẽt in dictis ſubſidiis Delphin. contribuere, ſicut nec Doct. Legũ per d. l. Medicos. C. de Profeſſoribus & Medicis. & ita etiam ſemper vidi ſeruari in hac Curia Parlamenti Grationop. & ita fuit dudum temporibus meis iudicatum in Parlamento Pariſiis pro Magiſtro Stephano Giole, Doct. in Medicina, & tunc ciue Lugdun. ſed aduerte, quia ſi Medicus Doctor exerceat mercantias publice, ſicut facit Magiſter Paulus de Violardis: qui tenet Apothecam Apothecariæ, tenetur contribuere in dictis ſubſidiis, iuxta ea, quæ ſupra dixi, quæſtione 291. ſed magiſter Bartholomæus Doct. in Medicina, qui practicat, & non exercet mercantias, debet eſſe immunis à contributione dictorum. Ita fuit determinatum jn Camera Conſilij, 1461. die vltima Aprilis, ſed dũ, & quando ipſe Magiſter Paulus voluerit relinquere dictas mercantias, remanebit immunis à dicta contributione ſubſidio-
2 rum. Sed quia hic loquor de Medicis, † Quæro: Medicus promiſit quem curare à Podagra, & fecit Curam: ſed Curatus ex interuallo reincedit in illam infirmitatem, vtrum ipſe ſit liberatus à tali promiſſione? Dic vt notatur per gl. & Barth. in l. maritus. ff. locati. Standum eſt relationi Medicorum, circa eorum ſcientiam: ſed ipſi debent facere eorũ relationem coram Iudice: alias non valet, probatur in l. ſemel. C. de re mili. libro duodecimo. Et aduertendum, quod vbi poſſunt haberi plures Medici, non debet ſtari Iudicio vnius: vt dicit Bart. in l. ſi rixa. §. fin. ff. de ſica. & Ang. de Aret. in tractatu ſuo de maleficiis. ſuper verbo,
3 vna alia percuſſione. ¶ † Qualiter Medicus debet petere ſuũ ſalarium, & de forma libelli vide Cy. in auth. dos data. C. de don. ante nuptias, &c.

a ¶ De Medicis. *Ad hoc enim vt Medici gaudere poſſint immunitate, multa exiguntur, primo, quod ſint Doc. l. reddatur. C. de Profeſ. & Medic. lib. 10. Secundo, quod ſint de Archiatris. l. Principibus Medicorum, vel quod ſint recepti in ciuitate à Decurionibus, ſiue Conſiliariis, prout olim intra ſtatutum numerum Medicorum eos deligi oportere, à retro Principibus decretum extat, vt C. eod. ti. l. Cum te Medicum. & d. Azo, in ſum. illius tit. in §. item illud notandum eſt. Tertio, quod ipſis ſpecialiter immunitas concedatur, vt l. nec intra numerum. tit. alle. de Profeſſ. & ibi gl. do. Bartol. Medicina enim traditur eſſe ſcientia artis mechanicæ: vt per Magiſtrum Hugonem in Didaſcali Conſ. 2. vbi tractat de diſcretione artium. c. de diuiſione mechanicæ in 7. ſcientias. Medici autem non ſunt maioris authoritatis ſeu valoris, quam obſtetrices, vt l. ſi duobus.*

reſponſa

reſponſo 1. ibi, *Medicos autem, & obſtetrices. C. commu. deleg. & in c. non ſunt. in glo. in verbo, nec Medico. 14. quæſtio. 5. & Specul. in titul. de ſalariis. in §. poſtremo. in princip.*

## QVÆSTIO CCCXCV.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi aſtringũtur ad ſubſidia Delphin. & quid ita? num. 2. 3.*

1 DE Iudæis in hac patria Delphin. † quid dicemus? an debeant contribuere in ſubſidiis Delph. Videtur quod non, cum talia imponantur perſonis, pro rebus. in l. 2. C. de annonis, & tributis. lib. 10. ſed ipſi Iudæi, vt eſt notorium, nulla bona immobilia habent in hac patria Delphi. nec alibi habere conſueuerunt: igitur,
a &c. Contrarium tamen credo. *a* Primo, quia † ex
2 priuilegio per Dominum noſtrum Delphi. eis à decem annis citra conceſſo, ipſi poſſunt ſibi acquirere res immobiles, & (vt fertur) aliqui ex i-
3 pſis iam aliqua acquiſierunt. Secundo, † quia & ſi nulla bona immobilia haberent, ipſi tamen notorie habent bona mobilia, puta, mercantias, aurum, & argentum, quæ publice tradũt ad vſuras, & quo ad bona mobilia, etiam inter Chriſtianos debet in talibus reſpectus haberi, ſicut ad immobilia, & pro modo bonorũ immobilium debent collectari, & peræquari: vt ponit Bart. in l. 1. C. de mulieribus, & in quo loco. in ſua repetitione, & alibi dicit Bar. quod ſicut non cadit præſumptio fugæ in poſſeſſore bonorum immobiliũ: ſic nec etiam in poſſeſſore bonorum mobiliũ: maxime quæ de facili occultari vel amoueri non poſſunt. vt l. ſciendum. circa pr. ff. qui ſatiſdare cogan.

*b* ¶ Contrarium tamen credo. *Et hoc verius, quia Princeps poteſt Iudæis auferre bona, cum non habeant ea, niſi vt peculium. dom. Oldr. Conſi. 87. in verſicu. & ob iſtam rationem.*

## QVÆSTIO CCCXCVI.

SVMMARIVM.

1 *Habitantes in Delphinatu, ibiq; habẽtes immobilia, an & quatenus teneantur ad ſubſidia.*
2 *Collecta an debeat ſolui pro re tali.*
3 *Mulier an contribuat quid, & vbi, pro bonis paraphernalib.*

1 QVid de habitantibus in hac patria Delphin. † qui habent eorum bona immobilia in diuerſis territoriis, & mãdamẽ-
a tis? Credo quod non *a* debent contribuere in d. ſubſidiis in diuerſis locis, ſed ſolum in loco do-
b micilij. *b* ita dicit & tenet Barth. in l. 1. C. de mul. & in quo loco, in ſua repetitione, in quæſtione, quæ incipit: ſed cui poſſit imponi hæc collecta, &c. ¶ Debebit tamen in peræquatione fienda haberi reſpectus ad bona, quæ alibi poſſident. ſecundum Doctores, vt refert Dom. Ia. Rebuff. in l. 1. C. de mune. patri. lib. 10. & ita ſeruatur in hac
2 patria ¶ † Sed quid de re dotali? Dic, quod maritus ſoluet collectam pro re dotali, in loco ſui domicilij, cũ percipiat fructus rei dotalis. ita tenent
3 gl. & Bar. in d. l. 1. C. de mul. & in quo loco. ¶ † Sed quid de rebus paraphernalibus, an mulier cõtribuat pro ipſis bonis in loco vbi ſunt, vel vbi maritus fouet domiciliũ? Dic, quod vbi maritus cũ vxore fouet domicilium, & non vbi ſunt bona: quia vxor ſequitur domicilium viri. ita fuit concluſum in Camera Conſilij per Dominos meos, 1460. & die 24. menſis Maij, in manibus Cabandi in cauſa vxoris Ponſoni Bouerij, & Conſulum Aleſſiani, pro quo facit d. l. 1. in prin. de mu. & in quo loco. cum talia ſubſidia non ſint mere patrimonialia: quia imponuntur principaliter perſonis, licet pro modo facultatum. facit etiam pro deciſione huius quæſtionis l. fi. §. item reſcripſerunt mulierem. ff. ad municipales.

*a* ¶ Quod non. *Hoc verum, ſi tributum ſolueretur de illis in loco, vbi res ſitæ ſunt. per l. priuatæ. C. de exc. munerum. lib. 10. Sed ſi alibi de ipſis rebus non ſolueretur tributum, & collecta imponitur ab eo, qui habet iuriſdictionem vtrobiq; debet ſolui, quis habet ibi. Si vero imponitur collecta ab eo, qui non habet iuriſdictionem vtrobiq;, & tunc pro rebus ſitis extra territorium illius non debet ſolui. arg. l. fin. ff. de iuriſd. om. iud. & de bo. authorit. iud. poſſ. l. cum bonis. § fi.*

*b* ¶ In loco domicilij. *Vide Bart. in forma. §. 1. ibi, de cenſi. Item collecta per villas & caſtra ſolui debet in ciuitate, cui ſubſunt. glo. in authent. quibus mod. natur. effic. ſui. §. ſi igitur ex qualibet. verſicu. perſoluat. facit l. qui ex vico. ff. ad muni. & l. inſulæ. ff. de iudi. Collecta formæ ſi poteſt imponi in loco, in quo poſſidet, ſecundum Spec. de cenſi. §. nunc dicendum. verſic. pone Reginus, vbi etiam dicit, quem non teneri ad onera perſonalia. & iſtud etiam tenet dom. Bartol. in l. 1. C. de auro coro. libro 10.*

## QVÆSTIO CCCXCVII.

SVMMARIVM.

1 *Incolæ circumuicinarum patriarum Delphinatui, an & quatenus adſtringantur ad ſubſidia, pro immobilibus in Delphinatu ſitis.*

SEd quid de forenſibus incolis patriarum regni Franciæ, Sabaudiæ, & Prouinciæ,
1 quæ nobis † conuicinantur, quæ habent in hac patria Delphina. hæreditates & bona immobilia, an debeant ipſi talliari & peræquari in dictis ſubſidiis Delphina. pro modo bonorum, quæ habent in hac patria Delphina. Circa hoc
a ſemper vidi obſeruari de conſuetudine, *a* quod quia in dictis patriis circumuicinis compellũtur homines Delphin. contribuere cum eiſdem pro rebus, quas ipſi in dictis patrijs circumuicinis habẽt, & poſſident: & ſimiliter etiam conſue-
b uerunt ipſi forenſes *b* compelli ad contribuẽdũ in hac patria Delph. pro rebus, quas citra habent, licet citra non foueant domicilium: vt videmus in illis de Turnone in regno, qui contribuunt cũ hominibus Tineri in Delphinatu, & econtra & illi de ſancto Simphoriano Auzonis in ciuitate Lugduni, & econtra, & illi de Taraſcone, & de Siſtarico in prouincia Prouinciæ contribuunt cum hominibus Delphi. pro bonis quæ citra habent, & econtra. & quæ conſuetudo attendi debet circa hæc, maxime in collectis inductis, pro facto principis: vt in caſu noſtro. pro quo facit le. 1. C. de auro coro. lib. 10. & hanc partem tenet do. Ia. de Bello Viſu in quadam quæſtione per eum diſputata, quæ incipit. Tertio quæritur, an ciuitas Tudertina in Italia, conſtituta in Peruſio poſſit collectas imponere pro poſſeſſionibus, quas habet in territorio Tudertino, &c.

*a* ¶ De conſuetudine. *Quæ in hoc inſpicienda eſt l. ſemper. §. lege. & ibi gl. in verb. legem ff. de iur. immu. & in l. 1. in gl. in ver ſeptuagenario. C. qui mor. ſe excu. lib. 10.*

*b* ¶ Forenſes. *Vide in apoſtilla, in q. ſupra proxime præcedenti poſita, in verſic. in domicily. & adde hic.*



## QVAESTIO CCCXCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Conſules Ciuitatis Gration. immunes ſunt à ſubſidijs. Et quid ita. num. 2.*

1 AN autem † Conſules huius ciuitatis Gratio. & aliarum vniuerſitatum præſentis patriæ Delp. debeant in dictis tallijs ſeu ſubſidijs Delp. contribuere, cũ cæteris plebeijs, ſi Conſules plebeij exiſtant? gl. in l. ſi quis. §. hono-
a rem. *a* ff. de mune. & hon. dicit, quod ſic. Bart. ta-
b men ibidem tenet contrarium: *b* quæ opi. Bart.
2 communiter † obſeruatur, propter quamplurimos labores, quos dietim pro vniuerſitatibus ſuſtinent ipſi Conſules.

*a* ¶ §. honorem. *Alias eſt lex.*

*b* ¶ Tenet contrarium. *Aduerte: quia dom. Bart. in prædicta l. honorem, ſentit oppoſitum. glo. tamen aliter tenet ibidem, dicens, quod Conſules non tenentur ſoluere collectam. & ſic ſeruatur opin. gl.*

## QVÆSTIO CCCXCIX.

SVMMARIVM.

1 *Procuratores, quamuis Nobiles, tenentur ad ſubſidia Delphinalia.*

1 AN autem Procuratores practicantes † in dicta Curia Parlamenti Del. qui ſunt de nobili genere procreati, prout duo de præſenti in dicta Curia exiſtunt, videlicet Bertrãdus de Ziſerino, & Valentinus Baccalarij, debeãt contribuere in dictis tallijs ſeu ſubſidijs Delphi.
a Fuit alias determinatum, quod ſic, *a* in præſentia domini Cancellarij Del. vt ſcripſi ſupra, quæ. 79.

¶ Quod ſic. *Officium Procura. eſt igitur ignobile. & ideo non poteſt eſſe de prioribus populi. dom. Barth. in l. vniuerſis. & in l. ſi quis. 2. C. de decur. lib. 10. procuratio autem, eſt res infamiſſima, & ſeruilis obſecundario. Not. in l. ſi quis procurationem. C. de decu. lib. 10. idcirco licet de nobili genere ſit ortus Procurator, poteſt & debet veluti quilibet plebeius talliari.*

## QVÆSTIO CCCC.

SVMMARI VM.

1 *Cæci an ſubijciantur ſubſidijs Delphinalibus, diſti. num. 2.*

AN cæcus debeat cõtribuere in dictis ſubſidijs
1 Delphin. † Videtur quod non, per tex. in c. li-
a cet. extra de cenſi. ſed aliter ſeruatur *a* in hac pa-
2 tria Del. quia ſi cæcus ſit † diues, talliatur & contribuit in dictis ſubſidijs Delph. ſi ſit pauper, non
b *b* talliatur, & ponitur ſeu enumeratur in rotulis inter miſerabiles perſonas. ita ſemper vidi ſeruari in hac Curia Parlamenti.

*a* ¶ Aliter ſeruatur. *Pro hoc facit, quod ſtatuitur in ſurdo & muto, qui à muneribus non excuſantur, vt l. honores. §. 1. ff. de decurioni. hoc eſt verum, quo ad onera patrimonialia, à perſonalibus muneribus orbatus vtroq; oculo, excuſatur: vt in l. 1. & ibi dom. Bal. C. qui mor. ſe excu. lib. 10. non autem à patrimonialibus.*

*b* ¶ Pauper non. *Vt in l. cum facultate, & l. fin. in fine. C. de his, qui numero lib. vel pauper. excuſa. meruerũt. lib. 10. & ff. de vaca. mune. l. ſextumdecimum. §. corporis debilitas. ibi, patrimonio ſufficientis.*

## QVÆSTIO CCCCI.

SVMMARIVM.

1 *Habentes duodecim liberos, an immunes ſint à ſubſidijs Delphin.*

SEd quid de homine habẽte duodecim liberos, an excuſetur à contribuendo in
1 dictis ſubſidijs Del. † & videtur quod nõ per tex. in l. neq;. C. de mune. patri. lib. 10. vbi inquit tex. neq; tempore, neq; ætate, neq; numero liberorũ à muneribus, quæ patrimoniorũ ſunt, excuſationem quis habere poteſt. Sed hoc verũ, niſi haberet duodecim liberos: quia tunc à talib.
a excuſaretur, *a* vt C. de decu. l. ſi quis decurio. & ff. de iu. immu. le. ſemper. §. demonſtratur. & ibi per Doctor. Et hoc facit pro Hugone Marchi. ciue Grationop. qui de præſenti habet duodecim liberos, &c. Sed conſuetudo temporibus Mod. ſeruat cõtrarium, quia peræquantur in ſubſidijs Delph. habitantes in hac patria Delphi. non habito reſpectu ad numerum liberorum.

 *a* ¶ A tali-

a ¶ A talibus excuſaretur. *Iſtud videtur ſentire gl.*
*1.§.demonſtratur. hic allegato.poſita in ver.ſexdecim.*
*& hoc ſequitur.ibi dom.Bar. & in hanc opin. vergere*
*videtur do.Ioan. And.in reg.decet conceſſum. in 1. col.*
*in Mercur.lib.6.dum ibi poſt diſtinctionem, quam fa-*
*cit gl.1.in l.1.C.de his,qui numero libe.ſubdit.ſed vide*
*quod ibi no.remittẽdo ad nota.in præ.§.demonſtratur.*
*verũ tamẽ do.Azo.dicit, quod nemo à patrimonialib.*
*nu.liberorum vacat,niſi forte 16.pueros filios, quis ha-*
*buerit,quorum educationi eum vacare oporteat,& ma*
*xime ſi pauper fuerit,vt in ſumma C.de his, qui num.*
*libe.lib.10.circa prin.in ver.item à muneribus.*

## QVÆSTIO CCCCII.

SVMMARIVM.

1 *Monetarij,an quid conferant ſubſidijs Delph.vide*
*& num.5.6.*
2 *Filij monetariorum,an gaudeãt Priuilegijs patrũ.*
*vide & num.7.*
3 *Conſuetudinis eadem eſt vis,quæ priuilegij.*
4 *Mercatores ſe immiſcẽtes quãdoq; monetariorũ col*
*legio,an debeãt gaudere beneficio immunitatis.*

1 SED quid de monetarijs? An priuilegia †
conceſſa monetarijs& operarijs moneta-
rũ,tranſeãt ad eorũ liberos? Credo quod
non,per l.1.& l.ſemper.§.immunitati. ff. de iure
immunit.& l.in honoribus.§.vacationum.ff. de
vacat.& excu.munerum. Ex quo ſequitur,quod
2 † ſi quis monetarius moriatur relicto vno vel plu
ribus liberis, quod ipſi non gaudeant priuilegio,
quo eorum pater gaudebat,vt monetarius. At-
tamen aduertendum, quia licet tales liberi non
gaudeant de iure priuilegij monetariorum, per
ſupra allega. tamen de conſuetudine diutius ob-
ſeruata in hac patria,& alibi tam in Regno,quam
in Imperio,vbi monetæ cuduntur liberi ipſorum
ipſo iure abſque noua creatione per Principem
fiẽda,dicuntur monetarij, & gaudent priuilegijs
monetariorum, ſi actu & habitu exerceant offi-
cium. Si autem tales liberi monetariorum eſſent
pupilli,durante tali ætate,non gauderent talibus
priuilegijs: quia nõ poſſunt exercere actu tale of-
ficiũ,quod tamen in hoc requiritur:iuxta l. ſem-
per §.negotiatores.ibi,actu,&c.ſupra allega. Ne-
que eiſdem liberis pupillis ſuffragatur, ſi per eo-
rum præpoſitos collegio monetariorum aggre-
gentur,cum actù non operentur, nec poſſent o-
perari:vt d.§. negotiatores. imo talis aggregatio
de eiſdem pupillis facta,potius cẽſetur facta cau-
ſa euitandi munera &tallias,quibus ſubijciuntur
populares & plebeij,quam alia de cauſa. ideo eiſ-
dem non debet ſuffragari. vt dicta leg. ſemper.§.
Diuus quoque.& tenet gloſſ. in d. §. negotiato-
res. ¶ Sed quid dicemus de ſubſidijs Delph.quæ
ſub nomine doni conceduntur in ceſſione tri-
um ſtatuum præſentis patriæ Delphin. an tales
monetarij actu & habitu debeant eſſe exempti à
contribuendo in eiſdem vigore priuilegiorum
monetarijs conceſſorum? Crederem, quod ſic:
quia licet in eorum priuilegijs non fiat mentio
de bonis gratioſis, ſed ſolum generaliter de tal-
lijs & alijs tributis: tamen ipſi ſunt & fuerunt in
longiſſima poſſeſſione,vſu,& conſuetudine non
contribuendi, in dictis donis gratioſis, in Reg-
no, Imperio, & Delphin. vt eſt notorium. ideo
prætextu talis conſuetudinis debent eſſe tales
monetarij actu & habitu à dictis ſubſidijs exem-
3 pti,quia † ſicut priuilegium Principis eſt potens
à talibus quem eximendi:ſic & conſuetudo:nam
quod poteſt priuilegium, poteſt & conſuetudo,
in c. ſuper quibuſdam. in §. præterea.extra, de
verb.ſig.& in l.non ſolent.& l.fin. C. noua vecti.
imponi non poſſe.& l.1.in fin.cum le.ſeq.ff.de a-
qua plu.arcen. Preterea, etiam quia ſicut conſue-
tudo eſt potens ad inducendum quem facere te-
neri contribuere in collecta Principis:vt le. vna.
C.de auro corona. lib. 10. ſic etiam conſuetudo
contraria nõ contribuendi debet eſſe potens ad
inducendam liberationem à contribuendo in ta
libus ſubſidijs.ar.in l.Arrianus.ff.de act. & oblig.
cum multis ſimilibus. Et ex tali conſuetudine
poſſunt ipſa priuilegia monetarijs conceſſa inter
pretari,quod Princeps,qui ipſa conceſſit, volue-
rit etiam ab omnibus talibus ſubſidijs gratioſe
per modum doni conceſſis,ipſos fore exemptos
cum ſit legitima dubiorum interpres: iuxta le. ſi
de interpretatione. ff. de legib. facit c. cum dile-
4 ctus.& c.1.extra,de conſuet. † Vlterius circa præ-
miſſa quæro, aliqui Mercatores draperij Notarij
& incolæ de Romanis,Criminaci,Montilli,Bur-
godij, Quiriaci, & certorum aliorum locorum
præſentis patriæ Delphin ſe fecerunt congrega-
ri collegio monetariorum,non tamen continue
actu exercent officium: licet quandoque ſic, &
quandoque non, etiam tempore quo monetæ
cuduntur: ſed interdum circa eorum mercan-
tias & alias ſuas artes, an tales debeant excuſari
à contributione dictorum ſubſidiorum? credo
quod non. quia præſumi debent ſe eo caſu fe-
ciſſe aggregari collegio monetariorum, cauſa e-
uitandi talia munera, ad quæ alij plebeij tenen-
tur: ideo non debet eis talis aggregatio ſuffra-
gari:per dictum §. Diuus quoque. & in fraudem
dictorum ſubſidiorum cenſetur fuiſſe facta talis
aggregatio, quæ fraus propterea non debet eiſ-
dem patrocinari.leg. 1. in princ. ff. de dolo. & ad
hoc bene facit diſtin. quam ponit Cy.in l.1. C. de
Epiſc.& Cle. ¶ Ex quibus omnibus infero, tres
5 concluſiones. † Prima cõcluſio,quod monetarij
actu & habitu qui continuant opera monetario-
rum, dum monetæ cuduntur in patria, gaudere
debent priuilegijs,monetariorum & eſſe debent
6 exempti à contributione in dictis ſubſidijs. † Se-
cunda concluſio,quod Mercatores & alij nõ ope
rantes continue in dictis monetis, dum ipſæ cu-
duntur, non debent gaudere dicta immunita-
7 te. † Tertia concluſio,quod pupilli & adulti libe-
ri monetariorũ &operariorum,qui non poſſunt
ope-



operari defectu ætatis, nõ debent gaudere dicta
immunitate non cõtribuendi in dictis ſubſidijs,
neque alijs priuilegijs monetarijs conceſſis: etiã
ſi collegio monetariorum forent aggregati.

## QVÆSTIO CCCCIII.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtri particulares monetarum tenẽtur ad ſub-*
*ſidia Delph.*

1 QVID autem de Magiſtris particularibus dicta
rum monetarum? a Recordor quod † circa
a 20.anni ſunt elapſi,vidi litem motã in dicta Cu-
ria Parlam. inter Conſules de Romanis agentes
contra Antonium & Petrum Foreſij, alias Cop-
po.tunc Magiſtros particulares dictæ monetæ de
Romanis: à quibus Magiſtris particularibus di-
ctis, Conſules petebant quod contribuerent in
dictis ſubſidijs cum plebeijs dicti loci,dictis Ma-
giſtris particularibus dicentibus, ſe eſſe exemp-
tos, vigore dictorum priuilegiorum monetarijs
conceſſorum: attamen dicta Curia Parlamenti
ordinauit, dictos Magiſtros particulares debere
contribuere in dictis ſubſidijs,& aduertendum,
quod in dictis ſubſidijs contribuunt etiã illi, qui
non conſenſerunt conceſſioni talis doni ſeu tal-
liæ.& vide infra, quæſt.424.
a ¶ Monetarum. *De materia monetarum ac moneta-*
*riorum,vide C.de murile.lib.11.in l.1.& in l.edicimus*
*& per totum ti.de vet.numi poteſta.eod.lib.*

## QVÆSTIO CCCCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum groſſatum per Notarium, de pro-*
*tocolis alienis,an & quatenus fidem faciat.*
2 *Inſtrumenta de antiquo groſſata, quanto tempore*
*dicantur.*

1 LICET de iure inſtrumentum groſſatum per
Notarium de Protocolis † alienis, non pro-
a bet niſi conſtet de commiſſione a Iudicis ſibi fa-
cta de talibus Protocolis groſſandis:iuxta c.cum
b P.Tabellio. b extra,de fide inſtru. etiã ſi talis no-
tarius aſſerat ſe habere talem cõmiſſionem: iux-
ta c.quoniam contra falſam. extra, de proba.&
facit authen.ſi quis in aliquo documento.C. de
eden.tamen de ſtylo dictæ Curiæ Parlamenti va-
let,& facit fidem tale inſtrumentum, niſi in diſ-
curſu,proceſſus pars opponat de defectu talis cõ
miſſionis. Nec ſufficit, quod pars illud opponat
in iuris allegationibus,extra proceſſum, ad par-
tem traditis:& ita vidi iudicari, 1440. de menſe
Februarij, in proceſſu diffinito inter Gaudizar-
dum appellantem, & Antonium Achini appel-
latum, de quadratio. Ad idem etiam probat in-
ſtrumentum groſſatum ex commiſſione, etiam
ſi non conſtet de commiſſione Notarij,qui groſ-
ſauit, ſi tale inſtrumentum de antiquo tempore
ſit groſſatum,per ea, quæ ponit Innocent. in c.
Alberi. extra, de teſti. quod videtur probari in c.
cũ cãm.extra, de prob. & in c.ad audiẽtiam:extra
de preſcr.qa,vbi ſunt probationes difficiles,pro-
pter longinquitatem temporis, ſufficit præſum-
pta probatio,iuxta ea, quæ ponit Bal. in authen.
quas actiones.C.de Epiſc.& Cler. & ita etiã ſer-
2 uat ſtylus præſentis patriæ Del.in iudicãdo. † Sed
quanto tempore dicantur inſtrumenta de anti-
quo rempore groſſata? Hoſt dicit quod poſt biẽ-
nium.in c.in præſentia.extra, de renuncia. & po-
nit Bald.in c.1.de milite vaſallo, qui fuit contu-
max.quem ſequitur Ioan. And.in c. Clerici. ex-
tra,de vita & hone. Cler. ſuper verbo, Breuiori.
& cæteros alios caſus,in quibus requiritur,quod
interueniat oppoſitio partis,etiã in his,quę ſunt
iuris:vide quæ dixi ſupra,quæſtio.221. ¶ Et de ma
teria commiſſionis circa groſſationem inſtrumẽ
torum receptorum per Notarios mortuos, vide
plene,quæ dixi ſupra,quæſt.2. ¶ De materia Pro-
tocolorum vide quæ dixi ſupra,quæſtione 19.

a ¶ De commiſſione. *Quando autem hæres eſt No-*
*tarius,tunc cenſetur ſibi facta commiſſio à lege, vt ipſe*
*ſubſcribat:voluit Bart.in lege,ſi quis.§. cogetur.in ver*
*ſiculo,vltimo ſcias.ff.de eden. Sed dominus Pau. de Ca.*
*in præallegat.§.cogentur. notando ſentit contrarium,*
*quem ibi ſequitur dom.Alex.in 2.colum.in verſi. item*
*not.ſecundum Bart.*
b ¶ Cap.cum P.Tabellio. *Vbi vide dominum Ferr.*
*tractantem iſtam materiam per quindecim quæſtiones*
*valde vtiles,& pulchras.*

## QVAESTIO CCCCV.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an poßit condemnare partem in fructibus,*
*intereſſe,& expenſis, ſi à parte non petantur. &*
*num.3.*
2 *Iudex ſi omiſerit condemnare in fructibus, petitis*
*à parte,an poterunt illi denuo peti.*

SEmpronius contra Titium obtulit libellum
in rei vendi. petendo dictum Semproniũ cõ-
demnari ad reſtituendum fundum, tacito de fru
1 ctibus fundi perceptis lite penden. An † Iudex
a poſſit a ex ſuo officio reum condemnare in fru-
ctibus ſaltem perceptis à tempore litis motæ? In-
no.in c.grauis.extra,de reſtit.ſpol.dicit quod nõ
quem ibi ſequitur Hoſt.in lectura.pro quibus fa-
cit vltra,per eos allegata l.ex diuerſo in prin.ff.de
rei vend. Sed do.Ant.de But.Doct. nouiſſimus,
tenet oppoſitum, quod imo Iudex poteſt con-
demnare in fructibus ex officio ſuo, etiã ſi actor
non petierit:&allegat l.ædiles.§.item ſciendum.
ff.de ædil.edict. Item etiam dicerem in vſuris le.
vſuræ.ff. de vſu. & ſecundum hanc opin. do mini

b Ant.de But. *b* tanquam magis æquam & rationi
conſonam, fuit determinatū per Dominos me-
os Parlamenti in Camera Conſilij die vlt. men-
ſis Martij, anno Dom.1460. in cauſa tunc diffini-
tiua inter Gulielmum Vilareti ſupplicantem, &
Michaelem Olerij de Vapinco, ſupplicatum, in
manibus Ioan. Capodi Secretarij Delph. cum et-
iam in dicto libello peteretur debita iuſtitia mi-
2 niſtrari. ¶ † Sed quid *c* ſi tales fructus fuerint pe-
c titi, *d* & Iudex omittat condemnare, *e* an poterit
d poſtea peti? Dic quod non: vt dicit d. Ant. de But.
e vbi ſupra, idem in intereſſe. Et de hac materia fru
ctuum, & de alijs quæſtionibus vide Ioan. Ferra.
in tit. forma libelli, qua agitur actione reali, in gl.
ſuper verb. ſimili cum fructibus, &c. ¶ Aduertē-
dum tamen, quod Iudex poteſt ſuper expenſis,
& intereſſe proferre ſententiam incertam con-
demnando in fructibus & expenſis taxatione ſi-
bi reſeruata: vt dicit idem de Butrio, vbi ſupra. ita
etiam dicunt legiſtæ in l.1.C. de ſen. quæ pro eo,
quod intereſt prof. & ita ſeruat ſtylus dictæ Curię
3 Parlamenti. ¶ † Sed quid de expenſis? Bart. in l.
properandum. §. ſin autem. C. de iud. dicit quod
non debent per Iudicem adiudicari, niſi petātur.
& idem Bart. in l.3. §. hoc autem iudicium. ff. de
dam. infect. Sed de ſtylo & communi obſeruan-
tia dictæ Curiæ Parlamenti adiudicātur, ſi æquū
videatur Curiæ, ſiue petātur, ſiue non: qui ſtylus
probatur authoritate glo. in l. fin. C. quādo pro-
uoc. non eſt neceſſe. quam gl. approbat Ioan. de
Imo. vt ſcripſi ſupra, quæſt. 221. maxime, quando
pars petit ſibi debitam iuſtitiam miniſtrari.

*a* ¶ Iudex poſſit. *Quoniam etiam debet vt colligitur in Specul. in titul. de diſpu. & alleg. §. ſatiſdictio. verſic. ſed nunquid de fructibus. & ſe. iuncto verſ. Sed nunquid Iudex. Et iſtud intellige de fructibus lite conteſta. perceptis.*

*b* ¶ Dom. Anton. de But. *Vide de hoc d. Abb. in d. c. grauis. in pen. col. ver. ſed circa hoc. de reſtit. ſpol.*

*c* ¶ Sed quid. *Vide per dom. Abb. vbi ſupra in proxima Apoſtil.*

*d* ¶ Fuerunt petiti. *Eſt autem notādum, quod fructus ante litem conteſta. percepti, ſi non fuerint petiti ante, poſt ſententiam peti poſſunt. l. ex diuerſo in gl. errore. ff. de rei vendicat. Sed ſecus eſt, vt ibi habetur, de fructib. poſt lit. conteſta. perceptis.*

*e* ¶ Condemnare. *Si Iudex omittit condemnare in fructibus petitis, tenetur de ſuo refundere, & ſecundū dominum Ioannem And. in additione Spec. tit. de diſputatio. & alleg. in §. ſatis clare. fructus autem poſt litem conteſtatam percepti, poſſunt peti, quandocunque poſt ſententiam: iuxta notata per gloſſam, errore. in lege, & ex diuerſo. ff. de rei vend.*

## QVÆSTIO CCCCVI.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio debitorum an currat contra debitorem intermiſſione vnius penſionis annuæ. num. 2.*

PONe quod debes mihi 10. annua. ſoluiſti per
tres annos, & in quarto anno deſinis ſoluere,
1 † nunquid currit tunc præſcriptio pro illis præ-
ſtationibus, quas debeo facere in futurum in ſe-
quentibus annis? Circa hanc queſtionem eſt ma-
gna contentio inter Bulgarum & Mar. in le. cum
notiſſimi. in §. fin. C. de præſcript. 30. vel 40. an-
no. vbi Mar. dicit quod non: imo in quolibet an-
no incipit ſua præſcriptio. ſed Bulg. dicit contra-
rium, & reprobat opinionem Mar. per leg. eos. in
prin. C. de vſu. Ioan. vero & Azo diſtinguūt, quos
ſequitur gl. inter annuum debitum, & vltimā vo-
luntatē, & annuum debitum ex contractu inter
viuos, & ſic diſſident Marti. & Bulg. vt habetur in
gl. d. l. cum notiſſimi. in § fin. Sed Doct. moder-
ni non approbant dictam diſtinctionem: imo in-
diſtincte dicunt, & ſequuntur opinio. Mart. & ap-
probant eius opin. Primo, ex d. §. fi. vbi parificat
annuum debitum, tam ex vltima voluntate, quā
ex cōtractibus. Præterea, nō poteſt negari, quod
in contractibus pro ſequentibus annis non fiat
obligatio, ſaltē in diem. vt ff. de oper. liber. l. qui
bona. & l. Stichum. §. ſtipulatio. ff. de verb. oblig.
& C. quando dies legati cedat. l. 1. & in d. leg. cum
notiſſimi. §. illud. & C. de anna. except. l. 1. in fin.
ergo, &c. ¶ Nec obſtat d. l. eos. quia ibi loquimur
in acceſſorijs. Nec obſtat huic reſponſioni, quod
gl. opponit. d. l. centum. vbi durat acceſſorium ſi-
ne principali: qui refert, vtrū eneruetur ius acto-
ris præſcriptione, quia tunc tolleretur omne ius
in acceſſorijs, eo quod præſcriptione completa
videtur compleuiſſe totum, vt non teneatur ad
aliquas præſtationes. Aut eneruetur ius actoris
per ſolutionem, quia ſi in totū ſatisfaciat, in to-
2 tum tollitur, ſi pro parte remaneat. † Concludi-
tur ergo, quod annuæ præſcriptioni non currit
præſcriptio indiſtincte, niſi à principio cuiusli-
bet anni. Et hoc verum, niſi ceſſaretur per centū
annos, tunc enim ſatis poteſt concedi, quodo-
mne ius eſt ſublatum, vt ff. de vſufruct. leg. l. ſi v-
ſusfructus. & ff. de vſufru. l. an fructus. & hāc cō-
cluſionem Marti. ſecuti ſunt Iac. de Aret. Rayn.
Pet. Cyn. & Bal. in d. l. cum notiſſimi. §. fi. & Cyn.
iterato hanc ſuam opinionem recitat. in l. plures
apochis. C. de fide inſtru. Et hanc opinionē etiā
videtur ſequi Barth. in l. de Pupillo. §. ſi pluribus.
ff. de noui ope. nun. Et pro hac opinione ſemper
vidi iudicari in omnibus Curijs præſentis patriæ,
de tempore, quo practicabam, & plures ſenten-
tias pro hac parte obtinui, & ſuper hac queſtione
fuit inter nos in Camera Conſilij de hoc anno
Domi. 1460. de mēſe Martij diſputatum, & alle-
gatæ rationes hincinde circa diffinitionem pro-
ceſſus fratrum minorum Grationop. agentium
contra Claudium Coſtanii, & Petrum Marelli
ſed ex alijs fundamentis fuit dictus proceſſus dif-
finitus contra dictos fratres minores. ideo tunc
non fuit deciſa hæc quæſtio. ſed credo opinionē
Martini & ſequacium eſſe veriorem, per tex. in d.
l. cum notiſſimi. in §. fin. dum parificat hoc caſu
contractum vltimæ voluntati. Salycet. vero qui
poſtea ſuperuenit, tenet, ꝙ præſtatione annui
debiti ex vltima voluntate, nō præſcribitur, quo
vero ad aliam præſtationem annuam debitam ex
contractu, ipſe fecit quandam nouam opinionē
a *a* diſtinguendo pro concordia Martin. & Bal. quæ
ſua diſtinctio ibi videatur. ſed adhæreo ego Gui-
do Papæ opinioni Marti. Iacob. de Aret. Ray. Pet.
Cyn. Bart. & Bald. & ſequacium, quorum opinio
eſt magis communis: ideo inſequenda in iudicā-
do, iuxta l. ſcire oportet. §. illud. cum §. ſequen. ff.
de excuſa. tuto. attento etiam quod eſt magis a-
mica textui. in d. l. cum notiſſimi. §. fin. vt ſupra
primo dixi. ¶ De materia interruptionis pręſcri-
ptionis, vide quæ plene dixi infra, quæ. 416. ¶ An
in præſcriptione libertatis cōtra ſeruitutem, vel
liberationis contra obligationē, requiratur bo-
na fides de iure Ciuili, & quid de iure Canonico:
vide quæ plene ſcripſi infra, quæſt. 416. circa finē.

*a* ¶ Nouam opin. *Quæ vult quod annuæ præſtationi, & annuæ obligationi curriculis 30. anno. ſit præſcriptū & ſic ſecundum eum, non poteſt actor petere reum condemnari ad præſtationem annuam pro futuro tempore: ſed ad præſtationem cuiuslibet anni medij, infra dictos triginta annos. hæc quo ad annuam ſtipulationem. Quo vero ad annua legata, tenet ipſe dom. Salyc. domi. Martinū nō per omnia verū dixiſſe, vt in §. fi. hic alle. in 3. col. in ver. ſed aduerte pro Deo. Profecto iſtiuſmodi opinio dom. Salyc. in conſideratione ſubtilis ſpeculationis laudabilis eſt. in ratione autem veritatis, & æquitatis, & Modernorum iudicio dom. Martini opinio, probabilior videtur. Quia ſicut ipſe dom. Salyc. concedit annuam præſtationē recte peti pro ſecūdo, tertio, quarto anno, & deinceps vſq; ad triginta annos: ita eſt pro primo, 2. 3. 4. & cæteris annis poſt triginta annorū ſpacium emēſis, eam peti poſſe videtur. Nam radix cauſalis virtute, cuius petitur huiuſmodi annua præſtatio, æque ſubſtituit vtrobiq;, cū & illa in quolibet anno propagetur in annos centum extendenda. & facit, quod dicit dominus Cyn. in l. ſi certis annis. in 4. colu. in decima quæſt. ibi, ſed cum ſoluo vno anno indebitū, &c. C. de pact.*

## QVÆSTIO CCCCVII.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio annuæ præſtationis, quanto tempore acquiratur.*

2 *Seruitia annua quanto tempore acquirantur.*

3 *Seruitus realis quanto tēpore præſcribatur, remiſſ.*

QVIA ſupra proxime ſcripſi de actione,
quæ cōpetit pro annua præſtatione, an &
1 quando præſcribatur: † Quæro circa hāc
materiam de alia quæſt. quidam ſoluit mihi 40.
annis cenſum ſeu aliam annuam præſtationem,
an acquiratur mihi actio curſu dictorum quadra-
ginta annorum, vel an requiratur tātum tempus
quod de contrario memoria hominis nō exiſtat;
in hoc variauerunt Doctores iuris Canonici, &
Ciuilis: quia Innocent. in cap. de quarta. extra, de
præſcrip. dicit, quod ſufficiunt 40. anni. & allegat
tex. in c. quia decima, quæſtio. tertia. & in cap. cō-
tra morē, c. diſt. & ff. de aqua plu. ar. l. 1. §. 1. Hoſt:
pariter idem ſentit, in c. peruenit. extra, de cen.
2 † vbi dicit, quod ſeruitia annua acquiruntur ſpa-
cio 40. annorum: quod dicit verum de his, quæ
ius cōe non vetat: quia in his, quæ ius commune
vetat, requiritur tantum tempus, quod de cōtra-
rio memoria hominis non exiſtat. Idem dicit ip-
ſe Hoſtien. in ſumma de cen. §. quis cenſus. vbi
dicitur, quod ſi quis agit petitorio, & proponat
cauſam, ad quam probandam inducit patientiā
longi temporis, obtinebit, ſi tēpus probet. alleg.
ff. de vſu. l. cum de in rem verſo. Sed ſecundum
Iura noſtra dicit ipſe Hoſti. requiritur probatio
longiſſimi temporis videlicet 40. ann. Idem te-
net ipſe Hoſti. in ſumma in titul. de cōſuetudine.
in §. obtentis, vbi dicit, quod ſecundū Leges ad
inducendum præſcriptionem longi temporis &
conſuetudinem ſufficiunt 10. ann. inter præſen-
tes, & 20. inter abſentes: tamen ſecundum Cano
a nes requiruntur 40. anni. *a* allegat. c. olim. extra,
de cen. vbi non profuit tempus 36. anno. ſoluen-
ti ad certam monetam, ſed requirūtur 40. anni.
Idem tenet ipſe Hoſtien. in ſumma de præſcr. §.
quare. verſ. puto. vbi dicit quod negatoria poteſt
ſemper intentari, niſi ſit ſpacium tanti temporis
cuius initij memoria hominis non exiſtat in cō-
trarium, licet ſecundum Leges ſufficiat longum
tempus 10. annorum. Ita dicit ipſe Hoſt. Io. Ant.
etiam idem dicit in c. 1. de præſcri. lib. 6. videlicet
quod de iure Canonico requiruntur 60. anni. li-
cet de iure Ciuili ſufficiant 10. ann. Henr. Bohic.
in c. peruenit. extra, de cenſibus dicit, quod quic
quid dicant alij, ſeruitutes habentes cauſam diſ-
contiuam: vt ſunt iſti cenſus, præſcribuntur ſpa-
cio 40. annorum: dummodo non ſint tales ſer-
uitutes, quas ius commune poſſideri vetet. Et
ita etiam tenuerūt Ber. & Io. Hiſpanus, vt ibi re-
fert ipſe Henr. Bohic. Do. vero Card. Floren. vi-
delicet, Frā. de Zabar. in d. c. peruenit. tenet poſt
Hoſtien. quod requiruntur 40. anni. ita tenet in
3. & 4. ſuis quæſtionibus. Idem etiam tenere vi-
detur Anton. de But. in d. c. peruenit. Dom. vero
Panormit. Doct. nouiſſimus. in c. de quarta. &
cap. ſi diligenti. extra, de præſcri. videtur velle,
quod ſufficiant 10. anni. dum allegat d. l. cum de
in rem verſ. Spec. vero. in tit. de reſtit. ſpo. §. nunc
dicamus. verſi. ſed ſi quis. & in verſic. pone ruſti-
cus. dicit, quod in ruſtico, quando per eius do-
minum annua penſio petitur, requiruntur 20.
ann. ratio, quia præſumitur violentia facta per
dominum ſubdito. Idem tenet Inno. quod præ-
ſumatur violentia facta per dominum ſubdito,
in c. bonæ. lo. 2. extra, de poſtulatione Prælato-
rum. idem ſequitur Ioan. Fab. in §. æque. inſtit.
de action. vbi dicit, quod ſi potens vſus eſt ſupra
non potentem, quod præſumitur violentia: ma-
xime quando gagiabat vel arreſtabat ſubditos:
prout facere conſueuerunt Barones & Bannereti
præſentis patriæ Delphin. quia alibi dicit Innoc.
quod inter dominum & ſubditos, metus præſu-
mitur. in c. ſi diligenti. extra, de præſcrip. in alijs

vero, quam in ruſtico. ſentit ibi Spec. quod ſuffi-
ciunt 10.anni,dũ ibi poſtea ſubiungit, quod ſuf-
ficit longum tempus allegando d.l. cum de in rẽ
verſo. Hoc idem ſentire videtur ipſe Spe.in tit.de
iure emphyt.in §.non ſolum.verſic.63. vbi dicit,
quod ſi emphyteuta nõ vult cenſum ſoluere,niſi
Dominus ſibi prius oſtendat titulũ, certe agẽdo
negatoria,emphyteuta abſolueretur,niſi Domi-
nus de iure ſuo doceat, vel oſtẽdat ſibi penſionẽ
fuiſſe ſolutam longo tempore,quod longũ tem-
pus dicitur 10.anno.gl.vero in c. ſeruitiũ.18. qu.
2.videtur ſentire, quod ſufficiant 40. ann. dum
dicit longiſſimum tempus requiri. Et pro hoc
videtur tex. ad literã in d. c. olim de cenſibus. Io.
Fab. vero in d.§.æque.inſtit. de act. dicit quod li
cet quo ad Legiſtas ſufficiant 10.anni per d.l. cũ
de in rem verſo.& ibi glo. & Doct. tamen quo ad
*b* Canoniſtas, *b* qui videntur habere aliam doctri-
nam in præſcriptione ſeruitutum, requiruntur
vniformiter 40.anni.allegant c. cum Eccle. Su-
trina. de cauſa poſſ. & proprietatis. niſi præſcri-
ptioni reſiſteret expreſſe ius commune, quia tũc
dicit ipſe, requireretur tantum tempus, quod de
initio memoria hominis non exiſteret,iuxta c.1.
de præſcri.lib.6.Dom.de ſancto Gemi.Doct.no-
uiſſimus in d.c.1. de præſcrip.lib.6.dicit quod cõ
munis opinio Canoniſtarũ eſt, quod requirãtur
40.anni. Et ita ſecundum hanc communẽ opin.
iudicauit hæc Curia Parla.in cauſa Domini de A-
quis Somontij ex vna parte, & homines d. loci
Somontij,in manib. Anto.de Molena Secretarij
*c* Delph.& de quo etiã ſcripſi in 91. ¶ Sed † *c* quan-
3 to tempore pręſcribatur ſeruitus realis:vide,quę
plene dixi,q.573. ¶ De materia interruptionis vi-
de quæ plene dixi infra,q. 417. Et ibi multas alias
quæſtiones in materia præſcr. Pet.Iac.in tit.ſuper
penſione,ſeu reditu libellus.in verſi.item credo.
&dicit vnum ſingulare,videlicet,quod in acqui-
rendo quaſi poſſeſſionẽ annuæ præſtationis, ſuf-
ficiunt duo anni. ¶ De materia negatoriæ vide ſu
pra,quæſt.28.&in primo, Conſiliorum meorũ.
*a* ¶ Secundum Canones requiruntur 40. anni
*Hoc in rebus Eccleſiæ.ſed in rebus priuatorum 30. ann.*
*c.ſanctorum.& ibi gl.in ver.ſi ſyncere.in fi. extra, de*
*præſcrip. & 16.q.4. poſſeſſiones. & in glo. 1. & dom.*
*Panor.in c.de quarta.in 4. col. in ver. ſed quantum ad*
*principalem articulum.extra,de præſcript.*
*b* ¶ Quo ad Canoniſtas. *Ad pertingendum verticem*
*huiuſce quæſtionis, vide omnino do.Pan. in c.peruenit.*
*in 2.col.in ver.& ex hoc dicto,extra,de cen. & breui-*
*ter hoc duxi notandũ.& magnum eſt diſcrimen, vtrũ*
*aliquid intenditur ex cauſa præſcriptionis, vtrumve*
*ex alia quauis cauſa habili, ad transferendum ius præ-*
*tenſum probanda per tempus. Nam in primo caſu niti-*
*tur quis ex tẽpore: & tunc tempus longum aut longiſſi-*
*mũ ſecundũ naturam actionis requiritur, & ſtylũ fori,*
*& qualitatem perſonarum,in quo & inter quas contẽ-*
*ditur. In ſecundo vero caſu innituntur cauſæ, quas quis*
*probat per præſumptionem ex curſu diuturni temporis,*
*reſultantem, & tunc regulariter ſufficit tempus 10.an-*
*no. niſi ageretur de mutatione ſtatus perſonæ, vel niſi*
*ageretur contra ruſticum: vel niſi ius cõmune reſiſteret*
*vel niſi induceretur huiuſmodi præſumptio, contra pa-*
*tientem, vbi ageretur de magno præiudicio. Quia tunc*
*non ſufficeret allegare tit. ſed oportet probare: nec ſuf-*
*ficeret curſus longi temporis: ſed neceſſaria foret præ-*
*ſcriptio legitima: ac quoque exiguntur anni 30. ſin-*
*gula inquam ſingulis pertinenter referendo. Ad ho-*
*rũ ſi quidem pleniorem intelligentiam vide do.Inn.in*
*c.de quarta.in gl.ſua,in verſicu.quadragenaria.extra*
*de præſcript. Et adde ibi dom.Io.And.in 4. col.in ver.*
*& de materia glo. & do.Panorm.in 6.col.3.§.expediẽ-*
*do & ampliando in verſi.venio ad primum.& do.Fel.*
*in 13.col.in §.vtrum in præſcribenda libertate, per to-*
*tum vſq; ad calcem.& do.Roſ.in 4. parte in tractatu de*
*actione ciuili.in rubr.de ac.ex ſtipu. ex tẽpo. præſump.*
*in prin.& ver.ego ago. & in 3.& 6. oppoſi. & Spec.in*
*tit. de cau.poſſ.& proprie.in §.1.in 3.col. in verſi.hac*
*forma obtinet.de reſt.ſpo.in §.2.in verſ.ſed & ſi aliquis*
*vſq; in fi.tit.& de cenſi.in prin.& in verſi. & in peti-*
*torio, & dom.Odo.in l.ſi certis annis. in 3. col. in verſi.*
*& ideo vos dicetis.& in verſi. ex prædictis ergo appa-*
*ret.C.de pactis & ibi do.Cyn.in 3.col.in 1.reſtat vt vi*
*deamus.in ver.ſi quæro & in verſi. 9. iuxta præmiſſa.*
*& ibidem do.Bart.in 2.col.in 4.oppoſitione.& in l.cũ*
*de in rẽ verſo. in ver.quæro, ruſticus dedit. & in verſ.*
*item ſi volo.ff. de vſur.& ibi vide omnino glo. in ver.*
*longo.& eundem do.Bart.in l.litibus. ex hac litera.C.*
*de agri.& cenſi.lib.11.& dom.Bald.in prædic. l. ſi cer-*
*tis annis.in tertia & quarta oppoſitione. & in verſ.ve-*
*nio ad quæſtionem & in verſic.iuxta hoc quæritur. &*
*vide omnino ipſum do Bal.egregie & cõpendioſe hanc*
*materiam perſtringentem.in præalleg.l.cum de in rem*
*verſo.in verſi.ſed pro huius declaratione.& dom. Sal.*
*in d.l.ſi certis annis.in 3.col.in verſ.concludamus præ-*
*dicta ſic.C.de pactis.& dom.Ioan.Fabri.Inſt.de actio-*
*nibus.in §.æque.in ſexta col.in verſiculo, quid ergo di-*
*ces in ſeruitijs & præſtationibus.*

## QVAESTIO CCCCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptioni annuæ præſtationis, nõ ſufficit probare curſum temporis.ſed debet cauſa ſpecifica allegari.*
2 *Libelli forma in præſcriptione 40.ann.*
3 *Cauſa quæ debeat allegari in præſcriptione.diſting.*

SED iuxta præfatã materiam, quæro an ſufficiat
allegare tempus 40.ann.vel requiratur † quod
1 allegetur cauſa cũ concurſu temporis, & an cãm
ſufficiat allegare in genere, vel ſi debeat in ſpecie
allegari, vt agẽs poſſeſſorio ad ſolutionẽ talis an-
nuæ p̃ſtationis obtinere debeat. Et circa hoc pu-
to, quod ſit neceſſe allegare cauſam verã, & ſuffi-
cientem, in ſpecie: licet non probet: & proponat
actor in iudicio talia, vel ſimilia verba: Peto talẽ
2 cenſum, quem † mihi debes ex tali contractu (i-
pſum ſpecificando) ad quem contractũ proban-
dum induco poſſeſſionem 40. ann. ſecundũ Ca-
no.vel 10.ann.ſecundũ Legi.vt in præce. q. dixi.
& iſtud ſufficit, ſi autem ſolum diceret actor petõ
cenſum: quia mihi eũ ſoluiſti 40. ann. hoc certe
non ſuf-
ficeret:: vt dicit glo.& Arch.in c. ſeruitiũ.
18.q.2.Idem gl.in c.peruenit.extra,de cen.quam
ibi ſequuntur Hoſt.& Henr.Bohic. & dom.Car-
dinalis Flore.in eodẽ.c.peruenit.in 3.& 4.quæ.v-
bi dicit, ꝙ ille, qui vult probare ſibi cenſum debi-
tũ, ſufficit ꝙ alleget cauſam in libello: quãuis eã
*a* non probet, dũmodo probet *a* cenſum annuum
ſibi fuiſſe ſolutũ 40.annis. Et ibi allegat multos
alios Doc.ita tenuiſſe. Idẽ tenet do.Ant. de Bur.
in d.c.peruenit. Idem etiam tenet do.Cardinalis
Flor.Panor.in c.de quarta.& in c.ſi diligenti,ext.
de præſcr.Idẽ tenet Io.An.in c.de præſcri.li.6.vbi
quærit, an petens ſolutũ ſpacio 40 anno. proba-
ta ſolutione 40.anno. obtineat, & dicit, ꝙ com-
munis opinio Legiſtarum: quam communem
opinionẽ ſequuntur Moderni Canoniſtæ.in d.c.
peruenit.in gl. 2. eſt ꝙ ſi allegat & ꝓbet tẽpus tã-
tũ ſine aliqua cauſæ allegatione, non ſufficit ad
obtinendũ: ſi autẽ allegat cauſam ſufficiat. ita et-
iam ibi dicit de Sancto Geminiano, & dom. Car-
dinalis Flo.dicit aliud in d.c. peruenit. quod licet
3 ſufficiat † in ſeruitutib. realibus allegare cauſam
propinquã, puta, dominiũ: non ſic eſt in perſona-
libus, in quib. debet allegari cauſa remota in ſpe
cie: puta, contractus, ex quo inſurgit obligatio.
allegat glo. quæ hoc tenet in l.2.§.circa.ff. de doli
exceptio. & iſta eſt cõmunis ſententia Canoniſta
rum. Legiſtæ pariter idẽ tenent, ꝙ requiratur al-
legatio cauſæ cum probatione poſſeſſorij: licet
cauſa allegata non probetur. ita dicũt gl.& Doct.
in l.cum de in rẽ verſo. ff. de vſu. gl. etiã Dyn.Bar.
in l.litibus.C.de agric.& cenſi.li.11.& Cyn.Petr.
in l.ſi certis an.C.de pac.dicunt.quod licet in re-
alibus actionibus cauſam propinquam ſiue im-
mediatã ſufficiat allegari, non tamen ſic in perſo
*b* nalib. *b* ſufficit cauſam immediatã, ſcilicet obli-
gationẽ allegare. Sed oportet dicere cauſam re-
motam, ſcilicet contractum: vt ff. de exceptione
rei iud.l.& an eadem cauſa.§.actiones.& ideo di-
cunt non ſufficere in libell.dicere. quod reus o-
bligatus eſt ad ſoluendũ d.cenſum, & ꝙ longo tẽ-
pore ſoluit: ſed oportet, quod dicat: dico te obli-
gatũ ex tali cõtractu ad talem annuum cenſum.
& ita hoc ſentit gl.in l.2.§.circa.ff.de doli except.
ibidem tenet Bal.in d.l.ſi certis annis.dicẽs: Aut
nulla cauſa allegatur: ſed eſt minus ſufficiens, &
non valet. Aut allegatur ſufficiẽs & idonea: & ta-
lis ſatis probatur & præſumitur per longam præ-
ſtationẽ: quia talis præſumitur cauſa, qualis per
effectũ demonſtratur, & ibi proſequitur ipſe Bal.
hanc materiam per 6.chartas.idem tenet Ang.in
ſua repetitione.d.l.ſi certis an. vbi dicit, ꝙ com-
munis opinio Legiſtarum & Canoniſtarum eſt,
quod allegetur cauſa vera cum diſcurſu & pręſta-
tione longi temporis, ſecundũ Legiſtas, & ſecũ-
dũ Canoniſtas longiſſimi. ſcilicet 40.ann. ꝙ ſuf-
ficit & præſumitur cauſa, quod tamen non ſuffi-
ceret, ſi nulla cauſa allegaretur. Itẽ ſequitur Bart.
in d.l.cum de in rem verſo. vbi dicit, quod cautus
Aduocatus debet aſſerere in libello, illam annuã
præſtationem ſibi deberi ex ſtipulatione: & tunc
ſufficit probare illã annuã præſtationẽ, qua pro-
bata operabitur illud, quod operaretur probatio
ſtipulationis. Idem etiã ibidem tenent Bal.& Io.
Fa.in §.ęque.inſtitu.de ac. vbi dicit, quod nõ ſuf-
ficeret tẽpus per ſe, niſi eſſet tantũ tempus, cuius
initij memoria non exiſteret in contrarium. niſi
allegaretur cauſa idonea. Concluſio ergo eſt iſta,
quod debet exprimi cauſa idonea: licet non pro-
betur cum præſtatione temporis: alias debet ſe-
qui abſolutoria ſententia. Et ita fuit deciſum per
Dominos meos Parla. in diffinitione cauſæ, de
qua in præcedenti quæſtione fit mentio.
*a* ¶ Eam non probet. *Videtur tamen probari oporte*
*re ſolutum fuiſſe ex cauſa allegata, ne vſus longi tempo-*
*ris operetur duo ſpecialia contra l.1.C. de dotis promiſ.*
*do.Sal.in l.ſi certis ann.in 4.col.in ver.quæro dixi. C.*
*de pact.& ibi do.Bal.in 3.col.in verſi.extra opponitur.*
*& do.Bar.in l.cum de in rem verſo.in ver. breuiter ad*
*uerte.& in ver.nunc ad propoſitum.ff.de vſuris.*
*b* ¶ In perſonalibus. *Adde do.Cy.in præalleg. l.ſi cer-*
*tis annis, in 4.col.in verſi.iuxta hoc quæro. vbi ipſe aſ-*
*ſignat rationem: quare in obligationibus perſonalibus*
*non ſufficit cauſam propinquam ſiue immediatam alle-*
*gari: ſed in realibus obligationibus bene ſufficit.*

## QVÆSTIO CCCCIX.

SVMMARIVM.

1 *Verba illa, Præſcriptione. &c. in aliquo contractu adiecta, an impediant curſum præſcriptionis. Et quid ſi proferantur à ſtatuto. num.2. Et quid ſi à contrahentibus. num.3.*
4 *Malæ fidei poſſeſſor, quod præſcribat. an ſtatuto poſ-ſit induci. remiſſ.*

*a* QVæro quid *a* operentur illa verba, præ-
1 ſcriptione non obſtãte, &c, † in aliquo
actu adiecta, an impediant curſum præ-
ſcriptionis? Bal.in c.de c.Corradi. §. præterea.in
feu.col.10. dicit, ꝙ non, per regulas generales.
2 quæ habentur in l.ſicut & l.omnes.de præſcr.30.
vel 40.anno. † ſed quid ſi illa verba proferantur à
ſtatuto? verbi gratia, dicit ſtatutum, quod inſtru-
mentum publicũ demandetur executioni, non
obſtante aliqua præſcriptione. dic ꝙ tale ſtatutũ
non poteſt intelligi, quod remoueat præſcripti-
onem longi temporis, quæ non habet locũ in a-
ctionib. perſonalibus: niſi vno caſu. vt C.de vſuf.
l.corruptionẽ. ergo vt aliquid operetur, debet in
telligi, quod remoueat præſcriptionẽ longiſſimi
temporis, ſcilicet 30.vel 40.annorũ: iuxta quod
vide quod no.C. ne rei Dominicæ, vel Templo-
rum.l.vniuerſas. & de Decurionibus. l. ſi quis
*b* Decu.lib.10. *b* Sed d.An.de Bu.indiſtincte tenet,
quod ſtatutum ciuitatis valet, quod nulla præ-
ſcriptio currat: quia populus poteſt contra le-
gem ſtatuere.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iure:
licet videatur contra publicam vtilitatem: vt in
l. 1. ff. de vſucapi. tamen quia naturalem æqui-
tatem, ne quis locupletetur cum aliena iactura.
tale ſtatutum ſuſtinetur.l.nam hoc natura. ff. de
cond.

cond.indeb.& facit,quod voluit Ioan.And.in c.
poſſeſſor.de reg.iur.in Mercurialib.Ita dicit But.
vt refert d.Io.de Graſſis,in c.cum à nobis. extra,
de præſcri.prout reperio in recollectis meis, ſub
ipſo,dũ legebat Thaurini, ſcriptis & reportatis.
Et ita ſeruat ſtylus Curæ Sancti Marcelli. in qua
Curia contra obligatum ad dictam ſubmiſſum
conceduntur præciſæ non obſtante præſcriptio-
ne. Sed reſpectu ſubmiſſionis ad dictam Curiam
aduerte, quia non ſufficeret ſimplex ſubmiſſio,
niſi inſtrumentum debiti etiam ſigillo dictę Cu-
riæ Sancti Marcellini, vna cum ſubmiſſione eſſet
3 ſigillatum: vt plene dixi ſupra, quæſti.181. ¶ † Sed
quid ſi verba prædicta proferantur à contrahen-
tibus, vel à teſtatore, qui iuſſit ſolui nulla præſcri
ptione obſtante? Videtur, quod in infinitum ex-
tendatur: iuxta l. quod ſi nolit. §. ſi quid ita. ff. de
ædil.edict. ſed Bart. dicit, quod huic exceptioni,
cum ſit mere odioſa, non poteſt renunciari, ita
no. ipſe in l.1.ff.de vſucap. & in l. nemo poteſt.ff.
c de legat.1. c & de hoc etiam tetigi ſupra, qu.319.
¶ Sed quid ſi illa verba ponãtur in reſcripto Prin
cipis, vel aliquo priuilegio? dic vt not. C. de ſacr.
ſanct.Eccl.in auth.quas actio.iſta ſunt verba Bal.
in loco præall.attamen in hac materia vltra Bal.
vide l.2.& l.repet.ff.quib.mod.vſusfruc.ami. vbi
per hæc verba, toties, quoties, &c. vel ſimilia im-
pediri poteſt præſcriptio. Ita dicunt Doct. per il-
la iura.& facit bene quod no. Bald.in l.2. C. vt in
4 poſ.leg. ¶ De materia, † an ſtatuto poſſit induci,
quod malæ fidei poſſeſſor præſcribat: tetigi ali-
qua ſupra, quæſt.199.circa fin.&c.

a ¶ Quæro quid. *De hoc vide per Ang. in auth. vt de cætero non fiant commut. verſi. not. col.*

b ¶ Lib.10. *Hucuſq; incluſiue à princ. ſunt verba formalia. d. Bald. in prædicta hic allegat, poſita in §. verſ. quæro ergo.*

c ¶ ff.de leg.1. *Hucuſq; à princ. huius verſicu. ſed quid, recitantur pariter verba formalia. d. Bal. in pr. §. prætere a. poſita in verſic. iſta. Et pro deciſionib. quæſtionis optime facit, quod dicit Bal. in l.1. in vltim. col. in ver. quæro ſi promitto. ff. ſolut. matr. Et quod per pactum non poſſit fieri, quod non currat præſcriptio niſi 40. annorum, tenet d. Ang. de Vbald. in authen. vt de cætero non fiant commuta. colla.5. in verſic. ibi, nullo tempore. Sed vt ibi vult, hoc tamen fieri poſſet per ſtatutum, dũmodo præſcriptio excedat centum annos.*

## QVAESTIO CCCCX.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias conuentus ſuper compulſoriis in Curia Parlamenti, an poſſit opponere de nullitate: eo, quod non fuerit conuentus de authoritate patris.*

DE iure filiusfamilias in agendo, aut de-
fendendo, non poteſt eſſe in iudicio ſi-
ne authoritate patris, & ſi exiſtat, iudi-
1 ciũ eſt nullũ, vt plene dixi ſupra, q.54. † Sed pone,
quod filiusfamilias conuenitur per cõpulſoria,
in iudicio in Curia Parl. vel Sancti Marcellini, in
quibus certæ exceptiones admittuntur, aliis re-
iectis, ex contractu cum eo facto, ex quo obliga-
tur in l. tam ex contractibus. ff. de iud. An talis fi-
liusfamilias poterit dicere proceſſum nullũ, de-
fectu authoritatis patris? dic quod non ſecundũ
quod iudicatur in dicta Curia Parl. cum ſecundũ
ſtatuta Delp. certæ exceptiones contra compul-
ſorias admittuntur, de quarum numero non eſt
iſta exceptio nullitatis, conſiderato etiam, quod
hæc Curia Parl. non attendit ad hanc patriam po
teſtatem: vt ſcripſi. d. q.54. Ita fuit determinatum
die 3. menſis April. 1460. in cauſa tunc diffiniti-
ua inter Io. Veſperie de Romanis appellãtem, &
dominam Abbatiſſam Verneiſonis, appellatam,
in manibus Ant. de Molena: licet contrarium de
a iure videatur per ea, quæ dicit Bart. a in l. Diuus.
ff. de teſt. mil. ¶ De materia ſtatuto Delp. in quo
aliquæ exceptiones admittuntur: an aliæ videan-
tur reiectæ: vide, quæ dixi ſupra, q.209. & in appa-
ratu, quem feci ſuper dicto ſtatuto Delp. de lite-
ris compulſoriis & præciſis concedendis. Et an
filiusfamil. poſſit appellare pro patre ſine man-
dato & appella. introducere, vide ſupra, quæ.203.

a ¶ Dicit Bar. *Aduerte, quia do. Bart. in d. l. Diuus. hic alleg. legitur, quando quis opponit talem exceptionem, quæ dicit ſententiam, ſeu proceſſum, nõ eſſe ſententiam ſeu proceſſum. Et ideo in hoc caſu diſtinguendum, aut allegatur ſententia ſeu proceſſus eſſe nullus, ex defectu iuriſdictionis: & tunc de hac nullitate poterit opponi, per ea, quæ dicit do. Io. And. in Cle.1. extr. de ſeq. poſſ. & fru. Aut allegatur nullus ex defectu ſolennitatis, vel formæ iuris communis. & tunc ſecus. Aut allegatur, defectus formæ, ſeu ſolennitatis ſubſtantialis ipſiuſmet ſententiæ, ſiue proceſſus, etiam tunc auditur opponens. Sed vbi allegatur nullitas, quæ non tangit formam, ſeu ſolennitatem ſubſtantialem ipſius rei, prout eſt in caſu huius quæſtionis, non admittitur exceptio talis nullitatis. Ita colligitur ex ſcriptis do. Bart. in l.1. § qui refert. in verſic. ego in iſta materia. ff. quod vi aut clam.*

## QVÆSTIO CCCCXI.

SVMMARIVM.

1 *Prælationis ius an poſſit alteri cedi ſiue remitti.*

2 *Laudimium an debeatur ex remiſſione, quæ fit inter ſocios cohæredes.*

3 *Dominis duobus exiſtentibus, vter vtetur ſuo iure in laudimio.*

DOminus directus poteſt rẽ emphyteuticariã,
quãdo alienatur iure Prælationis ſibi retine-
1 re. † ſed hoc eſt verũ, ſi velit eã retinere nomine
ſuo. Nã ſi vellet nomine alterius ſui amici eã reti
nere, nõ poſſet: vt l. fi. §. ſed nec hac occaſione. in
fi. C. de iur. emph. in auth. vt de cætero non fiant
commuta. circa medium. & hoc ibi not. per Ia. &
Doct. in § de cætero. col. 5. facit. ff. de iur. do. l.
ſi mulier. § ex aſſe. & de lega. præ. l.3. §.1. & de ad-
mi. Tut. l. ſi pluribus. & per Cyn. in l. ad officium.
in fi. C. commu. diui. & facit. l.4. §. cum igitur. ff.
a de in diem adiectio. ita tenet Dyn. & Bart. a in d.
§. cum igitur in 1. quæ. & Petrus Heliæ in ſuo tra-
cta. de iur. emphyteut. & ita vidi ſemper iudicari
in hac Curia Parlam. Delphi. ¶ De aliis vero mul
tis quæſtionibus in hac materia iuris emphyteu-
ticarij, vide quæ plene dixi ſupra, quæſtio. 46. 47.
48. quæſtio. 100. 101. 107. 123. 171. 173. 174. & infra,
2 q. ſequen. ¶ Sed an † ex remiſſione, quæ fit inter
ſocios cohæredes, debeatur laudimiũ? dic quod
non, ſecundum Bart. in l. fi. ff. de con. furti. poteſt
fieri cautela, quod dominus directus non pote-
rit rẽ capere iure prælationis, ſi emphyteuta ven-
dat, ſi Dominus voluerit laudare: nam hoc caſu
ſi laudet, tenebit venditio, ſi non laudet, vendi-
tio, quæ eſt conditionalis, deficiet. Iſtud conſi-
lium tradit & ponit Bart. in l. quod ſæpe. §. ſi quis
3 amico. ff. de contrah. empt. & vend. ¶ Sed † ſi ſint
duo Domini directi, quorum vnus vult retinere
iure Prælationis, alter vero non, ſed vult inueſti-
re emptorem. Dic, quod quilibet vtetur iure ſuo.
allega, 1. §. ſi alter ex hæredibus. ff. quorum leg. li-
cet contrarium videatur per l. quod ſi quis. §. fin.
ff. de in diem addic. vide ſuper hoc, quæ dixi in-
fra, q.508. ¶ De materia iuris Prælationis tetigi
in aliis terminis, infra, q.75.

a ¶ Et Bart. *Caue, quia nil per Bartol. nec Bald. in § quem noſter hic alleg. ſed bene facit in ar. authen. vt de cætero. com. ec. re. non fi. col. 5. tam in rubro quam in nigro, ibi vt perpetuo apud.*

## QVÆSTIO CCCCXII.

SVMMARIVM.

1 *Re cadente in commiſſum, an dominus non poterit agere poſt quinquennium.*

POne quod poſtquam res cecidit in commiſ-
1 ſum, dominus ſtetit per quinquenniũ, † quod
non egit contra emphy. ſed ſemper eum dimiſit
poſſidere: nunquid poſt quinquennium poterit
agere? videtur quod non, pro quo videtur caſus
in l.2. C. de vecti. & commiſſis. iuncta l. cotem. §.
dominus. ff. de publ. & vecti. ad quod facit. l.1. C.
de contractibus Iud. & l. fin. C. ſi maior rem ſine
decreto vend. credo tamen contrarium, quia cõ-
dictio ex l.2. C. de iur. emphyte. eſt perſonalis, vt
in §. appellamus. inſtit. de actio. & ita durat vſq;
ad 30. ann. a quando proponitur in modum agẽ-
di, ſed ſi in modum excipiendi, eſt perpetua, inſt.
de perpe. & tempo. acti. in princ. Et iſta vltima
pars ſeruatur in iudiciis, prout ſemper vidi ob-
ſeruari, tam in curiis temporalibus, quam ſpiritu
alibus præſentis patriæ, &c. ¶ De præſcriptione
Iuris agendi ad ſupplementum legitimæ, vide
quæ dixi ſupra, q.82. & de præſcr. iuris adeundi hę
reditatem, vide quæ dixi q.96. Conſ. meor.

a ¶ Triginta annos. *Quin etiam ſi emphyteuta per mille annos poſſideret, & non interuerteret poſſeſſionẽ, nunquam præſcriberet licet penſionem, non ſoluat, & figat in animo ſuo, quod rem illam, vt propriam poſſideat: ſecundum Spec. in titu. de loca. in §. nunc aliqua. verſ. ſeu. q.44. circa med. & fin.*

## QVAESTIO CCCCXIII.

SVMMARIVM.

1 *Pedagium ſi quis fregerit, emolumentum condemnationis cui applicetur.*

2 *Pedagium qui emit, an videatur pœnas tranſgreſſorum emiſſe.*

3 *Confiſcationes an pertineant ad proprietarium, vel vſufructuarium.*

4 *Confiſcatio facta ad bona, quo porrigatur.*

VBi aliquis condemnatur ex eo, quod fre
1 git pædagium, id eſt, † quod tranſiuit ab-
ſque ſoluendo vel areyſonando pæda-
gium, emolumentum condẽnationis debet fir-
a mario pædagij applicari, per text. in l. ſi quis. a C.
de vect. & commiſ. Sed ſtylus dictæ Curiæ Parla-
menti habet in contrarium: quia talia adiudican
tur fiſco vel alteri Bannareto tradentibus ad fir-
mam eorum pædagia: niſi aliter inter partes fuiſ-
ſet actum. ita vidi in plurib. & diuerſis cauſis tẽ-
2 poribus meis determinari. ¶ † De hac tamẽ ma-
teria, videlicet, an ille, qui emit pædagiũ, videa-
tur emiſſe pœnas tranſgreſſorum: dic in l. credi-
tor. in prin. & ibi Cyn. in ſuis additio. C. de iure
emphyteuti. ¶ De materia vectigalis vide in c.
ſuper quibuſdam. §. præterea. extra, de verb. ſign.
& ibi probatur, quod ius exigendi vectigal poteſt
præſcribi. ¶ Aduertendum enim in hac materia
pædagiorum, quod colligentes pædagia, debent
tenere itinera tuta: vnde ſi fiat aliqua roberia in
territorio domini exigentis pædagium, tenetur
ipſe dominus reſtituere, vel malefactorem exhi-
bere, ſecundum Arch. qui hoc not. 33. q.6. ſi quis
peregrinos, quem ſequitur Bal. in tit. de pace iu.
3 fir. in c. conuenticulas quoq;. ¶ † Confiſcationes
an pertineant ad proprietarium vel ad vſumfru-
ctuarium: vide Bar. in l. diuortio. §. interdũ. ff. ſol.
matr. in 2. q. & per eundem Bart. in l. Imperator.
4 in fi. ff. de iu. fiſci. ¶ † Confiſcatio facta ad quę bo
na porrigatur? vide Bart. in l. pupil. in 2. quæ. ff. de
Tuto, & Cura. da. ab his. & in l.1. C. de ſum. Trin.
& fid. cath. & Bald. in § ſi Iudex. de Clerico viola-
tore pacis, in feud. An fiat confiſcatio ipſo iure
quo ad dominum, vide Bart. in d. l. Imperator. in
fin. ff. de iur. fiſc. ¶ De materia pædagij etiam te-
tigi infra, q.549. & in l.15. Conſil. meorum.

a ¶ L. ſi quis. *Iſte eſt bonus text. qui optime & clariſſime diffinit hoc iuris argumen. Et adde quæ ibi dicunt Bald. & Sal. vtrum autem aliæ pœnæ extra pœnam cõmiſſi pertineant publicanis ſeu pædagiariis. vide d. Bal. in l. creditor. in 1. not. ff. de act. empt.*

## QVÆSTIO CCCCXIIII.

SVMMARIVM.

1 *An hæres iurantis ſortiatur forum Eccleſiaſticum ratione iuramenti per defunctum præſtiti in contractu.*

1 IVramentū † eſt qd perſonale: vt probat text. in l. generaliter. C. de iureiura. circa prin. vide de materia iſta Guillermum de Monte Lauduno. in Cle. 1. De iureiu. ibi multum diſcrepat iuramentum hæreditarium à perſonali. Circa quod tamen diſtingue, quia ſi nos quærimus de iuramēto ex parte eius, cui iuratur, & tunc eſt reale, pro quo in auth. de iureiur. à moriente præſtito. in prin. col. 5. vnde dicit Inno. in c. veritatis. extra, de iureiur. quod iuramentum tranſit ad hæredem recipientis, non ad hæredem iurantis. Et eſt effectus, quod hæres non ſortitur
a forum *a* ſpirituale ex iuramento defuncti, nec cenſura Eccleſiaſtica poteſt compelli: vt no. in c. vlti. de foro com. lib. 6. ita dicit Inno. in d. c. veritatis. idem etiam tenet Ant. de But. in c. cum ſit. de foro compe. in 5. col. ibi, inquantū dixi & ſcripſi, ſupra, q. 77. in fi. licet Abb. dixerit cōtrarium.
b *b* in cap. parochianos. extra, de ſepulturis. tamen veritas eſt, quod iuramentum quo ad ſpiritualitatem, quæ ſibi ineſt, non tranſit ad ſucceſſorem iurantis: ſed quantum ad robur contractus, bene tranſit contractus iuratus: quia vires & robur aſſumpſit, de præterito à principio, & ex perſona
c hæredis robur contractus non mutatur. *c* Item tranſit quantum ad probationem. no. in d. auth. de iureiur. à moriente præſti. in pr. quæ ſic debet intelligi, ſecundum Bal. in ſuo Repertorio ſuper Inn. de qua in tit. de iureiur. vbi hoc ponit. Et ita vidi pluries determinari inter Dominos meos Parlamenti, qui in deciſionibus cauſarum ſeruāt opinionem Inn. de qua in d. c. veritatis. Et quia venerabilis do. Io. Ardiſſo. Decretorum Doctor, & Officialis Gratio. conabatur quendam laicum ciuem huius ciuitatis Grationo. hæredem cuiuſdam iurantis corā ſe trahere in iudicio vigore iuramenti à defuncto præſtiti, allegando pro ſe opin. Abb. de qua ſupra tetigi: Domini mei de Parlamento, de hoc anno currente Domini 1460. & de menſe April. coram ſe in Camera Conſilij euocari fecerunt dictū do. Officialē, cui præmiſſa remonſtrarunt: & qui dominus Officialis tunc eiſdē Dominis meis dixit, quod à talibus de cætero deſiſteret. De hac materia, vide quæ dicit Bal. in ſua rep. l. rem maioris. C. de reſc. vend.

*a* ¶ Non ſortitur forum. *Adde do. Pe. de Anchar poſt do. Io. And. in c. cum. C. laicus. in 3. de foro comp. lib. 6. vbi dicit, quod licet iuramentum ex parte recipientis ſit reale, id eſt, tranſmiſſibile ad hæredes: tamē ex parte præſtantis eſt perſonale, & ad hæredem non tranſit.*

*b* ¶ Contrarium. *Si bene inſpicitur, Abbas non præciſe dicit contrarium, ſed dicit, quod licet non poſſit conueniri coram Eccleſiaſtico Iudice hæres iurantis: poteſt tamen implorari officium Iudicis Eccleſiaſtici, vt hæres ſatisfaciat animæ defuncti.*

*c* ¶ Non mutatur. *Hoc videtur ſentire do. Pet. Anch. in c. cum C. laicus. in 3. not. de foro compet. lib. 6. vbi in auth. quod obtinet. C. de probationibus. vbi hæres cogitur ſtare iuramento defuncti, &c.*

## QVÆSTIO CCCCXV.

SVMMARIVM.

1 *Rem feudalem ſi emerim, & velim præſtare fidelitatem domino, cum recognitione homagij, an dominus poſſit recuſare.*

2 *Poſſeſſio an transferatur per inueſtituram.*

3 *Dominus directus an per inueſtituram rei feudalis debeat exigere laudimia.*

4 *Dominus aliquis ſi inueſtierit de re feudali aliquem Nobilem, vel plebeium, an per talem inueſtiturā videatur facta infeudatio rei.*

POne, emi rem feudalem, & volo præſtare fi-
1 delitatem † Domino, cum recognitione homagij, an Dominus poſſit recuſare me recipere? Pet. Iac. in tit. de actio. in rē pro re feudali. in ver.
a & eſt notandum, *a* dicit, quod dominus non tenetur nec cogitur vaſallo vendenti conſentire: quia dicit ipſe, lege cautum non reperitur, licet in emphyteuta ſit ſecus, vt C. de iu. emphy. l. fin. ſed Iac. de Bello Viſu, quem ſequitur Bal. in tit.
b per quos fiat inueſtitura. §. fi. *b* ibi, queritur, qd ſi vaſallus, &c. vidētur aliter velle, dicētes ꝙ illa recuſatio nō nocet vaſallo: quia dominus tenetur ſibi ad intereſſe: vt in feudis de no. forma fidelitatis. §. fi. vel poteſt præciſe cogi tradere rem, ſi penes ſe habeat, & inueſtiturā facere: vt in feudis. ſi de feud. fue. controuer. c. facta. vel quia dominus priuabitur poſſeſſione feudi: ſicut vaſallus priuatur iure ſuo, ſi recuſet fidelitatē præſtare: vt in feudis, de forma fidelitatis. §. domi. & qualiter feu. priuetur. c. ex facto. vel priuabitur dominus proprietate, vt dixi ſupra, q. 148. Sed quicquid ſit de iure, dicta Curia Parl. aliter ſeruat de ſtylo: qa ſi dominus recuſet, aut plus debito differat inueſtire, & retinere emptorem rei feudalis, vel emphyteuticæ ipſa Curia cōſueuit dominū ſummari facere per literas patētes, quod inueſtiat & retineat emptorem rei feudalis, vel emph. quod ſi facere recuſet, conſueuit ipſa Curia iure ſuperioritatis tales emptores retinere, & inueſtire, & mandare eos cōſeruari in poſſeſſione taliū rerū, niſi fieret alienatio de Nobili in ruſticū, quia tūc Domi. non teneretur inueſtire ruſticum: vt dicit Pet. Ia. in ti. de actio. in rem pro re feudali. in ver. attamen dominus non tenetur, &c. tamē reſpectu Domini noſtri Delph. conſueuerunt inueſtiri & retineri etiam ruſtici ſeu plebeij de reb. feudalibus in Camera Computorū Delph. ſoluēdo duplicia laudimia domino noſtro Delph. & hoc quando æquum & honeſtum videtur Dominis Parlamenti, & Cameræ Computorum Delph. ſi tamen non videatur eis honeſtum, conſueuerūt
2 recūſare inueſtiturā facere. ¶ † An per inueſtitu-

ram



2 ram transferatur poſſeſſio? Dic quod non, licet videtur data licentia intrandi poſſeſſionem propria authoritate: vt dicit In. in c. 2. extra, de conſuetudine. ita ſemper vidi fieri, obſeruari, vt ibi, tales emptores ſunt capaces, niſi dominus vellet retinere iure Prælationis pro eodē precio. quod poteſt, etiam reſpectu rei feudalis de conſuetudine generali præſentis patriæ. ¶ De materia rei feu
3 dalis vide quæ dixi ſupra, q. 305. ¶ Sed † an dominus directus pro inueſtitura rei feudalis debeat exigere laudimia? Pet. Iac. in ti. de act. in rē, quæ ꝓ re feudali cōpetit. ibi, Sed hodie aliter ſeruatur. &c. dicit quod non. quia dicit ipſe, aliquo textu non reperitur. ſed Io. Columbi. in ſua gl. in c. Imperialem. §. illud. facit mentionem de laudimiis, quando feudum alienatur. Sed de conſuetudine generali præſentis patriæ Delph. Sabaudiæ, & certarum aliarum patriarū circumuicinarū domin. percipere, & habere conſueuit laudimia ab emptore, etiam rei feudalis pro inueſtitura ad inſtar rei emphyteuticariæ: aliter tamen ſeruatur in Regno Franciæ: vbi pro re feudali non recipiuntur
4 laudimia. ¶ † Sed iuxta hæc quæro, aliquis dominus inueſtit de re feudali aliquem Nobilem, vel plebeiū, an per talem inueſtituram videatur facta infeudatio talis rei? Videtur quod ſic, ſicut in ſimili videmus, quod inueſtitura in beneficialibus operatur inſtitutionem & collationem beneficij ſecundum gl. in cap. authoritate. de inſtit. in antiquis. & Henr. Bohic. in c. ex tranſmiſſa. de electione. Et tetigi in q. 83. Conſil. meorum.

*a* ¶ Et eſt notandum. *In huiuſmodi articulo ipſe do. Pet. ita ſubdit, quod aliter obſeruatur: quia ex quodam errore in quibuſdā locis dominus cogitur conſentire vaſallo alienanti, vel retinere pro eo precio, niſi preciū interueniat, vel aliqs recipere emptorem in poſſeſſionem feudi idoneum: tamen pro feudo obtinendo, & ſeruien.*

*b* ¶ In §. fin. *Et vide omnino quod ibi dicit dom. Alua. in 3. col. in verſic. ſed tu circa.*

## QVÆSTIO CCCCXVI.

SVMMARIVM.

1 *Præſcribaturne contra fiſcum, diſtinguitur.*

2 *Præſcriptio triplex, odioſa, fauorabilis, & partim odioſa. partim fauorabilis. num. 2. 3. & 4.*

5 *Præſcriptionis cuiuſnam hic rationem habeamus.*

6 *Dilatio ipſa an ſit perpetuata, per interruptionem præſcriptionis.*

7 *Præſcriptio an interrūpatur per ſententiam arbitri.*

8 *Præſcriptio an in aliquibus caſibus ceſſet.*

9 *Bona fides an requiratur in præſcriptione libertatis cōtra ſeruitutē, vel liberationis cōtra obligationē.*

10 *Mala fides authoris, an noceat ſucceſſori.*

11 *Iuramentum an impediat præſcriptionem.*

12 *Iudex an debeat admittere præſcriptionem, ſi pars non opponat de eadem.*

13 *Præſcriptio vel vſucapio, an aliquo caſu dormiat.*

14 *Quo tempore præſcribatur officio iudicis.*

15 *Præſcriptionis 30. annorum exceptio, an impediat litis conteſtationem.*

16 *Excommunicatus, an præſcribit durante excommunicatione.*

1 CVm quæritur an † & qualiter præſcribatur contra fiſcū, dic aut loquitur de iure ſuperioritatis, & ſimilibus, & talia non præſcribuntur aliquo tempore, vt C. de præſcri. 30. vel 40. ann. l. competit. aut quæritur de rebus ſeu iuribus quæ Princeps poſſidet, vt priuatus, videlicet, feudum vel domum, aut annuum cen-
a ſum, & hoc caſu ſunt gl. contrariæ: *a* quia vna gl. dicit, quod talia præſcribuntur centum annis, in auth. de non alienandis aut permutandis rebus Eccle. §. ſi minus. col. 2. ſed Henric. Bohic. in c. ſi diligenti. extra, de præſcript. in fi. diſt. dicit dictā gl. non eſſe verā: quia imo credit ipſe Hen. Bohic. quod talia præſcribuntur 40. annis, vt in d. l. cōpetit. & ita dicit ipſe tenere gl. in §. res fiſci. Inſtit. de vſucap. ita etiam videtur ſentire Cyn. in d. l. competit. Et pro hac vltima parte fuit cōcluſum in Camera Conſilij, per Dominos meos de Parlamento, de ann. 1460. de menſe Iunij, dum tractaretur de laudimiis debitis in Theſauraria Delphi. per aliquos de Voyrone, qui ipſa laudimia celauerant 40. ann. proxime lapſis, & vltra. ſed quia pendentibus dictis 40. annis fuit facta proclamatio in villa Voyronis, inſtante Procuratore fiſcali generali. Delph. quod omnes debentes dicta laudimia ſoluant in Theſauraria Delp. An per talem proclamationem fuerit interrupta dicta præſcri. 40. an. Credo ꝙ non. Primo, quia vox præconis paucis innoteſcit, vt iuribus vulgatis. Secūdo, quia videmus, quod ad faciendum quē malæfidei poſſeſſorem, debet denunciari ante contractum, & non ſufficit, quod poſt contractū fiat durante præſcriptione. ita dicit do. Ioan. de Graſſis. in c. ſi diligent. extra, de præſcript. ibi. l. ſi fundum. & alleg. l. penult. cum ibi not. per gloſſ. ff. pro empto. ita ſcripſi ſub eo in meis recollectis. multo ergo minus operabitur dicta proclamatio interruptionem. Tertio, quia dicta præſcriptio 40. anno. & ſimiliter præſcript. 30. ann. cum ſint mere odioſæ, non interrumpuntur, niſi per citationem. vt l. omnes. & l. ſicut. & l. cum notiſſimi. C. de præſcript. 30. vel 40. anno. Et ita fuit appunctatum & ordinatum per Dom. meos Parlamenti in d. cauſa laudimiorum Voyronis non fuiſſe interruptam dictam præſcriptionem 40. anno contra fiſcum, per dictā præconizationem. ¶ Verum, quia ſupra aliqua dixi de interruptione præſcriptionis, pro pleniori declara-
2 tione, † dic quod quædam eſt præſcriptio totaliter odioſa. quia eſt introducta principaliter in odium illius, contra quē præſcribitur, propter eius negligētiā, vt in præſcriptione 30. vel 40. an. vt l. fi. in fin. C. de annali exceptione. & iſta præſcriptio interrumpitur per ſimplicē citationem. vt l. omnes. ſicut & l. cum notiſſimi. C. de præſc. 30. vel 40. an. Quod intelligo de citatione illa, de cauſa facta, ita quod ſaltem in prima dicta citatione, ipſe reus fuerit inſtructus, & certificatus

de cau

de cauſa propter quam citatur, alias ſimplex cita
tio non operaretur interruptionẽ, per ea, quę di-
xi infra, q. 488. Et eſt ratio, quia illa præſcriptio
cauſatur ex negligẽtia nõ petentis, qua negligẽ-
tia ceſſante ceſſat ipſum cauſatũ, hoc eſt, ipſa præ-
3 ſcriptio.† Quædam eſt præſcriptio, quæ procedit
in bonis mobilib. cũ iuſto titulo & bona fide, vt
eſt vſucapio: & iſta eſt mere fauorabilis, nec cõti-
net aliquid odij, cũ in fauorẽ præſcribentis ſit in-
troducta: & iſta nõ impedietur per litis cõteſt. &
multo minus per citationẽ. & ideo eſt neceſſaria
ſententia diffinitiua. vt l. ſi poſt acceptũ. ff. de rei
ven. & l. 2. §. fi. de vſu. pro ẽptore. Cuius ratio eſt,
quia per litis conteſt. vel citationẽ, nõ ceſſat cau-
4 ſa præſcribẽdi, hoc eſt, fauor. Alia † eſt præſcriptio
partim odioſa, & partim fauorabilis, vt illa, quæ
procedit cum iuſto titulo, & bona fide in rebus
immobilibus per decẽ annos inter præſentes, &
20. inter abſentes. vt l. fi. C. de præſcrip. longi tẽ-
poris. Et in hoc eligitur media via: vt non inter-
rũpatur per citationem ſimplicẽ: ſed per litis cõ-
teſt. vt l. more. C. de rei ven. Quædam eſt præſcri-
ptio, quæ currit ſui natura, non cõſiderato odio
vel fauore: vt actio redhibitoria, vel quanto mi-
noris. & iſta interrũpitur per litis conteſt. vel per
oblationem precũ ipſi principi. vt l. 1. & 2. quan-
do libellus princ. da. litis conteſt. faciat. Et de hac
materia interruptionis, vide per Barto. in l. cum
quis. §. ſi quis pro reo. ff. de ſolutio. Et de hac ma
teria interruptionis, aliquas queſtiones tetigi in-
5 fra in hac eadem quæſtione.† De qua ergo inter-
ruptione loquitur tex. in l. fi. ff. de eo, per quẽ fa-
ctum erit. certe non de præſcriptione 30. vel 40.
anno. quia tempore iſtarum legum iſtæ præſcri-
ptiones fuerant incognitæ. vt notatur per gl. or-
dinariam in l. qui occidit. §. 1. ff. ad l. Aquil. & l. Iu-
lianus. alias incipit, non ſolum. ff. ex quibus cau-
ſis mai. & in auth. vt Eccleſ. ro. gau. priuile. centũ
anno. in pr. col. 2. Dicendum eſt ergo, quod dicta
l. fi. de eo, per quem factum er. inquantum dicit,
quod res fuit tẽpore amiſſa, loquitur de præſcri-
ptione 10. vel 20. anno. vel de vſuca. proprie ſum-
pta, quę non interrumpitur per litis conte. vt pa-
tet ex præmiſſis. in eo vero quod dicit dicta l. fi.
ff. de eo, per quẽ factum er. actionem ex tempore
fuiſſe amiſſam: loquitur de præſcriptione illarũ
actionum, quæ ſui natura currunt, vt prædictum
6 eſt. ¶ † Sed dubitatur vtrum per interruptionem
præſcriptionis ipſa actio ſit perpetuata. ſuper quo
dic, quod per talem interruptionem talis præſcri
ptio facta per citationem ſimplicem, actio non
perpetuatur in 40. annos, ſed ſimpliciter inter-
rũpitur ipſa præſcriptio, & erit neceſſe, vt ex die
citationis inchoetur noua præſcriptio talis, & tã-
ti temporis, qualis erat prima. Sed ſi per litis cõ-
teſt. eſſet facta interruptio præſcriptionis, tunc
actio perpetuatur vſq; ad 40. annos. & ita ex par-
te litis conteſt. vel eo tempore, quo partes tacu-
erunt, erit neceſſe, quod currat noua præſcriptio
40. ann. vt l. fi. C. de præſcriptione 30. vel 40. an.
& vide quæ not. per gl. & Bart. in d. l. cum notiſſi-
7 mi. in pr. ¶ † An per ſententiã arbitri interrũpa-
tur præſcriptio? dic ꝙ ſic, per l. pe. C. de arb. ¶ Sed
8 an ſint aliqui † caſus, in quibus ceſſet præſcriptio?
b *b* dic quod ſunt 12. caſus, & vltra, quos ponit glo.
in c. cum non licet. extra de præſcrip. ¶ Sed an pa
cto vel ſtatuto poſſit tolli præſcriptio: vide, quæ
plene ſcripſi ſupra q. 409. ¶ De materia præſcri-
c ptionũ *c* (in aliis tamen terminis) vide quę plene
dixi ſupra, q. 406. & 407. & 408. Et de præſcripti-
onibus, an, qualiter, & quando currãt contra pu-
pillũ, vel adultũ, vide quæ dixi plene ſupra, q. 31.
9 † An in præſcriptione libertatis cõtra ſeruitutẽ,
vel liberationis cõtra obligationem requiratur
bona fides? aliqui Doctores dicunt, quod non
per l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſucap. & dicunt in
hoc non eſſe correctum ius Ciuile per ius Cano-
nicũ. & ita videtur tenere Inn. in c. non extra, de
præſcrip. & Barto. in d. §. ſi viam. Sed dominus &
Præceptor meus d. Ioan. de Graſſis. in d. c. ſi dili-
genti. de præſcri. in recollectis meis tenet, quod
imo requiritur bona fides de iure Cano. alle. d. c.
ſi. extra, de præſcri. vide tamẽ, quæ circa hoc ple-
10 ne dixi ſupra, quæ. 199. ¶ Sed † an in hac materia
præſcriptionum mala fides authoris noceat ſuc-
ceſſori? dominus Ioan. de Graſſis. in d. c. ſi diligẽ-
ti. in glo. bona fides. ibi. l. ſi quis emptionis. colli-
git ex illa gl. ꝙ in præſcriptione lõgi temporis re-
quiritur bona fides authoris. alias nocet ſucceſ-
ſori. ſecus in præſcriptione longiſſimi temporis.
d *d* Ratio (dicit ipſe) quia de iure Ciuili in præſcri-
ptione longi tẽporis, requiritur bona fides. l. fin.
C. de præſcrip. longi tẽporis. in præſcriptione au-
tem longiſſimi temporis, non. Ex quo ſequitur,
ꝙ cum de iure Canonico indiſtincte ad præſcri-
ptionem bona fides requiritur, per text. in dicto
c. ſi diligẽti. mala fides authoris ſemper nocebit
ſucceſſori. ꝙ eſt verum ſecũdum dominum An-
ton. de But. in ſucceſſorib. vniuerſalibus: quia te-
nentur ad exonerandũ conſcientiã defuncti. vt
in c. fi. extra, de ſepulturis. in particularib. autem,
ſecus. Ita intelligitur Dy. in c. poſſeſſor. de reg. iu.
Ita dicit dictus Dominus Ioannes de Graſſis: vbi
11 ſupra. ¶ † An corrigantur hodie l. ſicut. & l. om-
nes. C. de præſcript. 30. vel 40. anno. per capitulũ
malæ fidei poſſeſſor. de reg. iur. li. 6. & c. fin. extra,
de præſcri. vide, quæ plene dixi ſupra, qu. 199. Et
ibi, an iuramentum impediat præſcriptionẽ. An
Iudex debeat admittere præſcript. ſi pars non op
ponat de eadem. vide quæ plene ſupra dixi, quæ.
221. Et quia ſupra viſum eſt, qualiter præſcriptio
30. vel 40. ann. quæ eſt mere odioſa, interrũpitur
per ſimplicẽ citationẽ, vt d. l. cum notiſſimi. quia
illa ſolum currit ex mera negligẽtia nõ petentis:
ſed quid de præſcriptione, quæ inducitur à ſtatu-
to Curiæ, vel ciuitatis, puta ſtatuto præſentis pa-
triæ Parlame. & aliarum Curiarum præſentis pa-
triæ cauetur, quod debitor poſſit redimere pi-
gnora infra quatuor menſes à die liberationis,
quando debitum eſt de maiori ſumma, & quod
lapſo



lapſo tempore non audiatur. debitor infra dictũ
tempus nõ redemit. ſed citari fecit creditorẽ in-
fra tempus redimẽdi recepturũ debitum, an in-
terrumpatur pſcriptio dictorũ quatuor mẽſium
datorũ ad redimendũ pignora. Dd. non mouent
hanc quæſtionẽ, quod viderim. Tamẽ crederem
prima facie, quòd interrũpatur talis præſcriptio
quatuor menſiũ, per ſimplicẽ citationẽ: eadem
ratione, qua interrũpitur præſcri. 30. vel. 40. ann.
quæ cauſatur ex negligentia, quæ ſimiliter inter-
rumpitur ſola citatione: per d. l. cum notiſſimi. &
præmiſſa poſſunt colligi ex dictis Iac. de Aret. &
Iac. de But. in d. l. ſicut. & d. l. fi. de eo, per quẽ fa-
12 ctũ eſt. ¶ † Vlterius circa materiam interruptio-
nis præſcriptionis: quæro nunquid interruptio
facta in debitore principali, porrigatur ad fide-
iuſſ. gl. ꝙ non. in l. cũ quis. §. ſi quis ꝓ reo. ff. de ſo-
lu. & idẽ ibidẽ Bart. vide Cy. in l. fi. C. de duo. reis
ſtip. Et de materia interruptionis, vide per Bar. in
13 d. §. ſi quis ꝓ reo. ¶ † Quæro vlterius circa hanc
materiã præſcriptionũ, an præſcriptio, vel vſuca-
e pio aliquo caſu dormiat. *e* Certè de pſcriptione
dormiente nõ habem⁹ in iure expreſſum in præ-
ſcriptione 30. an. in l. ſicut. de pſcriptione 30. vel
40. ann. ſuprà alleg. Tamen de iure Canonico vi-
detur, ꝙ talis præſcriptio dormiat tẽpore hoſtili-
tatis, & exercitus armorũ, ſi tãtus eſſet exercitus,
ꝙ iura in ciuitate nõ redderentur. vt in c. ex tráſ-
miſſa. extrà, de præſcript. veruntamen Innoc. ibi
dicit, ꝙ iſtud eſt etiã verum, de iure ciuili: nihil
tamẽ allegat. Quòd iſtud tamen poſſit eſſe verũ,
videtur ꝓbari. C. de fun. limi. l. fi. lib. 11. habemus
etiã caſum expreſſum hodie in illa conſtitutione
extrauagãti Frid. Imperatoris de pa. Conſtan. Et
aduerte, ꝙ licèt in aliis caſib. quis impediatur a-
gere: præſcriptio tamẽ currit contra eũ, ſed reſti-
f tuitur: *f* vt in tit. ex quib. cauſ. maio. per totũ. ma-
ximè in l. ſed ſi per Prætorem. §. ſi fortè. tamẽ iſto
caſu, id eſt, in iſta præſcriptione 30. ann. ipſo iure
nõ currit, ſed dormit: qđ eſt notab. idem fortè di-
cendum eſſet eadẽ æquitate de tẽpore mortali-
tatis, qñ eſt tanta mortalitas, ꝙ ius non reddatur,
ꝙ illo tempore præſcriptio dormiat. arg. d. c. ex
tranſmiſſa. illa enim hoſtilitas Dei eſt fortior, ꝙ̃
hoſtilitas hominũ. Idem etiã reperio, ꝙ præſcri-
ptio dormiat cõtra Eccleſiã vacantem. vt extrà,
c. 1. & 3. quia licèt Eccleſia habeat œconomũ, ta-
men vacare dicitur: vt ibi no. Et ideò poſſet fortè
dici, ꝙ vacante imperio, non currat præſcriptio
cõtra eum, licèt in adminiſtratione ſuccedat Ec-
cleſia: quia tempus vacationis debet ſubduci de
medio. Itẽ nõ currit præſcriptio tẽpore ſchiſma-
tis, vt in c. fi. in fi. extrà, de preſcrip. quod eſt ar. tẽ-
pore ſchiſmatico imperij, cõtra ipſum non currit
pſcriptio. & ita not. in l. naturaliter. ff. de diuerſ.
14 & tempor. præſcrip. per Bar. ¶ † Sed quæro, quo
tempore præſcribatur officio iudicis? habes gl. in
d. l. ſicut. ſuper verbo, perſecutione. quæ vult ꝙ
g non præſcribatur, niſi 30. ann. *g* Sed eſt alia gl. cõ-
traria, quæ dicit, ꝙ præſcribitur triennio. in l. ſe-
quitur. §. fructus. ff. de vſuc. & ibi vide Bar. & Cy.
15 in l. ancillæ. C. de furt. ¶ † An exceptio præſcr.
30. an. impediat litis conteſt. Bart. dicit ꝙ ſic, per
text. in d. l. ſicut. circa fi. ibi, nullæ mouendi, &c.
Et ita Bar. in l. fi. ff. pro ſuo. Tertius poſſeſſor præ-
ſcribit hypothecaria actione aduerſus creditorẽ
præſcr. longi tẽp. in l. 1. C. ſi aduerſus creditorem
quod intelligo verũ, de creditore priuato: quia
ſecùs crederẽ in Eccleſia, vel minore ius hypo-
thecæ prætendente: ꝑ auth. quas actiones. C. de
ſacr. ſan. Eccl. iuncta l. fi. C. in quib. cau. in integ.
reſt. nõ eſt neceſſaria. & l. ſicut. C. de præſcrip. 30.
vel 40. ann. De materia pſcriptionũ in actionib.
criminalib. vide gl. & Doct. in l. qrela. C. de falſis.
¶ Quæ ſunt neceſſaria ad præſcribendũ ſeruitu-
tẽ. vide Bar. in l. 1. §. deniq;. ff. de aqua plu. ar. Vtrũ
res Eccleſiæ, ꝗ ſubſunt Papæ, gaudeant præſcrip.
centũ ann. vide quę dixi ſuprà, q. 36. Vtrũ, & qua-
liter poſſit præſcriptio quæri circa ius exigendi
vectigal. vide Bart. in l. ſi publicam⁹. §. fi. ff. de pu-
16 blica. ¶ † An excõmunicatus præſcribat durãte
excõmunicatione? Hoſt. in c. cùm non liceat. de
preſcri. tenet, ꝙ non. quia ipſe eſt quaſi mortuus,
in auth. de priui. dotis. circa mediũ. colla. 8. con-
trariũ tamen notauit ipſemet Hoſt. extrà, de off.
deleg. in c. prudentiã. §. ſexta. quem ibi vide. ¶ Si
fiſcus bona annotata non petat infra 20. ann. an
lapſu ipſorum 20. ann. ſit excluſus? vide gloſ. in l.
pen. C. de requirendis reis. An titulus inualidus
præbeat cauſam præſcribendi? vide quæ dixi ſu-
prà, q. 159. circa mediũ. ibi, plus dixi. Hoſt. ¶ An
tempus trium annorum, de quo in l. 2. C. de iure
emphyteutico. currat cõtra pupillum, & quid de
adulto. vide quæ plenè dixi infrà, q. 435.

a ¶ Gl. contrariæ. *Aduerte, quòd in rebus patrimonia-
libus Principis, locũ habet præſcriptio 40. anno. vt not.
per gl. in l. 1. C. ne rei do. & hoc in caſibus, in quib. cur-
runt præſcriptiones trienn ij, 10. 20 30. anno. cõtra aliũ
nam in aliis, in quib. minora tẽpora ſpecialiter ſtatuun-
tur, illa ſeruantur in fiſco: quæ in aliis, vt in tempore ad
appellandũ, in redhibitoria, & in aliis minoribus, præ-
ſcriptionib. or. ff. de diuer. & tem. præſcri. l. in omnib. i-
tem, niſi reperiatur aliud tẽpus ſpecialiter in caſib. ſpe-
cialibus in fiſco ſtatutũ, ꝙ quandoq; reperitur, vt C. de
fun. rei priua. eũ qui. Et de fu. patri. l. fi. de Decu. l. eum
qui ſen in fiſ. latis nõ retractant. l. 1. C. ne rei do. vel tẽ-
plo. & iſta verificatur in iã quæſitis: in acquirendis autẽ
conſideratur, an quis poſſideat cũ tit. & præſcribit mo-
bilẽ triennio: rem immobilẽ 10. ann. ff. de vſu. l. Et dico
10. & nõ 20. quia fiſcus debet ſemper præſens reputari.
l. 1. cũ ibi not. C. de quadri. præſc. Aut ſine titulo: & tũc
aut fiſcus admittitur cõtra ius cõmune, & eo caſu, ſi poſ-
ſeſſor vult cõputare tẽpus à tẽpore, quo bona fuerunt de-
nunciata præſcribi quadriennio: ſi à tempore, quo fiſcus
incipit ius habere 20. ann. ff. de iur. fiſci. l. 1. §. præſcri-
ptio. Aut de iur. com. & tunc videtur, ꝙ requiritur præ-
ſcript. 40. an. vt l. omnes. C. de præſcri. 30. vel 40. an. In
rebus aũt concernentibus ſtatum imperij, vel ſuperiori-
tatem, vel tributorũ rationem, nõ currit præſcrip. tem-
poris cuiuſcunq;. C. de præſcript. 30. an. l. cõpetit. extrà,*

de præſcrip.cum ex officij.&c.cum non liceat. Et ſimiliter in reſeruatis Eccleſiæ in ſignũ vniuerſalis dominij, vt not.gl.in cle.ægrot.lib.6. Sed cõtra alias res publicas Principis: non videtur ꝙ teneat præſcriptio hodie, niſi centũ an. ſicut nec contra Eccleſiam Romanam. vt l.ſi. C.de ſacroſ.Eccle. *Quia quo priuilegio gaudet Eccleſia Romana, in præſcr. gaudet imperium: vt ſentire videtur gloſſ.in c.malum. in authent. de non alienandis aut permutandis.§.ſinimus igitur.collatione ſecunda.*

b ¶ Ceſſet præſcr. *Vide do. Gofr. in ſumma, in titu.de præſc.in §.item exigitur.*

c ¶ Materia præſcriptionum. *De hac materia præſcriptionum, vide in tracta.domini Bald.de Vbaldis de Peruſio. Et per dom. Pet.de Ferra.in ſua practica de forma reſponſionis rei conuenti.in gl. præſcriptionis.*

d ¶ Secus in præſcriptione longiſſimi temporis. *Iſtud ſentire videtur gl 16.q.3.in ca.placuit.in §.quod ſi ab eo.in verſ.continuare. in fin.*

e ¶ Dormiat. *Caſus, in quibus impeditur præſcriptio, enumerantur per do.Gofr.in ſumm.in tit.de præſcript. in §.ſunt & quædam.*

f ¶ Sed reſtituitur. *Quo ad hoc, vide do.Gofr. ibi.ſuprà,in præ. §.ſunt & quidam. in ver.impedit præſcriptionem, quo ad effectum.*

g ¶ Niſi 30. annis. *Limita iſtam regulam, quæ habet ꝙ officio iudicis præſcribitur 30.an.vt procedat, quando officium iudicis habet cauſam ex iure de præterito: ſecus, ſi ex iure, quod in futurum ſemper inſtat: quia cum iſtud officium ſemper naſcatur, ergo durat poſt 30.ann. Ita not. do. Iaſ.in l. Prætor ait.§ ſi aliquando.col.3.ver. in vlt.parte poſt Bar.& alios, quos ibi refert, & ſequitur.ff. de ope. no. nun. per theoricam gl. quam reputat no.in l.2.in gl.magna.C.de ſer. & aqua.*

## QVÆST. CCCCXVII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta, an teneatur recognoſcere toties, quoties fuerit per dominum requiſitus.*

2 *Creditor tenetur dare quittantiam toties, quoties fuerit à debitore requiſitus.*

1 DOminus directus petit à ſuo emphyteuta, ꝙ ſibi recognoſcat † annuum cẽſum ſuper tali re emphyteuticaria: emphyteuta verò dicit, ꝙ eſt paratus anno quolibet ſoluere cẽſum: ſed dicit ſe non teneri recognoſcere. Quæritur, quid iuris? & videtur primò, ꝙ dominus directus bene petat: quia quis debet facere, quod alteri prodeſt, & ſibi non nocet.l.ſi creditor. ff. de euict.
a Item pro hac parte facit a in ſimili. l. plures apochis.C.de fide inſt. In contrarium videtur, quòd non teneatur emphyteuta recognoſcere: ſed ꝙ ſufficiat ſibi cenſum annuum ſoluere: quia ſolutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio, & nullæ reliquiæ obligationis remanent: inſtit.quib.mo.tollitur obliga.in princ. Item debet ſibi imputare dominus, ſi ſibi ſuper hoc non cauit, dum res fuit in emphyteuſim tradita: vel aliàs ſibi recognita, in eo, quod non facit emphyteutam obligare ad recognoſcẽdum toties, quoties fuiſſet requiſitus. Pro quo facit l. Modeſtinus.ff.de ſolut.& l.2.ff.de hære.vel act.vend. Veritas tamen eſt iſta, quòd iſte emphyteuta debet recognoſcere, etiam ſi ad hoc recognoſcendum ſpecialiter nõ ſe obligauerit. pro quo facit §.emptoribus.in auth.de non alie. rebus Eccleſ. & eſt gl.in auth.ſi quas ruinas. C. de ſacroſ. Eccl. ſuper verbo, detur ibi, debet fieri renouatio. & faciunt etiam rationes ſuprà, in princ. præſentis quæſtionis deductæ & allegatæ. & ita ſeruat iudicando in
2 dicta Curia Parlamẽti, prout ſæpiſſimè vidi. † Ad idem ſeruat etiam ipſa Curia Parlamenti in debitore, qui ſoluit & petit inſtrumentum quittantiæ de ſoluto ſibi per creditorem fieri, & pro hoc facit l.2.in §.fin.C.de quadriennij præſcrip.argu. à contrario ſenſu, quod eſt fortiſſimum in iure. l.1. §.eius rei.ff.de offic. eius, cui eſt mãda. iuriſdict. ¶ De recognitione fienda per tertium poſſeſſorem, vide, quæ dixi ſuprà, quæſtio.42.

a ¶ Parte facit. *Adde l.forma.ff. de cenſ.& l.3. §. eſt autem perſonaliter.ff.ad exhib. & l.ſi viua.§.ſi plures. ff.ad l.Aquil.& l.Titius hæres.ff.de act.emp. & vend. & authen.de man.prin.§.coges autem.in prin.col.3.*

## QVÆST. CCCCXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Saluamguardiam infringens, qua pœna puniatur.*

2 *Saluaguardia an poſſit concedi in territorio alieno.*

3 *Saluaguardia à quo detur, & quanto tempore duret.*

4 *Saluaguardia pro eundo, an intelligatur etiam data pro redeundo.*

5 *Saluus conductus datus hoſti, an debeat ſeruari.*

6 *Pars poteſt petere ſecuritatem ſibi præſtari à Iudice.*

7 *Facere contra ſecuritatem, quando quis videatur.*

1 SVprà, in quæſtio.56.dixi, ꝙ Saluaguardia Delphin.nõ tollit iuriſdictionẽ. † Sed modò quæ-
a ro, in quã pœnam incidit ille, qui infringit a talẽ Saluamguardiã Delph. videtur, ꝙ incidat in crimen læſæ maieſtatis: per text.in l.1.in princ. ibi, vel aduerſus ſecuritatem eius committitur, &c. ff.ad l.Iul.maie.cuius pœna eſt capitalis: vt l.3.in prin.ff.eo.tit.& confiſcatio bonorum.l.quiſquis. C.eo.quamuis tex.videatur, quòd flammis comburatur: in l.1.C.de nili agg.non rum. Et alibi videtur tex. quòd debeat vltimo ſupplicio puniri. argu. in l. denunciamus. C.de his, qui ad Eccleſ. confugiunt. Alij dicunt, quod ad duplũ damni. arg.l.Chriſtiani.C.de paganis. Sed dic, quòd punitur extraordinariè, cùm certa pœna non ſit ſtatuta: iuxta l.1.ff.de effr.& expila.& facit.l.hodie. ff.de pœnis. Non obſt.d.l.1.in prin.ff.ad l.Iul.maie.quia loquitur in eo, qui ſecuritatem publicam violauit.ar.in feud.de cle.vio.pa.in §.ſi quis. Nõ obſt.etiam d. l. C. de nili aggeri.non rump. quia loquitur in alio caſu. Et ita de iure per præmiſſa, ac etiam de ſtylo dictę Curiæ Parlamenti Delph. ſeruatur, quòd infringentes Saluamguardiam



Delphin. extraordinariè, arbitrio Curiæ, ſecundum qualitatem perſonarum, & atrocitatem de-
2 licti, puniuntur. ¶ An † Saluagardia poſſit concedi, in territorio alieno? Dic ꝙ non, etiam tempore guerræ.l.cum ſæpe.C.de eroga.mili.anno.lib. 12.& ponit Gui.de Cu.in l.illicitas. §. ne potétiores.ff.de off.præſi. ¶ De materia ſecuritatis, quã petitur ab illo, qui dubitat offendi: vide in l. quæ bona. §. quoniam.ff.de damno infecto.per Bart. & per Cyn. & Doct. in l.denunciamus. C.de his,
3 qui ad Eccleſ.cõfug. Et à quo ſit danda, & quanto tempore durat: vide authenticum, de manda.
4 Princip.in §.ſed neq;.collatio.3. ¶ † Si detur ſecuritas pro eundo, an cenſeatur eſſe data pro redeundo? dic ꝙ ſic, vt ponit dominus Bar.in l.nul-
b lam. b C.de nauic.lib.11.& in l.1.ff.ad l. Iul. maie.
5 ¶ † Sed quid de ſaluo conductu: ſi ſit datus hoſti Domini noſtri Delphini, vel alterius Principis, vtrum debeat ſibi ſeruari? dic ꝙ ſic. 23.q.1.c.noli.& tenet gl.in c.offerebat.32. q. 7. quod eſt notandum. ¶ Sed quid de diffidamento? vide quæ
6 dixi ſuprà, q.191. ¶ † Si quis dubitet offendi, poteſt adire iudicem, & petere ſecuritatẽ ſibi præſtari. Doct.alleg.tex.in l.denunciamus.C.de his, qui ad Eccl.confug. Et ibi materia ſecuritatis per Cy.& Doct. ¶ † Quæro, quando quid contra ſecuritatem videatur facere? Reſpondeo, aliquid mali mihi faciendo, vel inferendo, de quo dic vt not.in l.ſi quis maior. C.de tranſact.& per Cy.& Doct.in d.l.denunciamus. C.de his, qui ad Eccl. confug. Alij dicũt, quòd ille dicatur frangere ſecuritatem, qui per ſe, vel per alium damnum dat. arg.ff.de verb.obl.l.ſtipulatio iſta.§.1.2.& 3.& ff. loc.l.1. ¶ De materia ſecuritatis, & diffidamenti, & multis quæſtio. vide plenè ꝑ Ioan. An. in Nouel.de homic.in c.1.lib.6.

a ¶ Infringit. *Circa hunc articulum videtur dicendum. Aut quis infringit Saluamgardiam datam à Principe, ſeu eius magno conſilio, ſiue eiuſdem in hac patria, aliaue qualibet locumtenente: & tunc incidit in crimen læſæ maieſtatis: & ſic pœna legis Iuliæ maieſt.venit puniẽdus.vt colligitur ex ſcriptis do.Pau.de Caſt. in anti. 2.par.Conſ 422.in 6.col. in verſic.contrarium. iuncto verſ. item dictus. Aut infringit Saluamgardiam datam ab alio, quàm à Principe, ſeu eius magno conſilio, ſeu eius locumtenen. Et aut offendit perſonã aut bona. Primo caſu, aut occidit, & tunc plectitur pœna mortis. Aut vulnerat, & tunc mutilatur, aut aliàs iniuriatur: & tunc pœna pecuniaria mulctatur, vt in lib. feud. de paten §.ſi quis hominem. & §. ſi quis alium.& §. ſeq. Secundo autẽ caſu, cùm certa in hoc caſu non videtur pœna determinata, iudicis arbitrio punitur: vt l.1.ff.de effrac.& expila.& l.hodie.ff.de pœ. Et vide in ma.do. Guli.de Cun.in tra.ſubſtit. circa finem. & do. Bart. in l.1.ff.ad legem Iuliam maieſtatis. & in l.3. §. transfugas.ff.de ſica.*

b ¶ L.nullam. *Adde Bartol.& Docto. in authent.habita.in 1.col.verſi.quæro iſtud priuilegium.C.ne filius pro patre.& per Abb.in cap.quia diuerſitatem.de conceſſio.præbenda.*

## QVÆST. CCCCXIX.

SVMMARIVM.

1 *Delatus ex confeſſione facta coram Iudice remittente, an poſſit puniri per Iudicem, cui remittitur, non facto nouo proceſſu.*

2 *Executio rei iudicatæ, vtrũ & quãdo poſſit impediri.*

3 *Exceptio omnis, quæ non repugnat ſententiæ, poteſt opponi poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam.*

1 EX confeſſione facta per delatum coram iudice remittente, non poteſt delatus † condemnari per Iudicem cui ſit remiſſio: ſed debet fieri nouus proceſſus, cùm talis confeſſio coram non ſuo Iudice facta, ſit nulla. ita tenet Bart. in l. Diuus.ff.de cuſ.reo.& in l.magiſtratibꝰ.ff.de iur. om. Iud. dicit etiam Bart. idem, quòd proceſſui coram inquiſitore formato Iudex, cui remittitur hæreticus, non habet neceſſe illi ſtare: ſed poteſt talis Iudex, cui remittitur delatus, facere nouum proceſſum, & ſecundum quod ei videbitur, delatum punire: vt in auth. de San. Epiſ. §. ſi verò crimen. colla. 9. Et ita ſeruatur tam in præſenti Curia Parlam. quàm in cæteris Curiis præſentis patriæ: De quo vide per Sal.in l.ea quidem.C.de accuſ.in q.14. quæritur, &c. cõfeſſio tamen facta corã Iudice remittente, operatur duos effectus, vt plenè dixi ſuprà, q.202.in fi. Sali.tum vbi ſuprà dicit, quòd in cauſis ciuilibus Iudex requiſitus, non debet cognoſcere de viribus ſententiæ Iudicis requirentis, alleg.ipſe l.properandum.§.ſin autem reus.C.de Iud.cum ibi no. per Pet. & Cy. l.à Diuo Pio.in §.1.ff.de re iud. & ibi per Docto. ſuper hoc tamen vide, quæ pleniùs ſcripſi infrà, q.574.tamen hoc caſu Curia ipſa conſueuit citari facere partem, viſuram prouideri ſuper executione petita, vt Curia prouideat circa modũ ex-
2 equendi. ¶ † Vtrum & quando impediri poſſit executio rei iudicatæ: vide Spec.in tit. de exce. rei iudic.in §. poſtremò. & ibi ponit 17. caſus, in
3 quibus impeditur executio ſententiæ. † Circa hanc materiam, attende hanc regulam, quòd omnis exceptio, quæ non repugnat ſententiæ, poteſt opponi poſt ſententiam: quæ in rem tranſiuit iudicatam.l.1. C.de iu.& fa. ign. & l.ſi fullo.ff. de cond. ſine cauſa. & l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff.de cond.inde.no.Ang.de Aret.inſtit. de act.§. ſed ſi quis. in fin. & ibi dicit ipſe Angel. de Aret. quòd exceptio, ne quis cõueniatur, niſi inquantum facere poteſt, opponi poteſt etiam poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam. l. ex diuerſo.§.fin.cum l.ſequen.& ibi Bart.ff.ſol.mat.& idem Bar.in l.Neſennius. ff.de re iud. ¶ De materia impediendi executionem, vide Pet.Iaco.in tit.de actione in factum, ex re iud.in fi. ¶ De materia executionis ſententiæ latæ in alieno territorio, vide quæ dixi ſuprà, q. 23. &c. De materia remiſſionis fiendæ ad locum delicti: & quando & qualiter fieri debeat, tetigi ſuprà, quæſt.202.& quæſt.104.

## QVÆST. CCCCXX.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum impetratum à Principe, quòd ſententia non mandetur executioni, donec de meritis cauſæ reuiſionis fuerit cognitum, an valeat.*

IN hac Curia Parla. ſeruatur de ſtylo diſpoſitio
auth. quę ſupplicatio. C. de preci. Imper. offer.
ita, ꝙ ſententiæ in ipſa Curia Parla. prolatæ ad in-
ſtar præfecti prętorio mandantur executioni, nõ
obſtante ſupplicatione ſuper reuiſione ſententię
oblata, ſi vincens caueat: iuxta diſpoſitionem d.
1 auth. quæ ſupplicatio. ¶ † Sed pone, ꝙ victus ob-
tinuit reſcriptũ à Principe, ꝙ ſententia non man-
detur executioni, donec de meritis cauſæ reui-
ſionis fuerit cognitũ: an valeat tale reſcriptum?
a Dic, quòd non, ꝙ contra cõſuetudinem *a* & ſty-
lum ipſius Curiæ Parl. & pro hoc facit tex. ſecun-
dum Dd. in l. probatorias. C. de diuer. off. lib. 12.
& facit auth. vt diuinæ iuſſiones. §. fi. col. 5. Item,
b quia contra iuris diſpoſitionem, in d. auth. *b* quæ
ſupplicatio. ideò non valet dictum reſcriptum. l.
reſcripta. C. de prec. Impe. offe. Et ita ſeruat ſty-
lus præſentis Curiæ Parl. quia à 30. annis citra &
vltra vidi reſcripta emitti à rege Carolo, tũc Del.
& conſequẽter à dom. noſtro Del. in quib. man-
dabãtur ſuſpendi executiones aliquarũ ſenten-
tiarum dicti Parlamenti, vſq; ad finẽ cauſæ reui-
ſionis. Sed ipſa Curia Parla. nunquam voluit ob-
ſeruare talia reſcripta, contra ius & ſtylum huius
Curiæ elicita, ſed talibus reſcriptis non obſtan-
tibus, ſemper fuerunt tales ſententiæ mandatæ
executioni. ¶ De materia dictæ auth. quę ſuppli-
catio. vide quæ plenè dixi ſuprà, quęſt. 50. & 409.
¶ Quæ impediant executionem Curiæ Parla-
menti, & quæ non, vide quæ ſcripſi ſuprà, q. 50. &
quæſt. 97.

a ¶ Conſuetudinem. *Reſcriptum cõtra ius Commune, vel vtilem conſuetudinem, non valet: quia præſumitur ſurreptitium: niſi in eo de ipſis fiat mentio cũ clauſula, Non obſtante, ſecundum dom. Bald. in l. omnes. 4. quæſt. C. ſi contra ius, vel vti. publi.*

b ¶ In d. auth. *Per hoc tamen non minus valet reſcriptum, cùm tantummodo immineat ſeu generetur parti præiudiciũ moratorium: per no. in l. quoties. C de preci. Imp. offe. Sed ideò non valet: quia vt prætangitur cõtra conſuetudinem & ſtylum Curiæ, quæ in hoc fortè fundatur, quòd quando reſcriptum impetratur, debet pars citari, quæ exinde poſſet lædi. gl. in l. ita Diuus. ff. de adopt. & Bart. in l. adoptio. eod. tit. Et hæc procedunt, niſi Princeps in reſcripto vteretur plenitudine poteſtatis. do. Alex prima parte, Conſ. 2. in 5. col. verſi. & non dubium. & do. Bal. in præd. l. nam ita diuus. in 1. quæſtio.*

## QVÆST. CCCCXXI.

SVMMARIVM.

1 *Debitor, an poſſit conueniri coram diuerſis Iudicibus, pro eodem debito.*

2 *Iuriſdictio Delegati perpetuatur per ſolã citationẽ.*

3 *Debitor conuentus coram duobus Iudicibus pro eodem debito, adhibitis à creditore literis compulſoriis, an poſſit petere ſe remitti ad primum Iudicem.*

4 *Præciſarum literarum ſpecies.*

CReditor quidam de diœceſi Grationop. ci-
tari fecit, & in ius vocari debitorem ſuũ co-
ram Domino Offic. Grationop. coram quo Do-
1 mino † Officiali fecit talis creditor eius petitio-
nem: deinde ipſe creditor dictum ſuum debito-
rem citari fecit pro eadẽ cauſa coram Domino
Iudice maiori Grayſuodani, qui debitor compa-
ret corã dicto Iudice Grayſuodani, & petit ſe re-
mitti coram dicto Dom. Offic. dicens: quòd pro
eodem debito fuit primo cõuentus coram dicto
Do. Offic. & ſic vbi cœptum eſt iudicium: ideò
ibi finẽ ſumere debet. l. acceptum. ff. de iud. cum
ſimi. creditor verò replicat, quòd corã dicto Do.
Officiali lis non fuit cõteſtata. & ſic nõ debet di-
ci iudiciũ cœptum, vt in auth. de litig. & faciunt
ea, quæ leguntur. & no. in l. ſi conuenerit. ff. de
iur. om. iud. Credo tamen dictam cauſam & par-
tes coram dicto Officiali fore remittendas: licèt
coram eo non fuerit lis conteſtata, & cauſam co-
ram eo fore terminandam. Pro quo adduco tex.
a in l. tam collatores. in §. quoniam verò. *a* ibi, con-
uentione, quæ oblata, &c. & ibi negociũ ex prio-
re agnitione, prioreq; conuentione, &c. C. de re
2 mil. lib. 12. † Et ex illo tex. dicunt aliqui, quòd iu-
riſdi. Deleg. perpetuatur per ſolam citationem;
ita quòd mortuo delegante, non finitur delega-
tio: licèt contrarium videatur notari per glo. in l.
3 & quia. ff. de iur. om. iud. ¶ † Sed iuxta præmiſſa,
quæro: Quidam creditor citari fecit ſuum debi-
torem coram Domin. Officia. vel coram Iudic.
Grayſuo. & obtulit ſuam petitionem. Sed poſtea
pœnitens impetrat literas compulſorias ab ipſa
Curia Parl. vigore ſubmiſſionis ſuper eodem de-
bito: debitor citatus coram Parla. excipit contra
creditorem, & dicit, quòd creditor pro eodẽ de-
bito eum conuenit alibi coram Officiali, vel Iu-
dice Grayſuodani, petẽdo ſe remitti, coram quo
fuit primò conuentus. Quæritur, an ſit audien-
dus. & videtur quòd ſic. per d. §. quoniam verò.
Contrarium credo: quia iſta nõ eſt de exceptio.
4 quæ ſecundum ſtatuta Delph. † impediunt cur-
ſum præciſarũ, quæ ſunt excõmunicationis, falſi,
tranſactionis, rei iud. ſolutionis, præſcriptionis, &
pacti de non petendo dumtaxat, de quib. in ſta-
tutis Delph. ſub rub. de cõpulſo. & præciſis con-
ced. ita vidi determinari in Curia Parlam. ipſe ta-
men debitor poteſt in alio iudicio, in quo primò
fuerat conuentus, facere adiudicari ſibi, & taxa-
ri expenſas ſuas, cõtra creditorem. ¶ Si ſtatutum
aut ſtylus Curiæ non admittat, niſi certas exce-
ptiones, an omnes aliæ exceptiones cenſeantur
prohibitæ opponi? vide Bartolum, qui ſingula-
riter ponit, in l. 1. §. 1. & l. Prætor ait. §. hoc in-
terdictum. ff. quod vi aut clam. de offic. Iudic.
eſt cla-



eſt clarum, quòd per tale ſtatutum non cenſetur
prohibitum implorari. leg. planè. ff. de petit. hæ-
red. De hac materia implorationis officij Iudi-
cis, vide quæ dixi ſuprà, q. 362. ¶ Sed quid de illo,
qui conuenitur eadem die coram diuerſis iudi-
cibus, coram quo debeat comparere? vide quæ
dixi infrà, q. 443.

a ¶ In §. quoniam verò. *Sed iſte text. loquitur in milite. & ſic videtur ſpeciale in milite, quòd depoſita conuentio non poſſit apud alium Iudicem conueniri: ergo in contrarium eſt ius Commune. l. ius ſingulare. ff. de legib. & Senatuſconſ. pro opinione tamen authoris facit authen. qui ſemel. C. quomodo & quando Iudex.*

## QVÆST. CCCCXXII.

SVMMARIVM.

1 *Aggreſſores domuum alienarum, ſiue depopulatores, qua pœna ſauciandi ſint.*

COntigit de facto, ꝙ de anno currẽte Domi.
1460. & die 11. men. Iun. aliqui in magno nu-
mero gentium cum armis circa horã mediæ no-
ctis, aggreſſi fuerũt vi armata quoddam caſtrum,
& ibi cœperunt vi & potentia Anto. Bolomerij;
& cum ligatum Preyſonerium quò voluerunt,
tranſduxerunt. ſed poſtea eorum manus euaſit:
quia impediti eum extra prę ſentem patriã tranſ-
1 ducere non potuerunt. † Modò quæritur, in
quas pœnas inciderunt, & qualiter veniant pu-
niendi dicti delati? Credo, quòd dicti delati tria
delicta commiſerunt, & in eiſdem inciderunt,
a quia primò commiſerunt iniuriam *a* dicto Bolo-
merij intrando domum ſuæ habitationis ipſo in-
uito. per tex. in l. qui domum. ff. de iniur. in qua
ſua domo debebat eſſe tutus. l. 1. ibi, maneat v-
nuſquiſq; domi ſuæ tutus atq; ſecurus, &c. C. de
præt. &c. lib. 12. & facit l. nemo de domo. ff. de re-
gu. iur. cum ſimi. Secundò inciderunt ipſi delati
in crimen legis Iuliæ de vi publica: quia ipſi ag-
greſſi fuerunt dictam domum habitationis dicti
Bolomerij, & in ipſa violenter cum armis intra-
uerunt. hoc probat text. in §. item lex Iulia. inſti.
de pub. iud. & in l. 3. in prin. ff. ad l. Iul. de vi pub.
Alio etiam capite, quia dicti delati in quodã ne-
more ſibi obligari fecerunt dictum Bolomerij in
certa magna ſcutorum ſumma, ex quo etiam ipſi
inciderunt in pœnã dictæ legis Iuliæ, de vi pub. l.
4. in princ. ff. ad l. Iul. de vi pub. Cuius criminis
pœna eſt deportatio, vt dicit tex. in d. §. item lex
Iuli. loco cuius deportationis ſuccedit banni-
mentum, maximè, quando fit à tota patria. iuxta
l. amiſſione. §. 1. ff. de capi. dim. & habetur per
Bart. in l. Mathematicis. C. de epi. au. & omnium
bonorum publicatio. vt dicit gl. in l. 2. C. ad l. Iu.
de vi pub. ſed hodie non publicantur: ſed defe-
runtur aſcendentibus & deſcendentibus in cri-
mine læſæ Maieſtatis. vt in auth. bona damnato-
rum. C. de bo. dam. ¶ De materia legis Iuliæ, de
vi publica, vide plenè per Pet. Iacob. in titul. de
actione legis Aquiliæ. Tertiò commiſerunt dicti
delati crimen capitale triplici reſpectu. Primò, in
eo quòd dictum Bolomerij cœperunt, & penes
ſe captiuatum certo tempore detinuerũt. & pro
hoc allegant Doct. tex. in l. fin. C. de appa. comit.
orien. lib. 12. Alio & ſecũdo reſpectu ipſi incide-
runt in crimen carceris priuati: quia ipſum Bo-
lomerij contra eius libertatẽ detinuerunt, quod
eſt crimen capitale. l. vnà. C. de priua. carce. licèt
enim priuato ſit licitum quem capere, & Iudici
tradere. iuxta l. capite. 5. ff. ad legem Iul. de adult.
hoc tamen non fecerunt ipſi delati. Alio etiam
& tertio reſpectu, qui dictũ caſtrum inuaſerunt,
& portas ipſius caſtri effregerunt, & in idem ca-
ſtrum vi armata intrauerunt, & in eodem circa
tria millia florenorum, vt aſſeritur, rapuerunt:
ex hoc etiam pœnam capitalem incurrerũt, per
tex. in l. penult. ff. ad l. Iuliam. de vi publica. Sed
dicti delati, licèt citati in prædicta Curia Parla-
menti, non comparuerunt: ob quod die Lunæ,
14. menſis Iulij, anni prædicti in manibus Ioan.
Albi Secretarij Delphina. fuerunt mulctę decla-
ratæ cõtra quemlibet ipſorum ad centum Mar-
chas argenti fiſci ærario Delphin. applicandas: &
ordinatum iteratò eos citari ſub pœna annota-
tionis bonorum & bannimẽti. ¶ De forma qua-
liter procedi debeat contra accuſatũ abſentem,
vide infrà, q. 429.

a ¶ Iniuriam. *Quin etiam iniuriam commiſerunt indebitè incarcerãdo, & eo nomine poteſt experiri actione iniuriarum, per quam conſequetur etiam damnum & iniuriam. dom. Alex. prima parte, conſi. 17. in 3. col. in verſ. nam etiam Bald.*

## QVÆST. CCCCXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus officium falſò aſſumentes, qua pœna puniantur. & num. 2.*

3 *Iuramentum purgationis remiſſ.*

4 *Auxiliantes eadémne pœna amplectendi, qua impietatis Duces.*

5 *Bannimentum, ſuccedit hodie loco deportationis.*

EVenit caſus in hac patria Delph. qui nunquã
1 eueniſſe dicitur in regno, † nec in Delph. ꝙ
Nobilis Rodul. de Comeriis coram ſe aſſignari
mandauit per ſeruientem generalem Delph. &
ſub pœna oẽs Dominos dictæ Curiæ Parlam. co-
ram ſe cõparituros in villa Alauardi ad diem 12.
men. Iun. 1460. Et quia dicti Domini de Parlam.
dicto die coram ipſo non comparuerunt, eos re-
putauit contumaces, & certa alia expleta eadem
die contra ipſos Dominos Parlamenti fecit, de
quibus expletis conſtat inſtrumẽto, tunc coram
eo in manibus duorum Notariorum recepto, &
dicta expleta die, vbi ſuprà, iuxta aſſignata fieri
fecit Nobili Rodulphi, aſſiſtentibus quàm pluri-
bus Nobilibus, & plebeiis in num. 60. vel circa:
cum fuſtibus & armis ipſum Nobilem Rodul-

phi aſſociantib. ad inſtantiam & requiſitionem ipſius Nobilis Rodul. Modò quæritur, ſi ipſe Nobilis Rod. deliquerit.
a Credo, q ipſe incidit in crimen læſæ maieſtatis: cùm ipſe ad illa ꝓceſſerit
2 eius priuata autoritate, † quia priuatus in ſe aſſumens officiū magiſtratus, incidit in crimen læſæ maieſtatis, ꝑ tex. in l. 3. §. fi. ff. ad l. Iuliā maieſtatis. cuius pœna eſt vltimū ſupplicium & confiſcatio omnium bonorū: iuxta l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſtatis. Nec obſtat, ſi ipſe Nobilis Rodul. fuiſſet balliuus montium Delph. quia villa Alauardi, in qua ipſe dicta expleta fecit, nō eſt in ſuo balliuatu, ſed in balliuatu d. Guliel. de Curſillione, militis balliui, patriæ Baſſæ præſentis patriæ Delph. & ſic ipſe Nobilis Rod. nō excuſatur à dicta pœna, quia habens iuriſdictionē, & eam exercens vltra terminos eiuſdem, etiā capite punitur, per l. fi. C. de appari. comi. orien. lib. 12. Et ita ibi no. dominus Iac. Rebuffi ꝑ d. tex. Præterea d. Curia Parla. quę vicem præfecti prætoris obtinet, eſt ſuperior Curia hui⁹ patriæ Delph. & ſub eadē Curia Parl. ſubſunt balliui huius patriæ. Et habet ipſa Curia omnimodā coërtionem in dictos balliuos, tanq̄ inferiores Iudices: vt eſt in hac patria notorium. Et ꝑ conſequens ipſi balliui tanq̄ inferiores Iudices, debent honorē impendere dictę Curiæ Parl. & Dominis eiuſdem Parlamēti, tanq̄ eorum ſuperioribus, iuxta l. potioris. in princ. C. de offi. recto. ꝓuin. imò (qđ plus eſt) dicti balliui in eorum balliuatibus nullā coërtionem habent in Dominos dicti Parl. ſicut videmus, q Epiſcopus, qui eſt inferior, non poteſt eius Archiepiſcopū ſuperiorem ſuum excōmunicare, etiam ſi deliquerit in ſua diœceſi, vt dicit Innoc. in c. ſtatuimus. extrà, de maio. & obed. ¶ Sed an in aliquo deliquerint
b dicti homines dictum Rod. aſſociantes b cum armis in ipſo maleficio, tenendo dictam diætam in villa Alauardi, cùm ipſi ſtarent ibi cū armis, à latere, & circumcirca ipſum Rod. ſciētes (vt fatentur) dictum Rod. ibi dictam diętam tenturum vigore aſſignationis prædictæ? Et arguendo ad ambas partes, videt̃ primò, q ſic: cùm ipſi præſumātur eidem Rod. in præmiſſo delicto per eum perpetrato, auxilium præbuiſſe, ſtando ibi cū armis cum ipſo: vt dicit Innoc. in c. cōtumacia. de Cle. percuſſore. ſtando. n. ibidem cum armis, ꝓſumitur habuiſſe malum animum: vt dicit Bal. in feudis. in tit. de pace tenenda, & eius violatorib. in §. ſi quis ruſticus. & alibi dicit Bar. q aſſociando delinquētem in maleficio, dicitur eidem auxilium dediſſe. in l. in furti. §. ope. ff. de furtis. & cùm ipſi ſibi aſtantes cum armis, malo animo, præſumant̃ auxilium do. Rod. præſtitiſſe ipſum etiā aſſociando in dicto delicto: videtur, q ipſi tanq̄ fautores, opem & auxilium pręſtantes, deliquerunt, vt d. l. in furti. §. ope. & l. is qui opem. ff. de furtis. & in §. interdum. inſt. eod. Et q debeant puniri eadem pœna qua dictus principalis author, facit in l. 3. in prin. ibi. quiue opem. ff. ad l. Iuliam ma. & l. pen. ff. eod. tit. idem videt̃ tenere Ang. de Aret. in ſuo tractatu de maleficiis. in gloſſ. ſuper verbo, dicto maleficio ſemper aſſiſtit, &c. In contrariū, q non debeant puniri eadem pœna, qua dictus eorum author, videt̃: quia licèt ibi interfuerunt in dicta diēta, nō tamen animo & intentione delinquendi ſaltem, q ex proceſſu appareat: ſed ſolùm requiſiti per dictum Rod. vt eum ibi aſſociarēt expoſiturus, vt eis, dicebat. Domini de Parl. aliqua ex parte domini noſtri Delph. (vt atteſtātur ferè omnes) inquiſiti, & interrogati, quid feciſſent, ſi ipſi Domini de Parl. interueniſſent. Et dicunt, ſe non fuiſſe intentionis cōtra ipſos aliquid facere, prout nec per d. Rodulphum facere fuerunt requiſiti. Et ſi dicatur, q ipſi ſequaces fuerunt pręſentes in expleto, per d. Rod. tūc facto, dum ipſe Rodulphus Dominos de Parl. non comparētes, pronunciauit contumaces. Ad hoc poteſt dici, q ipſi neſciebant, quòd ipſe Rod. illud expletum facere vellet: quia eis non declarauerat: ſed ſolùm eis dederat ad intelligendū, q ipſos ſibi congregare volebat: quia in ipſorum præſentia volebat Dominis de Parla. aliqua dicere ex parte domini noſtri Delph. Ideò non videtur puniendus ex illo ſolo actu aſſociationis eadē pœna, d. Rod. eorum author: quia animus in delictis inſpicitur. l. 1. C. de ſica. & in c. Imperator. 1. diſt. & facit, qđ alibi dicit Alber. de Roſa. quòd qñ mandatarius rem, q̄ agit mandato alterius, non putat eſſe delictum, q tunc excuſatur à pœna, licèt mandās puniatur. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſ. om. iud. & tetigit Bar. in l. nō ſolùm. §. ſi mandato. ff. de iniuriis. Sed dicti aſſociantes, vt animos ſuos declarent, in proceſſu non putabāt delinquere, eundem Rodulphum aſſociando, in referēdo aliqua Dominis de Parl. ex parte domini noſtri Delph. Igitur,
3 &c. Et † quæ declaratio eorum animi etiā iuſtificatur eorum iuramentis, de quo iuramento purgationis, habetur per gl. in d. l. 1. C. de ſica. & in l. præſenti. §. ſicubi. C. de his, qui ad Eccleſ. confu. & ſic remanet hæc quæſtio pro vtraq; parte dubia. Credo tamen hanc vltimā partem eſſe veriorem, cùm in delictis potius attendatur animus, q̄ actus delinquentium: vt in d. l. 1. C. de ſica. & in l. eū qui. & l. is, qui cū telo. eo. ti. Sed quid reſpondemus ad argumēta ſuprà, pro parte affirmatiua
4 facta? puto ſic reſpondendum. Quia † aut actus, qui geritur, eſt de genere malorum, puta verberare, vel occidere hominē, & ſimilia, & tūc ſtans cum armis, cū malefactore, in ipſo maleficio, eadem pœna punitur: quia conſtat, q habuit animum delinquendi. Ita loquuntur contraria: aut actus qui geritur, nō eſt de genere malorū: quia actus poterat eſſe de ſe licitus, puta aliqua audiēdo ex parte dom. noſtri Del. tunc mādatarius nō punitur: iuxta no. per Alb. & Bart. in locis præal. Ita loquitur caſus noſter. Imò (qđ plus eſt) in his, q̄ ſunt de genere malorum, circa etiā crimē læſæ maieſtatis, nihil cum authore agētes, ſed ſimplici fauore cum eo ſtantes, non puniuntur eadem pœna, qua author: ſed arbitraria, ꝓ modo culpę. ita dicit tex. in c. fin. §. illud. auth. de pœnis. lib. 6. iuncta glo. ſuper verbo, ſimplici fauore. vbi dicit, quòd ſimplex fauor intelligitur illius, qui ad maleficium faciendum nihil adiicit. Crederem tamen dictos aſſociantes dictum Rodulphum tam ex dicto ſimplici fauore, iuxta d. §. illud autem. quàm ratione portus armorū, offendibilium in coadunatione gentium incidiſſe in pœnam Legis Iuliæ de vi publica. l. 1. in prin. ff. ad legem Iuliam de vi publica. cùm ibi notatis per gloſ. ſuper verbo, domini. & ibi hanc ſequitur Bart. facit l. vnica. C. vt armorum vſus inſcio Principe interdictus ſit. li. 11. & in auth. de armis. col. 6. Cuius criminis de vi, pœna publica eſt, deportatio. & omnium bonorum publicatio. in §. item lex Iulia. de vi publica. inſti. de publi. iud. & habetur in l. 2. ff. ad l. Iul. de vi pub. & ponit plenius Pet. Iac. in tit. de actione legis Aqui. licèt quò ad publicationem hodie ſit correctum per auth. bona damna-
5 torum. C. de bon. damna. & ibi Iac. de But. † Et ſic hodie remanet pœna deportationis, loco cuius hodie de conſuetudine ſuccedit bannimentum. vt dicit Bart. in l. Mathematicis. C. de Epiſ. audien. Sed dicerem loco bannimenti attenta materia ipſos fore condemnandos arbitrariè, in aliquibus pecuniarum ſummis ſecundum qualitatem perſonarum ratione portus armorum in coadunatione gentium, ſine authoritate Principis facta. & ita factū fuit per vocatum Vales Commiſſarium ad hoc ſpecialiter deputatum: licèt aliqui alij ibi opinantes dixerint aliquos ipſorum corporaliter puniendos.

a ¶ Deliquerit. *Videtur enim multifariam deliquiſſe, ſcilicet, lege Iulia de vi pub. & l. Iul. de ambi. non etiam qui cum iuſto ti. regnat, terminos ſuæ iuriſdictionis Imperij aut poteſtatis debitæ in ſuos ſubditos excedens in prædicta crimina incidiſſe cenſetur, vt videtur voluiſſe do. Bar. in tract. de Tirannia. in 9. quæſt. Quanto ergo magis hæc verificantur in eo, qui talia admittit in non ſubditos, an autem inciderit in crimen læſæ Maieſtatis? videtur quòd non, ex quo prædicta faciendo, non intendebat occupare dominium, vel iuriſdictionem, aut Imperium mixtum, vel merū Domini noſtri Regis Delph. Ad hoc faciunt egregia dicta do. Lonzini Conſil. 22. in 4. col. verſic. nec obſtant argumenta.*

b ¶ Aſſociantes. *Vide quæ notantur. C. de his, qui latro. in l. 1. & in l. 1. C. de rapt. ad fi. de Epiſc. & Cle. & per Alex. in l. is, qui opem. ff. de fur.*

## QVÆST. CCCCXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus omnium an requiratur in indicendis collectis.*

1 IN talliis ſiue † collectis indicendis, requiritur
a conſenſus omnium, nec ſufficit a cōſenſus maioris partis vniuerſitatis, vt dicit Bart. in l. 2. §. ex his igitur. ff. de ver. obl. & in l. q maior pars. ff. ad
b municipales. & habetur ꝑ Dyn. in c. b q omnes. extrà, de re iur. & ideò in donis, q̄ fiunt domino Gubernatori præſentis patriæ vel balliuis, quando viſitant patriā, requiritur conſenſus omnium, nec poſſunt conueniri ad contribuendum in eiſdem, niſi illi qui conferunt. vt ibidem per Bar. & hæc iuris diſpoſitio ſeruatur in donis, quæ fiunt prædictis officiariis, vel ſimilibus. ſed aliter ſeruatur de conſuetudine generali præſentis patriæ Delphi. in ſubſidiis Delphi. quæ conceduntur in congregationib. trium ſtatuum præſentis patriæ Domino noſtro Delphi. quia compelluntur ad contribuendum in eiſdē etiam illi, qui non conſenſerunt, vbi maior ſeu ſanior pars vocatorum conſenſit. Et hanc opinionem etiam de iure tenet d. Pet. Pa. vt ſecundum eum ſcripſi infrà, q. 631. in tertio dubio. in quæſ. ibi, Sed iuxta præmiſſa quæro, &c. ¶ De materia huiuſmodi ſubſidiorum, & qui in eiſdem ſubſidiis contribuere debent, & qui non, vide quæ plenè ſcripſi ſuprà, q. 376. & quæſtionibus ſequentibus, vſque ad q. 400. incluſiuè, &c.

a ¶ Nec ſufficit. *Videtur tamen quòd ſufficeret conſenſus Conſulum: quia quod per eos factū eſt, per omnes factum videtur. d. Pe. Ia. in tractatu libellorum. tit. de Conſulibus. in ver. & quia videmus. alle. l. municipib. ff. de condi. & demon. & l. municipes. ad municipa.*

b ¶ *Dyn. in c. Bar. & Dyn. in locis allegatis de collectis ſpecialiter nihil dicunt, licèt ponant generalem diſtinctionem, quando res eſt communis, vt ſingulorum: aut communis. vt vniuerſorum, &c.*

## QVÆST. CCCCXXV.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum an valeat, in quo filius non reperitur inſtitutus, ſed ſubſtitutus per fideicommiſſum.*

SI quis filius in teſtamento paterno per fidei-
1 commiſſum ſubſtituatur: † & nihil ſibi relinquatur iure inſtitutionis, vtrū cenſeatur præteritus, ita q teſtamētum nullum exiſtat quò ad hæredis inſtitutionem? dic q ſic. caſus eſt in l. ex facto. §. Lucius. & in l. is, qui. ff. de vulg. & pup. & l. ita tamē. §. qui rogatus. ff. ad Treb. Et licèt videa-
a tur tex. expreſſus in contrarium, in l. ſancimus. a §. cùm autem. C. de inoſ. teſt. vbi etiam glo. ſuper verbo, celebrari. dicere voluit, q ſubſtitutus habetur, pro quaſi inſtituto, quod ſufficere videtur in filio, licèt hæres non fuerit inſtitutus. dicit ibi Bart. q gl. illa non eſt vera, cum nō ſufficiat relinquere filio per fideicommiſſum, ſed iure inſtitutionis: ſicut ponit tex. expreſſè in auth. vt cùm de appellatione cog. in §. aliud. in prin. ibi, vel fideicom. &c. col. 8. per quem. d. §. cùm autem. cenſetur in parte correctus, & iſta eſt veritas. & ita in iudicādo ſeruatur. ita etiam conſului, vt patet in 96. Conſil. meorum. ¶ De hac materia, vide quę ſcripſi infrà, q. 456. in aliis tamen terminis.

a ¶ In l. ſancimus. *Et ibi adde do. Bald. in primo not. aſſignantem rationem huius dicti. & do. Paul. de Caſt. in fin. illius §. cùm autem, ac dom. Salyc. in eo §. in verſic. quæro ſuppoſito the.*

## QVÆST. CCCCXXVI.

SVMMARIVM.

1 *L. filio præterito. ff. de iniuſt. & irr. teſta. locúmne habeat in filio præterito à linea materna. Et an filius præteritus, poſsit dicere teſtamẽtum nullum. vide num. 3.*
2 *Filij præteritio, habetur pro exhæredatione.*
4 *Filius præteritus, ſi non dixerit teſtamentum nullum, ſed deceſſerit, an teſtamentum confirmetur.*
5 *Dotis collatio an habeat locũ in ſucceſsione materna.*
6 *Legitimæ ſupplementum, an habeat etiam locum in matre.*
7 *Teſtamentum, in quo mater eſt inſtituta, nulla cauſa incerta, & filius eſt hæres inſtitutus, an poſsit dicere teſtamentum nullum.*
8 *Pater an teneatur aliquid relinquere filio naturali, in teſtamento.*
9 *Auus an teneatur inſtituere filium ex filia, vt teſtamentum valeat.*

AN l. filio præterito. ff. de iniu. & irrito teſta-
1 mento. locum habeat † in filio præterito à
*a* matre, vel linea materna? & videtur, quod non: *a* quia loquitur in filio præterito à patre, in cuius erat poteſtate, ſicut ibi dicit tex. ad literã: ſed filius non eſt in poteſtate matris. inſtit. de pat. pote. in
2 prin. igitur, &c. cuius † præteritio habetur ꝑ exhæredatione. in §. mater. inſtit. de exhær. lib. & d. l. loquutur in præteritione, prout ſtat in terminis præteritionis, vt ex tenore eiuſdẽ poteſt videri. dico, ꝙ licèt d. l. ſecundum verba locum non habeat in filio præterito à matre, tamen ſecundum mentem locum habet. Nã ſicut prçteritio ac exhæredatio, quò ad rumpendum teſtamẽtum reſpectu hæredis inſtitutionis parificãtur: vt auth. ex cauſa. C. de lib. præt. vel exhær. & in corpore vnde ſumitur. ita etiã in reconualeſcentia teſtamenti æquitas quæ reſpectu præteritionis reperitur, prout eſt præteritio. de qua in d. l. filio præterito. reperiri debet reſpectu exhæredationis vel prçteritionis, quæ ꝑ exhçredatione habetur: ſic ꝙ paritas, quæ eſt in ruptura teſtamẽti, exiſtat in eius reconualeſcentia, & fiat ſecundum mentem talis extenſio. arg. in l. non poteſt. ff. de leg. iuncta l. 1. C. de ædi. priuatis. & l. 1. C. quæ ſit long. conſuet. & ita etiã tenet expreſsè do. Pet. de Muris. in d. l. filio præterito. in 13. quæſt. quæ incipit, decimotertio quæro, &c. Et ita vidi in dicta Cu-
3 ria Parlam. determinari. ¶ † Sed an filius in caſu d. l. filio præterito. poſſit dicere teſtamentũ nullum, poſt annum? Barth. in d. l. filio præterito, tenet ꝙ non. ſed Bal. & Ang. dicunt, ꝙ imò vſq; ad 30. annos. Idem tenent Ioan. de Imo. & Raphael Cuma. in l. ſi filius, qui in poteſtate. ff. de lib. & poſthu. quos ſequitur dom. Pet. de Beſucio. in d. l. filio præterito. & iſta eſt opinio communis, quç ſeruatur in iudicando, vt dixi infrà, quæſt. 597.
4 ¶ † Si filius hoc caſu non dixerit teſtamentũ nullum, ſed deceſſit, an teſtamentum confirmetur? ſunt variæ opiniones. in d. l. filio præterito. & per Cyn. & Doct. in l. 2. C. de poſthu. hære. inſtit. ſed Io. Ferra. in tit. forma libelli, quo petitur hæreditas ex teſtamento, diſtinguit, & ibi dicit, ꝙ in hoc caſu teſtamentum confirmatur, in gl. ſuper verbo, ac realiter & actualiter introducatur. Vide quę circa hæc ſcripſi in ſingularibus meis in §. viuo filio. & 211. & in d. meo Conſilio 96. ¶ An pater teneatur facere mentionem in ſuo teſtamento de filio in ordine conſtituto, vide C. de Epiſc. & Cle. in l. Deo nobis. in §. hoc etiam. ¶ Sed an pater teneatur aliquid relinquere in ſuo teſtamento filiæ, quæ quittauit cum iuramento bona
5 paterna: vide quæ dixi ſuprà, quæſt. 295. ¶ † An collatio dotis habeat locum in ſucceſſione materna? dic quòd ſic, ſi mater conſtituit dotem. in auth. de æqualitate dotis. §. illud col. 7. & l. vt liberis. C. de coll. Sed quid de filio exhæredato? vide q̃ dicit ipſe do. Pet. de Muris, in d. l. filio præ-
6 terito. ¶ † Sed an ſupplementum legitimæ habeat in matre, ſicut in patre? dic ꝙ ſic, per tex. in l. omnimodo. C. de inof. teſt. iuncta gl. ſuper verbo perſonis, ibi dum dicit, vel parẽtibus, nec poteſt in legitima aliquod onus imponi. ita ſentit gl. in l. quoniam in prioribus. ſuper verbo, ſtatio-
7 nibus. & de hoc tetigi infrà, q. 478. ¶ † Iuxta præmiſſa, quæro vtrum teſtamentum in quo mater eſt præterita, nulla cauſa inſerta, & filius eſt hæres inſtitutus, ſit nullum. Dic quòd teſtamentum ex tali cauſa non rumpitur: quia habebat filios, quos inſtituit, quorum filiorum prima cauſa eſt in ſucceſſione, vt C. de ſuis & leg. auth. in ſucceſſione. & nõ tenetur quis inſtituere aſcendentes, quandiu ſunt deſcendentes. ff. de iniu. rup. teſt. l. ſi quis exhæredato. in prin. & de inof. teſt. l. pater filium. & inſti. de ſucceſſ. li. §. ſed noſtra. Iſta ſunt
8 verba Bart. in quodam ſuo Conſil. ¶ † An pater teneatur relinquere aliquid filio naturali in ſuo teſtamento? Doct. ꝙ non, vt ſcripſi infrà, q. 632.
9 ¶ † An auus teneatur inſtituere filium ex filia, vt valeat teſtamentum, dic quòd ſic, vt dicit Ioan. Ferra. in titul. forma libelli. in quo petitur hæreditas ex teſtamento, in glo. ſuper verbo, ac realiter & actualiter introducatis. ibi, ſed quid ſi filius, &c. & vide ibi etiam ſi mater, &c.

*a* ¶ Quòd non. *Contrarium eſt verum, vt infrà dicitur. Nam ratio dictæ 2. partis illius l. filio præterito. cõſiſtit in approbatione præteriti. ergo & exhæredati per identitatem rationis. l. à Titio. ff. de verb. obl. Sicut enim poteſt approbare præteritus, ita & exhæredatus. & ſic vtrobiq; eſt eadem ratio. & per conſequens idem ius. l. illud. ad l. Aquiliam. vnde ex quo præteritus vel exhæredatus, cuius fauore teſtamẽtum inualidum vult valere, debet vtiq. valere. dom. Bald. in prædic. l. filio præterito. in 4. colum. in verſic. 4. quæro. ibi, nam ratio iſtius. & pro hac opin. bene facit, quod dicit idem dom. Bal. vbi ſuprà in verſic. quæro ſi pater.*

## QVÆST. CCCCXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Filius ſi iuret attendere teſtamentum, & diſpoſita in teſtamento paterno an videatur renunciaſſe detractioni legitimæ, & quartæ Trebell.*
2 *Iuramentum ciuile, æquã interpretationem recipit.*



1 SI quis filius iuret attendere *a* teſtamẽtum † & diſpoſita in teſtamento paterno, videatur detractione legitimæ & quartæ Trebellianicæ renunciare: ſic ꝙ eam detrahere non poſſit? credo ꝙ non, pro eo quòd iuramentum non porrigitur ad ea, de quibus quis non cogitauit: l. ſi. C. de non nu. pecu. l. 2. §. fin. ff. q̃ ſatiſ. cog. hoc voluit dicere gl. ſuper verbo, mẽte, &c. in c. ad noſtram. extrà, de iureiu. ita etiã voluit dicere & tenere Dyn. in quodam ſuo Conſ. vt refert Bal. in l. 2. C. de reſc. ven. Aliter ſi diceretur iuramentũ extendi ad nõ cogitata, ipſum eſſet vinculum iniquitatis, quod tamen non eſt dicendũ. c. quãtò. circa medium: extrà, de iureiur. Nec in eodẽ eſſet iuſtitia, quod eſt vnum de comitantibus iuramentum. 22. q. 2. c. animaduertendũ. quia iuramẽtum veritatem, iuſtitiam & iudicium continere debet. 22. q. 4. c. innocens. ver. & poſuit gloſ. noſtra. in auth. quod eis. C. de nup. pro hoc bene facit quod ponit Cy. in l. fin. in q. 3. C. ad l. Fal. vbi dicit quòd ſi hæres ſciens facultates teſtatoris promittat ſoluere legata, talis promiſſio intelligitur facta, detracta tamen Falcidia. Iuramentum enim ius commune non tollit. l. ſi ex fal. C. de tranſ. & l. fin. C. de non nu. pec. & facit quod no. ꝑ Bald. in l. 2. C. de reſci.
2 ven. † Præterea iuramentum ciuile, æquã interpretationẽ recipit: ne quis immoderatè lædatur. l. ſi libertus. ff. de ope. liber. c. veniens. & c. quanto. extrà, de iureiu. ita ponit Bar. in l. ſocietatem. §. arbitrorũ. ff. ꝓ ſocio. & ideò in caſu iſto ipſum iuramentum ad prædicta, ex quibus magna ſequeretur læſio & iniquia, nõ debet tale iuramentum extendi, & ita vidi determinari per Dominos meos Parla. Delph. in Camera Conſilij, &c.

*a* ¶ Iuret attendere. *Hoc autem videtur, quod is non facit contra iuramentum in hac ſpecie, qui petit legitimam & Trebellianicam. ex quo illam petendo nõ venit contra præmiſſa, quia per petitionẽ earum nõ contrauenitur teſtamento nec diſpoſitis in eodem. quid enim eſt contra tenorem teſtamenti ſeu diſpoſitionem eiuſdẽ, ius legitimæ & Trebellianicæ, niſi in quã expreſſè aut tacitè fuiſſent in ipſo teſtamẽto prohibitæ legitima & Trebellianica? tunc nimirũ eas petẽdo, infringeretur iuramentum. & ideò in petitione eorũ non foret audiẽdus. illud tamen videtur, ꝙ ſi in teſtamento fuiſſet aliquid relictum filio iure inſtitutionis: tũc videretur petendo plus relicto, venire cõtra tenorẽ teſtamenti & ideò pariformiter non audiendus: quia tunc tacitè videtur actũ, vt tali relicto eſſet contentus: ſecùs in alio caſu. de quo hîc per Authorem, cũ de legitima & Trebellianica nõ fuiſſet cogitatum, nec dictum, & propterea iuramẽtum ad ea non extenditur. in c. Clericus. extra, de iureiur.*

## QVÆST. CCCCXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſum, in aliena Curia, declaratum, aut diſcuſſio bonorum alterius cauſæ, impediátne curſum literarum Curiæ Cabeoli. & num. 2. & 3.*

1 QVidam Anton. Gaufredi de Aureica creditor expoſuit clamorem † in Curia Cabeoli de quadã magna florenorum ſumma, & quę literæ Cabeoli petebantur exequi cõtra Dominum Catoni de Caſtillione poſſeſſorem caſtri de Cucurone in Prouincia hypothecatũ & ſubmiſſum d. Curiæ Cabeoli cum comminatione Marchæ. qua cõminatione cauſante venit ad præſentẽ ciuitatem Gration. do. Io. Guirimandi vtriuſq; Iur. Doct. tàm pro parte Regis Siciliæ, quã pro parte priuata, & expoſuit coram do. meis Parla. caſum ſuum, declarando etiam rationes, propter quas ipſe dicebat d. literas Cabeo. nõ eſſe exequen. in d. caſtro. & tunc die 17. men. Iulij. 1460. per d. dominos meos factæ fuerunt duæ concluſiones circa ſtylum d. Curiæ Cabeoli pro deciſione dictæ
2 cauſæ. Prima † concluſio, ꝙ quia in Curia Camerę rationum Aquenſis fuerat inchoata diſcuſſio bonorum debitoris principalis inter creditores, & ius in eiſdem habere prætendẽtes, antequàm fuiſſet clamor expoſitus in dicta Curia Cabeoli, ꝙ illa diſcuſſio impedire debet executionem dictarum literarũ Cabeoli, non obſtante dicto ſtylo ipſius Curiæ mentionem faciẽte de diſcuſſione in aliena Curia facta: & merito, quia iudicium
*a* vniuerſale *a* trahit ad ſe particulare. l. ſolemus. ff.
3 de iudiciis. & l. 4. ff. de peti. hære. † Secunda concluſio, quòd ibi do. directus commiſſum rei obligatæ fecerit declarari per Iudicẽ competẽtem vocatis euocãdis, in forma debita, quod ipſe dominus directus ſe opponẽs poterit impedire curſum clamoris expoſiti in ipſa Curia Cabeoli: poſito quòd poſt expoſitum clamorem proceſſus commiſſi fuerit inchoatus: prout factum fuit in commiſſo dicti caſtri, attẽto, quòd per tale commiſſum reſoluuntur omnes hypothecæ & obligationes, iuxta l. lex vectigali fundo. ff. ſi pignor. & de hoc tetigi infrà, quæſt. 475. & ideò tunc fuit ordinatum, dictas literas Cabeoli non fore exequendas in d. caſtro.

*a* ¶ Iudicium vniuerſale. *In materia, vide pulchras quæſtiones tactas per dom. Bart. in l. ſi quis libertatem. in vlt. col. in verſic. quæro, quid fiet. in verſi. iuxta hoc quæro. ff. de pet. hær. & do. Bald. C. loca. in l. emptorem. in 2. col. in verſic. ſed pone.*

## QVÆST. CCCCXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus quomodo fiat cõtra abſentem de graui crimine accuſatum.*
2 *Abſentis citandi forma.*
3 *Proceſſus contra abſentem accuſatum de grauamine, de iure Canonico.*
4 *Negotia grauia vel maiora, quæ dicantur.*
5 *Dilationes à iure ordinatæ an poſſint augeri vel minui, ſi negotia dicantur grauia vel maiora.*
6 *Citationis quod debeat eſſe interuallum.*

Procedi

PRocedi debet contra abſentem de graui cri-
1 mine accuſatum: † hoc modo: Nã primò ci-
tari debet voce tubæ trina vice, per interualla 30.
dierum: vt tenet gloſ. in l. iter. ff. de pub. iudiciis.
2 † Sed de ſtylo & cõmuni obſeruantia præſentis
Curię Parlamenti illud tẽpus 30. dierum eſt arbi-
trariũ ſecũdum qualitatẽ perſonarum: & crimi-
nis atrocitatem: quia quandoq; ponitur in literis
citatoriis interuallum octo dierum, quãdoq; de-
cem dierum, quandoq; 4. dierum. Et ſub magnis
pœnis fiſco Delph. applicandis, prout obſeruari
ſemper vidi, & fuit obſeruatũ in cauſis mẽtiona-
tis ſuprà, quæſt. 423. & quandoq; citatur vltra ci-
tationes vocis tubæ in domo habitationum ſua-
rum vel ſuorum parẽtum, qñ ſunt filiifam. ex ab-
undanti. & quandoq; etiam de ſtylo dictæ Curiæ
non fiunt, niſi duæ citationes voce tubæ cũ clau-
ſula cõminatoria & præciſa, ꝙ aliter ad declara-
tionem pœnarũ vel alterius actus procederetur,
prout fuit factũ id dictis cauſis: & ſi modo ꝓmiſſo
citatus non cõpareat, multæ contra talem cõtu-
macem, & aliæ pœnę eis impoſitæ declarari con-
tra eos conſueuerunt, facta mitigatione arbitrio
Curiæ. & hoc facto iteratò citat᷑ reus abſens mo-
a do ꝓmiſſo ſub pœna annotationis a bonorũ ſuo-
rum: qui reus ſi non cõparet, bona ſua annotan-
tur, & facta annotatione mandãtur regi & cuſto-
diri ſub manu Delph. ꝑ Caſtellanũ loci, vbi ſunt
bona ſituata, vel ꝑ alium idoneũ ad hoc deputan
dum, & ſub inuentario, iuxta l. fi. ff. de requirẽdis
re. ꝗ bona recuperat reus, ſi infrà annũ veniens ſe
purget, vt ꝓbatur in l. 1. C. de requirendis reis. &
in d. l. fi. ff. eo. poſt annum verò nõ audiretur, niſi
cum Principis indulgentia, vt ꝑ Saly. in l. eũ, qui.
C. ad Legem Corn. de ſica. quo anno lapſo itera-
tò citetur reus voce ꝑconia dicturus, cur ſua bo-
na nõ debeant confiſcari, & ſi non cõpareat, con-
fiſcãtur, licèt fortè de iure in hoc actu nõ ſuffice-
ret citatio voce tubæ: ſed deberet ꝑ literã requi-
ſitoriã citari in loco, vbi degit talis reus, iuxta for-
mam gl. poſitę in l. 1. de cuſto. reorum. qñ ſciretur
vbi degit: vbi aũt neſciretur, ſufficeret citatio per
edictũ, vt dicit Saly. in l. 1. C. de requir. reis. ¶ Et
præmiſſa remedia ſunt aduenta cõtra abſentem
accuſatũ de grauib. criminibus, non autẽ in non
grauibus criminibus. Et ideò, quia in nõ grauib.
criminibus non reperiuntur remedia adinuenta
ꝓcedenti contra abſentẽ, in illis non grauib. po-
teſt ad ſententiã contra abſentes ꝓcedi. Ita dicit
Bar. in l. abſentẽ. ff. de pœnis. ibi, ſecundò quæro,
dicitur hoc, &c. etiã lite non conteſt. vt dicit Pet.
Iac. in tit. de reſt. in integ. vt poſſit agi reſciſſoria.
in fin. & qualiter abſens poſſit condemnari, vide
Bar. in l. pe. §. ad crimen. ff. de accuſ. ¶ Et an ab-
ſens lite nõ conteſt. in criminib. condemnetur:
vide Dd. in §. ſi quis tutor. inſt. de ſuſpectis tuto-
ribus. ¶ Et qualiter & qñ in criminib. procedatur
in diffinitiuã, contra abſentẽ, vide plenè Ang. de
Aret. in tract. ſuo de maleficiis. in gl. ſuper verb.
qui Iudex, videns ꝙ inquiſitus non apparet, &c.
& Spec. in tit. de accuſ. in §. qualiter ver. ſed nun-
3 quid ſufficit. ¶ † Sed qualiter in foro ſpirituali cõ-
tra abſentem de graui crimine accuſatum ꝓce-
deretur? Dic ꝙ contumax ante litis conteſt. ex-
cõmunicatur. 4. quæſt. 5. c. quiſquis. & 2. quæſt. 2.
præſentis. Et ſi perſeuerauerit per annum, poteſt
ſuſpendi, vel perpetuò priuari officio, vel bene-
ficio: vt extrà, de ætate. & qualitate. c. cùm bonæ.
& de teſt. cog. c. cum cauſa. & de app. & de coha.
Cle. ſicut. & de Clericis non reſid. c. ex tuæ. 11.
quęſt. 3. rurſus. & c. quicunq;. ita dicit Ægidius in
ſuis libellis, ſub rub. de cõtu. accuſati in crimina-
li, qualiter ꝓcedat contra eum. ¶ Remedia autẽ
ꝓcedendi in cauſis ciuilib. contra abſentem non
comparentẽ ſunt ꝓdita remedia primi & ſecũdi
decreti, vt ibi dicit Bart. in d. l. abſentẽ. & plenius
ꝑ eum de materia primi & ſecundi decreti habe-
tur in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de damno infec. &
in l. apud Iulianum. ff. ex quib. cauſis in po. eatur.
¶ Et quomodo in caſibus, in quib. nõ poteſt fieri
miſſio contra abſentẽ, fertur ſentẽtia diffinitiua,
vide ff. de damno infec. l. finita. §. Iulianus. Sed ꝗ
ſunt grauia delicta, dicitur in gl. 1. in prin. dictæ l.
1. C. de requirendis reis. & ibi plenius per Salyc.
4 † Sed extra hanc materiã incidenter quæro, quę
dicãtur grauia, vel maiora negotia. dic ꝙ grauio-
ra ſunt illa, in quib. agitur de fama. 6. quæſt. 1. c. ex
merito, & c. deteriores. vel ſi de beneficio agat᷑,
in c. querela. extrà, de Procuratoribus, vel ſpiri-
tualibus, vel libertate, vel de crimine, extrà, de
tranſact. c. pen. vel ꝓpter ſcandalũ quod contin-
gere poſſet. ita ponit Spec. in tit. de reſcript. præ-
5 ſentatione. §. ratione aũt cauſæ, &c. verſ. ¶ † Item
quæritur, ſi dicantur grauiora vel maiora, an dila-
tiones à iure ordinatæ poſſint augeri vel minui.
vide Bar. in l. 2. ff. de re iud. & ibi ponit decẽ cau-
ſas, ex quib. poteſt dilatio abbreuiari, vel augeri.
& tangitur, per eundẽ, in auth. qui ſemel. C. quo-
modo & qñ Iudex. & ibi Cyn. & in l. 1. C. de dilat.
& per Dyn. in c. indultũ. de reg. iur. lib. 6. & Spec.
in tit. de dilationibus. in §. 1. ¶ Et de materia dila-
tionum, & ſi fuerit dilatio nimis arctata, an poſſit
appellari, vide Barth. in d. l. 2. ff. de re iud. & infra,
quæſt. 436. in ver. 166. quæro, &c. & ibi nihil di-
cit. ¶ Item de materia peremptorij in cauſis ci-
uilibus, vide ple. in l. cõſentaneum. C. quomodo
& quando iud. ¶ Quæro, iuxta hanc materiam,
aliquis promiſit aliquem crimino ſum coram Iu-
dice præſentare certa die, ꝙ nõ fecit, qualiter te-
neatur, & poſſit conueniri & puniri. vide glo. 23.
6 quæſt. 5. c. cum homo. gl. ſuper verbo arietes. † In
ciuilibus debet eſſe in citatione interuallum ad
minus decẽ dierum. l. peremptorium. ff. de iud.
Sed hodie iſtud tempus eſt arbitrarium de ſtylo
Curiarum præſentis patriæ. In prima citatione
non debet poni peremptoriè. l. conſentaneum.
C. quomodo & quando Iudex. iſtud communi-
ter obſeruatur de ſtylo Curiarum.

a ¶ Annotationis. *Modus autem annotationis con-
tumacium reorum, traditur per dom. Gandi. in tractat.
maleficiorum. in rubr. quid ſit agendum, reo abſente &
contumace. Subdit tamen ibidem, ꝙ quia bona damna-
torum ſeu proſcriptorum conſeruantur filiis, & aſcen-
dentibus & deſcendentibus vſq; ad tertium gradum:
vt in authen. vt nulli iudi. §. 1. col. 8. hodie aliter obſer-
uatur. Dicit etiã ꝙ de generali conſuetudine totius Ita-
liæ, non ſeruatur contra cõtumaces, quod dicitur de an-
notatione bonorum. & quod accuſatus expectetur per
annum. imò cùm fuerit citatus ſolenniter, ponitur in
banno communis & poteſtatis, poſteà ſuper illa accuſa-
tione & banno condemnatur: quia Iudex poteſt iuriſdi-
ctionem ſuam pœnali iudicio defendere: vt ff. ſi quis ius
di. non obtempe. l. 1.*



## QVÆST. CCCCXXX.

SVMMARIVM.

1 *Mulier an debeat totã donationem propter nuptias, vel augmentum dotis lucrari, moriente marito, pendente termino dato ad ſoluendam ſibi dotem.*

2 *Intereſſe medij temporis an deduci poſſit.*

SVprà quæſtione 274. tetigi qualiter augmen-
tum dotis ſiue donatio propter nuptias facta
vxori, contemplatione matrimonij nõ debetur,
1 niſi dote ſoluta. † Sed pone, ꝙ maritus dat vxori
aut alteri pro ea dotem conſtituenti terminũ ad
ſibi dotẽ ſoluendum, moritur maritus pendente
termino, per eum dato, ad ſibi dotẽ ſoluendum,
& ſic nõ fuit ſibi dos ſoluta, an mulier debeat to-
tam donationem propter nuptias, vel dotis au-
gmentum lucrari? aliqui Doct. mouentes iſtam
quæſtionem dicunt, ꝙ ſic, ac ſi totam dotem ſol-
uiſſet, ex quo fuit habita fides de dote. argumen.
in ſimili. inſt. de rer. diui. §. venditæ. & ff. de con-
trahen. empt. & vend. l. quòd vendidit. cùm ibi
nota. Nec obſtat text. in §. illud. in auth. de non
elig. ſecundo nuben. colum. 1. quia ibi nunquam
fuit habita fides de dote, aliàs ibi eſſet caſus in
contrarium. Et pro hoc videtur ibi gl. ſuper ver-
bo, percipiat. cùm dicit, reſpondeo ibi, fuit para-
ta dare, &c. & hanc opin. videtur ſequi Sal. in l. ſi
a conſtante. a C. de don. ante nup. in quæſt. de ſta-
tuto, &c. Et ex his dico, quòd hodie ex forma in-
ſtrumentorum matrimoniorum, quæ fiunt no-
ſtris temporibus, in quib. ſemper mariti habent
fidem de dote ex promiſſione & obligatione pa-
rentum, filiarum, quòd vxor lucratur augmen-
tum dotis, etiam dote nõ ſoluta, ſiue maritus de-
derit terminos ad ſoluendum dotem, ſiue non.
arg. iurium prędictorum, non obſtante d. §. illud.
qui loquitur, vbi non fuit habita fides de dote, vt
ſuprà dixi, ſecundum Doct. Et ſic patet quòd ho-
die non eſt neceſſe ponere in inſtrumento con-
tractus matrimonij illam clauſulam, dote ſoluta
vel non ſoluta, quæ in talibus inſtrumentis ſolet
in hac patria Delphin. per aliquos apponi: quia
abſq; illa clauſula vxor debet indiſtinctè lucrari
dotis augmentum & donationem propter nup.
attento quòd hodie maritus ex promiſſione &
obligatione parentum vel amicorũ habet fidem
de dote ꝓmiſſa. Et de hac materia vide quæ ple-
nè ſcripſi infrà, quæſt. 565. ¶ Quidã circa hoc di-
cunt in caſu, in quo maritus dat terminũ ad ſol-
uendum dotem: quòd intereſſe medij temporis
debet conſiderari & deduci. nam æqualitas eſt
hîc conſideranda: vt habetur in d. authen. in ver-
ſic. æqualitas, &c. Et ideò quia ſi maritus habuiſ-
ſet dotem ab initio, lucratus eſſet 20. vel ex fru-
ctibus 20. habuiſſet. Certè iſta 20. deduci debe-
rent de donatione, quaſi nõ videatur illa 20. ſol-
uiſſe pro dote. argu. ff. ſol. matr. l. ſi conſtante. §.
quoties. & ff. quæ in frau. cred. l. omnes. §. fin. &
ff. ad legem falc. l. circa: & l. qui quadraginta. §. fi.
2 † Sed credo quòd iſtud intereſſe medij temporis
non poſſit deduci. Nam pendente dilatione ap-
poſita per partes nihil interim peti poteſt. tota e-
nim dies videtur collata in fauorem debitoris. ff.
ſi quis cau. l. ſi enim. §. homo fiſci. & ff. de ver. obl.
l. eum, qui calendis. §. fi. Si ergo non poteſt peti,
ergo nulla mora eſt, & ſic nullum intereſſe. l. le-
cta. ſi cert. pet. circa medium. ¶ An maritus fa-
ciat fructus ſuos rerũ paraphernalium: vide Bar.
b qui diſtinguit, in l. pen. b ff. ad legem falc. Et ple-
nius vide quæ ſcripſi infrà, quæſt. 468.

a ¶ In l. ſi conſtante. *In 2. col. in quæſt. vbi ad verſic.
not. ad oppoſitum facit. vbi dicitur, quòd dare & per-
mutare, ſunt paria alleg. l. ſi. in fin. C. ad legem falcid.*

b ¶ L. pen. *Vbi vide etiam Pau. de Caſt. optimè diſtin-
guentem.*

## QVÆST. CCCCXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Sententia an ſit ferenda in perſonam Procuratoris, an Domini.*

2 *Procuratorium an ſit reuocatum, domino moriente pendente lite.*

a DEbet de iure ſententia ferri a in perſonam
Procuratoris, ſiue ab initio litem exercuit,
1 † ſiue lite conteſtata tranſitum fecerit ad eum, a-
liter ſentẽtia eſt nulla ſecundum Barth. & Ioan.
quos ſequitur gloſ. in l. 1. C. de ſenten. & interloc.
omn. iud. licèt Mar. fuerit in contraria opinione,
vt recitat gl. in d. l. 1. Sed ad euitandũ omnes opi-
niones, vterq; & Procurator & Dominus cauſæ
debent condemnari, vt tenet gl. in c. querelam.
extrà, de electio. Et ita etiã ſeruat conſuetudo a-
liquorum iudiciorũ, vt recitat gl. in d. l. 1. Sed Bar.
dicit, ꝙ ſi dominus ſit præſens tẽpore ſententiæ,
volens cauſam proſequi, quòd in dubio præſu-
mitur, eo caſu, poteſt ſententia ferri in eius per-
ſonam. Ita dicit ipſe in l. ſi Procurator. ff. de verb.
oblig. Sed de ſtylo præſentis Curiæ Parlamenti
in qua ꝓceditur ſummariè, ſola facti veritate in-
ſpecta, vt dixi ſuprà, quæſtione 58. Non curatur
nec ſit vis, in cuius perſonam proferatur ſenten-
tia: an in perſonam Procuratoris, an in perſonam
b domini inſequẽdo opinionem Canoniſtarum, b
ſecun-

ſecundum quã opinionem non curatur in cuius perſonam proferatur, vt dicit gl. in c. ſuſcitata. in gl. 1. extrà, de in integ. reſti. & in c. querelam. extrà, de elec. quia quandoq; in perſonam vtriuſq;, quandoq; in perſonã Procuratoris, & quandoq; in perſonam Domini, licèt nunquam in iudicio interfuerit. Et nihilominus valet ſentẽtia, dummodo conſtet in proceſſu de mandato Procura-
2 toris. † Sed quid ſi dominus moriatur, lite pendẽte, an Procuratorium ſit reuocatum? vide quæ dixi ſuprà, quæſt. 119.

¶ An dominus comparẽdo in iudicio cum aſſerto ſuo Procuratore, videatur eum Procuratorem conſtituiſſe? vide quæ dixi ſuprà, quæſt. 40.

¶ Sed quid ſi ante ſentẽtiam moriatur Procurator, dominus litis? vide quæ dixi ſuprà, quæſt. 86.

a ¶ Sententia ferri. *Forma ſententiæ hæc, Condemno talem Procura. nomine Titij, tali inquã Procurato. nomine Meuij domi. ſui. vt colligitur & not. per do. Bar. in l. licèt in pupilla. in §. ſi plures. ff. de Procura.*

b ¶ Opinionem Canoniſtarum. *De iure Canonico poteſt indiſtinctè in perſonã domini cõcipi ſola aut Procuratoris, vel vtriuſque, niſi in cauſa matrimoniali electionis, aut alia ſpirituali: & in cauſa criminali, & in cauſa, in qua à princ. dominus comparuit. Quia in his in perſonam domini concipi debet. glo. in c. querelam. in verbo, œconomi. de electi. & ibi videas omnino do. Bal. in 5. col. in verſic. capio. gl. quæ incipit concipienda. vbi declarat, quãdo forma verborum concipi poteſt in perſonam alterutrius, & quando in perſonam Procuratoris concipitur neceſſario.*

## QVÆST. CCCCXXXII.

### SVMMARIVM.

1 *Procedi qualiter debeat in actione hypothecaria, ſi tertius poſſidet.*
2 *Bonorum diſcuſſio qualiter fiat in actione hypothecaria.*
3 *Poſſeſſores tertij an debeant generaliter vocari in declaratione hypothecariæ actionis.*
4 *Poſſeſſoribus pluribus exiſtentibus, vtrum creditor poterit eligere quem voluerit, vel agere contra quemlibet pro rata.*
5 *Hypothecaria an poterit intentari contra tertios poſſeſſores, non facta diſcuſſione, ſi debitor notoriè non ſit ſoluendo.*
6 *Probatio ad obtinendum in hypothecaria, an ſufficiat, ſi creditor probat. per teſtes, quòd vidit debitorem poſſidentem.*
7 *Hypothecaria intentata in iudicio, an faciat rem litigioſam.*
8 *Iudex an neceſſariò debeat pronunciare diſcuſſionẽ bonorum fuiſſe factam, antequàm agatur hypothecaria contra tertium poſſeſſorem.*
9 *Sententia an valeat, intentata hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, non facta diſcuſſione bonorum principalis.*
10 *Exceptio diſcuſſionis, an ſit peremptoria.*
11 *Diſcuſſio principalis debitoris poſſit ne fieri pendente iudicio contra tertium poſſeſſorem.*
12 *Authen. hoc ſi debitor, an debeat locum circa diſcuſſionem fiendam, vbi debitor in inſtrumento hypothecæ ſe conſtituit bona hypothecaria poſſidere precario nomine creditoris.*
13 *Hypothecaria an agi poſſit cõtra debitorẽ debitoris, vbi bona ſunt obligata, etiã nõ diſcuſſo principali.*
14 *Pactum creditoris cũ debitore, quod ipſe faciat fructus ſuos, an valeat.*
15 *Fructus rei hypothecatæ, quomodo non computentur in ſortem.*
16 *Res litigioſa an poſſit hypothecari.*
17 *Fundus an cenſeatur hypothecatus, aliqua penſione impoſita ex conuentione partium, in aliquo contractu, vel ſuper aliquo fundo.*

SVpra, quæſt. 108. tetigi de hypothecaria, quãdo debitor aut eius hæres poſſidet rem hypo-
1 a thecatam. † Sed hîc quæro, a quid ſi tertius poſſidet, qualiter pcedi debeat in actione hypothecaria? dic q; primò debet diſcuti debitor principalis, & eius fideiuſſores & eorum bona, antequã perueniatur ad pignorũ poſſeſſores, & ipſis diſcuſſis perueniatur ad poſſeſſores rerũ obligata-
2 rum, iuxta auth. hoc ſi debitor. C. de pig. ¶ † Sed qualiter fiet talis diſcuſſio? dic q; debitorib. & eorum fideiuſſoribus cõdemnatis per ſententiã, vel per obtentionẽ præciſarum fiet executio ſentẽtiæ, vel præciſarũ in bonis per eos poſſeſſis, ſi quæ habeãt: vt in d. auth. hoc ſi debitor. & ſi nulla bona habeãt ſiue poſſideant, poterit creditor in hypothecaria actione regreſſum habere cõtra tertios poſſeſſores bonorũ hypothecariorum, iuxta d. auth. hoc ſi debitor. Sed anteq̃ offeratur libellus in hypothecaria cõtra tertium poſſeſſorẽ, iudex mãdabit p ſuas patẽtes literas Caſtellano aut Notario loci, in quo degebat debitor, q; ſe ſummariè informet cum vicinis & aliis teſtib. fide dignis, ſi ipſe debitor habeat aliqua bona mobilia vel immobilia, & ſibi informationes tranſmittat, quibus informationib. per Iudicẽ viſis, ſi ex eiſdẽ cõſtat nulla bona habere, declarabit hypothecariã actionẽ cõpetere creditori cõtra tertios poſſeſſores. & iſtã formã tradit Iac. de But. in d. auth. hoc ſi debitor. & Ang. in auth. de fideiuſ. coll. 1. & ibi plenè p eum de actione hypothecaria. Et hęc forma ſeruatur in hac Curia Parlam. & in cæteris Curiis pſentis patriæ Delphin. Et de hac materia diſcuſſionis in hypothecaria, vide Spec. in tit. de primo & ſecundo decreto. §. 1. ver. porrò. & per Bart. in l. ſi quis inſtituatur. §. pen. ff. de here. inſt.
3 ¶ † Sed an in dicta declaratione hypothecariæ actionis debeãt vocari tertij poſſeſſores, ſaltẽ generaliter voce pconis? Bar. videtur velle q; ſic, in l. decẽ. ff. de ver. obl. ſed de ſtylo huius Curię Par-
4 lamẽti hoc nõ ſeruatur. ſed pone, † q; ſunt plures poſſeſſores, vtrum creditor poterit eligere quem voluerit, vel agere cõtra quemlibet? p toto dic q; poteſt eligere quẽ voluerit, pro toto ſuo debito. ita tenent glo. & Barth. in l. Moſchis. ff. de iure fiſci. Et ita ſeruatur in Curia Parlamenti Delphin. & ſi-



militer in omnib. aliis Curiis pſentis patriæ, tàm ſpiritualibus, q̃ tẽporalibus: prout vidi dum practicabam. & hoc eſt verũ, niſi eſſet annua penſio impoſita ſuper plurib. rebus: q̃a tunc debet agi contra quemlibet poſſeſſorẽ pro rata. in c. cõ-
5 ſtitutus. extrà, de reli. do. ¶ † Sed q̃d ſi debitor ſit notoriè non ſoluendo, an poterit intentari hypo-
b thecaria cõtra tertios poſſeſſores, b non facta diſcuſſione? Ang. dicit q; ſic in d. authen. de fide. §. 1. & Iac. de But. in d. auth. hoc ſi debitor. Io. quoque Ferrarij tenet, q; hoc caſu poterit intentari hypothecari non pendẽte diſcuſſione. inſt. de actio. §. itẽ ſi q̃s in fraudẽ. vide Bar. ff. de noui ope. nuntia. l. ſtipulatio. §. habet. & ff. de verb. obl. l. in illa. Io. Fer. in tit. forma reſcr. lib. in act. hyp. in gl.
6 exceptione. ¶ † Pone, creditor probat p teſtes, q; vidi debitorem poſſidere rem hypothecatam tanq̃ ſuam, an ſufficiat talis probatio ad obtinendum in hypothecaria? dic q; non, etiã ſi deponeret de 30. ann. ſecũdum Io. Fab. inſt. de actio. §. item in Seruia. ſed contrariũ ſeruatur de ſtylo Curiarum præſentis patriæ Delph. quia probato q; debitor poſſidebat rem hypothecatam, vt ſuam, tanq̃ Dominus tẽpore obligationis, Iudices cõſueuerũt decernere hypothecariã creditori cõpetere contra tertios poſſeſſores. & ita etiam vult gl. in l. rẽ alienam. ſuper verbo, pignoratitia. & ibi plenè Dd. ff. de pign. act. & ita etiam ſecundum hunc ſtylũ vidi iudicari in Parlamẽto, & in cæteris Curiis Delph. & ſim. in Curia officialatus pręſentis ciuitatis Grationopo. Quod intelligitur, priùs facta diſcuſſione bonorũ principalis, vt ſuprà in prin. præſentis quæſtionis ſcripſi, qui prædictus ſtylus corroboratur d. gl. in l. quidã in ſuo. in prin. ſuper verbo, admoneri. ff. de cond. inſt. vbi dicit, q; ſi quis vtatur re, vt dominus, q; præſumitur dominus, licet Innoc. dicere voluerit contrariũ, in c. illud, in fi. omniũ gl. de pręſumpt. vide q̃ ſuper hoc latiùs ſcripſi in tractat. meo. de præſump. Sed aduertendũ, quòd q̃n dominiũ venit in iudicio incidenter, vt in caſu iſto, ſufficit pbare dominiũ pſumptiuè: vt plenè dixi ſuprà, q. 28. & in 31. Conſ. meorum. Inno. vbi ſuprà loquit, vbi dominium veniret in iudiciũ principaliter. l. fi. ff. de rei ven. habet locum etiã in hypothecaria: vt dicit Io. Ferr. in tit. forma libelli ſuper hypothe-
7 caria. cũ gl. ex memoratis cauſis. ¶ † An hypothecaria in iudicio intentata faciat rẽ litigioſam? dic q; non: Sed poſtq̃ eſt actũ hypothecaria, ſi debitor rẽ vendit, poteſt illã actor per hypothecariam pſequi contra emptorẽ abſq; diſcuſſione bonorũ principalis. Ita dicit Iac. de But. in d. auth. hoc ſi debitor. & dicit pbari per tex. in corpore. de litig. §. ad hoc aũt. quia per illã hypothecariam, intentatã res non dicit litigioſa: vt ibi dicit Iac. de
8 But. ¶ † Sed an ſit neceſſe, q; Iudex pronunciet diſcuſſionem bonorum fuiſſe factã antè, q̃ agatur hypothecaria contra tertiũ poſſeſſorem. Iac. de But. tenet q; non, in d. auth. hoc ſi debitor. cõtrarium dicit Iac. de Aret. vide Ang. vbi ſuprà. Idem tenet Bar. q; præcedere debet interlocutoria Iu-
9 dicis, in l. ſtipulatio. §. habet. de ver. obl. ¶ † Pone fuit intentata hypothecaria contra tertiũ poſſeſſorem, non facta diſcuſſione bonorũ principalis, & ſuper hoc lata eſt ſententia, an valeat talis ſententia. Iac. de But. vbi ſuprà, tenet q; ſic. & vide q̃ ſuper hoc dixi ſuprà, q. 221. & q. 94. contrarium tamen tenet Ang. in d. auth. de fideiuſſ. §. fi. col. 1.
10 ¶ † Si bona debitoris ſint diſcuſſa inſtãte vno ex creditoribus, an alij debeãt petere diſcuſſ. Iac. de But. vbi ſuprà dicit q; ſic ex abundãti. ¶ An hæc exceptio diſcuſſionis, ſit peremptoria? Ia. de But. vbi ſuprà dicit q; ſic, ita q; poteſt opponi in quacũq; parte iudicij. Et vide q̃ circa hoc dixi ſuprà, q. 94. ¶ Dom. Angel. in auth. de exhib. & introduc. reis. ponit vnã pulchram limitationẽ, ad authen. ei, q̃ iurat. C. de bon. auth. iud. poſſi. quòd d. auth. ei, q̃ iurat. habet locũ indiſtinctè, niſi bona debitoris ſint creditori hypothecata: q̃a tunc in omnib. bonis ſit miſſio etiã vltra menſurã debiti declarati. ¶ Quæro, obligaui creditorib. vnũ pignus ſpecialiter, pro 10. florenis. & vnũ aliud pro 20. florenis. & vnum. eſt ſufficiens p toto debito, nunquid peſſum nihilominus vtrunq; retinere? vide Cyn. in l. ſi mulier. in fin. C. de pac. conuen.
11 ¶ † An diſcuſſio principalis debitoris, poſſit fieri pendente iudicio contra tertiũ poſſeſſorẽ? Doct. in d. auth. hoc ſi debitor. dicunt q; ſic. Et ita pluries practicaui, & vidi iudicari in hac Curia Parl. Idem etiam tenet Ang. in d. auth. de fideiuſſ. §. fi.
12 col. 1. ¶ † Itẽ d. auth. hoc ſi debitor. non habet locum circa diſcuſſionem fiendã, vbi debitor in inſtrumento hypothecæ ſe conſtituit bona hypothecata poſſidere precario nomine creditoris: ſed poteſt creditor ingredi poſſeſſionẽ ppria authoritate, cùm p conſtitutum ciuiliter poſſideat, ſecundũ Bar. in l. creditores. C. de pign. in ſua repetitio. q̃d eſt notandum. Idem etiã tenet Ia. de
c But. vt ibi Bar. refert. ¶ An conſtitutio precarij c excuſet diſcuſſionẽ fiendã de debito principali: vide plenè Io. Ferr. in tit. forma libel. in actione hypothecaria. in gl. ſuper verbo, exceptionẽ executionis. & vide etiã ſingularia d. Bar. de Cepolla. fo. 20. verſo. q. idem tenet q̃d Io. Ferr. tamẽ dicit, q; Bar. tenet contrariũ, in l. 3. C. de pig. in ſua rep.
13 ¶ † Item poteſt agi hypothecaria cõtra debitorẽ debitoris, vbi nomina ſunt obligata, etiã non diſcuſſo principali. tenet Spe. in ti. de Proc. §. ſequi-
14 tur. verſ. q̃d ſi mihi oblig. ¶ † Si creditor faciat pactum cũ debitore, q; ipſe creditor faciat fructus ſuos rei hypothecatæ, an valeat tale pactum? gl. q;
d ſic. d in l. 1. C. de diſtr. pign. idẽ Hoſt. in c. ſalubriter. de vſu. vide tex. l. inter cohæredes. §. vſuſfru. ff. fami. erc. & faciunt not. p Bar. in l. ſi conſtante. in quarto membro prin. ff. ſolut. matr. Et de hoc ſcripſi in tractatu, quẽ ego Guido Papæ cõpilaui, q intitulatur, Tractatus de cõtractib. qui ſapiunt vſuram, & qui vſurarij dici poſſunt, vel non. ibi,
15 alius & quintus caſus, &c. ¶ † Sed quia creditor de iure debet fructus rei hypothecatæ computa-

re in ſortem, Io. Ferr. tradit cautelã, vt non computentur fructus. in ti. forma libel. in actione hypothecaria. in gl. in verb. relaxandum fore. circa
16 prin. ¶ † Vtrum res litigioſa poſſit hypothecari: vide quæ dixi ſuprà, quæſt. 337. Licet tertius poſſeſſor præſcribat hypothecariam actionem cum bona fide & iuſto titulo decem annis. l. 1. C. ſi aduerſ. credi. hoc verũ in priuato, ſecùs autem crederem in Eccleſia vel minore, per auth. quas actiones. C. de ſac. ſan. Eccl. iuncta l. fin. C. in quib.
17 cauſ. in integ. reſtit. non eſt neceſſaria. ¶ † Si aliqua penſio imponatur ex conuentione partium in aliquo contractu, vel legetur ſuper aliquo fundo: an ipſe fundus cenſeatur hypothecarus? vide Bart. & Doct. in l. Caius. ff. de annuis leg. & in l. fi. ff. de act. empt. quando penſio imponeretur ad certum tempus, non cenſetur obligata res, ſuper qua imponitur, vt in d. l. fin. C. de act. empt. & de legat. 1. l. quidam teſtamento. & d. l. Caius. Sed ſi imponatur in perpetuum, tunc res eſt hypothecata, & quilibet poſſeſſor tenetur. vt ff. de vſufr. l. hactenus. & no. Hoſt. in ſum. in tit. de loca. §. quæ actio. verſic. antepen. & pen. & vide Spe. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua. verſ. 86. Idem tenet Petr. Iac. in tit. de actione in rem pro re emphyteuticaria data, quæ cecidit in commiſſum. in 17. col. ver. & idem fortè in anniuerſariis. & talis præſtatio annua, dicitur ſeruitus perſonalis innominata, vt ponit Cy. C. de vſufru. ſuper rubrica. & pleniùs ſcripſi ſuprà, quæſt. 42. in fin. & dixi in ſingularibus meis.

a ¶ Quæro. *Vide per do. Ang. do. Aret. in §. item Seruiana. & per Ioan. de Platea ibid. inſtit. de actionib.*

b ¶ Contra tertios poſſeſſores. *Adde, nunquid tertius poſſeſſor bonorum poſſit hypothecaria coueniri, non diſcuſſo principali. Philip. Corn. in Conſil. 85. incip. videtur prima. in prin. in 4. volum. & in Conſil. 246. incip. in hac conſultatione. in prin. eod. vol. 4. & hypothecaria expreſſæ hypothecæ poſſit pro dote intentari, contra tertios poſſeſſores bonorum obligati, nõ facta excuſſione. latè tradit idem Phil. Corn. in Conſil. 267. incip. quanquam videatur. in 3. volum.*

c ¶ An cõſtitutio precarij. *Tu vide de hoc per iſtum, Conſil. 10. incip. Domini de Parlamento. verſ. ſuprà in dicta facti narratione.*

d ¶ Quòd ſic. *Iſtud intellige procedere de iure antiquo. C. aliàs non valet tale pactum, niſi in caſibus exceptis de iure Canonico, nota. C. de vſu. auth. ad hoc. & extrà eo. tit. c. conqueſtus. c. ſalubriter. ita dicit formaliter domin. Bald. in l. dudum. in verſic. caue tibi. C. de diſtr. pign.*

## QVÆST. CCCCXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Notarij recipientes inſtrumenta falſorum contractuum, qua pœna puniantur.*
2 *Inſtrumentũ falſum qd dictat, qua pœna puniatur.*
3 *Notarius ſi fateatur in tortura, vel aliàs, ſe inſtrumentum falſum cõfeciſſe, an noceat parti illa confeſſio.*

DVo Notarij de Alauardo receperunt inſtrumentum de quodam actu à iure reprobato facto in villa Alauardi, de quo actu ſcripſi ſuprà, quæſtio. 423. quæro ſi dicti duo Notarij deliquerint, & qua pœna veniant puniendi? Credo † q ipſi deliquerunt, & quòd pœna exilij perpetui veniant puniendi, per text. in l. iubemus. la 2. in §. œconomus. ibi, his Tabellionibus, qui huiuſmodi contractum vetitorũ auſi fuerint inſtrumenta conſcribere, irreuocabilis exilij animaduerſione plectentur. C. de ſac. ſan. Eccl. Reperio tamen alias pœnas grauiores, videlicet priuationis officij Notariatus, infamiæ & amputationis pugni, in §. callidis. de prohib. feud. alien. in feudis. Sed credo, quòd in caſu noſtro, de quo hîc agitur, nõ habeat locum pœna dicti §. callidis. quia ibi loquitur text. de contractu fraudulento, ſcienter per Notarium recepto. Ideò acriùs ibi punitur propter fraudem doloſè commiſſam. hîc autem in caſu, de quo agitur, licet actus fuerit de iure reprobatus, in eo tamen non interuenerunt fraus neq; dolus, licet quędam ſimplicitas, ideò mitiùs
a punitur, a pœna tantummodo exilij: vt d. §. œconomus. Nec excuſantur dicti duo Notarij, ſi dicerent ſe non credidiſſe dictum actum coram dicto Rodulpho per eos receptum fuiſſe de iure reprobatum, quia hoc ſcire debeãt, iuxta ea, quæ leguntur & not. in l. generali. C. de tab. libr. 10. & nihilominus dici poſſet ipſos officio Notariatus fore priuandos, cùm in ipſo officio deliquerint: iuxta not. per gl. in auth. de non alie. aut permutan. re. Eccl. col. 2. in §. ſuper hoc. ſuper verbo, reuiſionem. Super hoc caſu die 9. Auguſti, 1460. in Conſilio fuit concluſum, dictos Notarios grauiter deliquiſſe, & ipſos fore deportandos, iuxta d. l. iubemus. aut ſaltem officio Notariatus eos fore priuandos. per d. gl. Sed mite agendo dicti domini in præſentia dicti Nobilis Ioan. Pales Cõmiſſarij Regij concluſerunt, q pecuniariter punirentur, attenta qualitate perſonarum ſuarum: & ita fuerunt cõdemnati per dictũ Pales in audientia,
2 de menſe Decembris, 1460. ¶ † Sed qua pœna debeat puniri ille, qui dictat falſum inſtrumentum? dic q pœna falſi, ſicut Notarius, q illud falſum conſcribit: vt tenet Bal. in d. l. iubemus. cir-
3 ca fin. in quæſt. quæ incipit, vltimo, &c. ¶ † Vltimò quæro, ſi Notarius confiteatur in tortura vel aliàs ſe falſum inſtrumentũ fabricaſſe, an noceat parti. Dic quòd non, ſecundum Bart. in l. ſi quis in graui. §. ſi quis moriens. ff. ad Silleianum.

a ¶ Ideò mitiùs punitur. *Ad hoc faciunt, quæ notantur & leguntur in c. inter corporalia. § ſanè. ibi, quia non ex malignitate, &c. extrà, de tranſlat. Epiſc.*

## QVÆST. CCCCXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Secretarij Parlamenti an debeant exigere decimam de condemnationibus. Et pœna exigentium. numero 2.*

Anno



ANno Domini, 1460. & die 6. men. Auguſti, in Camera Cõſilij, in qua erant omnes Domini mei de Parlamento & Cameræ cõputorum Delph. ac theſaurarius generalis Delph. fuit ap-
1 punctuatum, † q Secretarij Curiæ Parl. qui nunc ſunt & pro temporibus fuerint de cõdemnationibus, aut pœnarum declarationibus fiſci, ærario in d. Curia Parla. adiudicatis, aut adiudicandis in
a futurum, non exigant decimam a à partibus priuatis: licèt in aliis Curiis præſentis patriæ exigi
b conſueuerunt. b Et corroboratur huiuſmodi appunctuamentum per Curiam Parl. factũ authori. domini Arch. in c. vt officium. de hæreticis. li. 6. in gl. ſuper verbo, publicam. vbi dicit, quòd tales perſonæ contra quas inquiritur, non debent ſatisfacere Tabellioni de labore. alleg. in auth. vt nulli iudicum. §. his inſuper. col. 9. Et ideò quia Pet. de Bolliaco, Secretarius in d. Curia petebat decimam pœnarum declaratarum in proceſſu, in manibus ſuis formato contra nobilem Rodulphum de Commeriis. Dominum Baſtide, Campirotundi, & eius cõplices ad cauſam cuiuſdam diætæ, p ipſos tentæ in villa Alauardi, de qua dięta latiùs ſuprà, q. 423. tetigi. fuit tunc die 6. huius menſ. Aug. appunctuatum, per dictos Dominos in Conſilio, quòd ipſe Pet. de Bolliaco nõ exigat dictam decimam à partibus priuatis condemnatis: ſed fuerunt ſibi taxati ſuper dictis expletis ducenti floren. Et aduerte, quòd dico, ſuper expletis, quia hoc fuit licitum facere ſuper dictis expletis, vt ponit Bart. in l. diuus. ff. de bo. dam. in fi.
2 † Caueant ergo Secretarij prædicti, ne decætero exigant dictam decimam: quia inciderẽt in crimen concuſſionis. l. 1. & ibi gl. ff. de concuſſionibus. etiam ſi à ſponte ſoluentibus reciperent. ita gl. in l. 1. C. de Salgamo hoſpi. non præſtan. lib. 12. & deberet talis contrafaciens, ab officio Secretarij repelli, & priuari. l. ſi quis. C. de offic. præf. præto. vltra pœnam concuſſionis, de qua ſuprà proximè: & ideò in quibuſdam Curiis præſentis patriæ, maximè in Curiis Delph. Ebreduni Notarij non recipiunt decimas à partibus priuatis: ſed ſuper emolumentis Domini. attamẽ Franc. de Zaba. in Cle. 1. verſ. Notariis. de hæreticis. videtur tenere, quòd ſi talis Secretarius nõ habeat ſtipendia ratione ſui officij, quòd ipſe poteſt exigere ſalarium ab inquiſito. Et ita etiam faciunt dicti Secretarij Parlamenti: quia ſalaria exigunt ab inquiſitis, pro eorum vacationibus & ſcripturis, ipſos inquiſitos concernentibus. Sed an Curia Parlamenti potuit ſtatuere, quòd dictæ decimæ non recipiantur? Dic quòd ſic, poteſtate eis, per dominum Hubertum Delphinum attributa: vt ſcripſi infrà, quæſt. 554.

a ¶ Decimam. *De decima tangitur. C. de Epiſc. & Cle. auth. generaliter autem Iudex. & in l. 1. & 2. C. de ſport. & ſumpti.*

b ¶ Conſueuerunt. *Vide in argum. quod dicit dom. Odofr. in præd. auth. generaliter. in 2. colum. verſi. vnde not. argum.*

## QVÆST. CCCCXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſum emphyteuticariæ locúmne habeat contra pupillum.*
2 *Pupillus & adultus vbi æquiparentur.*
3 *Emphyteuta ſi ſoluerit cenſum in parte, & in parte non, an pro parte committatur.*
4 *Pupillus non ſeruiens domino, an priuetur feudo.*

VTrum cõtra pupillum locum habeat l. 2. C.
1 de iure emphyt. adeò † q res cadat in commiſſum per lapſum triennij, ſi non ſoluerit Canonem? Et licet gl. in d. l. 2. in quæſt. fin. & Cyn. ibid. in 12. q. Dyn. in c. qui in ius, extrà, de reg. iur. Spec. in tit. de locato. verſi. 18. Bar. in l. cùm filius. §. in hac. ff. de verb. obl. dicant, quòd contra minorem currit triennium: licèt poſtea reſtituatur: attamen ipſi non diſtinguunt expreſsè, vtrum talis minor ſit pupillus, vel adultus. Credo tamen, quòd contra pupillũ dictum triennium non cur-
a rat, a motus per rationem poſitam in l. fi. ibi, meliùs etenim eſt intacta iura ſeruare, &c. C. in q.b. cau. in integ. reſt. non eſt neceſſaria. conſiderato. quòd talis lapſus temporis eſt adeò odioſus reſpectu emphyteutæ: ſicut & lapſus biennij reſpectu debitoris in pecunia non numerata, qui non currit contra pupillum: vt d. l. fi. ſic quòd in vtroque caſu eadem videtur ratio: ergo idem ius ſtatuendum. l. fin. C. ad leg. Falc. l. illud. ff. ad leg. Aquil. Et pro hoc videtur text. in d. §. in hac. ibi, non videtur autẽ per pupillum ſtetiſſe ex huiuſmodi ſtipulatione, ſi pupillus hæres erit, &c. præſupponendo, quòd pupillo non debet imputari, quòd adulto imputatur. & iſtam partem videtur tenere gloſ. or. vt multum no. in l. ſi tutoris. C. de adm. tut. iſtud idẽ comprobatur in materia feudali, vbi adulto negligentia anni & diei imputatur. in c. 1. §. præterea. lo 1. de prohi. feu. alie. per Fed. in feud. col. 10. quæ tamen non imputantur pupillo. in c. ſi quis deceſſerit, minorem nõ cogi fidem facere eadẽ colla. Et maximè, vbi talis pupillus in ius patris ſui vel alterius ſuccedit, qui propterea iuſtam cauſam ignorantiæ habet, an talis cẽſus debeatur, vel res ſit emphyteuticaria. & ita non poteſt ſibi opponi ratio poſita in d. l. 2. de iure emphyteut. quia talis ætas ipſum habet excuſare. l. 1. in fin. C. de fal. mo. Non obſt. l. properandum. in fin. C. de iudiciis. & §. pupillus. in
2 auth. de hær. & falla. coll. 1. vbi † pupillus & adultus æquiparantur, quò ad caſus ibi poſitos: quia in eis eſt ſpeciale, ſicut dicit & ſoluit Bart. in d. l. fin. C. in quib. cau. in integ. reſt. non eſt neceſſaria. Concluditur ergo quòd contra pupillum non currat dictum tempus triennij, & ſic non eſt
3 neceſſaria reſtitutio in integr. † Contra verò adultum currit dictum tempus: ſed reſtituitur. ita debent intelligi gl. Cy. Dyn. Spec. & Bar. in locis ſuprà alle. Et ita vidi determinari in d. Curia Parla. ¶ De hac materia præſcr. contra pupillum vel adultum etiam tetigi ſuprà, quæſt. 31. de aliis pręſcriptio-

ſcriptionibus, tàm contra fiſcum, quàm alios priuatos: vide multas quæſtiones ſuprà, q. 416. ¶ Si emphyteuta ſoluerit cenſum in parte & in parte non, an pro parte committatur? vide quæ plenè dixi ſuprà, quæſt. 174. ¶ Et de illo qui ſoluit falſo
4 geſtori, an liberetur: vide q. 173. ¶ † Quæro, ſi pupillus non ſeruiat domino, an priuetur feudo? dic quòd non. c. ſi minori. & c. ſeq. ſi de feudo defuncti cõtrouerſia fuerit. aliàs eſt rubrica, minorem nõ teneri fidelitatem facere. & ita ibi tenet Glo. & Bald.

a ¶ Non currat. *Quòd autem nulla poteſt præſcriptio aduerſus pupillum currere, videtur expeditum per tex. in l. ſicut. in ver. ſed pupillari ætate. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum.*

## QVÆST. CCCCXXXVI.

### SVMMARIVM.

1 *Appellationis interpoſitæ virtute, quis conſtituitur in proteſtatione Iudicis ad quem: & eximitur à poteſtate Iudicis à quo.*
2 *Iudex appellationũ, de quib. poſſit ſe intromittere.*
3 *Iudex appellationum, habet iuriſdictionem in territorio ordinarij: ligata tamen eſt.*
4 *Iuriſdictio Iudicis appellationum, expirat ſententia per eum lata.*
5 *Appellans nõ debet recedere à præſentia eius, à quo appellatur antequàm ille deferat appellationem, vel renuat deferre.*
6 *Iudex appellationũ, ſuccedit in locum Iudicis cauſæ principalis.*
7 *Appellari poteſt ad Papam, à ſuperiore nõ recognoſcente ſuperiorem.*
8 *Appellans, an appellatus, debeant probare in cauſa appellationis, diſting. num. 9.*
10 *Appellatione pendente an omnia debeant remanere in eodem ſtatu, in quo erant tempore ſẽtẽtiæ.*
11 *Appellatio à diffinitiua valet.*
12 *Iudex appellationum an debeat confirmare ſententiam Iudicis à quo, latam expreſſa cauſa iniqua, & indebita, etiam ſi ſecundum proceſſum potuerit aliter ſententia ferri.*
13 *Appellatio non petitis Apoſtolis, an valeat?*
14 *Sententia Iudicis à quo, an confirmetur per appellationem interpoſitam.*
15 *Appellari an poſſit à cõminatione per Iudicẽ illata?*
16 *Appellationem deſertam eſſe, an ſit ſententia interlocutoria vel diffinitiua.*
17 *Sententia Iudicis appellationum, lata poſt deſertionem, an ſit nulla?*
18 *Sententia lata ſuper nullitate proceſſus, an ſit interlocutoria, vel diffinitiua.*
19 *Appellari an debeat ab interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuè.*
20 *Innouata medio tempore an debeãt reuocari, ſi appellans non faciat citari partẽ ſuam infra terminum ſtatutorum Delph. coram Iudice ad quem.*
21 *Attentata an debeant reuocari, ſi cõſtet appellationem euidenter eſſe iniuſtam.*
22 *Appellatio an ſit deſerta, ſi eam quis non poſſit introducere præ inopia.*
23 *Iudex à quo, an terminum datum à ſe appellanti ad introducendum appellationem, coram Iudice ad quem, poſſit prorogare.*
24 *Iudex cauſæ principalis, à quo, an poſſit eius ſententiam exequi, appellatione deſerta.*
25 *Filius an poſſit appellare pro patre ſine eius mãdato.*
26 *Dominus an poſſit appellare, pro homine ſuo.*
27 *Epiſcopus an poſſit appellare pro ſua ciuitate, vel ſuis ſubditis.*
28 *Impedimentum appellationis proſequendæ qui allegat, an ſit audiendus.*
29 *Tempora fatalium an currant in Curia Gratianopolit.*
30 *Cõpromiſſum inter partes factũ, an impediat curſum decem dierum, qui dantur ad appellandum.*
31 *Appellatio ab interlocutoria, an admittatur in Curia Parlamenti Delph.*
32 *Grauamina omnia inſerta in appellatione, an ſint probanda.*
33 *Appellari an poſſit à futuro grauamine.*
34 *Dies 30. dati ad Apoſtolos concedendos à Iudice à quo, an incipiant currere à die ſententiæ, vel appellationis interpoſitæ.*
35 *Dies 30. dati ad Apoſtolos concedendos, an currant de momento ad momentum.*
36 *Appellationi ſuæ renuncians, an veniat cõdemnandus in expenſis.*
37 *Iudex ad quem, ſi pronunciet benè interlocutum à Iudice à quo, an deſinat eſſe Iudex.*
38 *Clauſula ſolita apponi in appellationibus: Proteſtando quòd dictam meam appellationem poſſim proſequi per viam nullitatis, &c. quid operetur.*
39 *Incarceratus ſi appellat, an debeat remitti Iudici ad quem.*
40 *Officium quod ſit hodie ſubrogatum loco Quæſtoris.*
41 *Appellari ad quem debeat à ſententia Vicarij.*
42 *Epiſcopus ſi cõmittat cauſam, ad quẽ appellabitur.*
43 *Sententiam quis dabit executioni: an Iudex à quo: an Iudex ad quem.*
44 *Lex penul. C. de appell. ad quæ poteſt adduci in argumentum.*
45 *Tempora fatalium, an currant contra minores.*
46 *Tempora fatalium, an poſſint prorogari conſenſu partium.*
47 *Iudex à quo, an poſſit præfigere terminum parti ad introducendam appellationem.*
48 *Appellationem an poſſit pars introducere ante terminum ſibi præfixum.*
49 *Appellans ſi petat remitti Iudici immediatò, debet remitti.*
50 *Appellationẽ introducere verbo, an ſufficiat in Parlamento Delphinali, ſi nõ poſſit à Notario ſtatim haberi inſtrumentum appellationis.*
51 *Procedendi ratio, in cauſa appellationis, quæ interponitur à reintegratione poſſeſſionis, vigore ſtatuti Delphina.*
52 *Statutum Delphinale, Si quis per literas, an videatur prohibere cauſam nullitatis.*

53 *Appel-*



53 *Appellatio an valeat à ſentẽtiis Curiæ Parlamenti.*
54 *Sententia diffinitiua vel interlocutoria ſuper aliquo crimine prolata, an poſſit mandari executioni infra decem dies datos ad appellandum.*
55 *Iudex appellationis an cognoſcat de nullitate ſententiæ, ſi ſimpliciter appelletur, & opponatur ab appellante.*
56 *Victus victori an condemnari debeat in expenſis, in cauſa appellationis.*
57 *Appellari an poſſit à ſtatuto vel edicto facto per Iudicem ne portentur arma.*
58 *Appellari an poſſit à citatione, quando citatur non citandus?*
59 *Appellare an ſufficiat ad Iudicem competentẽ, nullo tamen expreſſo?*
60 *Iudex appellationum cognoſcit an appellatio ſit recipienda.*
61 *Iudex appellationum num debeat ſequi ſtatuta primi Iudicis.*
62 *Appellatio extra iudicium facta, quid operetur.*
63 *Appellari an poſſit ab omiſſione cõdemnationis expenſarum?*
64 *Appellatio an poſſit interponi corã Notario. & numer. 99.*
65 *Appellatio an impediat executionem ſententiæ?*
66 *Iudex qui non detulit appellationi, an poſſit exequi ſuam ſententiam.*
67 *Iudex appellationum, an debeat ſtatim inhibere?*
68 *Iudex appellationum, an ſit Iudex nullitatis?*
69 *Appellans coram Iudice à quo, an intelligatur delere eius appellationem?*
70 *Dominus contumax an poſſit appellare per ſe, vel per Procuratorem.*
71 *Appellare an poſſit tertia perſona.*
72 *Appellari an poſſit ab interlocutoria, de iure Ciuili. & num. 85.*
73 *Poſſidens rem aliquam, dubitans in ea turbari, appellat extra iudicium.*
74 *Sententia ſi contineat plura capitula, an appellari poſſit ab vno?*
75 *Appellationes duæ an requirantur, ſi ſimul & ſemel proferuntur interlocutoria & diffinitiua?*
76 *Appellari an poſſit à Iudice à quo, q aſſignauerit ad ordinandũ ſuper admiſſione articulorũ traditorum, & ad diffiniendũ ſuper tota cauſa, & cauſa diffiniatur omiſſa dicta ordinatione articulorũ.*
77 *Si appellem à ſententia, & appellatus negat eã eſſe latam, an ipſe perdat cõmodum dictæ ſententiæ.*
78 *Tempus præfixum ad appellandum, an currat, etiam nullitate propoſita?*
79 *Iudex qui defert appellationẽ ob reuerentiam ſedis Apoſtolicæ, an totam iuriſdictionem à ſe abdicet.*
80 *Appellans à ſimplici interlocutoria, an poſſit de nullitate agere coram Iudice, ad quem?*
81 *Iudex appellationum, an poſſit pronunciare de his, quæ coram eo agi non poſſunt.*
82 *Dux ſi ferat aliq̃ ſententiã, ad quẽ debeat appellari.*
83 *Appellari an poſſit à Iudice nõ ſuo, cõmuniter electo?*
84 *Appellari an poſſit à ſentẽtia, in qua Iudex pronunciauit benè vel malè appellatum?*
86 *Appellari an poſſit, ſi denegetur dilatio quæ petitur, vel audientia?*
87 *Appellationi per alium interpoſitæ, qui poſſint adhærere.*
88 *Appellare an poſſim poſt decem dies, ſi Procurator meus non appellauit.*
89 *Appellari an poſſit ſuper decimis?*
90 *Attentata qualiter debeant reuocari.*
91 *Appellationis quis ſit effectus, cùm quis primò appellat viua voce, ſaluo iure appellandi in ſcriptis.*
92 *Appellari an poſſit propter locum non tutum.*
93 *Pronuncians ſe Iudicem non competentem, an poſſit illam interlocutoriam reuocare.*
94 *Iudex appellationum an ſuccedat loco Iudicis cauſæ principalis.*
95 *Princeps an poſſit appellationẽ deſertam admittere.*
96 *Appellari an poſſit ab executore.*
97 *Iudex, ad quem, an poſſit de nullitate ſententiæ cognoſcere, ſi appellatio à ſententia fuerit deſerta, lapſu fatalium, vel aliàs.*
98 *Appellari an poſſit in cauſa momẽtaneæ poſſeſſionis.*
100 *Tempora fatalium an currant, facto compromiſſo ſine termino.*
101 *Appellatione deſerta coram Iudice ad quem, an poſſim redire ad Iudicem, à quo.*
102 *Reconuentio an admittatur in cauſa appellationis?*
103 *Ratificare infra decem dies, an debeam appellationem meo nomine factam.*
104 *Dominus an repellatur ab appellãdo, ſi Procurator fuerit verus contumax.*
105 *Iter arripiẽs poſt appellationem interpoſitã, an cenſeatur interim eſſe in protectione Iudicis, ad quẽ.*
106 *Iudex non admittens appellationem, an poſſit ſtatuere terminum appellanti, ad introducendam appellationem.*
107 *Minor q non appellauit, an petẽs reſtitui, audiatur.*
108 *Appellationis inſtrumentum portans, coram Iudice ad quem introducens, an introducẽdo præſumatur habuiſſe mandatum introducendi dictam appellationem.*
109 *Cauſæ iuſtæ appellationis non proſequutæ, quæ ſint.*
110 *Appellari ad quem debeat, ab Epiſcopo in temporalibus.*
111 *Attentata an poſſint reuocari, ſi lis conteſtatur ſuper attentatis.*

CVm materia appellationũ ſit quotidiana, & ipſius vſus frequẽs exiſtat, vt inquit Iuriſcõſultus, in l. 1. in prin. ff. de appell. & tàm in practicando, quã in iudicãdo, in d. ſuperiori Curia Parlamenti, & aliis Curiis inferioribus huius patriæ: ideò ego Guido, duxi ipſam materiã hîc tractare p quæſtiones, & in fine cuiuslibet ponã, quæ videro de iure aut ſtylo Curiarum obſeruari. Et p introitu præſentis materiæ præmitto 7. conclu-
1 ſiones. ¶ † Prima concluſio, q virtute appellationis interpoſitæ quis conſtituitur in proteſtatione Iudicis ad quem appellatur, & à iuriſdictione Iudicis à quo appellat eſt exemptus. extrà, de appell. in c. ad audientiam. Et hoc verum, quan-

tum ad articulum appellationis: in aliis autẽ non
2 eſt exemptus.in c.propoſuit.eo.tit. ¶ † Secunda
cõcluſio, ꝙ Iudex appellationũ non poteſt ſe in-
tromittere,niſi de his,quib.ad eũ eſt per appella-
tionẽ iuriſdictio deuoluta. in c. paſtoralis. extrà,
3 de of.ord.& c.1.de ap. lib.6. ¶ † Tertia cõcluſio:
ꝙ licet Iudex appellationũ habet iuriſdictionẽ in
territorio Iudicis ordinarij: ipſa tamen eſt ligata:
ꝗa non habet effectũ,niſi appellatione interpoſi-
ta,& corã ipſo Iudice debitè introducta:vt in d.c.
paſtoralis.no. ꝑ Bernar. & Hoſt. Nã ſi iuriſdictio
ſua vnicuiq; nõ ſeruaretur, ordo ſecularis & Ec-
cleſiaſticus cõfunderetur.11.quæſt.1.c.peruenit.
4 ¶ † Quarta cõcluſio: ꝙ iuriſdictio Iudicis appel-
lationum ꝑ appellationẽ ad eum deuoluta, expi-
rat ſententia ꝑ eũ lata. c.vt debitus honor. extrà,
de app. & faciunt q̃ leguntur & not. per Hoſt. in
5 c.1.extrà,de offi.or. ¶ † Quinta concluſio: ꝙ vbi
appellatur ab aliquo,non debet appellans à ſui p̄-
ſentia recedere anteq̃ ipſe à quo appellat, defe-
rat appellationem, vel renuat deferre. vt in c.ex
parte.extrà,de appell.la 2.& tenet Innoc.in c.ſu-
per. eo. tit. qđ verũ dico,niſi Iudex ſtatueret ſibi
terminum ad audiendum ſuã reſponſionem, qđ
poteſt.Sed ſecundum ſtatuta Delph.nõ tenetur
appellans redire in petẽdo Apoſtolos: ſed debet
ꝓſequi eius appellationem corã Iudice appella-
tionũ,& valet ac ſi Apoſtolos obtinuiſſet: vt dixi
6 ſuprà,q.25. ¶ †Sexta concluſio:ꝙ Iudex appella-
tionũ ſuccedit in loco Iudicis cauſa principalis.l.
tutor.in princ.ff.de vſur.& in c. Ray.in fi.de teſt.
ita tenet Spe.in tit. de expenſis.§.nunc videndũ.
7 verſ.& no.ꝙ expenſæ. ¶ † Septima concluſio: ꝙ
a à ſuperiore non recognoſcẽte ſuperiorem, *a* po-
teſt appellari ad Papã:vt tenet Hoſt.in c.cùm Io-
annes.extrà, de fide inſtru. quẽ ſequit̃ Abb.Pan.
in c.ex literis.extrà, de prob. Et iſtis ſic p̄ſuppoſi-
8 tis venio ad quæſt. † Et primò quæro, q̃s debeat
b ꝓbare in cauſa appellationis, *b* an appellãs vel ap-
pellatus. & quia ſuper hoc varij varia dixerũt, ſic
9 † diſtingue,poſt Barth.& Dd.quia quãdoq; quæ-
ritur,q̃s debeat ꝓbare ſe iuſtè appellaſſe, hoc eſt,
appellationẽ ritè interpoſitã eſſe, videlicet, con-
gruo tẽpore,& ſimilia.tunc ille,q̃ appellat,ꝓbare
debet.l.eos.in prin.& §.pen. C. de appel.& l.liti-
gantibus.& l.quoniam.eo.tit.Quandoq; quærit̃
q̃s probare debet de iniuſticia cauſæ: & tunc aut
altera pars tantùm ꝓſequitur appellationẽ,altera
abſente contumace,& tunc ille debet probare,q̃
ꝓſequitur:vt in l.ampliorẽ. C.de app. & in auth.
de his,q̃ ingredi.ad app. §. quia illud. Quandoq;
vtraq; pars proſequitur: & tunc aduerte,ꝗa quæ-
dam eſt probatio, q̃ fit per modũ abnegatiuum.
verbi gratia:dico ſententiã latam,me non citato,
non p̄cedente cauſę cognitione,& hoc volo pro-
bare ꝑ inſpectionẽ actorum. tũc ei,q̃ appellat,in-
cumbit probatio. & debet acta producere, q̃ Iu-
dex habet inſpicere.vt l.ne caſas.C.de appel.& l.
is,apud quem.C.de eden. Si verò quæris de pro-
batione,q̃ fit de directo per teſtes vel inſtrumen-
ta, tunc ille debet probare in cauſa appellationis
q̃ habet probare in cauſa principali.vt l.hi,qui.&
ibi hoc tenet gl.poſt Io.And.C.de app. Nam ap-
pellatione interpoſita omnia remanẽt in eodem
ſtatu.l.3. C.de app. Et ex hoc apparet,ꝙ origina-
rius actor,q̃ habet probare in prima inſtantia,de-
bet producere acta in cauſa appellationis, ſiue ſit
appellãs, ſiue appellatus. Et ita ſeruatur in Curia
Parl. qñ appellatur à diffinitiua, ſecùs ſi ab inter-
locutoria appelletur: quia tunc de ſtylo appellãs
ſemper tenetur acta primæ inſtantiæ producere,
tàm in hac Curia Parl.q̃ in cæteris Curiis pręſen-
tis patrię Delph.Et de hoc etiã tetigi ſuprà,q.20.
In quibuſdã tamen Curiis extra hãc patriã, vide-
licet in Curia officialatus. Arelat. ſemper appel-
latus ſiue ſit actor originarius ſiue non, & ſiue ſit
appellatũ à diffinitiua ſiue ab interlocutoria,ſem
per acta tenetur ꝓducere,prout vidi:ꝗa in d.Cu-
10 ria Arelatenſi aliàs litigaui in cauſa ꝓpria. ¶ †Se-
cundò quęro,an appellatione interpoſita,omnia
debent remanere in eod.ſtatu, quo erãt tempo-
re ſententiæ.l.3. C. de app. An ſit illud verum in-
diſtinctè in omni appellatione? Dic ꝙ non in ap-
pellatione ab interlocutoria. Nã in appellatione
ab interlocutoria interpoſita Iudex poteſt ꝓce-
dere, quouſq; ſibi per Iudicẽ ad quem, fuerit in-
hibitũ,& ea q̃ fecerit valebunt & tenebunt:vt eſt
caſus in c.nõ ſolùm.extrà,de appel.lib.6.ꝙ ſecùs
eſt in appellatione à diffinitiua : ꝗa ſi à diffinitiua
fuerit appellatũ, Iudex non debet procedere ad
executionem etiã ante inhibitionẽ:& ſi faciat,o-
mnia reuocantur.vt in d.c.non ſolùm:imò(quòd
plus eſt)Iudex tenetur l.Iulia de vi publ.vt eſt ca-
11 ſus in l.lege Iulia.ff.ad l.Iuli. de vi publ. ¶ †Ter-
tiò, à diffinitiua poteſt viua voce appellari, & va-
let appellatio.Sed ſi appelletur poſt interuallum,
Iudice nondũ ſedẽte pro tribunali, debet in ſcri-
ptis appellari: aliàs appellatio eſt inualida. vt l.li-
tigatoribus.cum ſua glo.C.de app.In appellatio-
ne autẽ ab interlocutoria ſiue ſtatim tẽpore ſen-
tentiæ, ſiue ex interuallo appellet̃, debet in ſcri-
ptis appellari:vt eſt caſus ſecundũ gl.in c.1.de ap-
12 pel.lib.6. ¶ † Quartò, ſuper materia.l.eos.C.de
app.quæro,& iſta quæſt. eſt aurea: Iudex à quo,
tulit ſententiã contra Titium, & in ſententia ex-
preſſit cauſam ratione cuius eam tulit,q̃ cauſa eſt
iniqua, ſeu iniuſta, veruntamẽ aliter ſecundũ ꝓ-
ceſſum debebat ferri cõtra dictum Titiũ. Titius
appellauit.Iudex appellationũ reperit cauſam in
ſententia expreſſam eſſe iniquã,& indebitam:ta-
men aliter ſecundũ proceſſum contra dictũ Ti-
tium debuiſſet ferri, an ipſe Iudex appellationũ
dictam ſententiã debeat confirmare? dic ꝙ ſic,&
cauſam bonã & iuſtam in ſua ſentẽtia exprimere.
& de hoc eſt caſus aureus in l.fi. ff. quod cũ eo, &
ibi gl. & ita vidi iudicari & fieri in hac Curia Parl.
13 & iſtud tene mẽti:ꝗa alibi nõ reperies.¶ †Quin-
tò quæro, aliquis appellauit, & nõ petiit Apoſto-
los,an valeat appellatio?Dic,ꝙ non:ſed eſt nulla,
iuxta cle.quãuis rigor.de ap.Sed ꝗd ſi ſimpliciter
dico,



dico,appello,& Iudex det Apoſtolos:nunꝗd cõ-
firmat̃, & valet appellatio? quidã dicunt, ꝙ ſi Iu-
dex incõtinenti det,ꝙ valet,aliàs ſecus. Ita dicũt
aliqui Dd. Sed pone, ꝙ eſt aliquis ruſticus, q̃ ne-
ſcit petere Apoſtolos,ſed dicit duntaxat appello,
an valeat eius appellatio? Crederẽ ꝙ ſic: quoniã
non oẽs ſciunt petere Apoſtolos.ar.in l.quoties.
C.fa.er.& no.in c.ꝑ tuas.extrà de ap.& ita vidi in
hac Curia determinari, ꝓpter ſimplicitatem ali-
14 quorum ruſticorũ. ¶ † Sextò pone, ꝙ ſententia
Iudicis à quo,eſt nulla,an per appellationẽ inter-
poſitã videatur confirmata? ſic diſtingue: ꝗa aut
ſentẽtia eſt nulla defectu cõſenſus: ꝗa falſus pro-
curator egit: & tunc cõfirmatur,iuxta ea, q̃ dicit
gl.in l.2.C.ſi ex fal.inſtru.Aut ſentẽtia ex alio de-
fectu eſt nulla: & tunc nõ confirmatur ꝑ appella-
tionẽ.in l.ſi expreſſim.§.fi.ff.de ap.Ita dicit Bart.
in d.l.2.C.ſi ex fal.inſtr.& in l.1. qñ prouoc.nõ eſt
15 neceſſe. ¶ † Septimò, an à cõminatione per Iu-
dicẽ illata,poſſit appellari?& videtur ꝙ non,quia
vani timoris nulla eſt æſtimatio.l. ſi q̃s ab alio. ff.
de re iu. Tu dic, ꝙ qñ Iudex comminatur de his,
q̃ ad ſuam iuriſdictionem pertinẽt,ꝙ tunc poteſt
appellari.ff.quod me.cau.l.2.& l.fi.§.1. Et ille eſt
verus caſus. c. cũ ceſſante. extra eo. Si verò eſſet
aliquis non potens,qui cõminaretur: q̃ aliàs non
habet iuriſdictionem,non poſſet appellari.ita di-
cit Inno.in d.c.cum ceſſante.quẽ ibi ſequitur Io.
And.& vide gl.in l.ſi q̃s prouocauerit. C. de app.
16 ¶ † Octauò, pone, ꝙ Iudex appellationum pro-
nunciet appellationẽ deſertam:vtrum iſta ſit ſen
tentia interlocutoria,vel diffinitiua?Doctores in
iure ſcribentes in hac q. varia dixerunt, & repe-
riuntur diuerſæ opiniones. ideò vide plenè q̃ di-
xi ſuprà, q.11. quia ibi recitaui opiniones: & dixi,
ꝗd ſuper hoc articulo ſeruatur in d.Curia Parl.de
17 ſtylo ipſius Curiæ. ¶ † Nonò quæro, an ſententia
Iudicis appellationũ ſit nulla lata poſt deſertio-
nem. Bal. ꝙ ſic.in feudis, in tit.quo tẽpore miles
inueſtiturã petere debeat.in §.fi.in fi. quẽ ſequi-
tur Hoſt.in c.ex ratione.de appell.& iſta eſt veri-
tas,dicit Old. ꝑ l.2.in fi.C.de temp.ap.& eſt ratio
ſecundũ eos: ꝗa per deſertionem deſinit Iudex
appellationũ habere iuriſdictionem,licet Innoc.
18 teneat contrariũ in d.c. ex ratione. ¶ † Decimò
quæro,an ſentẽtia lata ſuper nullitate proceſſus,
ſit interlocutoria ſententia, vel diffinitiua? quod
ꝓdeſt ſcire: ꝗa ſi ſit interlocutoria, debet in ſcri-
ptis appellari: aliàs appellatio eſt deſerta.in c.cor
di.de appel.lib.6.Et vide,quę plenè dixi ſuprà,q.
19 220. ¶ † Vndecimò quæro,ꝗd de interlocutoria,
q̃ habet vim diffinitiuæ, an debeat in ſcriptis ap-
pellari? Io.Mona.tenet,ꝙ ſic,in c.cupientes.§.ſi
verò per 20.dies.de elec.lib.6.in gl.magna. & te-
20 tigi,in d.q.220.& latiùs ſuprà,q.12. ¶ † Duodeci-
mò quæro, ꝗd ſi appellans non faciat citari partẽ
ſuam infra terminũ ſtatutorum Del. corã Iudice
ad quẽ,an innouata medio tempore debeant re-
uocari? vide q̃ ſeruat hæc Curia Parl.ſuprà,q.213.
21 ¶ † Tertiodecimò quæro,ſi cõſtet euidenter ap-
pellationem iniuſtã, an attentata debeant reuo-
cari? Inno.& Bal.dicunt,ꝙ nõ,in c.paſtoralis.ex-
trà,de off.dele.notatur etiã. ff.nil noua.ap.pend.
in gl.item,ꝙ ſi patenter appareat.quos ibi ſequi-
tur Bart.Idem ſi conſtaret ex actis de deſertione
appellationis,ꝑ deſertionem Rotæ,iuxta regulã,
dolo petis,&c.& ꝑ l.ſi is,à quo.ff.vt in poſ.le.nam
ſi hodie cõſtat,hodie agatur.in c.cum olim.de re
iu.de reſti.ſpo. c.literas. Faciũt no.per Io.Monã.
22 in d. c.cupientes.in §.pe. ¶†xiiii.quæro,quid ſi
quis propter inopiã non poſſet appellationẽ in-
troducere,an ſit deſerta? Inno.ꝙ non. in c.ex ra-
tione. extrà, de app. Idem dici poſſet de illo, qui
propter paupertatẽ omiſit appellare. l. ſi ꝓcura-
torem.§.ſi ignorantes.ff.man.Et dicũt ſuper hoc
Dd. ꝙ tales paupertates Epiſcop⁹ excuſat in ap-
pellando in ſcriptis:ꝗa ibi eſt expenſa.Ab alia ve-
rò, q̃ fit viua voce, non excuſat paupertas: ꝗa ibi
nõ eſt expenſa. Quis ſit effectus inopiæ, vide In-
noc.in c.pe.& gl.extra,de offi.dele.Et ibi dicit,ꝙ
inopia excuſat ab excõmunicatione. Idem dicit
ibi Inno.de inope, q̃ iurauit ſoluere certo termi-
no.& nõ poteſt ſoluere,quod non dicitur periu-
rus.ita ibi dicit Innoc.Nam inopia quandã excu-
ſationem pręſtat,vt no.ff.de Proc.l.Titius.Ita et-
iam ponit Bal.in feud. q̃ fuit prima cauſa benefi-
23 cij amit. in c. porrò. ¶ † xv. quæro, an Iudex à
quo,terminũ per eum datũ appellanti ad intro-
ducẽdum eius appellationem, coram Iudice ad
quem,poſſit prorogare,etiã infra tempus termi-
ni per eũ dati? Innoc.dicit,ꝙ non,in c.perſonas.
24 de ap. ¶ † xvi.an Iudex cauſæ principalis à quo,
poſſit eius ſententiam exequi,ſi appellatio ſit de-
ſerta, poſito ꝙ ſuper deſertione non fuerit pro-
25 nunciatũ? Inn.ꝙ ſic. in d.c. ex ratione. ¶ † xvii.
quæro, an filius poſſit appellare pro patre ſine
mandato,& appellationẽ eius introducere? vide
q̃ dixi, & ꝗd ſeruetur in Curia Parl.ſuprà, q. 203.
26 ¶ † xviii.quæro,an dominus ꝓ homine ſuo poſ-
ſit appellare? Spec. quòd ſic. in tit. de app. in §.1.
27 in fi.& tetigi infrà, q.464. ¶ † xix.an Epiſcopus
poſſit appellare pro ciuitate ſua, vel pro ſuis ſub-
ditis ſine mandato? Dic, quòd ſic. in c. dilecto.
circa princ. extrà, de appel.ſcripſi, in d. q. 464.
28 ¶ † xx. quæro, ſi quis dicat ſe non potuiſſe eius
appel.in termino ſibi per Iudicem à quo,præfixo
introducere, & alleget impedimenta, quæ vult
per eius iuramentum probare, an ſit ad hoc ad-
mittẽdus? vide quæ dixi ſuprà,q.205. & ibi repe-
ries,quid ſuper hoc ſeruatur, in dicta Curia Parl.
29 ¶ † xxi. an hodie in d.Curia Parlamen. currant
tempora fatalium? vide quæ dixi ſuprà, q. 135.
30 ¶ † xxii.quæro, an compromiſſum inter partes
factum impediat curſum 10.dierũ, qui dantur ad
appellandũ? vide quid iudicatum fuit in d.Curia
31 Parl.ſuprà,q.115.& ibi plenè dixi. ¶ † xxiii.quę-
ro,an hodie in Curiis pręſentis patriæ Delph.ap-
pelletur ab interlocutoria? & qui ſunt caſus, in
quibus de iure Ciuili poteſt ab interlocutoria
appellari,vide quæ plenè dixi ſuprà, quæſtio. 75.

32 ¶†xxiiii. quæro, pone, ꝙ plura grauamina inſeruntur in appellatione, nunquid debet omnia ꝓbari? Dic, ꝙ ſi tendāt ad eundē effectum, quod ſufficit vnū probare, ſi verò tendunt ad diuerſos effectus, tunc debent omnia ꝓbari, in c. ex parte. la 1. & ibi gl. notabilis. & Henric. Bohic. extrà, de reſcr. & c. ſignificauit. extrà, de appel. & ita dicit gl. ſuper verbo, ipſorū. in c. exhibita. extrà, de iu-
33 diciis. ¶†xxv. quæro, an à futuro grauamine poſſit appellari? videtur text. ꝙ ſic. in l. & in multis. C. de appel. & eſt caſus in auth. de colla. §. ſi qs prouocauerit. collatione nona. vide pleniùs circa hæc, q̄ dixi in tractatu meo de appell. in q. 26.
34 ¶†xxvi. quæro, an triginta dies, infra quos Iudex à quo, debet Apoſtolos cōcedere, de quibus in l. Iudicibus. C. de appellationibus. incipiant
c currere à die ſententiæ, c vel à die appell. interpoſitę. Hoſt. poſt Zenzeli. dicit, ꝙ à tempore appellationis interpoſitæ. & hoc ꝓbat quinq; rationibus: quas vide in c. cordi. de appell. lib. 6. gl. verò in c. ab eo. ſuper verbo, triginta dies. de appel. lib. 6. & gl. 3. in Clem. quāuis. extrà, de appel. & gl. 2. in l. 1. ff. de libellis dimiſſoriis. tenuerunt indiſtinctè, ꝙ à tēpore ſententię latæ currunt dicti triginta dies. & hanc partem tenet Io. An. in d. c. ab eo. tam in gl. q̄ in Nouella. Pro qua parte videtur caſus, in d. l. iudicibus. C. de appellationib. dū dicit, ex die ſententiæ diffinitæ, &c. & iſta eſt cōmunis opinio. tamē in aſſignatione ad dandum reſponſionē Iudicis, ſuper conceſſione Apoſtolorū, eſt aduertēdum: quia, quādoq; Iudex aſſignat diem ad dandum eos, ſimpliciter dicendo, aſſigno tibi decem dies: qui cōputantur à tempore appellationis interiectæ, qn̄ Iudex aſſignat nō ſimpliciter: ſed ſpecificè dicēdo aſſigno decimum diem iuris: & tunc illi 10. dies cōputantur à die ſententiæ latæ: & hoc importat verbum iuris in aſſignatione diei poſitū per dictam l. iudicibus. C. de appellationib. & gl. ſuprà alleg. Et eſt effectus, quia ſi appellatio fuerit interiecta die 3. poſt ſententiā, & dies 10. iuris fuerit aſſignata, ꝙ niſi pars appellans venerit die 10. à die ſententiæ latæ cōputanda, eius appellatio erit deſerta. Et ita vidi ſeruari ꝑ aliquos Iudices ad decipiendū iuris ignaros, vt eorū appellationes ſint deſertæ, ignorantes tempus iuris, vt eorū ſententiæ ratæ maneāt. Sed male faciunt, & cōtra conſcientiā, niſi declarent idē iuris. ita ſecundū ſtatuta Del. & ſtylum dictę Curiæ Parla. tempus datū ad petendum Apoſtolos,
35 currit à die ſententiæ. ¶†xxvii. quæro, an dicti 30. dies (de quib. ſuprà tetigi) currant de momē-
d to ad momentū? d Dic, ꝙ ſic. eſt gl. or. in c. nō ſolùm. gl. ſuper verbo, dicendū. & gl. in c. ſciuit. de appellationib. lib. 6. & gl. etiam in l. 1. §. dies. ff. qn̄ appellan. ſit. Et eſt effectus, quia hora, qua ſentētia fuit lata die 10. iuris, aſſignata, eadē hora petere debet Apoſtolos: aliàs appellatio ſua eſſet deſerta, iuxta Cle. quamuis rigor. aliàs vbi non eſſet 10. dies iuris aſſignata: ſed ſimpliciter 10. dies, tūc tota dies cedit: & ſic non eſſet deſerta. Et iſta ſunt notanda, quia quotidie in facto occurrunt.
36 ¶†xxviii. quæro, videmus, ꝙ appellans poteſt renūciare ſuæ appellationi. l. ſi quis libellos. C. de appel. An talis renunciās ſuæ appellationi veniat condemnandus in expenſis? Dic, ꝙ ſic, vt tenet Innoc. in c. ex parte. extrà, de reſcr. Et ita ſerua-
37 tur in Curiis præſentis patriæ Delph. ¶†xxix. quæro, ſi Iudex ad quē, ꝓnunciet, benè interlocutum à Iudice à quo, nonne deſinit eſſe Iudex. ita, ꝙ cognitio negocij principalis redeat ad Iudicē à quo? Dic, ꝙ ſic. ꝑ c. vt debitus honor: extrà, de appel. tamē hæc Curia Parl. de ſtylo ipſius Curiæ, ſi æquū ſibi videatur, retinet ad ſe quandoq; cognitionem negocij principalis: qđ facere non debent alij Iudices inferiores. per dictū c. vt debitus. Et ſi contrariū faciant, poteſt appellari à
38 tali grauamine. ¶†xxx. quęro, ſi aliquid operatur illa clauſula in appellationib. apponi ſolita, ꝓteſtando, ꝙ dictam meā appellationem poſſim ꝓſequi per viā nullitatis, iniquitatis, vel facti iniurioſi, & aliàs, ſecundū quod mihi videtur? Dic, ꝙ ſic, vt videtur tex. cum gl. in l. ſi quis, ꝓuocatio-
39 ne. ſuper verbo, iniuria. C. de appellat. ¶†xxxi. quæro, ſi quis incarcerat° appellat, an debeat remitti Iudici ad quē? Gulielmus de Monte Lauduno, dicit, ꝙ erat magna queſtio in ſtudio Tholoſano, cū Epiſcopo Narbonenſi: & quia erat in facto, ipſe voluit præcipitare ſententiā. dom. Pet. de Anch. dicit, ꝙ cuſtodiatur per Iudicē à quo, ſi eſt appellatum ab interlocutoria: quia geſta per eum tenent. c. non ſolùm. de appellatio. lib. 6. Si aūt à diffinitiua, tunc, quia tota iuriſdictio eſt deuoluta ad Iudicem ad quem, iſto caſu poteſt petere qđ ſibi remittatur, ſicut remittetur proceſſus. C. de edend. l. is, apud quem. & c. 1. de appellatio. lib. 6. Nam incarceratio, eſt de proceſſu. Ad quod ipſe dom. Petr. nihil allegat. Sed probatur in Cle. 1. poſt principium, de hæreti. ꝑ hoc, quia Iudex ad quem, exequitur ſententiā, ſi non confirmetur prima: de quo dic, vt notant Doct. in c. paſtoralis. §. præterea. extrà, de officio delegat. Et quia (vt patet ibi, & not. ibi) Iudex ad quem, non indiſtinctè habet exequi ſententiā: videtur, ꝙ propter dubium euentū, incarceratus non remittatur ad Iudicem ad quem, ſicut etiam is, qui captus eſt per Iudicem ſecularē, non remittitur ad Eccleſiaſticum, ſi allegat ſe Clericū: ſed interim donec de clericatu docuerit, per ſecularem cuſtoditur, ſi ante captionem habebatur pro laico. de ſententia excommunicationis. c. ſi Iudex laicus. in fin. lib. 6. & hoc, quando à diffinitiua eſt appellatum. Si autē ab interlocutoria, tunc donec articulus appellationis diſcutiatur, retinebitur per Iudicem à quo. Sed poſt diſcuſſionem ſi pronunciatum fuerit bene appellatum: quia iudex ad quem ſubrogatur loco Iudicis à quo, per dictum c. vt debitus honor. poteſt iudex ad quē, petere ſibi remitti, vel captiuum ad ſuum mandatum faciat ſeruari in carcere primi Iudicis. Ita dixit & notauit dominus Franciſcus de Zabarel. in c.



in c. frequens. in princ. in 6. q. de exceſ. Præl. in Clem. Et hanc quæſtionē tractat Bal. in l. 2. C. de Epiſc. aud. & an qs impediatur incarcerari, ſi appellet, & qn̄ ſit appellandum ab incarceratione, & ſi debeat relaxari, ſi appellet, vide q̄ dixi ſuprà,
40 quæſt. 235. & q. 236. & 237. ¶†xxxii. quæro, ꝙ officium hodie de cōſuetudine eſt ſubrogatum loco quæſtoris? de quo fit mentio, in l. ꝓcipimus. in princ. ibi, virum etiā illuſtrem quæſtorē noſtri Palatij, &c. C. de appellationi. Dic, ꝙ Cancellarius Franciæ, vel in hac patria Delph. Cācellarius domini noſtri Delph. ſic exponit gl. quæſtorē, id eſt, Cancellarium, in fi. C. de diuerſis reſcr. Et qui Cācellarius domini noſtri Delph. poteſt cognoſcere de appellatione interiecta à domino Gubernatore huius patriæ, vt conſeruatore vel executore alicuius indulti Imperialis. Sed de ſtylo d. Curię Parl. ſeruatur contrarium: quia à ſententia dicti domini Gubernatoris nō appellatur: ſed ſupplicatur. & ſupplicatio non deuoluitur ad dictum Cancellariū, ſed ad ipſum Parlamentū, qui cognoſcit per modum reuiſionis de grauamine.
41 ¶†xxxiii. licet à ſententia Iudicis delegati appelletur ad delegantem. vt in d. l. pręcipimus. §. ſi hæc appellatio. C. de app. Tamen à ſententia Vicarij non appellat ad eū, cuius eſt Vicarius, ſed ad eū, ad quē appellaretur, ſi ipſe Iudex ordinarius ſentētiaſſet. & hoc modo poteſt intelligi ille difficilis. §. ff. q. & à quo appelletur: l. 1. §. ab eo, & eſt caſus in d. l. præcipimus. ver. ſed ſi à pro cōſulib.
42 ibi. vel Vicarius, &c. ¶†xxxiiii. quæro, ſi Epiſcopus cōmittat cauſam, an appellabit ad ipſum Epiſcopum delegātem, vel ad Archiepiſcopum eius Metropolitanū? Io. Mo. in c. Romana. de appel. lib. 6. tenet, ꝙ non debet appellari ad Metropolitanum: ſed ad ipſum Epiſcopū delegantem.
43 & ibi vide dom. Io. And. ¶†xxxv. quæro, quis mandabit ſententiā executioni, an Iudex à quo, vel Iudex ad quē? videtur, ꝙ Iudex ad quem: per text. d. l. præcipimus. in §. qđ ſi ſibi exequentibus iudicata, &c. Cy. tangit in l. eos. C. de app. & Gul. de Cun. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. & Bal. in l. ꝓcipimus. vide Spe. in tit. de executione ſentētiæ. §. nunc dicendū. ver. ſed pone. De ſtylo tamen d. Curiæ Parl. conſueuit remitti Iudici à quo, executio ſententiæ, qn̄ pronunciatur bene iudicatū: niſi ex aliqua iuſta cauſa, quæ moueat Curiā, ipſa Curia duxerit retinendā exe-
44 cutionem ſententiæ. ¶†xxxvi. quæro, ad q̄ poteſt in argumentū adduci. l. pen. ibi, ſed ducatus, &c. C. de appellationibus. Dic, ꝙ ad duo ſatis ſingularia. Primò, q̄ ſi Rex Frāciæ iudicet in aliqua cauſa, non vt Rex, ſed vt Comes: ꝙ nihilominus poterit appellari ad eius ſuperiorē, non inſpecta Regia Maie. Secundò, ꝙ Epiſcopus, vel Clericus habens feudū vel iuriſdictionem à Principe, non
e debet ab eo appellari ad Papam, e ſed ad Principem, à quo habet feudum. Ita dicit ibi Bart. per dictum textum, licet textus videatur contrarius,
45 in c. Rom. de appel. lib. 6. ¶†xxxvii. quæro, an tempore fatalium, de quib. in authen. ei, qui appell. C. de temp. appell. & in c. cùm ſit. Rom. extrà, de appellationibus. currant contra minores? dic, vt not. plenè per gl. in l. fin. C. ſi aduerſus ſententiā. & in l. ſi præſes. C. quomodo, & qn̄ Iudex. & plenè per Bar. in d. l. ſi. De materia præſcriptionum, an, & qn̄, & qualiter currant contra minores: vide quæ plenè dixi ſuprà, quæſt. 31. & q. 435.
46 ¶†xxxviii. quæro, an tempora fataliū, de quibus in d. authen. ei, qui appellat, poſſint conſenſu partium prorogari, ſiue differri, ita, ꝙ medio tempore non currāt fatalia? dic, ꝙ ſic, per c. quandiu. de appel. in Clem. Et ita ſeruat hæc Curia Parla. licet Oldr. dicat cōtrarium. in l. ſi. C. de tempor. appell. de intellectu dictæ auth. ei, qui. vide ibi Cy. & Spec. in tit. de arbit. §. differt. ver. itē. vt in-
47 fra triennij, &c. ¶†xxxix. quæro, an Iudex à quo, poſſit præfigere parti appellanti certum terminum ad Introducēdum eius appellationē coram Iudice ad quē? dic, ꝙ ſic, ita quòd ſi tali termino præfixo eam nō introducat, appellatio erit deſerta, vt ſcripſi plenè ſuprà, q. 336. Nec poteſt Iudex terminum per eum præfixū etiam infra ipſum terminū prorogare, ſecundum Innoc. in c.
48 perſonas. in fi. extrà, de appellat. ¶†xl. quæro, quid ſi pars introducat eius appellationem, ante terminum ſibi præfixū, an poſſit? vide, quæ plenè
49 dixi in dicta q. 336. in fi. ¶†xli. quęro, de iure, o-
f miſſo medio poteſt appellari ad Papā, f ſed ſi appellans petat ſe remitti Iudici immediatò, debet remitti, & ſi appellatus nō petat ſe remitti coram Iudice Immediatò, an valeat ꝓceſſus corā Papa formatus? Archi. poſt Inno. & Hoſt. tenet, quòd ſic, in c. ſi à delegato. de offi. deleg. lib. 6. in fine. &
50 tetigi ſuprà, q. 221. circa medium. ¶†xlii. quæro, an in Curia Parlamēti Del. ſufficiat verbo introducere appellationem, ſi à Notario nō poſſit ſtatim haberi inſtrumentum appellationis? vide
51 ſuprà, q. 30. ¶†xliii. quæro, de modo procedendi in cauſa appellationis, quæ interponitur à reintegratione poſſeſſionis, vigore ſtatuti Delphin. ſi quis per literas. vide quæ dixi ſuprà, q. 37. & latiùs dixi in apparatu per me compilato ſuper ſtatuto. Si quis. in gloſ. ſuper verbo, appellatione
52 ceſſante. ¶†xliiii. quia dictum ſtatutum Delphin. Si quis per literas. prohibet appellationes, an videatur ꝓhibere cauſam nullitatis? vide quæ
53 dixi ſuprà, quæſt. 38. ¶†xlv. quæro, an à ſententiis Curiæ Parlamenti appelletur? dic, quòd non. quia habetur ipſa Curia loco præfecti prætoris, ideò non appellatur, ſed ſolùm ſupplicatur. l. 1. §. fi. ff. de off. præfecti prætorio. & in l. 1. C. de ſent. præf. & l. ſi quis. & authent. ſupplicatio. C. de preci. Imper. offerendis. ſuper quæ vide quæ
54 dixi plenè ſuprà, quæſt. 50. ¶†xlvi. quæro, an ſententia diffinitiua, vel interlocutoria ſuper aliquo crimine prolata, poſſit mandari executioni infra illos decem dies, qui dantur ad appellandum, vide, quæ plenè dixi ſuprà, quæſtio. 72.
55 ¶†xlvii. quæro, ſi ſimpliciter appellatur,
vtrum

vtrum Iudex appellationis cognoſcat de nullita-
g te g ſententiæ, ſi opponatur ab appellante? Oldr.
dicit q; ſic. per l. fi. ff. de iure patron. & l. quædam
mulier. ff. fami. erciſcundæ. q; non nullitas ſen-
tẽtiæ, ſed appellatio remittit cognitionẽ ad Iudi-
cem appellationis. nam ſi Iudex ordinarius tulit
ſententiã, & eſt nulla, ſi nõ appellet, ipſe idem co-
gnoſcit. Secùs eſt in delegato. vt no. C. quomo-
do & qñ Iudex. ſi vt ꝑponis iſta ſunt verba Oldr.
de laude. & vidi ſuper hæc Innoc. in c. dilecto. ex-
56 trà, de appel. ¶ † XLVIII. quæro, vtrũ victus victori
in cauſa appellatio. debeat in expen. condemna-
h ri. h Innoc. & Io. And. dicunt, q; vbi cauſa appel-
lationis agit ex primis actis indiſtinctè, victus vi-
ctori debet in expẽſis cõdemnari. Et eſt ratio, q a
victus errauit in iure. nã videns omnia acta, debet
cognoſcere, vtrũ cauſam iuſtam habeat, vel non.
Ita ponit Innoc. in c. fi. verſ. q incipit, in cauſa aũt
appellationis. & ibi ponit multum plenè & clarè,
extrà, de dolo & contumacia. & ponit Io. And. c.
iuris ignorantia. extrà, de reg. iur. li. 6. in mercu-
riali. Ita etiã dicit Bar. in l. ꝑperandum. §. ſin autẽ
reus. C. de iudi. Idem tenet & ponit in l. hæres. ff.
de adminiſtratione tutorũ. Vbi verò ſẽtẽtia ex
nouis probationib. caſſaretur, tunc ceſſaret cauſa
iã dicta. & ita non eſſet in expenſis condemnan-
dus. Ita dicit Bar. in d. l. hæres. Sed pone, q; nouis
probationibus factis non obſtantibus, appellatus
cauſam ꝓſequitur, ſententiã pro ſe latam volens
ſuſtinere, nunquid iſto caſu debeat in expenſis
condemnari? Videtur dicendũ, q; ſic, quia in cul-
pa eſſe videt ac temeritate. l. ſi q s inficiatus. ff. de-
poſiti. ratione cuius temeritatis fieri debet con-
demnatio expenſarum. l. eum, quem temerè. in
prin. ff. de iud. & l. ædita. C. de edendo. vbi ꝑ Bal.
Ita voluit d. Bart. in d. §. ſin autẽ. Et ita ſeruat hæc
Curia Parl. in iudicãdo. & de hac materia vide q
57 dixi ſuprà, q. 137. ¶ † XLIX. quæro, an à ſtatuto, ſi-
ue edicto facto ꝑ Iudicem, ne portetur gladij vel
arma, poſſit appel. And. de Piſis tenet q; non. quẽ
ſequitur Bart. in l. fi. ff. de appel. recipi. & in auth.
58 de armis. §. fin. col. 6. ſed debet ſupplicari. ¶ † L.
quæro, an poſſit appellari à citatione, qñ citatur
non citandus? Dic q; ſic, ſecundum Canon. in c.
præterea. extrà, de dilat. & tangit Bal. in l. 2. C. de
59 epi. aud. ¶ † LI. quæro, ſi ſufficiat dicere, appello
ad Iudicem cõpetentem, neminẽ exprimendo?
dic, q; ſic. ſecundum Bar. in l. 1. in fi. ff. de appell. &
60 l. q. Romæ. §. Seia. ff. de verb. obl. ¶ † LII. quæro,
Iudex appellationũ cognoſcit, an appellatio ſit
recipienda: an interim pendente dicta cognitio-
ne debeat inhiberi? Innoc. dicit, q; non. in c. dile-
ctus. extrà, de reſcript. facit c. Romana. extrà, de
61 app. lib. 6. ¶ † LIII. quæro, nonne Iudex appella-
tionum debet ſequi ſtatuta primi Iudicis? dic, q;
ſic, q a loco eius ſuccedit. l. pen. ff. iud. ſolui. & te-
62 tigi de hoc ſuprà, q. 237. ¶ † LIIII. quæro, de quo
operetur appellatio extra iudicium facta? dic, q;
operatur, q a per eam excõmunicatio iniuſta nõ
ligat: ſecùs, ſi nõ eſſet appellatum, ſecundũ Hoſt.
in c. cùm inter vniuerſas. extrà, de elect. & Bald. i-
bid. in repertorio ſuper Innoc. & valet appellatio
extra iudicium facta, etiã ſine expreſſione cauſæ
aut perſonæ. ita dicit Innoc. in c. conſuluit. extrà,
de appell. debet tamẽ intimari parti & Iudici ſal-
tem infra menſem, aliàs appellatio eſt deſerta. in
cle. cauſam. de elect. & per talẽ app. extraiudicia-
lem etiã eximitur à iuriſdictione Iudicis à quo,
ſicut in appellatione iudicialiter facta ſecundum
Innoc. in c. dilectus. de appel. extraiudiciali, vide
63 infrà, in ver. 64. quæro, &c. ¶ † LV. quæro, an poſ-
ſit appellari ab omiſſione condẽnationis expen-
ſarum? Dic q; ſic: & ita ſe habet mens. l. fin. C. qñ
prouo. non eſt neceſſe. & ita tenet Spec. in tit. de
app. §. in quib. ver. quid ſi victus in cauſa, &c. vbi
dicit, q; ſic obſeruat Curia. & tetigit ipſe Spec. in
tit. de expẽſis. §. poſtremò. ver. verum aũt. Idem
tenet Io. An. in c. ſignificauerũt. extrà, de excep.
64 ¶ † LVI. quæro, an appellatio poſſit interponi co-
rã Notario? Dic, q; ſic: & valet. c. fi. extrà, de app.
& tenet Spec. in tit. de app. §. nũc dicamus. ver. &
ſcias ibi, vel ſtatim fiat corã Notario, &c. hoc idẽ
ponit Cy. in l. 2. C. de his, qui ꝓpter metum Iudi-
cis non app. ibi, vel corã tabellione, &c. & Bart. l.
de pupillo. l. ſi q s ipſi prætori. circa prin. ff. de no-
ui ope. nunc. & l. cum quidã. ff. de app. in abſen-
tia tamen Iudicis, vel ſi dubitetur adiri. vt dicunt
65 Spec. & Dd. vbi ſuprà. ¶ † LVII. quæro, an appel-
latio impediat executionẽ ſẽtẽtiæ? vide Innoc.
in c. ſtatuimus. extrà, de electio. & q dixi infrà, in
66 verſ. 87. ¶ † LVIII. quæro, an Iudex, qui non de-
tulit appellationi, poſſit exequi ſuã ſententiam?
vide Innoc. in c. paſtoralis. extrà, de off. deleg. &
67 Bal. in repertorio ſuo ſuper Innoc. ¶ † LIX. quæ-
ro, an Iudex appellationum debeat ſtatim inhi-
bere? Dic, q; non, donec ſibi conſtet, quòd ſit Iu-
dex vigore app. ita dicit Innoc. in d. c. paſtoralis.
68 de offi. deleg. & ita ſeruat hæc Curia Parl. ¶ † LX.
quæro, an Iudex appellationum ſit Iudex nulli-
tatis? dic, quòd ſic: vt in l. abſentem. C. de accuſ.
ſecundum Bart. qui latè ꝓſequitur. in l. ſi expreſ-
ſim. ff. de app. Hinc eſt, quod dicit Innoc. in d. c.
paſtoralis. q; Iudex nullitatum poteſt cõdemna-
re & abſoluere. l. verum. §. ex facto. in fi. ff. de mi-
69 no. ¶ † LXI. quæro, an appellans coram Iudice à
quo, intelligatur deferre eius app. Innoc. dicit, q;
non. in d. c. paſtoralis. pro quo facit c. ſi à Iudice.
de appel. lib. 6. ¶ De hac materia vide ſuprà, q.
70 172. in fi. ¶ † LXII. quæro, an dominus contumax
poſſit appellare per ſe, vel eius Procuratorem? vi-
de Innoc. & Bal. in c. 1. vt lite non conteſt. & quæ
71 dixi infrà, verſ. 95. ¶ † LXIII. quæro, vtrum tertia
perſona poſſit appellare? & de his, quæ poteſt fa-
cere tertia perſona interueniens in cauſa, vide
plenè Innoc. c. cum ſuper. extrà, de ſentent. & re
72 iudi. ¶ † LXIIII. quæro, an de iure Ciuili poſ-
ſit appellari ab interlocutoria, qua Iudex admit-
tit libellum ineptum? dic, quòd ſic. & eſt ratio,
quia reus cogitur procedere ſuper facto, quod
non poteſt reparari. vt l. in bello. §. factæ. ff. de
capti.



capti. ita tenet Bal. in l. 2. C. de Epi. aud. in quæſt.
q incipit, quintò quæritur. licet videatur q; non.
quia proceſſus nullus. ff. de interro. ac. l. ſi filius. §.
ſuperuacua appellatio. ff. de app. l. ſi cõſtat. facit,
quod no. Inno. in c. dilecto. de app. ita arguit Bal.
in d. q. ¶ Idẽ ſi libellus ſit obſcurus, q a poteſt ap-
73 pellari. c. ſignificantibus. de libel. obla. ¶ † LXV.
i quæro, i poſſidens rem aliq̃, & dubitans in poſſeſ.
ſua turbari, appellat extra iudiciũ: quæro cuius ſit
effectus talis appellat. Dic, q; ſi ex veriſimilib. ap-
pellat, appel. ſua operat, quod reſtituitur in ſtatũ,
quo erat tẽpore appellat. emiſſæ, etiã ſi poſſeſſor
nõ fuerit ſpoliatus: & talis appellãs ad reſtitutio.
obtinendam cogitur docere de proprietate, nec
de ſpoliatione: ſed ſolùm, q; tempore ſpoliationis
poſſidebat: ꝓbato tamen de veriſimili cauſa ap-
pellationis, quo caſu reſtitueretur ad rẽ & ad fru-
ctus medio tẽpore perceptos, vt elicitur ꝑ Doct.
ex d. c. bonæ. extrà, de app. quod non eſt alibi ſe-
cundũ Bald. ibi in reper. Et ex hoc patet, q; in ap-
pellatione extra iudiciali locum etiam habet via
attenti, ſuper quo vide, q plenè dixi in 138. Conſi.
74 meor. ¶ † LXVI. quæro, ſi ſententia cõtineat plu-
ra capitula, an poſſit appellari ab vno c. Dic, q;
ſic, ſecundũ Imo. in c. dilectus. extrà, de appel. &
75 vide Bart. in l. appellanti. ff. de appel. ¶ † LXVII.
quæro, ſi ſimul & ſemel ꝓferuntur interlocuto-
ria, & diffinitiua ſentẽtia, an requirant duæ appel
lationes? Dic, q; ſic. in c. fi. §. fi. de appellationib.
lib. 6. & l. cũ in vna. in prin. ff. de appellationibus.
exponẽdo ibi duplex ſententia, id eſt, diuerſa, vi-
delicet, vna diffinitiua, alia interlocutoria, cũ ſint
diuerſæ. c. cordi. de app. lib. 6. Patet: q a ibi diuer-
ſi modi appellandi ab eiſdem ſententiis ſtatuun-
tur, facit bene. l. etiam. la 1. §. 1. ff. de minoribus.
76 ¶ † LXVIII. quæro, ſi Iudex à quo, aſſignauerit ad
ordinandũ ſuper admiſſione articulorũ tradito-
rũ, & ad diffiniendũ ſuper tota cauſa, & cauſa dif-
finiatur nulla facta ordinatione reſpectu articu-
lorũ, an poſſit appellari? Dic, q; ſic. in capitulo ex
parte M. de ap. Ita tenet Spe. in tit. de app. §. qua-
liter. ver. item quod faciat. ibi, vel ſaltẽ neglecta.
77 ¶ † LXIX. quæro, ſi appello à ſentẽtia, & appella-
tus negat eã fuiſſe ſic latã, an ipſe ꝑdat cõmodum
dictæ ſententiæ? dic, q; ſic, & debet ſibi inhiberi,
ne vlterius ipſa vtatur. l. non alienũ. ff. de interro.
ac. tenet Inn. in c. ſi perpetuus. extrà, de fid. inſtr.
Ad idem q negat feudũ, perdit feudum, vt tenet
Inno. in c. cæterùm. de iud. infr. facit in auth. de
78 triente, & ſemiſſe. in §. penul. ¶ † LXX. quæro, an
tempus decẽ dierum præfixum ad appellãdum,
currat etiã nullitate ꝓpoſita? dic, q; ſic. vt not. per
Bar. in l. ſi expreſſim. ff. de app. quod etiã videtur
tenere Iac. de But. in l. 1. C. qñ prouoc. nõ eſſe ne-
79 ceſſe. ¶ † LXXI. quæro, an Iudex q defert appel-
lationi ob reuerentiã ſedis Apoſtolicæ, totam iu-
riſdictionẽ à ſe abdicet? dic, q; ſic. in c. vt debitus
80 honor. cum ibi not. de appellationib. ¶ † LXXII.
quæro, an appellãs à ſimplici interlocutoria, poſ-
ſit de nullitate agere corã Iudice ad quem? Dic,
q; non. vt in d. c. vt debitus honor. Et ponit Inno.
in c. dilecto filio. ibi, ſi autem ante ſententiam, &c.
81 eo. tit. ¶ † LXXIII. quæro, an Iudex appellationũ
poſſit pronunciare de his, quæ coram eo aguntur
poſſunt? dic, q; nõ, ſecundum Inno. in l. licet. ex-
82 trà, de foro cõpetenti. ¶ † LXXIIII. quæro, ſi do-
minus noſter Delph. vel Dux Burgundiæ, vel ſi-
miles, ferat aliq̃ ſententiam, ad quẽ, vel ad quos,
debeat à tali ſententia appellari? dic, q; ad magi-
ſtrum officiorũ & quæſtorẽ ſacri Palatij, hoc eſt,
ad Conneſtabilem Franciæ, vel ad Cãcellarium
83 Franciæ, l. ſi qñ. C. de appell. ¶ † LXXV. quæro, an
appellari poſſit à Iudice, non ſuo, cõmuniter ele-
cto? dic, q; ſic. Idem à Iudice, cuius iuriſdictio eſt
prorogata. l. ex cõſenſu. & ibi hoc tenet Bar. poſt
Dyn. ff. de app. Idem Spec. in tit. de comp. iud. §.
1. verſ. ſed an ſẽtẽtia, & appellabitur ad ſuum ſu-
periorem talis Iudicis, vt tenet Speculat. in d. §.
verſ. ſed ad quem. & facit bene, quod not. per gl.
84 2. q. 5. à Iudicibus. ¶ † LXXVI. quæro, ſi Iudex, ad
quẽ, vt ad bonũ virum recurritur, ꝓnunciet be-
ne vel malè arbitratũ, an à ſẽtẽtia ſua poſſit ap-
pellari? Dic, q; non, ſecundum Bart. in l. 1. in fi. ff.
de leg. 2. & ponit Innoc. in c. præſenti. poſt me-
dium. extrà, de reſcript. quod nota. quia qualibet
die contingit cõtrarium. tenet dominus Ant. de
Butr. & Imol. in c. quinta vallis. extrà, de iureiur.
& facit pro ipſorum opin. l. & in maioribus. C. de
85 appellat. ¶ † LXXVII. quæro, in quibus poteſt ab
interlocutoria de iure Ciuili appellari? vide ali-
quos caſus, quos ego enumeraui ſuprà, q. 75. vltra
caſus ibi enumeratos. vide vnum caſum. ſuprà,
verſi. 63. & cæteros alios caſus, vide etiam infrà.
86 ¶ † Sed vltra quæro, vtrum poſſit appellari, ſi de-
negetur dilatio, quæ petitur: & ſi denegetur au-
dientia, an poſſit appellari? videtur q; non poſſit
appellari: ſed quòd debeat ad ſuperiorẽ per viam
ſimplicis querelæ recurri: vt not. per Specula. de
appellationibus. §. in quibus. ver. 32. Quidam ta-
men dicunt, quòd proceſſus eſt ipſo iure nullus,
ſi Iudex nullam det dilationem: cùm debeat da-
re, quaſi ex omiſſione ordinis. vt notatur 22. quæ-
ſtio. 4. c. vxor. Felicis. per Archid. & ita dicit Bal.
in l. 2. de Epiſ. audien. in verſic. 11. quæritur. Sed
an à nimis magna dilatione poſſit appellari de iu-
re Ciuili? & dicit Bart. quod ſic per eam impedi-
tur, ne lis finiatur: vtpote, quia excedit tempus
inſtantiæ: quia hoc grauamẽ eſt irreparabile, ni-
ſi per appellationem: ſecùs, ſi non excedit tem-
pus inſtantiæ. ſecundum Bart. & Bald. aut dicit,
quòd in primo caſu dilatio eſt nulla. ff. de arbitr.
l. ſi cùm dies. §. ſi intra. non obſtat l. pendente. de
tempo. in integrum reſtit. pe. quia ibi tempus e-
rat appoſitum cauſæ, quod ex cauſa prorogatur:
ſecùs in tempore inſtantiæ, vt not. in l. properan-
dum. in princ. C. de iud. Et adde, quod not. ex-
trà, de off. del. c. de cauſis. ita dicit Bal. in d. l. 2. C.
87 de Epiſ. aud. ver. 12. quæritur. ¶ † LXXVIII. quæ-
ro, ſi quis. vel qui poſſint adhærere appellationi,
per alium interpoſitæ? Dic quòd ſic, videlicet illi,
quo-

quorum intereſt,& non alij.c.cū inter. extrà, de
elect.2.q.6. ſolent dū tamen hoc faciāt infra dies
10.in c.conſultationi.extrà,de appellationib.lib.
6.& vide Arch.in c.vt circa.in gloſſ.ſuper verbo,
Adhęrentes,de elect.lib.6.& c.ſtatuimus.eo.tit.
in gl.in ver.formā.tales enim adhęrentes intelli-
guntur eſſe appellātes.ita innuitur in c.olim.ex-
trà,de accuſ. De ratificatione app.an debeat fie-
ri infrà 10.dies,q dantur ad appellādum, vide in-
88 frà,ver.94. ¶ † LXXIX.quæro, ſi ꝓcurator meus
non appellauit,an poſſim appellare poſt 10.dies à
tēpore ſententiæ? dic,ꝙ ſi eſt pauper,vel colluſe-
rit cū aduerſario,quòd poſſum appellare.l.1.in fi.
iuncta gl.ff.qñ appellandum ſit.& facit, quod ibi
89 not.per Bar. ¶ † LXXX. quæro, an ſuper decimis
poſſit appellari? vide Gofr.in ſum.in tit.de appel-
90 lationib.§.item in cauſa,&c. ¶ † LXXXI. quæro,
qualiter attentata debeant reuocari,& in libello
peti? vide Bar.in l.chyrographis.§.adeò. ff.de ad-
min.tut.vbi declarat c.nō ſolùm. de app. lib.6. &
plenè tetigi in notabilib.meis.in §. in cauſa mea,
&c. vide etiā,q̄ dixi ſuprà,q.213.& infrà,in verſic.
91 ſi lis conteſtatur,&c. ¶ † LXXXII. quæro,quis ſit
effectus,cùm qs primò appellat viua voce, ſaluo
iure appellandi in ſcriptis? vide l. cū procurator.
§.1.ff.de ope.noui nuncia.& ibi tractat Bart.ſi qs
appellat viua voce,& poſtea in ſcriptis,q̄ appella-
92 tionem debeant proſequi. ¶ † LXXXIII. quæro,
ſi quis citetur in loco nō tutò,an poſſit appellare,
& ſit iuſta cauſa appellādi? vide Gofr. in c.inter-
93 poſita.de appell. ¶ † LXXXIIII.quæro,aliquis ꝓ-
nunciat ſe nō eſſe Iudicem competentē, an poſ-
ſit illā interlocutoriam reuocare? dom. Ioan. de
Graſſis præceptor meus,dicit,ꝙ non.in c.ſignifi-
cantibus.extrà,de off.deleg.per tex.d.c. Et ſi fa-
ciat: nulliter faciet.Ex quo infero,ꝙ non erit ne-
ceſſe appellare, ſed agere ſuper nullitate talis re-
94 uocationis. ¶ † LXXXV. quæro, nunquid Iudex
appellationū,ſuccedat loco Iudicis cauſę princi-
palis? dic ꝙ ſic.l.tutor.in prin.ff.de vſuris.c.Ray-
nutius.ver.fi.extrà,de teſt.& tenet Spe. in tit. de
expen.in §.nunc videndū eſt. & not. ꝙ expenſæ,
95 &c. ¶ † LXXXVI.quęro,an Princeps poſſit appel.
deſertam admittere? vide quæ dixi ſuprà, q.186.
96 ¶ † LXXXVII. quæro, an ab executore poſſit ap-
pellari? dic,ſecundū Doct.ꝙ aut appellet ab exe-
k cutione ſentētiæ latæ *k* parte vocata, & audita, &
tunc non audit appellans,niſi quatenus excede-
ret fines mandati, iuxta l. ab executore. C. quo.
appel.nō recipiuntur.Aut appellat ab executio-
ne alicuius mandati Iudicis cōceſſi parte nō vo-
cata: & tunc audit appellans ab executione. ita
dicit Hen.Bohic.in c.de cætero.extrà,de re iud.
& ponit latiùs Ant.de But.& Pan.in c.fi.extrà.de
præſum.Et vide q̄ dixi de executore ſentētiæ, in-
97 frà, q.574. ¶ † LXXXVIII. quæro, ſi appelletur à
ſententia,& appellatio poſtea ſit deſerta lapſu fa-
talium, vel aliàs, an Iudex ad quē, poſſit de nulli-
tate ſentētiæ cognoſcere? domini de Rota in tit.
de app.deciſione 150.determinant,ꝙ non.Idem
tenet expreſſè Franc.de Zabarell.in cle.ſi appel-
latione.in fin.de appel.Cuius verba formalia po-
ſui in notabilib.meis.in §.Franc.de Zab.& ꝓ hac
parte aliqui Dd.Legiſtæ,qui tenent hāc partem,
allegant gl.in l.ſi fundū.ſub cōditione. in §. ſi pa-
ter.ſuper verbo,ſola ibi.l.item.§.fi.&c. de lega.1.
ex qua glo.notatur, quòd qñ vitiatur expreſſum,
etiā cenſetur vitiatum tacitū:& ita vidi determi-
nari in Camera Conſilij in relatione,q̄ feci 1460.
de men.Decemb. in proceſſu, tunc diffinito in-
ter Claudium Chaberti,& Georgiū Firmandi,in
manib. Ioan. Alb. & vide q̄ circa hoc dixi in ver.
98 92. ¶ † LXXXIX.quæro,an in cauſa momētaneæ
poſſeſſionis poſſit appellari? Bar.in l.ante ſenten-
tiam. ff. de app. reci. refert ꝙ Canoniſtæ dicunt,
ꝙ ſic.Sed quod in hoc æquiparatur interlocuto-
riæ: qa debet cauſa in appellatione inſeri. ꝓ quo
allegat Inn. in c. paſtoralis.extrà,de offic.deleg.
De hac materia etiā plenè tetigi in apparatu,quē
feci ſuper ſtatuto,ſi qs per literas.in gl.ſuper ver-
99 bo,appellatione ceſſante. ¶ † XC. quæro, an ap-
pellatio poſſit interponi corā Notario? vide quæ
100 ſcripſi ſuprà,q.90.in fi. ¶ † XCI.quæro,ſi fiat com-
promiſſum ſine præfinitione termini,an currant
tempora fatalium. vide quæ dixi ſuprà, q. 240.
101 ¶ † XCII.quæro,ego appellaui à Iudice Grayſuo-
dani ad Iudicē appellationum, poſtea appellatio
mea eſt deſerta lapſu fatalium,vel aliàs. ita ꝙ ipſe
Iudex appellationū ꝓnunciat appellatio. deſer-
tā, nec poteſt ipſe Iudex de nullitate cognoſce-
re,vt ſuprà dixi,in verſic.88.An potero redire ad
Iudicem Grayſuodani,à quo: & corā eo de nul-
litate ſuæ ſententiæ agere? Doct.non tangunt ex-
preſſè de hac quæſtione.dic tamen,ꝙ ipſe Iudex
Grayſuodani à quo, poteſt de nullitate talis ſen-
tentiæ cognoſcere,cū ad eū ſpectet cognitio vſq;
ad 30.ann.vt plenè ꝑ Bar.& Dd. in l. ſi expreſſim.
ff.de appell. ita etiā ſentit Franc.de Zab.in cle.ſi
102 appellationē.de appel.in fi. ¶ † XCIII.quæro,an
in cauſa appellatio.admittat reconuentio? Spec.
tenet,ꝙ non.in tit.de reconuentione.in §. nunc
dicamus.verſ.ſed nunquid corā Iud.appel. tamē
bene admittitur cōpenſatio,vt tenet Spec. in tit.
de app.in §.de off.eius ad quē.appellatur. verſic.
103 ſed nunquid in cauſa appellationis. ¶ † XCIIII.
quæro,ſi qs appellet nomine meo, an debeam i-
pſam appellationē ratificare infra 10. dies? dic, ꝙ
ſic. aliàs appellatio eſt deſerta. vt ſcripſi ſuprà,q.
13. Et ſimiliter etiā,ſi quis velit adhęrere appella-
tioni alterius,debet adhærere infra 10.dies.vt di-
104 xi ſuprà in hac q.in verſic.77. ¶ † XCV.quæro,ſi
Procurator fuerit verus contumax, an dominus
repellatur ab appellando? dic,quòd non.niſi do-
minus fuerit ſciens & negligens. ita tenet Inno.
in c. 1. vt lite non conte. Et ibi etiam facit men-
tionem Innoc.de domino contumace, an poſſit
appellare.vide Bartol.in l.1. §. ſi Procurator. ff. ſi
105 quis ius dicen.non obtemp. ¶ † XCVI. quæro,an
arripiens iter poſt appellationem interpoſitam,
cenſeatur eſſe interim in protectione Iudicis ad
quem? Dic, ꝙ ſic, ꝑ c.dilecti.la 1. extrà,de appel-
lationib.Et ponit Inn. & Io.And.in c.vt dilectus.
extrà,eo.tit.& Bar.l.de pupillo. §.ſed qa ipſi em-
ptori.ff.de noui oper.nun.in ſecunda lectura.qđ
facit ad quæſtionē, qñ aliquis per caſtellanū, vel
aliū Magiſtratū in arreſto conſtituit, & ipſe con-
ſtitutus non tenet arreſtū, ſed appellat, & recur-
rit ad ſuperiorē cauſa ꝓſequēdi ſuam appellatio-
nem, ꝙ pro arreſto fracto non debet moleſtari,
nec aliquid contra eū interim fieri. & ita ibidem
106 tenet Bar.& ita ſeruat hæc Curia Parl. ¶ † XCVII.
quæro,ſi Iudex non admittit appellationem, ſed
eā reſpuit, an poſſit ſtatuere terminum appellāti
ad introducēdum ſuam appellationem corā Iu-
dice ad quem? Dic,ꝙ non,ſecundum Spe.in tit.
de remiſſionib.in §.videndum.ver.ſi priuſquam.
107 ¶ † XCVIII.quæro,qd de minore adulto,qui non
appellauit, & ſe petit reſtitui: aduerſus lapſum
temporis? vide quæ ſcripſi ſuprà,q.31.in fin.& q.
108 141. ¶ † XCIX.quæro,an qs portando inſtrumen-
tum appellationis, & ipſam appellationē coram
Iudice ad quē introducendo,pſumatur habuiſſe
mandatum introducendi dictā appellationem?
109 vide,q̄ dixi ſuprà,q.13.in fi. ¶ † Cēteſimo quæro,
quæ ſunt iuſtæ cauſæ,ex quib. quis poſſit dici ex-
cuſatus à proſecutione ſuæ appellationis,vt reſti-
tuatur ad tēpora impedimentorum? Dic primò,
ꝙ ſi partes ſe ponāt in cōpromiſſo,per auth. ſi ta-
men.C.de tempo.appel.Secundò,ſi nuncius ap-
l pellantis fuerit in via impeditus, *l* in c.ſignifican-
te.de pig.Tertiò,ſi Procurator appellantis collu-
ſerit cū aduerſario, & impetrauit Iudices ſuſpe-
ctos.in c.ſignificante.de app. Quartò,qñ conſtat
de impotentia,vt in c.ex ratione.de app.& tetigi
plenè de hoc in notabilib.meis.in §.ſed qa. Quin
tò, ſi per cauillationes aduerſarij cauſa eſt vltrà
bienniū protelata.ar.in l.cōtra minores.C.de in-
off.teſt.& in l.fi.§.illud.C.de temp.appel. Sextò,
qñ nuncius in Curia nō poteſt citò expediri,vt in
c.ex literis. extrà, de reſti.in integ. & prudenter
faciet appellās,ſi ꝓteſtetur de impedimentis co-
rā iud.vel executore,petendo ne ꝓcedat, & ſi ꝓ-
ceſſerit,appellet,qa contrariū facit: ita dicit Inn.
in d.c.ex ratione.de app. ¶ De materia app.vltra
110 præmiſſa,vide q̄ ſcripſi in notabilibus meis. ¶ † Si
appelletur ab Epiſcopo in tēporalibus, ad quem
debeat appellari? dic, quòd ad Archiepiſcopum
ſecundum Spec.in tit.de appel.in §.nunc tracte-
111 mus.ver.illud autem. ¶ † Si lis conteſtetur ſuper
attentatis, an poſtea poſſint attentata reuocari?
Archi.in c.non ſolùm.de app. libr.6. dicit, quòd
non, donec in diffinitiua. & ita obtinuit in iudi-
cando Spe.vt ibi refert Arch. ſed Io.And.in No-
uella,in d.c.non ſolùm.dicit contrarium, videli-
cet,quòd lite etiam conteſt.ſuper attentatis, de-
bent nihilominus attentata reuocari, ante diffi.
ſententiam.ita etiam tenet Bald.& Sali.in l.3. C.
de app.& iſta eſt magis æqua opi.quam tanquam
magis æquam ſequitur Angel.de Are.in l.vna.ff.
nil nouari ap.pe.& idē Raph. vt ibi dicit de Aret.



*a* ¶ Non recognoſcente ſuperiore. *Circa iſtum articulum nunquid poßit appellari ad Papam à ſententia domini non recognoſcentis ſuperiorem, ſaltem ratione pacti, vide pulchrè Philip. Corn. in Conſ. 48. incip. præſupponitur. col. pen. ver. circa vltimum. in 4. vol.*

*b* ¶ In cauſa appellationis. *Vide quò ad hunc iuris articulum, Bal. pulchrè diſtinguentem in additionibus ad Specul. 2. parte. in tit. de appell. in 7. col. verſ. quæritur quis debeat probare.*

*c* ¶ Die ſententiæ. *Adde Thom. deciſio. 484. quæ incipit, nota quòd 30. dies ad dandum Apoſtolos. in auth.*

*d* ¶ De momento ad momentum. *Adde Specul. 2. parte. in tit. de appell. in §. reſtat videre. in verſic. ſed nunquid. ibi, tu dicas.*

*e* ¶ Appellari ad Papam. *Aduerte etiā quod Epiſcopus, qui cognoſcit de cauſa temporali, tanquā delagatus Principis, vel Iudicis, ab ipſo appellatur ad Iudicem ſecularem, vt tenet Fely. in c. cæterùm. colu. vlt. ver. quis dicatur. de iur. per gl. in verbo, ſupplicijs. in c. ſæpe. 23. quæſtion. 8. Et quid ſi cognoſcat, vt ordinarius, vide ibi per eundem.*

*f* ¶ Ad Papam. *Adde do. Ioan. Petr. de Ferra. in forma appellatio. glo. ſed ad quem. vbi dicit iſtud ita emanaſſe ex quadam auaritia clericorum inſatiabili.*

* *Adde tu, nunquid poßit appellari ad legatum in prouincia ſibi decreta omiſſo medio, & quid in Patriarcha: tradit d. Iaſon poſt alios, quos refert in l. qui Romæ. §. Seia col. 4. & ſeq. in 3. col. ff. de verb. oblig.*

*g* ¶ De nullitate. *Vide d. Ioan. Petr. de Ferra. in forma lib. appella. in glo. in verbo, fuiſſe & eſſe nullam. in ver. ſed quid dices.*

*h* ¶ Condemnari. *An & quando victus victori in cauſa appellationis venit in expen. condemnandus, vide omnino in deciſio. Capel. Tholo. q. 233. in addit.*

*i* ¶ LXV. quæro. *Tu vide de hoc quæſito iſtum latißimè conſ. 138. inci. d. Iac. Marc. per totum vbi omnino.*

*k* ¶ Ab executione latæ ſententiæ. *Circa iſtum articulū nunquid poßit appellari ab executione ſententiæ: vide latè per Philip. Corn. in conſ. 221. incip. in hac conſultatione. in 4. vol. Concludit tamen, ꝙ ſi Iudex faceret executionem parte non citata, poteſt talis pars appellare, ſecundum Cy. in l. ab executore hîc allegata. & Bar. in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. Et ſi Iudex non vult admittere appellationem, ſed vult exequi, poteſt de facto ei reſiſti. Ita in terminis tene Cy. in l. 1. in pen. q. quem ſequitur d. Iaſ. in 2. col. C. de iuris & facti igno. alleg. l. prohibitum. & ibi not. Bart. C. de iure fiſc. lib. 10.*

*l* ¶ Impeditus. *Si appellans fuerit caſu fortuito impeditus, quo minus ſuā appellationem infra tempus debitū proſequatur, an ei ſubueniatur per reſtitutionem, vel ipſo iure: & an requiratur ſaltem ſententia declaratoria impedimenti, vide Capellam. q. 100. & 221. in addit.*

## QVÆST. CCCCXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Arma portans, animo vis inferendæ, qua pœna puniatur. Et quid de cum aſſociantibus. num. 2.*

3 *Delinquēdi poteſtas in criminum punitione attenditur.*

4 *Confiſcatio bonorum damnatorum, cui applicetur. Et an ea competat pro armorum portu?*
5 *Relaxans à carcere delatum, vel compeditatum, an incidat in crimen legis Iuliæ maieſtatis.*
6 *Bellum licitum, vel illicitum, quod dicatur.*
7 *Armorum portus cognitio, ad quem ſpectet.*
8 *Seditio ſi fiat publicè, vel priuatim, ad quem ſpectet cognitio.*

INter cæteras libertates pſentis patriæ Delph.
in 14.c.dictarum libertatũ eſt vna libertas, qua
cauetur effectualiter, ꝙ nobiles hui⁹ Patriæ vnus
contra aliũ poſſunt impunè ſibi guerram indice-
re,& facere,eorũ propria authoritate, donec eiſ-
dem ex parte iuſtitiæ fuerit inhibitum, q̃ liberta-
tẽ dominus noſter Delph. de anno domini 1451.
& die 10.menſ.Decembr. per ſuas patẽtes literas
in Camera cõputorum Del. regiſtratas reuoca-
uit,inhibendo omnibus,ne ad diffidamẽtum vel
guerrã prorumpant in forma hoſtilitatis, & con-
gregationis gentiũ armatorum,ſub pœna confiſ-
cationis corporis,& bonorũ,q̃ literæ domini no-
ſtri tunc ſtatim pòſt fuerũt voce præconia in hac
ciuitate Grationop. publicatæ. Poſtea cõtigit de
facto,ꝙ anno domini 1460.& de menſe Maij,no-
bilis Rod.de Come.do.Baſtide campi Rotundi,
mandamenti montis Bonodi,diffidauit nobilem
Iacobum Boniparis, cauſa bellũ cõtra eum indi-
cendi, & infra tres vel quatuor dies poſt diffida-
mentum coadunauit gẽtes in numero circa 60.
in armis tam nobiles,q̃ plebeios,quas gẽtes cum
armis d.Rodul.de Come.adduxit, in præſentem
ciuitatẽ Grationop. vbi tunc erat ipſe Iac. Boni-
paris. Et aſcẽdit ipſe Rod. in ſcanno magni con-
ſilij,cũ dictis ſuis gentibus in armis:q̃a aliqui por-
tabant brigandinas, aliqui vngios, aliqui pertiſa-
nas,& aliqui balliſtas,alij diuerſa genera armorũ.
Sed vltra ad viã facti non ꝓceſſerunt: ſed receſ-
ſerunt, abſq; eo, quòd malũ intulerint dicto Iac.
aut alteri cuiquã. Verùm, q̃a pendet de præſenti
proceſſu ad diffiniẽdum corã nobili Ioan. de Pa-
les Cõmiſſario ad hoc per Regem ſpecialiter de-
putato,inter procuratorẽ fiſcalem Delph.inſtan-
tem ꝓ iure & intereſſe Delph.ex vna parte, & aſ-
ſociantes in præmiſſis dictum Rod.cum armis ex
parte alia, fuit mihi Guidoni neceſſe ire videre,
q̃d iuris in prædicto caſu,ſi ipſe Rodulphus, & (vt
1 præmittitur) aſſociãtes in armis,deliquerint: † &
ſi & qualiter veniant puniendi. & videtur primò,
ꝙ ipſe Rodulphus deliquerit & inciderit in cri-
men legis Iul.maie.diffidando & indicendo bel-
lum,gentibus armorũ coadunatis, iuxta l.3. circa
medium.ff.ad leg. Iul.maie. cuius pœna eſt con-
fiſcatio corporis & bonorum.l.quiſquis. C.ad le-
gem Iul.mai.cum ſim. Item, quia etiam cauetur
in literis domini noſtri Delph. in quibus interdi-
cuntur quibuſcunq; permiſſa, ſub pœna cõfiſca-
a tionis corporis & bonorũ. & idem dicẽdum a vi-
2 detur de dictis † ſuis ſequacibus cum ad hoc ibi
veniẽdo,ſtando & cum ipſo Rod. cum armis vi-
dentur eidem auxilium præbuiſſe, iuxta no. per
Bar.in l.furti.§.ope.ff.de fur. & Inno.in c.contu-
macia.extra,de cle.percuſſore, & per Iac.But.&
Sal.in l.vna.C.de rap.virg.& per Ang.Are. in ſuo
tract.de malefic. in gl.ſuper verbo, dicto malefi-
cio,ſemper aſtitit.& faciũt ea, quæ plenè dixi ſu-
prà,q.424. quia ipſi do.Rod. ſic cum armis aſſo-
ciantes, videntur etiã habuiſſe animũ delinquẽ-
di: & dicit Bald.in feud.in titul.de pac. tenen.&
eius viola.in §.ſi q̃s ruſticus. & ſic vidẽtur dicti aſ-
ſociantes etiã incidiſſe in dictũ crimẽ, in quo in-
cidit ipſe Rod.eorũ author.p d.l.vni.in prin. ibi,
q̃ venientem.& l.pen.eo.tit. Etiã vigore d.edict.
Delph. in quo imponit contra facientibus pœnã
confiſcationis corporis & bonorũ.Sed contrariũ
crederem,videlicet, ꝙ ipſe Rodul. & eius Com-
plices non inciderint in dictas pœnas,cùm ex illa
diffidatione, & gentium in armis coadunatione
nullum damnũ nullaq; iniuria perſonaliter ſecu-
ta fuerint cuiq̃, ſed deſtiterunt ipſe Rod. & eius
prædicti Cõplices, & receſſerunt ad eorum do-
mos. Pro quo adduco text. in l.q̃ falſam.ff.de fal.
vbi ille q̃ inchoauit fabricare falſam monetã, &
ſic ꝓceſſit ad actum extrinſecum, ꝙ nihilominus
abſoluitur,ſi deſiſtat,& eã non perficiat, nec ob.
3 l.is q̃ cum telo. C.de ſica. † Quia loquitur in illo,
q̃ voluit delinquere, & nõ potuit. Hic autem lo-
quimur in illo,q̃ potuit delictũ perficere, ſed no-
b luit,ſed deſtitit.hãc ſol. tradidit Bar. b in l. diuus.
c ff.de ſica.poſt gl.Crederem tamen, c ꝙ ipſi inci-
derunt in crimen leg.Iul.de vi pub. p l.1. in prin.
ff.ad leg.Iul.de vi pub.iuncta gl.ſuper verbo, do-
mini.vbi dicitur, ꝙ ſolùm portare arma, reputa-
d tur vis, d maximè, q̃n fit coadunatio gentium in
armis,vt ibi dicit Bar.prout in caſu noſtro factum
fuit. Cũ portus armorũ eſt vnicuiq; interdictus,
ſine cõſenſu principali. l.vnica. & vſus armorum
inſcio Principe interdictus ſit, li.10.& in auth. de
armis. col. 6. Cuius quidem criminis. l. Iul. de vi
pub.pœna eſt deportatio,& omniũ bonorum pu
blicatio,vt dicit gl.in l.2. C. ad leg.Iul.de vi pub.
4 Sed quod dixi † de publicatione bonorũ, habet
locũ de iure antiquo & nouo: ſed iure nouiſſimo
crederem correctum, per authent. bona damn.
C.de bon.dam. Quæ habet locum etiã in illis, q̃
à l.deportantur: vt dicit Iac.de But.in q.fi.q̃ poſt
recitationem diuerſarum opin.dicit hãc eſſe ve-
ritatem. Ideò dicerẽ iſto caſu bona dictorũ dela-
torum non eſſe publicanda.ſed eos tãtummodo
fore deportandos: loco cuius deportationis ho-
die ſuccedit bannimentũ: vt refert Bar.in l.Ma-
thematicis. C. de Epiſc.audien. Et ita etiam fuit
determinatũ in deciſione dicti ꝓceſſus, præſen-
te nobili Ioan.de Pales,Commiſſario ad hæc per
Regem ſpecialiter deputato: tamen quia de ſty-
lo dictæ Curiæ Parlamenti pœna corporalis po-
teſt & conſueuit conuerti in pecuniariam,quan-
do æquum & expediens videtur ipſi Curiæ: ideò
tunc ibi fuit concluſum,quòd aliqui cõdemnen-
tur in pecunia danda, & ſoluenda domino no-
ſtro Del.aliqui in carceribus ad tempus.Item, de
duo-



duobus Notariis,qui receperunt in dicta villa A-
lauardi expleta,ibi tunc per dictum Rodul.facta,
an deliquerunt,& quomodo debeãt puniri: vide
quæ dixi ſuprà,q.433. ¶ Itẽ,an Iudex poſſit pœnã
legis in aliam cõmutare? vide Bar.& Dd. in l.ho-
die.ff.de pœn. ¶ De materia diffidamẽti & guer-
ræ,vide ſuprà, q.191. ¶ Et vide etiam de materia
guerræ,quæ ſuprà, q.113. An à præcepto Iudicis:
ꝙ non portentur arma,poſſit appellari: vide quæ
dixi ſuprà,q.436.ibi 49.quæro,&c. Vtrum, & q̃n
Iudex, & quis Iudex poſſit ſuã ſententiam inter-
pretari,vel etiã emendare,ſupplere, vel corrige-
re: vide gl.& Bar.in l.ab executore.in prin. & ibi
tex.ff.de appella.tetigi etiã gl. in l.actorum. ff.de
5 re iu.& Bar.in l.2.C.de ſent.ex breu.reci. ¶ † An
relaxans à carcere delatũ,vel compeditatum,in-
cidat in crimen leg. Iul.maie. dic, ꝙ ſic. & debet
pœna capitali puniri. text. in l. cuius. §. item qui
confeſſum.ff.ad l.Iul.maie. ¶ De illo,q̃ expendit
falſam monetã, qualiter puniatur, vide Bart.in l.
lege Cor.in princ.ff.de fal.& qua pœna puniatur
falſificans aliã monetam,q̃ Principis ſui,vide Bar.
6 ff.de fal.in l. quicunq;. ¶ † Quid dicatur bellum
licitum & illicitum, & ex qua cauſa poſſit induci,
vide Innoc. in c. ꝙ ſuper. extr. de voto & voti re-
dem. Et tetigi ſuprà, q.191. ſuper tex.cuiuſdã ex-
trauagãtis factæ per Imperatorẽ: ſolius Principis
eſt indicere bellũ. 24.q.3.c.1.& 2.ita tenet Spec.
in tit.de off.del.§.conſtituitur. ver. ſed nunquid
poteſt bellum,&c. ¶ De materia d.auth.bon.da-
7 mna. tetigi ſuprà,q.341. ¶ † An cognitio portus
armorum infra iuriſdictionẽ alicuius Prælati, vel
Baronis ſpectet ad Regem, vel dominũ noſtrum
Delph.dic,ꝙ non:quia portatio armorum habet
in ſe pœnam capitalem. l. q̃m multa facinora. C.
ad leg. Iul. de vi.& ſic eſt de mero imperio: vt ff.
de iur.om.iud.l.imperiũ.ideò cognoſcere poteſt
Baro vel Prælatus,q̃ habet merum imperium. ita
not. Pet. Iac. in tit.de cond.ex lege, ante rub. de
ſtatu Curiæ.ver.item præſides.ita ſeruatur in hac
8 patria Del.in Curiis bannaretorũ. ¶ † Sed pone,
ꝙ vna villa inſurgit contra aliam,vel dominus ca-
ſtri contra vnum alium dominum, cũ armis: vel
in villa ſit ſeditio: quia minores inſurgunt contra
maiores,cum armis: cui ſpectabit cognitio,an ad
dominum loci,puta Baronem,vel Prælatũ? Dic,
quòd non. ſed ad ſuperiorẽ, puta in regno Fran-
ciæ Regi,de conſuetudine & vetuſtate,quæ vicẽ
legis obtinet ſic, cum lege expreſſum non inue-
niatur:vt not.Pet.Iac.in tit.de ſucceſ.regni Fran-
ciæ. §.fi.in fi. ¶ De portu armorum plenè tangit
Pet.Iac.in tit.de lege Aquilia.

a ¶ Et idem dicendum. *Adde, quæ leguntur & not. in c.ſicut dignum. §.1. extrà, de homi.*

b ¶ Bart. *Et dom.Cyn.in l.ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſcop. & Cler. in ſua diſtinct. quam facit quando conatus punitur. & per do.Fel.in ſuo tract.quem ſcribit de conatu.*

c ¶ Crederem tamen. *Pro hac opi. facit, quòd armorum terror ſufficit.ff.de vi & vi armata. l.1.*

d ¶ Reputatur vis. *Caue, quia congregatio hominum in armis non eſt vis, ſed eſt quid præparatorium ad violentiam: ideò, qui habuit homines congregatos in armis, punitur. l.Iul.de vi pub.ſecundum do.Bart.in l.1.verſ. vlterius quæro.ff.ad legem Iul.de vi pub.*

## QVÆST. CCCCXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus an teneatur reſarcire Emphyteutæ impenſam factam in domus extructione.*
2 *Hæres vſufructuarij, qui fecit impenſas in re, an repetere poßit eas, finito vſufructu.*
3 *Bonis emph.ex delicto applicatis, an directum dominium dicatur applicatum?*

EMphyteuta vineæ,vel terræ conſtruxit vnam
domum infra vineam vel terrã,quæ vinea vel
terra cadit in cõmiſſum, propter ceſſationẽ ſolu-
1 tionis Canonis,vel aliàs, † Vtrum dominus dire-
ctus teneatur reſarcire Emphyteutæ impenſam
factam in domo ibi conſtructa? Et videtur ꝙ ſic,
per tex.no.ad hoc in feudis,in tit.conſuetudines
regni incipiunt.in c.vnico.in §.ſi vaſallus.In con-
trarium videtur ꝙ non, quia Emphyteuta tene-
batur rem meliorare.l.3.C.de iure emphyt.& q̃d
ſolo inædificatur, ſolo cedit. Inſt. de re. diuiſ.§.ſi
q̃s in alieno. Et hanc partẽ videtur tenere Bar. in
l. Imperator. ff. de in diem addic. tamen non re-
ſpondet ad d.§.ſi vaſallus. Sed quicquid ſit, iudi-
catur tam in hac Curia Parla. q̃ in cæteris Curiis
præſentis patriæ pro hac parte, ꝙ dominus, q̃ pe-
tit cõmiſſum rei,non teneatur etiam talẽ expen-
ſam reſarcire Emphyteutæ. Nec ob. d. §. ſi vaſal-
lus,quia habet verum,vbi feudũ aperitur aliter,q̃
ex delicto, puta defectu agnatorum: vt dixi ple-
nè ſuprà, q.169. vbi autẽ aliter facto & culpa em-
phyteutæ vel vaſalli res committeretur, tunc nõ
teneretur dominus reſarcire, vt ibi dixi in fi.d.q.
2 & ita loquitur caſus noſter. ¶ † Sed quid de vſu-
fructuario qui fecit expenſas in re, an finito vſu-
fructu eius hæres repetere poterit? Bart. dicit, ꝙ
ſic.in d.l.Imperator. ¶ Sed quid in vaſallo, vide
3 ſuprà in q.169. ¶ † Circa hoc quæro, bona Em-
phyteutæ ex delicto fiſco applicantur,an directũ
dominium dicatur confiſcatum. Dic,quòd non,
ſed ſolum vtile.alle.Iac.de Are.text.pro hoc in l.
fin.§.ſi in libertinum.ff.de bon.dam.

## QVÆST. CCCCXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Maritus an teneatur alere vxorem, nulla dote ab ea ſibi conſtituta?*
2 *Vxor diues an teneatur alimentare virum?*
3 *Vxori iuſtè mittitur repudium, ſi maritus non cognoſcat eam infra biennium?*
4 *Maritus an teneatur alimentare vxorem, durante litigio?*
5 *Vxor an lucrabitur donationẽ propter nuptias, marito eam alimentante durante litigio?*

6 *Maritus ſi ſæuiat atrocius in vxorem, an liceat ei
aufugere, & extra domum mariti ſit alimentan-
da, ſumptibus mariti?*
7 *Frater tenetur alere ſororem inopem. Et aliquando
dotare.*

a AN vir teneatur vxorem alimentare, *a* nulla
1 dote † conſtituta? dic, ꝙ ſic. l. ſi cum dotem.
§. ſin aũt in ſæuiſſimo. iuncta gl. poſita ſuper ver-
bo, quantitatem. ff. ſolu. matr. facit l. ꝙ ſi nulla. ff.
b de relig. & ſump. fu. & vide plenius, *b* Spe. in tit. q
fil. ſint legi. & ita vidi iudicari in cõtradictorio iu-
dicio: ſed q d ſi dos fuerit viro à patre vel à mulie-
re cõſtituta, & non fuit ſoluta, ſicut fuit promiſſa?
Cyn. in l. quod in vxorem. C. de neg. geſ. dicit, ꝙ
c tunc maritus non tenetur vxorem alimentare. *c*
q à deceptis & non decipientib. iura ſubueniunt,
pro quo facit in auth. de non eligen. ſecũdò nub.
§. illud quoq;. in fi. tit. col. 2. & hoc inſequit Bart.
in d. l. quod in vxorẽ. in fi. ¶ Sed pone, quod filia
habet patrẽ, & dos non eſt conſtituta, & maritus
non eſt ſoluendo, credo ꝙ illi tunc maritus non
tenetur alimẽta præſtare. ar. d. l. quod ſi nulla: ſed
tenetur pater eã alimentare, præſertim ſi eſt ſol-
uendo: vt d. l. ꝙ ſi nulla. de iſta materia & alimen-
torum præſtatione diuerſis perſonis, vide Spe. in
tit. qui fil. ſint legi. & ibi pleniſſimè, & Bar. in d. §.
2 ſin autẽ in ſæuiſſimo. & Cy. in loco præal. ¶ † Sed
an vxor diues teneatur alimẽtare virum? Dic, ꝙ
ſic. in auth. præterea. C. vnde vir & vxor. ita tenet
Bart. in d. §. ſin autem in ſæuiſſimo. & Spec. in tit.
qui fil. ſint leg. §. 1. verſ. q d ſi mulier locuples, &c.
3 ¶ † Si maritus non cognoſcat vxorem infra bien-
nium, iuſtè mittitur repudium. l. in cauſis. C. de
4 repu. ¶ † Sed an durante litigio maritus teneatur
alimentare vxorẽ? dic, ꝙ ſic, vt eſt caſus in ſui ra-
5 tione, in l. extraneo. ff. de vent. in poſ. mit. ¶ † Sed
nunquid hoc caſu vxor lucrabitur donationem
propter nuptias? dic ꝙ non: vt d. l. in cauſis. in fi.
6 ¶ † Si vir verberet atrociter vxorem ſuã, licitũ eſt
vxori fugere, & debet alimentari extra domũ vi-
ri, ſumptibus ipſius viri, ſecundum Dyn. & Cy. in
l. quod in vxorem. C. de nego. geſt. Secùs, ſi vxor
recederet ſua culpa, vt not. extrà, de diuor. ca. ſi-
gnificaſti. ita ponit Bald. in l. quamuis. C. de leg.
Dom. Iac. de Puteo. in l. ſi cum dotẽ. §. ſin autem
in ſæuiſſimo. ff. ſol. mat. poſt Angelũ plenè tractat
de hac materia vide ibi, q̃ dixi in 127. Conſ. meo-
7 rum. ¶ † Item frater tenetur alere ſororem ino-
pem. l. qui filium. ff. vbi pup. educa. debeat. Et et-
iam eam dotare, ſi ſit ſoror ex parte patris, ſecùs ſi
ex alio patre, licèt ex eadem matre. l. cum plures.
§. cum tutor. & ibi glo. ff. de admin. tut. ¶ De ali-
mentis quæ petunt pater vel mater à liberis, vel
ecõtrà, vide Spe. in tit. de off. om. iud. circa prin.
verſ. item ſi pater, vel mater. & plenius per Ioan.
de Ferr. in tit. forma libelli ſuper legato rei ſingu-
laris. in glo. 1. vbi ponit multas notabiles quæſtio-
nes de hac materia. Et ibi dicit, quòd in cauſa a-
limentorum non admittitur compenſatio.

a ¶ An vir teneatur vxorem alimentare. *Tu vide de hoc iſtum conſ. 127. incip. de hoc anno domini. per totum. & in deciſ. Thol. quæſt. 77.*

b ¶ Vide plenius. *Vide Inno. in c. per tuas. de do. inter virum & vxo. Bald. in margari. ver. maritus. verſ. 1.*

c ¶ Alimentare. *Hoc intellige, ſi dotem conſtitutã mulier non poteſt ſoluere, quia pauper adhuc eſt alenda: quia non tenetur, niſi inquantum facere poteſt. & idem ſi pater eius pro ea dotem promiſit. quia ſimiliter nõ tenetur, niſi inquantũ facere poteſt, ſecundum Raphael. Cumanum, in l. ſi cum dotem. ff. ſol. mat. & Alex. in l. ſi donaturus. §. 1. ff. de cond. ob cauſam. Nec pariter dote ſoluta vir præſtat alimẽta vxori ſcorſum habitanti ſua temeritate. d. Bart. Socin. conſ. 286.*

## QVÆST. CCCCLX.

SVMMARIVM.

1 *Princeps an poſſit cauſam in alio iudicio pendentem & indeciſam ad ſe vocare?*
2 *Cauſa ſi euocetur ab aliqua Curia inferiori ad Curiã Parlamenti, quis producet acta?*

1 VTrum Princeps † cauſam in alio iudicio pen
a dentẽ indeciſam poſſit ad ſe euocare *a* pro-
pio motu? dic, quòd ſic. in l. non aliter. C. de pal.
ſacr. larg. lib. 12. & facit in ar. l. fi. C. de diuer. reſc.
& vide glo. or. in c. vt noſtrum. extrà, de app. text.
ſunt in c. licet. extrà, de of. del. & c. Eccleſia. ex-
trà, vt lit. pen. Et ita vidi obſeruari, quandiu do.
noſter Delph. fecit in hac patria Delph. reſiden-
tiam in Cancellaria ipſius domini noſtri, in qua
quandoque cauſę pendentes in hac Curia Parla-
menti euocabantur coram ipſo domino noſtro:
quandoq; coram ſuo magno cõſilio. Et quando-
que per reſcripta ſua cauſæ pendẽtes in aliis Cu-
riis inferioribus præſentis patriæ euocabãtur co-
ram d. Curia Parl. Et ſimiliter ſeruat d. Curia vi-
cem præfecti prætoris obtinens: quandoq; ipſa
Curia Parlamẽti, ſi æquum ſibi videatur, euocat
cauſas pendentes indeciſas in aliis Curiis inferio-
ribus. ¶ De euocatione cauſæ vel negotij, quan-
do fieri poſſit per ſuperiorem, vide Hen. Bohic.
in d. c. vt noſtrum. & Spe. in tit. de cenſib. §. nunc
videamus. per totum. & de iud. dele. §. reſtat. ver.
2 item reuocato, &c. ¶ † Si cauſa ab alia Curia in-
feriori euocetur ad Curiam Parlamẽti, ex aliqua
iuſta cauſa (vt plurimũ facit ipſa Curia) quis pro-
ducet acta? dic, quòd ille producet acta, qui pro-
curauit euocationem, ſiue ſit actor originarius,
ſiue non: ita ſeruat dicta Curia Parl. de conſue-
tudine ipſius Curiæ.

a ¶ Aduocare. *Pro hac opin. facit, quia plena iuriſdictio in ſolo Principe conſiſtit. Inſtit. de iu. nat. gen. & ci. §. ſed quod Principi. maximus enim Iudex eſt Princeps, qui ſuper omnes Iudices exiſtit. 9. q. 3. iũcta. ff. ad l. Rho. de iac. l. de precario. Præterea, cùm Princeps poſſit ex toto reuocare aliquem Iudicem, prout & quilibet poteſt ſuum vicarium ad libitũ reuocare, vt no. d. Bal. in l. ſolent. §. ſicut. ff. de off. procõſ. fortius poterit ad ſe cauſam in alio iudicio pendentem aduocare, ſeu reuocare, iuxta not. in c. vt noſtrum. ibi, ad noſtrum iudicium reuocamus. extrà, de appellat.*



## QVÆST. CCCCXLI.

SVMMARIVM.

1 *Mercatorum libris vt fides adhibeatur, quæ requirantur: vide & per diſcurſum, nu. 2. 3. 4. 5. & 6.*

a PRo declaratione *a* l. inſtrumenta. C. de prob.
quia ibi fit mẽtio de adminiculis, quæro quæ
poſſunt eſſe adminicula? dic, quòd iſta. Primò,
1 † ſi Mercator fuerit legalis homo, & talis reputa-
tus: iuxta not. per Bart. in l. admonendi. ff. de iu-
2 reiurand. & l. nuda. ff. de don. Secundò, † ſi ipſe
Mercator ſcripturam manu ſua ſcripſerit. l. ge-
3 neraliter. C. de non nu. pec. Tertiò, † ſi ipſe Mer-
cator veritatẽ ſcribere conſueuerit. l. vel vniuer-
ſorum. ff. de pign. ac l. q ſemiſſes. ff. de vſu. Quar-
4 tò, † ſi cauſam in ſcriptura ſubiunxerit, iuxta not.
per Bart. in d. l. inſtrumenta. & l. cum de indebi-
5 to. §. fin. ff. de prob. † Quintò, ſi ipſe Mercator a-
liquid contra ſe in eodem lib. ſcripſerit. l. Publia.
in fin. ff. depoſiti. & l. quædam. §. numularios. ff.
6 de edend. Sextò, ſi † ex veriſimilibus circum-
ſtantiis præſumi poſſit eſſe verum, quod per eum
ſcriptum reperitur, vtpote reſpectu habitationis
ad tempus debiti contracti ac ſolutionis factæ, &
ad perſonas contrahentes, & ad locum contra-
ctus, quibus concurrentibus ex ſcriptura priua-
ta, ac libro rationum infertur probatio, per d. l.
inſtrumenta. & l. rationes. eod. tit. Et ideò dum
practicabam, deducebam in facto per articulos,
vt adhiberetur fides talibus libris Mercatorum.
Primò, quòd talis Mercator eſt bonus & probus,
& pro tali publicè reputatus. Itẽ, quòd ipſe Mer-
cator manu ſua propria ſcripſit in d. ſuo lib. ratio-
num debitum, de quo agebatur. Item, quòd ipſe
conſueuit ſcribere veritatem. item, quòd in tali
ſcriptura, ſubiungitur cauſa debiti. item, quòd in
eo lib. ſcripſit multa debita contra ſe. Et iſtis pro-
batis ſequitur ſententia pro debito ſcripto in tali
lib. rationum, de quo vide per Io. Ferr. in tit. for-
ma opponendi contra inſtrumenta. in gloſſa ſu-
per verbo, non cogitur.

a ¶ Pro declaratione. *De materia huius q. vide omnino d. Bald. in rubr. de fide inſtru. & dom. Bar. in l. quædam. §. numularios. ff. de eden. & dom. Alex. eod. tit. in l. argentarius.*

## QVÆST. CCCCXLII.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius vel donatarius teneatúrne probare dominium rei legatæ vel donatæ?*
2 *Iura & actiones, an veniant appellatione omnium rerum in donationibus.*

TEſtator quidam in ſuo teſtamento ordina-
1 uit omnia bona ſua ad me pertinere. † Vtrũ
ego tenear & debeam probare, quæ ſunt & fue-
runt bona ſua, id eſt, quæ fuerũt in dominio ſuo?
Credo, quòd non. ſed ſufficit probare, quæ bona
poſſidebat, tempore ſuæ mortis: quia eorũ, quæ
tempore illo, videlicet mortis, poſſidebat, præ-
ſumitur dominus. l. 1. C. de priui. fiſci. & ibi gloſſ.
Et facit bene glo. in l. fin. C. de edi. Diui Adr. tol.
ſuper verbo, fuerit. Illi autem, qui allegant bona
eſſe alterius, quàm teſtatoris, incumbit onus p-
bandi. qui enim vult aliquem bonis, vel aliquo
iure priuari, ei incumbit onus probandi. l. ab ea
parte. ff. de prob. Et ad præmiſſa faciunt l. ſi ita.
ff. de au. & arg. leg. & l. eum actum. cum gloſſ.
ff. de neg. geſt. Ita expreſsè ponit Bald. in l. vltim.
§. fin. C. de appell. Pro qua opinione bene facit,
quod ponit gloſſ. ſuper verbo, occupatæ ſunt. in
l. 2. C. ne vxor pro marito. & quod ponit Bartol.
in dict. l. 1. & in l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff.
2 de re iudic. ¶ † Sed quid ſi quis legauit vel do-
nauit omnes res ſuas, an iura & actiones, quæ ha-
bebat talis teſtator, vel donſam, contra tertium,
veniant & comprehendantur? gloſſ. in l. omne
ius. & ibi plenè Bartol. ff. de ſtat. homin. viden-
tur velle, quòd ſic. Guliel. de Cuneo, ibì tenet
contrarium: quia gloſſ. procedit quando dona-
uit res ſimpliciter. in hac autem quæſtione pro-
poſita, dicitur: res ſuas. Et verba, ſuas & meas,
denotant dominium. l. ſuos. in princ. ff. de legat.
3. & l. non ſolùm. §. meum. ff. de rei vend. Quod
non poteſt in actionibus verificari, quæ ſuæ non
dicuntur. l. nomen. in prin. ff. de leg. 3. hoc tenet
Gui. de Cuneo. & not. in l. ſi legatarius. §. ſi bona.
ff. ad Treb. & in l. res. ff. de verb. ſignif. & de bo-
norum poſſeſſione. l. 1. & dic, vt ibi not. in gloſſ.
Ita dicit Bart. in d. l. omne ius. & vide plenius per
eundem Barto. in l. quintus. §. argento. ff. de aur.
& argen. lega.

## QVÆST. CCCCXLIII.

SVMMARIVM.

1 *Citatus coram diuerſis Iudicibus, coram quo potius debeat comparere.*
2 *Citatus Regi potius, quàm Archiepiſcopo, debet honorem in comparendo.*

QVidam reperitur citatus ad inſtantiam ſuo-
rum creditorum. eadem die, in hac Curia
Parlamenti. & coram domino officiali huius ci-
1 uitatis Grationop. An † comparendo coram di-
cto domino Officiali, poſſit reputari contumax
in d. Curia Parlamenti, vt expletum contra eum
factum valeat? & videtur quòd non: quia Princi-
a pes ſubſunt Epiſcopo, *a* quò ad cenſuram Eccle-
ſiaſticam: vt not. Innocen. in c. 1. extrà, de offic.
ord. & ſic videtur maior Epiſcopus. attamen In-
nocen. in c. cum parati. extrà, de appell. ibi, nos
credimus, &c. dicit, quòd citatus à Rege, debet
2 b † ei honorem in comparendo exhibere *b* magis,

quàm Archiepiſcopo. Ex quo propter ea concludo, quòd expleta facta in caſu præſuppoſito in Curia Parlamenti in contumaciam partis non comparentis, valent & tenent: quia tunc debuit comparere in Parlamento citiùs, quàm coram Officiali Gration. Et ita vidi concludi in Camera Conſilij. Secùs, ſi coram Papa fuiſſet talis citatio facta: quia Papa ante omnes honorari debet, & ſemper eſt eidem obediendum. Et citatio coram eo facta, excuſat à cõparendo alibi. niſi procurauerit ſe ibi citari: vt ibi dicit Innoc. & vide q. non. ff. de off. præto. l. 1. §. his cunabulis. & l. 2. in fi. de cuſt. reo. De hac materia etiã tetigi ſuprà, q. 276. Sed quid de illo, qui citari facit debitorẽ ſuum coram diuerſis Iudicibus, pro eodem debito? vide quæ dixi ſuprà, q. 421. vide pleniùs de hac quæſt. in l. 2. in §. 1. ff. ſi quis cau. & in l. contra pupillum. in §. ſolus qui ad manus. ff. de re iud.

a ¶ Subſunt Epiſcopo. *Vide quod nota. in ca. omnes Principes. & in c. ſolitæ. extrà. de maior. & obe.*

b ¶ Exhibere. *Vide Bald. in margari. verſic. citatio. verſic. 41.*

## QVÆST. CCCCXLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Vicini an poſſint collectam indicere pro puteo reparando, aut via reficienda?*

2 *Collecta pro via publica reficienda, an poſſit indici authoritate dominorum Parlamenti?*

3 *Conductor, an dominus, debeat conferre collectas, pro via reficienda.*

4 *Via publica deſtructa, quomodo ſubueniatur Reipublicæ?*

VTrum poſſint vicini collectam indicere, pro
1 a † puteo publico reaptando ſiue reficiẽdo, a
b dic, quòd ſic. b arg. in l. 1. §. vicinales. ff. ne quid in loco publico. Ad idem ff. de colle. illicitis. l. 1. §. & ff. de re iu. l. 4. §. actor. & ff. quod cuiuſque vniuer. l. 1. & ff. de via publ. l. ædiles. Et poſſunt talem collectam indicere eorum propria authoritate: per tex. in d. §. vicinales. in fi. quia concernit tantummodo illos, qui morantur in vicinitate vel in loco, vbi ſit puteus. Secùs autem in collecta publica: vtputa in collecta, quæ indicitur tranſeuntibus ſupra pontem: nam illa nõ poteſt indici ab vniuerſitate, niſi authoritas Principis interue-
2 niat, vt C. de ſuperindicto. l. 1. lib. 19. ¶ † Sed an ad hoc ſufficiat authoritas Dominorum de Parlamento, qui non obtinent vicem Principis, ſed ſolùm præfecti prætoris? Dic, q. ſic, de conſuetudine & ſtylo ipſius Curiæ Parl. ¶ De materia contributionis in reparatione mœniorum: vide quæ dixi ſuprà, q. 7. & q. 78. Et de contributione in reparatione viarum & itinerum: vide text. in d. l. 1. §. vicinales. ff. ne quid in loco publico. & Pet. Ia. in tit. ſuper iuriſdictione, libellus in materia, vbi tractatur de baſſa iuriſdictione. ibi, nunc quæritur ad quem pertineat iuriſdictio in via publi-
3 ca, &c. Sed † quis debeat conferre pro puteo reficiendo vel pro carreria reparanda, an cõductor domus, vel dominus? Dic, quòd dominus domus per tex. in l. hi qui. C. de agri. & cenſi. lib. 11. Si tamen conductor aliquid ſoluerit, poterit imputare domino, & deducere de mercede. l. ædiles. ff.
4 de via publica. ¶ † Si via publica deſtruatur, quomodo ſubuenietur Reipublicæ? dic quòd Iudex præcipiet fieri viam per fundum vicini. vt dicit Petr. Iac. vbi ſuprà. De via publ. ad quem in ea pertineat iuriſ. tetigi infrà, q. 577.

a ¶ Puteo publico reaptando ſiue reficiendo. *Vi. de Spec. in tit. de cenſi. in §. nunc dicendum. in 5. col. in verſic. item pone.*

b ¶ Dic quòd ſic. *Adde Bar. in conſ. incip. quedã conuicinã. Bart. Cæpol. de ſeruitu. vrba. prædio. 147.*

## QVÆST. CCCCXLV.

SVMMARIVM.

1 *Citatio facta in perſonam vxoris, & in domicilio viri, an valeat: & poſſit procedi contra maritum, tanquam contra contumacem.*

2 *Citatus coram Iudice delegato, an teneatur comparere, ſi in citatione nõ mittatur copia reſcripti ſui.*

3 *Citatus à non ſuo Iudice, an teneatur comparere.*

4 *Citari an & quando debeat à delegato, vel ab ordinario.*

5 *Mulier grauida citata, perſonaliterne teneatur comparere.*

1 AN valeat † citatio in perſonã vxoris, & cõtra maritum tanquam cõtra contumacem poſſit procedi in iudicio? Aliqui dicunt, quòd ſic. & allegant ar. tex. in l. aut qui aliter. §. ſed & ſi ſeruus rectè ait. ff. quòd vi aut clam. Sed Iac. de Are. dicit contrarium. Primò, quia ex hoc poſſet ſequi incõueniens, ſi fortè vxor haberet odio virũ, vel econtra: & ſic non notificaret vnus alteri. Item, quia ſcientia patris non nocet filio. ff. qs ordo in bonorũ poſſeſſione ſeruetur. l. 4. Sed quid ſi fiat in perſonã vxoris in domo habitationis viri? Credo q. poſſet dici iſta citatio valida: per tex. in d. l. aut qui aliter. in §. 1. in fi. ibi autem domini denunciandum, &c. Et facit p hoc. ff. de li. agno. in l. 1. §. 1. & de dam. infect. l. 4. §. prætor. maximè, ſi vxori vel alteri de familia viri in domo ſua commoranti tradatur copia literarum compulſoriarum, vel citationis. vt dicit gl. not. in l. licet. C. de repudiis. ſed ipſe Iac. de Are. credit hoc verum, ſi lis erat conteſtata: aliàs non: & ſic intelligit ipſe Iac. gl. C. de autho. tut. in l. fi. & ff. de app. l. ex conſenſu. §. fi. & l. 1. §. fin. quæ ſententiæ ſine appella. rec. Et ita diſponunt ſtatuta Delphin. quæ volunt, quòd citatio fiat in perſonam citandi. Sed in hac Curia Parlamenti de ſtylo ſeruatur, quòd quando citatio facta eſt in domo habitationis, & in perſonam vxoris, veriſimiliter deueniſſe præſumitur ad notitiam mariti, quòd talis citatio reputetur valida: & pceditur contra eum



eum in eius contumaciam, vbi maximè non agitur de magno præiudicio mariti; ita ſemper vidi
2 fieri & obſeruari. ¶ An citatus † coram Iudice delegato teneatur comparere, ſi in citatione nõ mittatur copia reſcripti ſui? Innoc. & Hoſti. dicunt quòd non. in c. præterea. de dilatio. ¶ De citatione, vide ſuprà, q. 463. De hac materia citationis, etiam tetigi in tractatu de præſumptionibus per me Guidonem Papæ compilato, in verſ.
3 præſumitur Clericus in Eccleſia, &c. ¶ † Vtrum citatus à non ſuo Iudice, debeat comparere? vide Barth. in l. extra territorium. ff. de iuriſ. omn. iud. & Dyn. in c. quæ fiunt à Iudice. de regul. iur. lib. 6. ¶ Vbi citari debeat vagabundus: vide Innoc. in c. ſi aduerſarius. extrà, de eo, qui mittitur
4 in poſſeſſionem. ¶ † Non debet quis perſonaliter citari à delegato, nec ab ordinario: niſi in caſibus deſcriptis. in c. 1. de iud. lib. 6. Niſi citaretur coram Papa vel Imperatore: aut coram aliquo alio Principe. Quod facit ad quæſtionẽ ſæpe occurrentem de his, qui citantur corã domino Gubernat. Delph. perſonaliter vltra caſus ibi deſcriptos. Vtrum fieri poſſit? Sed quicquid ſit de iure, tamẽ de ſtylo huius Curiæ Parl. in quibuſcunque caſib. citatus perſonaliter coram dicto Gubernatore, ſi non veniat, reputatur contumax, &
5 ſit expletum contra eum indifferenter. Sed † an mulier grauida teneatur perſonaliter citata cõparere? Dic quòd non, per l. non exigimus. §. ſi verò propter. ff. ſi quis cautionibus. & ibi Barth. De materia citationis etiam tetigi ſuprà, q. 255. An ſufficiat citare Syndicum vniuerſitatis: vide ſuprà, q. 321. An ſufficiat citare Procuratorem: vide quæ plenè ſcripſi in notabilibus meis in §. citatio. & proceſſus incipere poſſunt, &c.

## QVÆST. CCCCXLVI.

SVMMARIVM.

1 *Vox publica, & rumor in patria, excuſant à dolo & calumnia.*

2 *Lata culpa in delictis non æquiparatur dolo.*

a 1 VOx publica a † & rumor, qui ſunt in patria, ſunt iuſta cauſa credendi id de quo eſt vox publica, licet verum nõ ſit. Ita dicit Bart. in l. proprietas. C. de probationibus. & probatur in l. vlt. ff. de hær. inſti. & ita ibi not. Bart. & in l. 2. in prin. ff. quis ordo in bonorũ poſſeſſione ſeruetur. Idẽ probat tex. in l. cum, qui. §. quid dicitur. ff. de acquir. hær. & ibi dicit Bart. q. fama excuſat à dolo. facit l. miles. §. mulier. ff. de adul. & ibi etiam per Bar. in l. 1. ff. de arbitris. iuncta gl. & alibi dicit Bar. in l. proprietas. C. de prob. quòd fama inducit iuſtam cauſam credendi. & ſic inducit titulum putatiuum, qui ſufficit ad præſcri. Ita ibi dicit Bart. Et ſic facit, q. qui accuſauit aliquem de maleficio de quo erat fama, non poteſt puniri, tanquam faciens falſam accuſationem, quod fuit obtentum milleſies: vt ibi dicunt Bar. & Sal. in l. ea quidem. C. de accu. quòd opinio cõmunis facit eum, qui ſecundum illam agit, præſumi bonæ fidei: vt C. de ſtatu defunctorum. l. ſi mater. item excuſat à dolo. vt C. ad l. Flauiam de pla. l. plagij. & ibi glo. & ff. de abigeis. l. 1. §. fi. cùm ibi no. Ideò opinando, dixi Nobilem Chriſtianum de mota, vice caſtellanum Voyronis, non fore inquietandum etiam inſtante parte priuata: quia fecit per matronas viſitari quandam filiam puellam, quę voce & fama referentibus dicebatur partum feciſſe, &
2 eum occultaſſe. † Lata enim culpa in delictis non æquiparatur dolo. gloſſ. in l. in actionibus. ff. de in litem iurando. ¶ Quæ ſit differentia inter cõmunem opinionem, & famam publicam: vide Spec. in tit. de notorio crimine. §. ſequitur de manifeſto. in fin. ¶ Per confeſſionem dicitur fieri crimen notorium. c. noſtra. extrà, de coha. Cle. & ibi no. in gloſſ. & ponit Bart. in l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. reo. Vide de fama, quæ ſcripſi ſuprà, quæſtio. 301. ¶ Quæ ſit differentia inter rumorem & famam, vide Innocent. in c. 3. de præſumpt. Et de effectu rumoris, in l. Pactum eius. ff. de hæred. inſtit. & per Barth. tetigi etiam ſuprà, quæſt. 350. in fin.

a ¶ Vox publica, *ſeu fama, cuius effectus ſit, vide omnino dom. Saly. in l. proprietatis. in verſic. quæro quæ ſint. C. de probatio.*

¶ *Tu adde, cuius ſit effectus, cùm eſt quæſtio de filiatione, & fama viciniæ, eſt contraria aſſertioni illorũ, quorum filius eſſe dicitur, & illi hoc negant: vide Petr. de Anch. in c. tranſmiſſa. qui fil. ſint legit. in 2. no. vbi concludit, quòd fama viciniæ tunc prodeſt, quando à patre & matre filius reputatur & nominatur. c. per tuas. de probat. vel quãdo in domo, vicinis ſcientibus, natus eſt: vt l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iu. & l. ſi vicinis. C. de nuptiis.*

## QVÆST. CCCCXLVII.

SVMMARIVM.

1 *Executio an debeat fieri in bonis dotalibus, pro debitis vxoris, viuente viro diſting. num. 2.*

3 *Creditori vxoris quo remedio ſubueniatur.*

1 POne vxor conuenitur & condemnatur in † actione perſonali, an fiet executio in bonis do-
a talibus viuente viro? dic q. non, a ſecundum gl. in l. quinq; legibus. in gloſſ. magna. in fi. ff. de bo.
2 dam. † quod intellige, niſi in debito cõtracto ante contractum matrimonij, quo caſu q̃n mulier poſtea cõſtituit omnia bona ſua in dotem poteſt fieri executio in dote. cũ bona dicantur deducto ære alieno. vt ff. de verb. ſig. l. ſubſignatum. §. bona. & ff. de iure dot. l. mulier bona. Pro debito verò contracto per vxorem, poſt contractum matrimonij, & dotis conſtitutionem, nõ fiet executio in bonis dotalibus. Ita intelligitur d. gl. & pro hoc facit l. cùm poſt. in §. patrona. ff. de iu. dot. & ff. de his, quæ in frau. cre. l. fin. §. ſi à ſocero. verſic. aut certè, &c. Et ita vidi in hac Curia deter-
3 minari. ¶ † Sed quo remedio ſubueniẽ hoc caſu

 credi-

creditori vxoris? dic,quòd vxor tenebitur caue-
re de ſoluendo,ſolu.matr.vt d.ver. aut certè,&c.
Vel fiet executio in bonis paraphernalibus ſi quę
habeat. Sed ſi non poſſit cauere,credo quòd ſuf-
ficiet iuratoria cautio,iuxta auth.generaliter. C.
de Epiſc. & Cle.

a ¶ Quòd non. *Iſtud probatur,quia dos eſt viri.vt in
gloſſ.in l.in rebus.in verſic. iure naturali. ibi, imò ſunt
viri.C.de iu.do.Sed ſic eſt,quòd vir non conuenitur pro
vxore, vt in rubro & nigro, nec vxor pro marito. Pa-
tet ergo, quòd pro debito vxoris in rebus dotalibus non
debet fieri executio.*

## QVÆST. CCCCXLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Commentarienſis an pro expenſis & ſalario cuſtodiæ poßit retinere incarceratum.*
2 *Commentarienſis quod debeat præſtare iuramentum.*
3 *Commentarienſis capite punitur, ſi rem habuerit cum muliere incarcerata.*

SI incarceratus per ſententiam Iudicis, libere-
tur, an commentarienſis poſſit eum retinere
1 † pro expenſis, & ſalario cuſtodiæ? Iac. de Aret.
dicit,quòd non: ſed debet eum relaxare:& poſt-
a ea cōtra eum agere,ſi vult.allegat a ipſe l. omnes.
C.de pen.l.ob æs. C.de act.& oblig. & in authen.
vt nul. iudi. §. quia verò homini. Ad quod facit
(dicit ipſe)quod no.in l.diuus.in fi.ff.de bo.dam.
Sed de conſuetudine,quæ iuri derogat, cōmen-
tarienſis huius ciuitatis Gration. ſolent eos reti-
nere,donec ſoluerint, aut cum eis concordaue-
rint, taliter quòd de expenſis & cuſtodia carce-
2 rum ſint contenti. † Sed iuxta hoc quæro, quod
iuramentum debet præſtare commētarienſis in
introitu talis officij? vide in Clemen. 1. §. porrò.
3 de hæreti. ¶ † Si cōmentarienſis cognoſcat car-
naliter mulierem incarceratam, capite punitur,
vt dicit Ioan. Fab. inſti. de pu. iudi. §. item lex.
¶ De materia incarcerationis vide quæ dixi ſu-
prà, quæſt.74.

a ¶ Allegat. *Iura hîc allegata non probant opinio. do.
Iac. de Aret. Et quòd de iure incarceratus retineri poſ-
ſit pro expenſis factis, facit l. ſi neceſſarias. in princ. ff.
de pigno.actio.*

## QVÆST. CCCCXLIX.

SVMMARIVM.

1 *Tonſura collata à non ſuo Epiſcopo, an valeat.*
2 *Tonſura collata laico à non ſuo Prælato, tenet. Et quid ita, num.3.*
4 *Clericatus an poßit probari per teſtes.*

LAicus effectus eſt clericus, à non ſuo Epiſco-
1 po † ſine licentia vel conſenſu ſui Epiſcopi,
nunquid valeat tonſuræ collatio? Et videtur pri-
mò,quòd non,iuxta c.eos. iuncta gl. ſuper verbo
ſtatuunt.& c.cùm nullus.de temp.or. lib. 6. facit
bene 71.diſt.c.1.& hoc videtur tenere Io.And.in
c.fi.extra,de temp.or.lib.6.& tetigi in c.1.glo.ſu-
per verbo,clericatus. eo.tit. in contrarium vide-
tur quòd character videtur impreſſus habita illa
a cōſideratione,quòd clericatus eſt ordo. a c.cùm
contingat.extrà,de æta.& quali. Ita dicit gl. in c.
ſi ſuper verbo,tonſuram. extrà, de temp. ord. Si
igitur character ſit impreſſus,ipſe non poteſt de-
leri, ſicut dicimus de actionibus directis, quæ in
oſſibus noſtris adeò ſunt incorporatæ, ꝙ à nobis
ſeparari non poſſunt. l. 3. ff. pro ſoc. Item etiam
not. Bart. qui talem ſimilitudinem facit de cha-
ractere & actionibus directis. vt l. nemo poteſt.
ff. de legat. 1. Nec obſtant Iura ſuprà, pro parte
contraria allegata: quia loquuntur in Clerico,
qui facit ſe ordinari à nō ſuo Epiſcopo, ſine con-
ſenſu vel licētia ſui Prælati, quæ iura non poſſunt
adaptari ad caſum iſtum:in quo loquimur de lai-
co,& non de Clerico. & ita videntur caſus diuer-
ſi & non aduerſi. Et poteſt eſſe diuerſitatis ratio:
quia ille,qui eſt Clericus,iam eſt effectus de iuriſ-
dictione Epiſcopi. ille autem, qui eſt laicus, non
eſt de iuriſdictione Epiſcopi: ſed eſt de iuriſdi-
ctione temporali tantummodò: ſicut Clericus
non poteſt iuriſdictionem alterius Epiſcopi pro-
rogare ſine licentia ſui Epiſcopi. vt l. ſignificaſti.
extrà,de foro comp.in q.6.c.non liceat. & nota-
uit gloſſ.in l.1.ff.de iud.ſic nec debet etiam ordi-
nes à non ſuo Prælato recipere, ſine licentia ſui
Epiſcopi. vt in c. eos. & in c. nullus. & 71. diſt. c.
1. alleg. cùm potior ratio non videatur in vno ca-
ſu, quàm in alio. Ideò idem ius ſtatuendum eſt.l.
fin. C.de conſti.pec.& l.fi. C.ad l.Fal.Ille autem,
qui eſt laicus,nō eſt de iuriſdictione Epiſcopi:ſed
de temporali. Ideò ſicut ipſe poteſt iuriſdictionē
alterius Iudicis temporalis prorogare ſine con-
ſenſu & licentia ſui Iudicis. l. 1. ff. de iudi. & l. ſi
conuenerit.ff.de iuriſ.om. iud. Ita videtur,quòd
primam tonſuram poteſt à non ſuo Epiſcopo ſi-
ne licētia ſui diœceſani recipere, poſtquam pro-
hibitus non reperitur: licèt enim Epiſcopus pro-
hibitus, reperiatur ordines cōferre Clerico alie-
næ diœceſis:vt ſuprà alleg. Non tamen reperitur
prohibitum hoc in laico, ſi conferatur, tenet er-
2 go talis coll. arg. præmiſſorū. † Pro hoc facit vna
talis ratio: quia ſi laicus à non ſuo Prælato tonſu-
rari non debet, arg. iurium allegatorum. atta-
men ſi tonſuretur, valet,& tenet talis tonſura: iu-
xta illud,quod fieri non debet,factum tamen te-
net.l.2. §. biduum. ff.quando appellandum ſit. l.
relegatorum.§.ad tempus.ff.de interdi.& releg.
3 Et † maximè, quia aliquis Canon nō annullat ta-
lem tonſuram, ſaltem, quòd videro dicendo ſic:
Nullus Epiſcopus laicū diœce. alienæ debet or-
dinare ſine licentia Epiſcopi, & ſi fecerit, quòd
ordinatio nō tenet, &c. Sicut in ſimili ponit Dy.
in c. quæ contra ius. extrà, de reg.iur. in 6. Et li-
cet in



d.c.1.71. diſt.dicatur in fine,ꝙ talis ordina-
tio de Clerico facta rata non habeatur, &c. hoc
debet intelligi in ſuis terminis. & ita in Clerico
ordinato à non ſuo Epiſcopo, & non in laico, de
quo hîc loquimur, cùm à verbis Legis ſeu Cano-
nis non ſit recedendum.l.non aliter.in prin.ff.de
leg. 3. Vel poteſt dici, quòd d. c.1. locum habet,
quādo executio talis ordinis interdicta eſt à pro-
prio Epiſcopo: iuxta c. quod translationem. ex-
trà,de temp.ord.in antiquis aliàs autem, vbi non
ſequitur aliqua interdicto talis ordinis, ſed cam
tolerat proprius Epiſcopus,& ita etiam habet ra-
tàm, ſaltem tacitè, vel aliàs expreſsè, rata manet
talis ordinatio de Clerico facta. ita videntur ſen-
tire gloſſ.in d. c. 1. 71.diſt. & Ioan.And. in c. eos.
4 gloſ.ſuper verbo, ſtatuunt tale. † Iuxta præmiſſa,
quæro, an Clericatus poſſit probari per teſtes.
Iac.de But. tenet quòd non. in l. ſi qua per calu-
mniam.C.de Epiſco.& Cleric. vide tamen ſuper
hoc quæ ſcripſi plenè infrà, q.374. Vtrum chara-
cter inferatur per tonſuram clericalem, vide ſu-
prà in præcedenti quæſtio. Et de charactere im-
preſſo in anima, tangit Bart. in l. nemo poteſt. ff.
de legat.1.

a ¶ Eſt ordo. *Dum quæritur, an prima tonſura ſit or-
do: dic ſi loquimur de ordine, inquantum eſt ſacramen-
tum, & imprimit characterem: iſto modo non eſt ordo,
nec ſacramentū, nec imprimit characterem, ſecundum
Thol.in 3. ſententia. diſtin.24. & ideò iura non poſue-
runt primam tonſuram inter ordines. 32.diſtin. ſeria-
tim.77.diſtin. illud.& 93. diſtin. à ſubdiacono. ſi verò
loquimur de ordine, non vt eſt ſacramētum, ſed vt lar-
go modo pro deputatione ad diuinum officium ſeu cul-
tum: ſic eſt ordo. & iſta not. extrà, de ætate & qualita-
te.cap.cùm contingat.*

## QVÆST. CCCCL.

SVMMARIVM.

1 *Mulctæ inflictæ Clerico antè, quàm ſe allegaret Clericum, an poßint exigi per fiſcum?*
2 *Citatus à delegato an teneatur comparere.*

SVprà quæſt.523.& q.437.fuit viſum de delictis
1 perpetratis in hac patria † per nobilē Rodul-
phum de commeriis,& eius ſequaces. & cōtigit,
quòd quia aliqui ex dictis ſuis ſequacib. citati co-
ram Parlamento reſponſuri intitulandis contra
eos ad cauſam præmiſſorum nō comparuerunt,
mulctæ fuerunt contra eos declaratę ad diuerſas
pecuniarum ſummas fiſco Delphi. adiudicatas.
Poſt quarum mulctarum declarationem fuerunt
ipſi delati capti & incarcerati: ſed fuit cōcluſum
eos fore remittēdos officiali Grationop. tāquam
Clericos, cùm de eorum titulis docuerint. Sed
tunc fuit dubitatum, an ipſi remittendi debe-
rent ſoluere antea mulctas, contra eos (vt præ-
mittitur) declaratas. Et dixerunt aliqui ex Do-
minis,quòd ſic:quia ipſi debebant comparere,&
eorū priuilegia allegare: ar. l.ex quacunq; cauſa.
ff.ſi quis in ius vo.non ier. & facit l. ſi quis ex alie-
na.ff.de iud.Sed ego dixi contrariū: quia in Cle-
ricum Iudex ſecularis nullam habet iuriſdictio-
nem neq; coërtionem & proceſſus coram Iudi-
ce ſeculari, cōtra Clericum formatus, eſt ipſo iu-
re nullus.in c.ſi diligenti.extrà,de fo.comp.Nec
obſtat d. l. ex quacunq; cauſa. ꝗa loquitur de tali
contumace,qui ſi comparuiſſet,potuiſſet cōſen-
tire in Iudicem.quod ſecùs in Clerico:cuius con
tumacia & comparitio æquiparātur. Nec poteſt
operari plus contumacia, quàm conſenſus: vt in
c.at ſi Clerici.extrà,de iudi. & in d. c. ſi diligenti.
& faciunt not. per Dyn. in c.ea, quæ fiunt à Iudi-
ce.de re iu. lib.6. Et hāc opinionem expreſsè te-
net Bald.in d. l. ex quacunq; cauſa.in quæſt.quæ
incipit.Item quæro de iſta quæſt.Clericus,&c.&
Specul. in tit. de citatione. §. 1. verſic. ſed pone,
quòd Iudex ſecularis. Ideò die 13. men. Auguſt.
1460. in Camera Conſilij,præſente Nobili Ioan.
de Pales, Commiſſar. Regio,fuit determinatum
& concluſum per dom.meos de Parla.& ordina-
tum, quòd dicti Clerici non ſoluant dictas mul-
ctas contra eos (vt præmittitur) declaratas, &
fuerunt relaxati abſque ſolutione ipſarum mul-
ctarum. de hac materia vide per Ang. de Are. l.
contumacia.§.contumaces.ff.de re iudi. ¶ Vltra
præmiſſa quærit Bal. in d.l. ex quacunque cauſa.
ſi Iudex laicus banniat Clericum, quem ignora-
bat Clericū,an impunè poſſit occidi. Dicit Bald.
ibidem quòd occidens excuſatur: quia ignora-
bat eum Clericum. & ita dicit Bald. fuiſſe deter-
minatum in quadam diſputatione, per duas Le-
ges,videlicet,per l.pen.ff.de adul. & per l. fin. ff.
de abigeis. Sed illi,qui ſcirent de Clericatu, non
excuſarētur. Et iſtud adduco pro determinatio-
ne quæſt.423. vbi dixi complices dicti Rodulphi
excuſandos ex eo,quòd credebant quòd in con-
gregatione ibi enarrata dictus Rodulphus de
cōmeriis, vellet aliquid eis dicere ex parte Do-
mini noſtri Delphin. prout ipſe Rodulphus eis
dabat ad intelligendum: licèt non fecerit. Item
2 † quærit Bald.in d. l. ex quacunque cauſa: an ci-
tatus à delegato, teneatur comparere? & dicit ꝙ
non, niſi Iudex delegatus tranſmittat in citatio-
ne copiā delegationis ſuæ. quòd ſecùs eſt in or-
dinario Iudice,allegat text.in c. præterea. extrà,
de leg. Et in hac materia Curiæ, ibi ad hoc Bald.
qui eam latè tractat, per diuerſas quæſtiones,per
ſex columnas.

## QVÆST. CCCCLI.

SVMMARIVM.

1 *An valeat ſententia, in qua Iudex ſe non nominat, ſed ſolùm Curiam commemorat.*
2 *Sententiæ latæ, Curiæ nomine valent.*

a QVid contineatur appellatione Curiæ? a do.
1 Raymundus † de Sabanaco in ſua repeti-
tio l.more maiorum.ff.de iuriſdict.omn. iud.di-
cit quòd

cit quòd verbum, Curiæ,eſt verbum indifferens
ad quemcunque ius reddentem in Curia. ar. l.2.
in princ. ff. de orig. iur. Quod facit ad quæſtio-
nem in ordinatione facta : in proceſſu alicuius
cauſæ, dicitur viſis actis Curia ſic ordinat,&c. V-
trum valeat talis ordinatio. & quid comprehen-
datur appellatione huius verbi,Curia.Ego credo
valere talem ordinationem, & tale verbum Cu-
ria, poſtquam eſt indifferens, ſumi ac referri de-
bet ſecũdum materiam ſubiectam. Et ita tali or-
dinatione ſumetur Curia, pro Iudice vel Magi-
ſtratu in tali Curia præſidente. l. ſi vno anno. ff.
locati. & l. ſi olei. C. eod. tit. ſic, vt res potiùs va-
leat, quàm pereat. l. quoties. ff. de rebus dubiis.
2 Ex † quibus propterea infero, quòd ſententiæ &
ordinationes, quæ fiunt in hac Curia Parlamenti
Delph. in quibus dicitur, Curia ordinat vel con-
demnat, &c. quòd valent tales ſententiæ. Et ita
ſeruatur de ſtylo præſentis Curiæ. Similiter etiã,
vt audiui,ſeruatur in Curia Parlamenti Regij Pa-
riſiis & Tholoſæ.

a ¶ Appellatione Curiæ. *Ponitur enim Curia pro officio decurionatus. l. exceptiones. C. de numerariis. lib. 12. Et hoc facit in materia præſentis quæſtionis. Quòd autem per Curiam, intelligatur Iudex, patet: quia ibi cenſetur Curia, vbi eſt Iudex. arg. eius, quod dicit dom. Innoc. in c. expoſuit. extrà, de dilat.*

## QVÆST. CCCCLII.

SVMMARIVM.

1 *Conſulum creatio.*
2 *Conſules cui iuramentum præſtare debeant.*
3 *Conſulum creatio an fieri debeat cum decreto Iudicis.*
4 *Conſulum vnus an poterit negotium vniuerſitatis in ſolidum gerere.*

DE modo eligendi Conſules in hac ciuitate
Grationopol. vel alia vniuerſitate : vide tex.
1 in † authen. de defenſorib. ciuitatum, in §. ſi qua
verò. colla. 3. vbi habetur quomodo Cõſules, hoc
a eſt, defenſores ciuitatum, a debent eligi per cir-
culum, id eſt, circuitũ, ſic, quòd quilibet ſuo loco
tale onus ſubeat : & ita etiã de conſuetudine ſer-
uatur. Sed quid de confratriis huius ciuitatis vel
alterius loci, an priores ipſarum confratriarũ de-
beãt ſimiliter eligi, & ille modus obſeruari? Dic,
quòd ſic, per dictum §. ſi qua verò. & ita de con-
ſuetudine ſeruatur. Et circa hanc materiam ad-
uertendum : quia in creatione Actoris, Tutoris,
Curatoris, vel Syndici debet attẽdi conſuetudo :
vt not. gl. in l. ita tamen. circa princ. ff. ad Trebel.
quòd eſt ſingulare: quia in multis locis non ſem-
per ſeruatur diſpoſitio iuris in ipſis cõſtituendis.
2 ¶ † An Conſules debeant iurare domino vel ſuis
officiariis : & de iuramento, quod ipſi debent de
iure præſtare Conſules: vide, quæ ſcripſi poſt do-
minum Pet. Papæ, patruum meum, infrà quæſt.
3 631. ¶ † An in creatione Conſulum requiratur
decretum Iudicis? gl. quòd non, in l. actor. ff. rem
ratam haberi. Tamen alibi dicit gl. quòd requi-
ritur. C. de decretis decurionũ. lib. 10. ſuper rub.
Sed illa glo. loquitur in Syndicis creatis decurio-
nibus. vide Ioan. And. in tit. de Syndico. ¶ Si ſint
4 plures † Conſules, an vnus ipſorum poterit inſo-
lidum negotium vniuerſitatis gerere? gloſ. quòd
ſic, in l. 1. C. ſi vnus ex pluribus tutoribus. idem
Spec. in tit. de Procuratoribus. §. ratione. verſic.
quid ſi plures ſunt Conſules.

a ¶ Hoc eſt, defenſores ciuitatum. *Græco vocabulo Syndici vocitantur, qui gerunt negotia vniuerſitatis, cap. 1. & ibi gl. in rubr. & in gl. extra, de Syndic. & ibi vide dom. Gofr. in ſumma. qui tractat, quid ſit Syndicus, vnde dicatur, quid ſit officium eius, & in quo inter ſe differunt Procurator & Syndicus, Oeconomus, Actor, & Vicedominus.*

## QVÆST. CCCCLIII.

### Camera computorum Delphinalis.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus, dicitur ſaccus.*
2 *Camera fiſcalis, vnde orta.*
3 *Cubicularij Papæ, vel Imperatoris, quam dignitatem habeant.*

4 CAmera a fiſcalis, dicitur eſſe domus, in qua
ſcripturæ patrimoniales, & alia iura fiſcalia
1 reponuntur. † Nam fiſcus, dicitur ſaccus, ſeu bur-
2 ſa: & augente Imperio, quia ſaccus non † ſufficie-
bat pro præmiſſis reponendis, ſubrogata fuit vna
domus. Ita dicit gl. ordi. in l. in Prouinciis. C. de
nume. actuariis & chartulariis. libr. 12. Quæ do-
mus ex poſt fuit appellata Camera fiſcalis, ſeu Im
perialis. in c. 1. §. ſi quis auſu. ibi, pœna. c. libra auri
Cameræ noſtræ inferenda, &c. Quæ Camera in
Regno Franciæ, & in hac patria Delphi. Camera
computorum appellatur. & de hoc vide quę po-
nit dom. Iac. Rebuf. in l. 1. C. de iure fiſc. lib. 10. Et
in Curia Roma. Camera Apoſtolica nuncupa-
b tur. ¶ Et quam Cameram Apoſtolicam b viſita-
ui ego Guido Papæ, de anno Domini, 1447. de
menſe Septem. dum tunc Romæ ad Papam Ni-
colaum quartũ in ambaſiata miſſus fuiſſem, per
illuſtriſſimum Dominum noſtrum Lud. Delph.
Vien. De Camera fiſcali etiam tetigi in apparatu
ſtat. Si quis p literas in gl. ſuper verbo, fiſci, circa
princ. ¶ Verum, quia tunc ibi me exiſtente Ro-
mæ, præfatus Dominus noſter Papa habebat o-
3 cto cubicularios actu ſibi ſeruientes : † quam di-
gnitatem habeãt tales Cubicularij Papæ, vel Im-
peratoris? vide in l. 1. §. & Cubicularios. C. de prę-
poſi. ſacri Cubiculi. libr. 12. vbi de Cubiculariis
mentio habetur.

a ¶ Camera. *Tria ſunt Scrinia ſeu Cameræ ſacræ. ſcilicet Epiſtolarum, quæ Principi, vel ab eo mittebantur, item, libellorum conuentionalium, recognitionum, item diſpoſitionum, vt eſt regiſtrum glo. ſuper rub. C. de proxi. ſacro. ſcrinio.*

b ¶ Cameram Apoſtolicam. *Quæ etiam ſic appellatur mortuo Papa, extrà, de elect. cap. vbi periculum. §. ſi quod ab. lib. 6.*



## QVÆST. CCCCLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Agi vt poßit ad commiſſum, quæ requirantur, vide per diſcurſum. num. 2. 3. 4. & 5.*
6 *Dominus qualiter aget ad commiſſum.*
7 *Rem emphyteuticariam quibus ſit prohibitum alienare.*

SVprà, quæſt. 162. & quæſt. 163. & quæſt. 164. &
quæſtio. 438. tetigi de materia commiſſi rei
1 feudalis: ſed vltrà ibi dicta, dico inter † cætera re-
quiri quatuor ad hoc, vt poſſit agi ad cõmiſſum.
2 † Primò, probationem feudali ex parte agentis.
3 † Secundò, incuriam ſeu negligentiam vel aliam
ingratitudinem ex parte illius, qui vaſallus dici-
tur. in cap. 1. circa princ. quæ fuit prima cauſa be-
neficij amittendi. Et de prohibita feudi aliena-
tione per Federicum. §. præterea ſi quis. in feu-
4 dis. colum. 10. † Tertiò, quòd ipſe, qui vaſallus di-
citur, maior 13. annis exiſtat : vt dict. §. præterea, ſi
5 quis. Quartò † quòd ipſe talis ſciat aut ſaltem ſci-
re debeat rem eſſe feudalem. in cap. 1. in gloſſ. ſu-
per verbo, vltrà annum. in princip. quo tempore
miles inueſtituram petere debeat. ¶ Sed quali-
6 a ter † agit a Dominus ad commiſſum? gl. & Bald.
dicunt, quòd aget Dominus rei vendicatione di-
recta. ita dicunt, in cap. 2. de controuerſia inter
don. & emptorem. Idem ibi tenet Andr. de Y-
ſern. attamen (prout dicit) melius videtur Do-
mino, quòd agat condictione ex moribus, ex vſu
feud. videlicet condictione ex l. Imperialem.
cum ſuis concordantiis ſic dicendo, Cùm Titius
teneret in feudum à me talem rem, & eam ſcien-
ter vendidit, & ex ea cauſa tu poſſideas eam. ob
quod feudum illud eſt mihi apertum : ago vt mi-
hi reſtituas. & hæc condictio aduocat poſſeſſio-
nem tantùm : vt l. 1. C. de don. quæ ſub modo.
Non autẽ aduocat rem, nec rei dominium : quia
nemo condicit rem ſuam, præter quàm à fure.
l. fina. ff. vſufruct. quemadmodum caueat. ta-
men quomodo iſtorum duorum modorum for-
metur libellus, in hac materia commiſſi rei feu-
dalis admittitur libellus, prout vidi in Curiis hu-
ius patriæ obſeruari. ¶ Idem etiam vidi obſerua-
ri in commiſſo rei emphyteuticariæ. in quo ra-
tione commiſſi poteſt dari libellus concludens
b in rei vendicat. b Et hoc modo formaui (credo)
mille libellos, de tempore quo practicaui. Poſſet
etiam intentari condictio ex l. 2. & ex l. fina. C.
de iure emphyteutico. ſi emphyteuta verſaretur
circa rem emphyteuticariam, aliter quàm in di-
ctis legibus ſtatuitur. Et tunc tantummodo ad-
uocaretur poſſeſſio, vt dixi ſuprà in re feudali.
7 ¶ † Iuxta hanc materiam quæro, quæ ſunt perſo-
næ, quibus eſt prohibitum rem emphyteutica-
riam alienare? Dic, quòd illi, qui non ſunt ſol-
uendo, aut quia emptor eſt ita magnus Domi-
nus, quòd nõ eſſet auſus emphyteuta Canonem
petere : vt dicunt Oldrad. & Bald. in d. l. fin. C. de
iure emphyteut.

a ¶ Sed qualiter agit. *Quòd autem poßit vtraq. via experiri, tenet dom. Petr. Iacob. in practica ſua libellorum, in tit. de eodem act. ſi agat contra empt. in vltim. col. in verſic. item ſi feudum.*

b ¶ Rei vendicatione. *Sic etiam format libellum in huiuſmodi caſu, concludentem in rei vendicatione, do. Pet. Iaco. in tit. de actio. in rem pro re emphyteut. cecidit in commiſſum. & in tit. ſequen.*

## QVÆST. CCCCLV.

SVMMARIVM.

1 *Falſificantes literas Principum, aut Papæ qualiter puniantur.*
2 *Delphini literas frangens, qualiter puniatur.*

1 COmmittitur † falſum in literis Domini no-
ſtri Papæ, & punitur committens, ſicut ha-
betur, in cap. ad falſariorum. extrà, de crimine
falſi. Sunt etiam literæ Regis Frãciæ & commit-
tens falſum in eiſdem, punitur, ſicut habetur in
cap. ad audientiam. eod. tit. Sunt etiã literæ Præ-
latorum, Vicariorum, & Officialium ſuorum, &
committens falſum in eiſdem, punitur, ſicut ha-
betur in cap. olim. extrà, de reſcript. & hoc quan-
do tales literæ ſunt de pura iuſtitia, importantes
ordinationem vel decretum. Vbi verò tales lite-
ræ eſſent de ſimplici iuſtitia, vt ſunt literæ citato-
riæ & inhibitoriæ, quæ à Iudicibus appellationũ
conceduntur, vel aliæ conſimiles, ſi falſitas com-
mittatur in eiſdem : quia tales de facili poſſunt
iteratò obtineri, non eſt præſumendum quòd
impetrans, fraudem in eiſdem commiſerit, &
maximè ſi eas non fecerit exequi, vel non fuerit
vſus: ideò non debet moleſtari. iſte eſt caſus no-
tabilis, in c. accedens. extrà, de crimine falſi. &
vide quæ ibi not. per gloſſ. Gofre. & ita vidi ob-
ſeruari in eo, qui non fuit vſus talibus literis. pro
2 quo facit etiam l. qui falſam. ff. de fal. ¶ † Sed
qualiter puniatur frangens literas Domini no-
ſtri Delphini, vel domini Gubernatoris Delphi:
vide quæ ſcripſi ſuprà, quæſt. 323. & infrà, quæſt.
579. in fin.

## QVÆST. CCCCLVI.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum an valeat, filio inſtituto: quandocunque deceſſerit hæres. & num. 2.*

Dixi

DIxi ſuprà,quæſt.425.quòd teſtamentum pa-
tris eſt nullũ, in quo filius non reperiatur in-
1 ſtitutus,licet reperiatur hæredi ſubſtitutus.†Sed
pone in aliis terminis,Pater quidã Franceſiam e-
ius vxorem hæredẽ vniuerſalem inſtituit,& quã-
docunq; decederet, filium ſuum aut nepotẽ hæ-
redem inſtituit, & dictæ eius vxori ſubſtituit, an
valeat tale teſtamentum?Et videtur ꝙ non: quia
filius in primo gradu reperitur præteritus: ꝗa in-
ſtitutus vel exhæredatus non reperitur. in §. ea-
dem. inſtituit. de hær. quæ ab inteſtato, & ita te-
ſtamẽtum nullum.inſtit. de exhæredatione libe.
in prin.In cõtrarium videtur, ꝙ imò valeat.& in-
cipiat teſtamẽtum vires accipere à ſecundo gra-
du.l.3.§.fi.ff.de lib.& poſth.& l.ſi miles.in prin.ff.
de iniuſto rupt. teſt. Et videtur de præmiſſis ca-
ſus expreſſus.in l.ex facto.§.Lucius. ff.de vulg.&
2 pub.& ibi tex.not. ¶ Quid † dicendum?ego cre-
do teſtamentum fore validum, etiã reſpectu pri-
mi gradus,& dictũ filium haberi debere pro qua-
ſi inſtituto in ſua legitima,quæ ad quatuor aſcen-
dit vncias.Et dicta Franceſia vxor erit & reputari
debet inſtituta in octo vnciis. Et de hoc videtur
caſus notabilis & ſatis ſingularis,in l.ſcimus. §. cũ
autem.C.de inoffi.teſta.quem ſic intelligit Bart.
a in l.ſi pater. *a* C.de condi.inſti. vbi iſtud ponit,&
dat intellectum ad d. §. cum auth. non obſtat. ꝙ
filio relinqui debet id, quod relinquitur iure in-
ſtitutionis:nec ſufficit relinquere iure fideicom-
b miſſi. *b* in authen. vt cùm de appell. cog. §. aliud
quoq; capitulũ. col. 8. & tetigi ſuprà, quæſt.425.
quod nõ fuit in caſu præſenti: quia reſpondetur,
quòd imò fuit pater: quia ipſe poſt mortem vxo-
ris nedum fuit ſubſtitutus, imò inſtitutus, vt ap-
paret dum dicitur,hæredem inſtituit: & dictæ e-
ius vxori ſubſtituit, &c. In qua inſtitutione cùm
mora fuerit adiecta, tractum habens poſt vxoris,
illa mora habetur pro nõ adiecta, quò ad eius le-
gitimam.l.quoniam in prioribus. C.de inoffi.te-
ſtam. Et habetur filius pro quaſi inſtituto purè in
ſua legitima. & dicta vxor remanet, & habetur
pro hærede vniuerſali inſtituta, in reſiduo, vide-
licet in octo vnciis cum onere fideicommiſſi in-
iuncti, vt dicit d. §. cùm autem.aliter verba præ-
dicta,hęredem inſtituit,eſſent adiecta ſuperfluè,
nec de aliquo operarentur: quod tamen non eſt
dicendum.l.ſi quando.in princ.ff.de leg.1. & l. ſi
ſtipulatus. ff. de vſuris. & res ita debet accipi, vt
potiùs valeat,quàm pereat.l.quoties.ff. de regul.
iur. Et ita mihi Guidoni Papæ videtur dicẽdum.
Et pro hac parte vidi iudicari in hac Curia Parla.
licet aliqui ex dominis meis Parlam. contrariam
opinionem tenuerint.

*a* ¶ In l. ſi pater. *In 1.col. in verſic. vlterius oppo. ibi, iam ſic.& ibid. in prædi. l.ſi pater. vide omnino do. Bal. in 2.col. in verſic. quintò oppo. ibi,& hoc verum. vbi limitat huiuſmodi dictum.*

*b* ¶ Iure fideicommiſſi. *Tu vide de hoc iſtum planè, Conſil.96.incip.caſu nominibus.numer.2. verſic.ad ſecundum dubium.*

## QVÆST. CCCCLVII.

SVMMARIVM.

1 *Aſcendentes, an dicantur legitimè hæredes, vt excludant ſubſtitutum.*

2 *Hæres verbum, non comprehendit patrem. Et quos comprehendat.num.3.*

4 *Filius vniuerſaliter inſtitutus an admittatur ad ſubſtitutionem inſolidũ, auo paterno vel materno hæredes naſcituros ex legitimo matrimonio filiæ ſuæ ſubſtituente, filiis ſuis hæredibus per ipſum inſtitutis.*

1 MAter filium ſuum † ſibi hæredem inſtituit,
& caſu quo moreretur ſine hærede legiti-
mo,filias ſuas,& quoſdã extraneos ſibi ſubſtituit.
defuncta matre,& ipſius hæreditate adita, mori-
tur filius hęres ſine liberis,ſuperſtite tamen patre
ſuo,auo paterno, aut materno, vtrum excludant
ſubſtitutos? Videtur ꝙ ſic: ꝗa ipſe pater vel auus
hæres legitimus dici meretur. C.de ſuis & legiti-
mis hæred. per totum. iuncta gl. poſita ſuper ru-
brica ibidem. vbi aſcendentes ſicut deſcendẽtes
dicuntur legitimi hæredes: ſicut ibi probãt mul-
tæ leges.Credo tamen contrarium,quia verbum
hærede,in caſu iſto ſumitur pro filio, vel alio ex
proprio corpore deſcendẽte.l.ex facto.§.final.ff.
ad Treb. Et talis appellatur legitimus,poſtquam
ex corpore proprio deſcendit l.1.2.& 3.C.de ſuis
& legitimis hæredi. & ita voluit gl.ſuper rubri.a-
liter ſequeretur, quòd alij deſcendentes vel col-
laterales vſq; ad ſeptimum gradum, qui legitimi
dicuntur. C.de legit. hæred.per totum. & inſtit.
de legitima agnatorum ſucceſſione. ſubſtitutos
excluderent. Quod tamen non eſt dicendum,
nec ita fuiſſe de mẽte teſtantis: quæ in his debet
pręcipuè attendi.l.fideicommiſ.§.item ſi quis.ff.
de leg.3.& l.pen.ff.de leg.1.& l.cùm virum. C. de
fideicommiſſis. Et pro hoc bene facit quod po-
nit Bald.in c.1. de naturali ſucceſſione feudi. vbi
2 dicit † quòd verbum hæres, non comprehendit
patrem.facit etiam bene quod ponit Spec.in tit.
3 de teſtam.§.in primis.verſic.ſi. vbi † dicit, quòd
nomen hæredis poſitum in vltima voluntate in
ſubſtitutione,non ſignificat alios, quàm deſcen-
a dentes. *a* licet in contractibus & in legibus ſigni-
ficet directo ſuccedentes in vniuerſum regulari-
tęr.in l.ſi.C.de hæred.inſtit.l.ſub diuerſis. §. 1. ff.
de condi. & demonſtratio. l. quædam. §. his au-
tem. ff. de eden. Non obſtat ad præmiſſa, quod
ponit Bart.in l.Gallus. §. nunc de l. Velleia. ff. de
libe. & poſthu. Quia ſuum dictum credo intelli-
gi debere in contractibus, & non in ſubſtitutio-
ne. & hoc ſatis ſonare videtur tit. quæſt. ꝑ ipſum
Bart.ibi motæ: dum eã mouet in illo, qui aliquid
conceſſit Titio & ſuis hæredibus. Et ita in con-
tractu, in quo verbum, hæredes directo ſucce-
dentes in vniuerſum, ſignificat, ſicut dicit Bald.
in loco ſuprà allegat.vel etiam poteſt dic. dictum
Bald. locum habere: vbi aliàs non conſtaret de
volun-



voluntate contraria teſtatoris q̃ coniecturatur, vt
qñ Titiũ inſtituit.& ſi ſine liberis deceſſerit, eius
hæredes ſubſtituit: ꝗa cùm mentionẽ fecerit de
liberis,ipſe ſubſtituendo eius hæredes,de deſcen
dentibus videť ſenſiſſe: vt talia ſint ſubiecta,qua-
lia demonſtrat prædicata.l.ſi defenſor. in prin. ff.
de interrog.act. Ita dicit Bal.in d.c.1.de natu.ſuc-
ceſ.feud. collatio.9. Et ita vidi determinari in iu-
dicando in Camera Conſilij huius Parlamenti.
¶ Sed iuxta præmiſſa quæro,de alia quæſtione, q̃
4 dependet ex præallegatis. † Auus quidam pater-
nus vel maternus hęredes naſcituros ex legitimo
matrimonio filiæ ſuæ ſubſtituit, filiis ſuis ꝑ ipſum
hæredibus inſtitutis. filia relinquit vnum filium
maſculum, quẽ hæredem inſtituit vniuerſalẽ: &
vnam filiam, q̃ præteriit, vel legatariã facit adue-
niente ſubſtitutione. Vtrũ filius vniuerſaliter in-
ſtitutus admittatur ad ſubſtitutionẽ inſolidum:
vel an filia ſoror ſua cum eodẽ. Et omiſſis multis
quæ dici poſſent? Credo ꝙ filius hæres vniuer-
ſaliter inſtitutus admittatur inſolidum, pro eo,
quòd ſecundũ verba inſtitutionis duo requirun-
tur, videlicet ꝙ ſit filius, & quòd ſit hæres. Ita te-
net gl.ordin.in d.l.ex facto.§.fi.in fi.& idẽ Barth.
ibidem. Idem etiã tenere videtur ipſe Bar. in l. ſi
is,qui ducẽta.§.vtrũ.ff.de reb.dubiis. in quæſtio.
quæ incipit,ſecunda limitatio.& ibi videtur mo-
uere iſtã quęſtionem,& ꝗa dicta filia licet ſit filia,
non tamen eſt hæres: ideò ad ſubſtitutionẽ non
admittitur. Idem eſt, ſi talis filia nolit eſſe hæres
vel nõ poſſit: vtpotè quia repudiauit hæreditatẽ
vel teſtamẽtum,in quo ipſa fuit præterita,appro-
bauit.Et ad iſtud bene facit,quod ponit Barth.in
l.cum filio.ff.de leg.1.Et de hac materia vide quę
dixi ſuprà, q. 306. Sed quid ſi dicta filia ſoror fuiſ-
ſet hæres particulariter inſtituta,an debuiſſet ad-
mitti cum d.filio maſculo, vniuerſaliter hærede
inſtituto? vide infrà in ſequenti quæſtione.

*a* ¶ Alios quàm deſcendentes. *Nunquid appellatione hæredum comprehendantur ſolum deſcendentes, & qui veniant appellatione hæredum, latè tradit Pht. Cor.in Conſ.272.incip.in hac conſultatione. in 4. vol. & quando appellatione hæredum, comprehendatur hæres hæredis in infinitum, conſuluit Alex.in Conſil.165. incip.conſideratis verbis.in 2.volum.*

## QVÆST. CCCCLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Hæredis appellatione, an comprehendatur etiam hæres particularis.*

2 *Omne qui dicit, nihil excludit.*

IN diſpoſitione paterna idem eſt dicere, hæ-
1 res, ſicut filius: † dum tamen ipſe filius hæres
inſtituatur. ita habetur in l.ex facto. §. fin. iuncta
gl.ff.ad Trebell.ſicut etiam ibi tenet Bal.expreſ-
sè, modò pone, ꝙ teſtator moritur vna vel dua-
bus filiabus hęredibus particulariter inſtitutis,&
vno extraneo hærede vniuerſali inſtituto, nun-
quid filiæ faciant deficere cõditionem in termi-
nis d.§.fina.Credo,quòd ſic, & ratio, quia appel-
latione hæredis, omnes ſucceſſores ſignificãtur.
l. hæredis appellatione. de verbo.ſignificatio. Si
ergo omnes ſucceſſores ſignificantur? ergo hæ-
a redes particulares *a* ſignificari & comprehendi
merentur,cùm ſucceſſores appellẽtur, etiam hi,
qui in vnam rem tantùm ſuccedunt. l. 1. §. in lo-
cũ ſucceſſiſſe accepimus ſiue per vniuerſitatem,
ſiue in rem ſit ſucceſſum. ff.quorum legat. & l.fi.
2 ff.de excep. rei iudi. † quia qui omne dicit, ſicut
in d.l.hæredis. dicitur, cùm ibi ſubiungatur ver-
bum, omnes, nihil excludit. l. à Procuratore. C.
man.l.Iulianus.in princ.ff. de leg. 3. Si igitur hæ-
redes particulares appellatione hæredis ſimpli-
citer prolati comprehendantur, tales filiæ, licet
particulariter inſtitutę,conditionem facient de-
ficere.hoc tenet expreſsè Spec. in tit. de teſt. in
§.imprimis. verſic. pone Ludo. inſtituit, &c. vbi
b ponit quæſtionem ſequentem, *b* Ludo. inſtituit,
&c. filios ſuos, & rogauit. C. vt ſi decederet ſine
liberis, portionem ſuam reſtitueret B. fratri ſuo,
ſi viueret,& ſi nõ viueret,eius hæredibus,Primo,
B. deceſſit duobus filiis maſculis relictis, quos
hæredes inſtituit vniuerſales, ac vna filia relicta,
quæ hæres particularis fuit inſtituta in decem,
quibus iuſſit eam eſſe contentam, deinde mori-
tur C.ſine liberis. & ita locus eſt fideicommiſſo.
filia quæ fuit hæres particularis, petit tertiã par-
tem portionis C. ratione fideicommiſſi. filij fra-
tris ſui ſe opponunt & dicunt, quòd ipſa non eſt
hæres eorum patris, ſed legataria. Quæritur v-
trum bene dicant. Finaliter formatis diuerſis ra-
tionibus pro & contra, determinat ipſe Specul.
quòd filia eſt admittenda, fauore vltimæ volun-
tatis:quia quando pater facit mentionem de hæ-
redibus, videtur ſenſiſſe de liberis. Et pro iſta
parte format duas quæſtiones ibidem. Et ita fuit
iudicatum in hac Curia Parlamenti ſuper pro-
ceſſu dominæ de Spina, & Nobilis Loyſiæ ſoro-
ris ſuæ,nunc vxoris Nobilis Claudij de Area,ha-
bito cõtra Procuratorem fiſcalem ad cauſam te-
ſtamenti Domini Gulielmi de Agonto, Domini
quondam Saornonis, & teſtamẽti Domini Ray-
mundi eius filij ac hæredis, qui domin. noſtrum
Delphinum, ac dominum Epiſcopum Dienſem
hæredes inſtituit vniuerſales, dictis ſuis filiabus
hæredibus particulariter inſtitutis. Pro quibus
filiabus fuit pronunciatum & ſententiatum in
dicto Parlamento. ¶ De materia, ſi inſtitutus in
re certa habeatur loco hæredis, vide plenè Cyn.
in l.fi. C. de edicto diui Adria. tollen. & in l.quo-
ties.C.familiæ erciſ.

*a* ¶ Hæredes particulares. *Tamen propriiſſimè loquendo, is dicitur hæres, qui eſt hæres re & nomine: non qui eſt hæres ex re certa. Ita voluit Alexand. in l.cum ſpeciali. in vltima colum. circa princip. C. de teſta. licet largiori modo loquendo appellatione hæredis, veniat etiam hæres in re certa inſtitutus, & hoc impropriè: non tamen propriè, vt idem Bald. in l. liberti. C. de operis liberto.*

b ¶ Quæſtionem ſequentem. *Iſtam quæſtionem in proprijs terminis format do. Io. de Imol. in l. ex facto. in 4. col. in verſ. item attende. ibi, vbi tra.*

## QVÆST. CCCCLIX.

SVMMARIVM.

1 *Hæres vniuerſalis debet declarare & palam, & nominatim. Et quid de particulari. num. 2.*

1 a HÆres vniuerſalis, debet à teſtatore palàm † nominari, & inſtitui nominatim. a l. iubemus. C. de teſta. & l. hæredes palàm. in prin. ff. de teſt. & l. filiuſfa. miles. ff. de lib. & poſt. Modò ponamus, talis ſit inſtitutio particularis. Illis quibus
2 parentes mei relinquerent, tum quibus † de iure teneor relinquere, eiſdem relinquo iure inſtitutionis tantas ſummas, quas eiſdem relinquerent. &c. reperitur per teſtamentum maternum centum florenos fuiſſe relictos Titiæ auiæ maternæ, nunquid talis inſtitutio per neptẽ facta, dicetur valida, vel an auia materna dicetur præterita per neptem ſic teſtantem? Et credo quòd non dicetur præterita, & valebit teſtamentum, licèt auia materna nominatim non fuerit inſtituta, neque nuncupata: quia paria ſunt aliquid exprimere per ſe, vel per relationem ad aliud, de quo tamẽ conſtet & appareat. l. fin. in fi. C. de falſa cauſa adiecta leg. & l. 2. & 3. C. de ſen. quæ ſine certa quãti. profer. & l. ſi ita reſcripſero. ff. de con. & demon. & l. aſſe toto. ff. de hær. inſti. & facit l. ſi ſit. §. 1. ff. de legat. 1. Et eſt ratio, quia inſtitutio particularis æquiparatur legato. l. quoties. C. de hær. inſt. Ideò ſicut legatum poteſt fieri ac relinqui nutu. l. nutu. in princ. ff. de leg. 3. cum proponebatur. ff. de leg. 2. ita etiam inſtitutio particularis. Non obſtãt l. iubemus. & l. hæredes palam, ſuprà allegatæ: quia loquuntur in inſtitutione vniuerſali, quæ eſt caput, & fundamentum teſtamenti. Inſt. de leg. §. ante hæredis. hîc verò loquimur in inſtitutione particulari, q̃ ſimilis eſt legato, ſine quo vel quaſi bene poteſt fieri teſtamentum, & quod etiam ab inteſtato poteſt relinqui, ſicut iſta probatur in auth. ex cauſa. C. de lib. præt. vel exhæ. iuncto §. præterea. Inſti. de fideic. & iſtam ſolut. dat glo. in d. l. iubemus. licèt loquatur in legato. Et ſecundũ hanc partem vidi determinari in d. Curia Parlamenti.

a ¶ Nominatim. *Si iſtud eſt ſpirituale in inſtit. vniuerſali. vt not. in l. iubemus. C. de teſta. ergo in commune eſt in contrarium: vt l. ius ſingulare. ff. de Senatuſconſul.*

## QVÆST. CCCCLX.

SVMMARIVM.

1 *Donatarius hæreditatis, poſſitne conueniri actione perſonali à creditoribus hæreditariis.*
2 *Actiones effectualiter tranſeunt contra emptorem hæreditatis.*
3 *Legatum hæreditatis, quid importet.*
4 *Creditores an poſſint agere actionibus perſonalibus contra donatarium omnium bonorum.*

HÆreditas eſt nomen iuris. l. nihil. & l. hæreditatis appellatio. ff. de verb. ſig. Et continet in ſe debita & credita. Ita tenet gl. in l. hæreditatem. ff. de dona. & l. 2. C. de pactis. iuxta q̃d quæ-
1 ro, † Hæreditas aliqua legata eſt à teſtatore, vel donata, ſicut legari vel donari poteſt: iuxta d. l. hæreditatem. ff. de donationib. & l. cum filius. §. Lucio. ff. de leg. 2. an legatarius poſſit conueniri
a actione perſonali à creditorib. hæreditariis: a Et licèt videatur, quòd non, per l. fin. C. de hære. act. iuncta l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Treb. attamen dicendũ eſt, quòd ſic: poſtquam actiones ipſo iure tranſeunt contra legatarium, vel donatarium. Iſta eſt opinio Azo. poſita in d. §. Lucio. Pro cuius opinione, quam credo veram, eſt text. in d. l. 2. C. de pactis. quia ſi actiones creditoribus non competerent, ipſi ibidem eas mouere non potuiſſent, cùm nemo ſine actione experiatur. l. ſi pupil. §. videamus. ff. de negot. geſt. & l. quoties. §. item ſi temporali. ff. de admi. tut. Hoc verum intelligo,
b ſi vult ſponte ſubire b iudicium, ita quòd non opponat ſe non poſſe conueniri: vt in d. l. 2. C. de pactis. habetur expreſsè, aliter inuitus non poteſt cogi. l. 2. in fi. C. de hæred. vel actio. vendita. Iſtud
2 idem † voluit dicere Iac. de But. dum ſummãdo, dicit actiones effectualiter tranſire cõtra emptorem hæreditatis. Et iſto modo iura prędicta limitantur & intelliguntur, quod eſt notabile. Non obſtat l. fi. C. de hæred. acquir. & §. ſi hæres. ſuprà alleg. quia ipſa iura loquuntur in legato fundi: vel alterius rei particularis. hoc apparet ex tenore d. §. ſi hæres. vbi de fundo fit mẽtio: per quem §. gl. voluit ponere caſum in d. l. fi. quod tamẽ ſe-
3 cùs eſt in † legato hæreditatis. quod eſt nomẽ iuris, & importat damnum, & lucrum, cõmodum, & incommodum, debita, & credita: vt iurib. ſuprà alle. iuncta l. 2. §. ſicuti. ff. de hære. vel act. vendita. & vide in materia iſta, quæ notabiliter ponit Bart. in d. §. Lucio. & l. cùm pater. §. menſe. ff. de legat. 2. & in d. l. hæreditatem. Vna alia limitatio ad d. l. 2. de hæred. vel actio. vend. & ad d. l. 2. hæreditatem. ponit ibidem gloſſ. & Bart. quære ibi vide. & hæc notentur: quia ſunt ſatis ſingularia, & nõ reperies ita alibi collectum. vide de hac materia per Ioan. Ferrar. in tit. forma libelli pro
4 legato rei ſingularis. ¶ † Sed an contra donatarium omnium bonorum poſſint agere creditores actionibus perſonalibus: vide quæ dixi ſuprà, q. 105. An appellatione hæreditatis, legata, & fideicommiſſa contineantur? Dic quòd non, vt in l. Si Titius. ff. de leg. 2.

a ¶ Creditoribus hæreditariis. *Vide dom. Odofr. in l. 2. in ver. item nota. C. de pact. & dom. Paul. de Caſtr. in l. hæreditatem. 1. col. ff. de dona.*

b ¶ Sponte ſubire. *Et tunc non poterit vlterius cum effectu conueniri hæres propter tacitum pactũ, factum inter*



*ipſum & creditores. Et hoc limita eſſe verum, niſi emptor ſeu donatarius hæreditatis eſſet non ſoluendo, & creditores illius fuiſſent inſcij: vt tenet dom. Alexand. poſt dom. Rich. & Salyc. in l. poſt venditionem. in vltima quæſt. C. de pactis. & ibi dominus Odofr. in verſi. ſed denuo quæritur.*

## QVÆST. CCCCLXI.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas, verbũ, an reſtringatur per verbum, bona, copulatiuè iunctum.*
2 *Hæres an quis poſſit inſtitui in re propria.*

1 VTrum verbum, hæreditas, † reſtringatur per verbum, bona ſibi per copulatiuam, &, copulatum, vel declaretur? Dic quòd non, ſed pro vno, & eodem ſubiecto hæreditario ponuntur. l. cogi. §. ſed ſi miles. verſic. & quamuis. ff. ad Trebell. quod facit ad quæſtionem, teſtator legauit
a hæreditatem & bona, a quæ & quam habet in tali loco, vtrũ haberi debeat reſpectus ad verbum, hæreditatẽ, propter ea, quæ habentur in l. ſi quis ſeruum. §. fin. ff. de legatis primo. vel ad verbum, bona propter. l. ſubſignatum. §. bona. ff. de verb. ſignific. Et dic quòd pro vno & eodem ſubiecto capi debet. Et habetur reſpectus ad verbum, hæreditatem. vt probat dictus verſic. & quamuis. & vide, quod ponit Barto. in l. cùm filium. §. Lucio. ff. de legatis ſecundo. de quo §. Lucio. & eius materiã tetigi ſuprà in præced. quæſt. quia illa quæ-
2 ſtio ab iſta, & econuerſo dependet. † Sed vtrum quis poſſit hæres inſtitui in re ſua propria? Dic quòd non. l. proprias. C. de leg. Et hoc propter rationem poſitam in §. ſed & ſi rem. inſtituit. eodem tit. facit, l. cùm quis decedens. in princ. ff. de legatis tertio. Hoc etiam probat per diffinitionem hæreditatis. l. nihil. ff. de verborum ſignificatione. & l. hæreditas. ff. de regulis iuris. dum verbum habuit, ibidem ſubiunctum, dominium habet, & importat. l. habere. ff. de verbor. ſignificatione. & l. ſtipulatio iſta. §. habere. ff. de verborum obligationib. hoc idem probatur in auth. ingreſſi. de ſacroſanctis Eccleſiis. ibi, vt potè nec domini rerum teſtãtur. Et ita pluries vidi determinari.

a ¶ Hæreditatem & bona. *Inter donationem hæreditatis, & donationem bonorum, magna eſt differẽtia: altera enim vniuerſitatem, altera autem bonorum generalitatem ſonat. d. Paul. de Caſt. in l. hæreditatem. in ver. glo. quæ incipit. ff. de dona.*

## QVÆST. CCCCLXII.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio prorogata, an expiret per ſententiam Iudicis, cuius iuriſdictio eſt prorogata.*
2 *Procurator an poſſit prorogare iuriſdictionẽ ſine ſpeciali mandato.*

1 a VTrum † iuriſdictio ordinaria prorogata deſinat eſſe, lata ſententia. a adeò quòd ſi ſententia ſit nulla, quòd de eadem poſteà cognoſcere non poſſit? credo quòd non deſinat eſſe. & eſt ratio: quia iuriſdictio, quæ prorogatur, non alteratur, nec mutatur: ſed ſolum recipit ampliationem, quæ ampliatio non alterat ſuam naturam, imò remanet talis iuriſdictio prorogata eiuſdem naturæ, cuius erat prius: ſicut in ſimili dicimus in donatione ante nuptias, quæ hodie ampliata eſt, & dicitur propter nuptias, nec propter talem ampliationem dicitur altera. l. fi. C. de don. ante nuptias. & l. inter ſocerũ. §. cùm inter. ff. de pact.
b dota. Idem tenet Paul. de Caſt. b in ſua repet. l. 1. ff. de iudi. Si ergo non deſinat, ſequitur quòd ipſe Iudex ordinarius, cuius iuriſdictio eſt prorogata, poteſt de nullitate ſententiæ iteratò cognoſcere & pronuntiare. Et ita vidi determinari in Came-
2 ra Concilij inter Dominos Parlamẽti. † An Procurator poſſit prorogare iuriſdictionem ſine ſpeciali mandato? dic quòd non, ſecundum Innoc. in c. de cauſ. extrà, de offic. deleg. & Pau. de Caſt. in dicta ſua repet. ¶ De materia prorogationis iuriſdictionis, an prorogans poſſit pœnitere ante lit. conteſt. & an Iudex, cuius iuriſdictio eſt prorogata, poſſit ſuam ſententiam mandare executioni, vide quæ dixi ſuprà, quæſt. 67.

a ¶ Deſinat eſſe lata ſententia. *Tu vide de hoc plenè per iſtum Conſ. 174. incip. circa proceſſum ventilatum. num. 2. ver. ad ſecundum, ſi dictum Conſilium.*

b ¶ Paulus de Caſt. *Qui dicit, quòd iuriſdictio prorogata, eſt eiuſdem naturæ cum prima, quam ordinarius habet inter ſuos ſubditos. ff. de iudi. l. 1. in princ. in 1. colum. verſic. in tex. ibi, cùm in ſuſ. & ibi, item quid ſi poteſtas.*

## QVÆST. CCCCLXIII.

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti illiciti ratione, non poteſt quis conueniri.*
2 *Iuramentum illicitum an poſſit quis reſpuere, propria authoritate.*

1 QVidam donauit † mihi domum ſuam, & iurauit donationem perpetuò habere ratam, & non contrauenire. Secundò, donauit tibi eandem domum, & iurauit pari modo: vtrum dictus donans poterit conueniri ratione iuramenti ſecundo loco præſtiti? credo quòd nõ, ex eo, quòd
a non eſt licitum. a de hoc vide text. in c. intellecto. extrà, de iureiur. & ibi Doctor. Idem tenet Specul. in tit. de contrahen. empt. & vendit. §. 3. ver. & no. Conſilium generale. & vide ipſum ibidem. ita vidi pluries inter nos in Camera Conſilij in diuerſis cauſis in Curia Parlamenti diffinitis
2 determinari. † An quis poſſit venire contra iuramentum illicitum, authoritate propria, non obtenta ſuperioris authoritate, vide Innoc. in c. ve-

nerabilem.in glo.ſuper verbo venire.extrà,de e-
b lect.Hen.Bohi. b in ca. ſi verò. extrà, de iureiur. Materiam iuramenti, vide pleniùs per Bartol. & Raph. Cumanum,in l.ſi quis pro eo.in prin.ff.de fideiuſ. & per Henr. de Bouenco in auth. ſacramenta puberum. C.ſi aduer.vend.in ſua not. repe. Et tetigi de iuramento ſuprà 190.quæſt.

a ¶ Non eſt licitum. *Et ideò non eſt ſeruandum: quia iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis 22. quæſtio.4.c.inter cætera. & c. ſeq. Et adde, quòd iuramentum contra votum eſt temerariũ. & ideò non ſeruandum. vt cap. curſus. & ibi plenè per Doct. qui Cle. vel vouen.*

b ¶ Henr.Bohi. *Qui ponit amplam & vtilem diſtin. in hac materia, quæ nõ eſt prætereunda ab aliquo iuriſconſulto. & not. quòd do. Henr. Bohi. iuriſperitus laudat valde do. Felyn. in c. cùm quidem. de iureiur.*

## QVÆST. CCCCLXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria illata vni de collegio, vel vniuerſitate, an ipſa vniuerſitas agere poſſit. & num.2.*

2 *Dominus qui poſſit agere pro vaſſallo aut ſubdito, cui illata eſt iniuria & num.4.*

1 VTrum † pro iniuria facta vni de collegio, vel vniuerſitate, poſſit agere ipſa vniuerſitas vel collegium.& videtur quòd non, per l.in tantum. §.vniuerſitas.ff.de in ius vo.& l.ſed & ſi hac.§.qui manu mittitur. ff.quòd cuiuſque vniuerſitatis.l. ſicut. Item, quia certæ perſonæ ſunt, quę poſſunt agere pro iniuria alteri facta: vt in l. 1. ff. de iniuriis.inſtit.eod.in princ.& iſta non eſt de illis.Nec mater agit pro iniuria filij: quia mater non habet eum in poteſtate. Nec dominus aget pro iniuria
a ſubditi.extrà, de priuil.in c.authoritate. a libr.6. In contrariũ videtur. Nam qui tangit membrũ, totum corpus tangit. ff. de fur. l. vulgaris. de pe. diſt.1.& ibi notatur. Tamen d.Old.de Laude, in
2 ſuis quæſtionibus. quæſt.63. tenet † quòd imò vniuerſitas poteſt agere, cùm habeatur loco domini. l. de iure. ff. ad munici. & C. de decurio.l. generali.li.10. Et poteſt petere, quòd fiat emenda ſubdito ſuo. 24. quæſt. 2. c. dominus. & notatur de ſen.excom.c.ſi Iudex.libr.6.Item ſi eſt talis actus, in quo contumelia reſpiciat vniuerſitatem, ipſa etiam poteſt agere nomine ſuo, vt d.l.1. facit quod not.Hoſt.de ſent.exc.c.vt famæ. & in ſum.eod.tit. §.ſed qualiter fiet hæc abſolutio. facit extrà, de fo.comp.c.2. & c. ſi diligenti. in fin. & de ſententia excom.c.cùm deſideres. & c. contingit.& quod ibi not. Inno. ita dicit d. Oldr. vbi
3 ſuprà. Pro † cuius opinione vltra alleg. per eum, facit bene, quia dominus ſi fiat iniuria vaſallo ſuo, poteſt agere actione iniuriarum, ſi in ſui fiat contumeliam, & cõtemptum.inſti.eod.in princ. & in conſtitutione Gregoriana.de elect.c.ſciant. vbi de hoc dicit etiam Spec.qui ſic tenet in tit.de iniu. §.1.ver. quid ſi fiat vaſallo, &c. Et ita fuit determinatum inter dominos de Parlamento, prout vidi. facit, etiam quia Epiſcopus ſine ſpeciali mãdato appellare poteſt pro vniuerſitate ſua vel ſubditis.in c.dilecto.prope prin.extrà,de appell. & dic vt ibi.quod putat idem Spec.de domino alicuius loci.ar.dictę decretalis.& c.conſuluit.eo.
4 tit.& 2.quæſt.6. c. non ſolent. Et † eſt ratio, quia
b factum ſubditi b tangit dominum, iſq; ſuo nomine appellare poteſt.ita dicit Spec.in tit.de app.§. 1.verſ. pe. Et facit ad præmiſſa quod ponit Cyn. in l.ſi non conuitij.in 4.quæſt.C.de iniur.Et tetigi de hoc ſuprà, quæſt.436. in verſic.19.

a ¶ In capitulo, authoritate. *Et ibi gloſſ. in ver. pertinent. Et hoc verum, quando iniuria tangit duntaxat ſubditum: ſecùs, ſi quoquo modo tangeret dicta iniuria dominum: vt not. dominus Pet. de Ancha. in præ. c. authoritate. in quarto nota. Dicitur enim quicquam factum in iniuriam domini, quotieſcunque grauatur ſubditus domino. Ioan. And. in vlt. gloſſ. præalleg. ibi, iniuriam domini.*

b ¶ Factum ſubditi tangit dominum. *Adde dom. Archi. in c. ad apoſtolicæ. in ſua gloſſ. hic videtur. de ſenten. & re iud. lib.6. Quod quidem ſanè intellige, prout tangitur in proxima apoſtilla præcedenti. in verſic. in c. authoritate.*

## QVÆST. CCCCLXV.

SVMMARIVM.

1 *Actio iniuriarum, aut re aut verbis, vt, Tu mentiris, ſaluo honore tuo.*

1 EX iniuria re † aut verbis illata, ſicut inferri poteſt, iuxta l.1. §. 1. ff. de iniur. ſtatim quæritur actio iniuriarum. l.ſi vnus. §. ſed & ſi pactum. & ibi bon⁹ text. ff.de pec.tenet gl.in §.fi.inſtit.de iniu.quæ iniuria non conſentiente iniuriato per aliquem actum, iniuria non poteſt ſubmoueri, vt tenet glo.in d.§.& videtur text.in l.ſi tibi.§.quædam.ff.de pact.& dicit Bart.quòd verbum, iniurioſum præcedẽs, declarat voluntatem iniuriantis de eſſe, in reſeruatione ſubſecuta. Quod eſt contra illos, qui dicunt alicui, mentiris, ſaluo ho-
a nore a tuo: credentes per talem reſeruationem ab iniuria excuſari, quòd non eſt verum. ita dicit Barth.in l.ſi quis extraneus. in prin. ff. de acquir. hær. Ita etiam ibidem dicunt Cyn.& Rayn. quòd bene probat d.l.ſi quis extraneus.in prin. ſi bene inſpiciatur. Ita vidi determinari in d. Curia Parlamenti.vide in 74.Conſil.meorum.

a ¶ Saluo honore. *Vide Spec. in tit. de aduoc. §. iam nunc videndum eſt. verſic. hoc tamen caueat.*

## QVÆST. CCCCLXVI.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica an poſſit detrahi, pro re particulari, reſtitutioni ſubiacente.*

Pater



1 PAter filiam pupillam hęredem particulariter inſtituit in mille † florenis, eidem matrẽ ſuam pupillariter ſubſtituit, quam matrem per fideicõmiſſum rogauit, poſt eius deceſſum reſtituere dictos mille florenos, nunquid matre mortua (in cuius perſonam ſibi locum vendicauit ſubſtitutio) hæres ipſius poterit quartam Trebelliani-
a cam a detrahere? dic quòd non. nam ſi portione hæreditatis (quod eſt nomen iuris) legata prout legari poteſt, vt dixi ſuprà, quæſt.460. in prin. nõ ſit locus detractioni quartæ. vt l.mulier. §.fi.ff.ad Treb.iuncta l.quoties. C. de hæred. inſtit. multò minus debet eſſe locus detractioni, quando legitima eſt relicta: in qua non veniunt actiones hæreditariæ cum deductis ære alieno, & funerũ impenſa debeatur.l.Papin.§.quarta.ff.de inoff.teſt. hoc etiam probatur. Nam omnibus bonis relictis, locus eſt detractioni.l.nam quòd. §.fin. cum l.ſeq.ff.ad Trebell. Quòd tamen ſecùs eſt, ſi pars bonorum legetur.l.ſi ſeruum. §.fin.ff.de legat.2. Nec pro quantitate, vel re legata, poteſt quis cogi hæreditatem adire.l.cogi. §. generaliter. ff. ad Trebell.& ita vidi iudicari in d.Curia Parlamenti.Et de hac materia, an inſtitutus in re certa, poſſit detrahere quartam Treb.tangit Bald.in auth. ſed cùm teſtator.C.ad l.Falcid.

a ¶ Trebellianicam. *Hæres ex re certa grauatus illã reſtituere non detrahit Trebellian. ſed hæres vniuerſalis tantum: ſecundum d.Pan.in c.Raynutius.de teſt. in vlt.col.verſi.vnum tamen notabis. & ibi ſubdit, quòd hæres vniuerſalis non ſolùm intelligitur is, qui eſt hæres inſolidum: ſed etiam qui in certa quota hæreditatis.*

## QVÆST. CCCCLXVII.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio facta perſonæ incertæ, an valeat.*

1 TEſtator † in teſtamento ſubſtituit hęredi ſuo proprium filium naturalẽ & legitimum maſculum dicti ſui hęredis, quem voluit eius cognomen & arma portare. Contingit in facto, quòd dictus hæres deceſſit ſuperſtitibus duobus filiis naturalib.& legitimis. Modò quæritur, quis iſtorum dicetur proprius, qui ad ſucceſſionẽ debeat admitti, vel an vitietur dicta ſubſtitutio, propter incertitudinem. Et videtur, quod vitietur pro-
a pter incertitudinẽ. a iuxta §. in certis. ibi, fideic. inſt.de legat.& l.duo ſunt Titij.ff.de teſta. tute.l. in tempus.§.1. ff. de hære.inſt. Crederem tamen hanc ſubſtitutionẽ valere, cùm incertus decertis videatur ſubſtitutus, iuxta l. vnum ex fratrib. ff. de cond. inſt. l. quoties. §. ſi quis ita.ff.de hær. inſt.l.2.§.ſi ita.ff. de bon. poſſ. ſecundum tab. Et ita videtur tenere Bar.in l.quædam ita.ff.de reb. dub. Nec obſt.d.§.in certis.& l.tempus. §.fin.de teſt. quia loquuntur, quando relictum eſt incerto de incertis. Modo ergo, ſi valuit dicta ſubſtitutio, videtur quòd ambo liberi debeant admitti ad dicta bona, poſtquam duo reperiuntur filij, ita quòd ſingularitas in pluralitatem reſoluatur, conſiderato quod de eorum fauore agitur, ſicut in ſimili.in l.ſi quis ita. §. ſi quis filio.ff.de teſt.tuto.& l.qui filiabus.§.1.ff.de leg.1. Attamen conſiderata voluntate teſtatoris, qui voluit dictũ proprium filium arma ſua & cognomen portare debere, ſicut in teſtamento cõtinetur, eſt veriſimile ipſum teſtatorẽ intellexiſſe de vnico tantùm. & ita de primogenito. hoc rectè probatur in ratione l.eum, qui calẽdis.ver.ſi autem. ff. de verb. obl.l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verb. ſig. l. hæc conditio.la 1. ff. de cond. & demon. vbi verba in contractu vel teſtamẽto ſimpliciter vel indefinitè prolata, reſpectu alicuius rei vel actus, in dubio intelliguntur de primo. & ita vidi determinari in diffinitione cuiuſdam proceſſus diffinitiui in d. Curia Parl. ¶ De filio & primo nato & eius prærogatiuis, vide plenè per do.Mar.de laude, Doct. nouiſſimũ, in ſuo tract.de primogenitura. De primo nato etiã ſcripſi infrà, q.505.& q.506.de mandato, quod dirigitur incertæ perſonæ, vide plenè per gl.& Bar.in l.ſi pupilli.§.1.ff.de neg.geſt.

a ¶ Incertitudinem. *An incertitudo perſonarum vitiet, vide doc. in l.id quod pauperibus. C.de Epi.& Cle. & Doct. in c. cùm tibi. extrà, de teſt.*

## QVÆST. CCCCLXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Maritus an faciat fructus ſuos, de fructibus rerũ paraphernalium.*

2 *Fructus induſtriales, ſunt cõmunes marito & vxori.*

3 *Fructus reperti in hæreditate, an adueniente ſubſtitutione compendioſa debeantur & peti poſſint.*

4 *Mulier poteſt habere bona triplicis conditionis.*

5 *Paraphernalia vnde dicantur.*

6 *Bona quænam ſint in dominio vxoris.*

1 DE fructibus rerum † paraphernaliũ, an mari-
a tus faciat fructus ſuos? a dicunt Cyn. Odof. Io.Fab.& Bal.in l.fi. C.de pact.cõuent.quòd fructus naturales, prout ſunt poma & ſimilia, quæ ſine miniſterio & labore annuo hominis veniunt, ſunt vxoris, nec maritus eos lucratus, & ſic intel-
2 ligunt gl.ibid.in d.l.fin.poſitam. Fructus † autem induſtriales ſunt communes vxori & marito, ad ſimilitudinem vſurarum pecuniarum paraphernaliũ, quæ omnes ſunt mariti & vxoris: quia mariti induſtria ac expẽſa acquiruntur, vt d.l.fi. Dominus Albericus de Roſate in d.l. fi. refert quòd Dominus Thomas piperati, Doctor Bono. hanc quæſt. diſputauit, & finaliter tenuit, quòd nulla eſt fienda differentia inter fructus naturales & induſtriales: quia circa induſtriales maior labor verſatur: circa tamen naturales etiam labor verſatur, præſertim conſeruando & colligendo. l. à patre, vel à domino.§.fi.ff.de pet.hęr. Vnde indiſtinctè loquendo quò ad fructus naturales & induſtriales, ipſe diſtinguit. Aut tales fructus extant, & ſunt reſtituendi, ar.l.ſi ſtipulata. §.1.ff.de

Bb 3 don.

don.inter vir. & vxor. pro quo quia d.l.fi.de pac.
conuen.loquendo de vſuras paraphernalium re-
rum quòd ſunt communes vxori & marito:vide-
tur negare de fructibus. Nam fructus & vſura in
multis differunt.l.ſi nauis. ff.de rei vend. l. ſi poſ-
ſeſſor.ff.de peti.hær.& in l. in fideicommiſ. ff. de
vſu. & no. in l.1. C. de cond. inde. & iſtud probat
expreſsè. l.pen. circa princ. ff. ad legem. falc. ibi
dum dicit,apud maritum reſediſſe cõſtiterit,&c.
Aut ſunt tales fructus conſumpti, & tunc ſi ma-
ritus percipit contra voluntatem vxoris,ipſi ſunt
reſtituendi ſeu ipſorum æſtimatio.l.de his. C.de
donat. inter vir. & vxor. & l.aduerſus. C. de cri-
mine expilatæ hæredita.Aut percipit, quia vxor
ei donare voluit, & tunc tenetur quatenus facta
eſt locupletior.ar. d.l.de his. Do. autem Old. de
laude, tenet quòd qa maritus eſt bonæ fidei poſ-
ſeſſor, ex quo voluntate vxoris ea non contradi-
cente poſſidet, quod de conſumptis nõ tenetur:
ſiue loquamur de naturalibus, ſiue de induſtria-
libus.arg.l.certum. C. de rei vend. & pro hoc al-
leg.l.deducta. §. qui poſt tempus. ff. ad Trebell.
inſt.de re.diui. §.ſi quis à non domino. Iacob. de
But.in d.l.fi. C.de pact.conuen. expreſsè & indi-
ſtinctè ſtat cum gl.videlicet,quòd fructus rerum
paraphernalium ſunt vxoris. quæ gloſſ. hoc dicit
in l. vbi. C. de iur. doti. ibi, ſic ergo fructus, &c.
Do.verò Bar.mouet iſtam quæſtionem in l. pen.
ff.ad legem Falc.reducendo autẽ iſtas opiniones
ad cõcordiam, diſtinguit. Aut fructus talium re-
rum per maritum percepti extãt, & debent mu-
lieri reſtitui. l.ſi ſtipulatus ſum.ff.de donat. inter
vir. & vxo. Aut ſunt conſumpti: & tunc aut per-
cepit cõtra voluntatem vxoris,& idem: quia de-
bent reſtitui aut ſaltem æſtimatio. l. de iis. C. de
donat. inter virum & vxo. Aut maritus percepit
de voluntate vxoris, & tunc ſi ſunt induſtriales,
maritus partem in eis lucratur: ſicut blada, vi-
na,& ſimilia. d.l. fin. C. de pact. conuen. nec ob-
ſtat d.l.fi.ad leg.fal. quia quando dicit quòd ma-
ritus, teneatur de fructibus reddere rationem,
verum eſt.Rationẽ autem ſic reddet: quia dicet
fructus nõ extare:ſed eſſe conſumptos:& ſic non
tenebitur ad reſtitutionem, per iam dicta. Aut
ſunt naturales,tunc tenetur maritus eos reſtitue-
re,inquantum eſt locupletior.l.ſi ſtipulata.§.1.ff.
de don. inter vir. & vxor. Si autẽ maritus non eſt
factus locupletior,quia fructus per eum percepti
ſunt pauci. tunc non tenetur reſtituere. l. omni-
no.ff.de impen.in re.do.fac.& l.ſi id quod. §.1. &
l.vtrũ negotium.ff.de do.inter vir. & vxo.& hæc
opi.fuit Mar. & ſecundũ hanc di.Bart.& Mar.ſil.
tanquã veriorem vidi iudicari. & pro iſta opi. fa-
ciente differentiam inter naturales & induſtria-
les,videtur mihi,quòd ſit tex.quem nõ alle. doc.
prædicti,in l. fructus. ff. de vſur. vbi caſus expreſ-
ſus, quòd maritus percipiendo fructus ex re vxo-
ris ſibi donata,vnde donatio nõ valuit,facit ſuos:
non autem naturales,ſicut nec cæteri bonæ fidei
poſſeſſores. & tamẽ ibi percipiebat de voluntate
expreſſa vxoris, & tamen naturales nõ facit ſuos.
& ita eſt ibi caſus. Sed iuxta hæc quæro,an cenſus
& reditus ſint fructus naturales, vel induſtriales?
vide per Cyn. in l.certum. C. de rei ven.& in d.l.
fi.C.de pac.conuen.& Bar.in l.ex diuerſo.ff.eod.
3 tit. ¶ † Quæro vlterius, an fructus qui in hæredi-
tate reperiuntur vel inueniuntur,an aduenientẽ
ſubſtitutione compendioſa debeant,& peti poſ-
ſint? Dic quòd ſic.l.centurio. in fi. & ibi eſt caſus,
ff.de vul.& pup.ponit Bart.in l.precibus. C.eod.
tit.quæro, quid propriè ſint fructus. vide melius
quã alibi.in l.ſi à domino.in §.fin.qui incipit,fru-
ctus.ff.de pet.hær.cum l.ſeq.& l.1. C. de fruct. &
lit.expen.& Spec.in tit. de expen. in princ.iuxta
hoc quæro,mulier nubit viro,nullam dotem ſibi
cõſtituendo expreſsè, an bona ipſius vxoris cen-
ſeantur paraphernalia? Dic quòd non: ſed dota-
lia in dotem tacitè conſtituta, ſi interueniat tra-
ditio: aliàs non. Sic intelligitur quod not. in l.
mulier bona. ff. de iur. do. & ex hoc ſequitur a-
liud,quod nomina debitorũ, quia nõ traduntur,
ſed ceduntur,non præſumuntur in dotem dari.l.
fi.C.de pac.cõuen. & l.fi.C.de rep. Ita tenet Bal.
in c.1. an mari. ſuc. vxori in beneficio. in feudis.
4 † Et circa hanc materiam ad maiorẽ euidentiam
ſciendũ eſt, quòd mulier poteſt habere bona tri-
plicis conditionis. quædã enim ſunt bona dota-
lia: quædam verò bona paraphernalia: quædam
autem ſunt bona propria mulierũ, ſuo regimini
tantum reſeruata. Bona paraphernalia ſunt illa,
quæ ipſa vxor tempore quo inducitur in domum
mariti,ſecum defert, & in quibus adminiſtratio-
b nem concedit marito tacitè,b vel expreſsè:vt ha-
betur in l.hac lege.& in l.fi. C.de pact.conuen.&
5 in l.ſi ego. §. dotis. ff. de iu. do. Et † dicuntur pa-
raphernalia,à παρὰ, quod eſt præter, & φερνή, quod
eſt dos,quaſi bona data, præter dotẽ,vt not.Azo,
in ſum.C.de iu.do.in prin.Bona autem,quæ non
ſunt paraphernalia nec dotalia, appellantur illa,
quæ mulier habet omnino ſeparata à viro, & in
ſuo regimine ac dominio reſeruata, vtputa ſibi
data,vel ex ſucceſ.delata,vel aliàs,de quib.loqui-
tur l.maritus,cùm ibi not. C.de Proc. Et conſtat
de hoc per veras probationes, alioquin in dubio
præſumuntur perueniſſe ex bonis ſui viri, & per
conſequẽs deſinunt eſſe vxoris, & erunt ſui viri,
& eius hæredis,vt habetur in l. Quintus Mutius.
ff.de don.inter vir.& vxo.& in l.etiam. C. eo. tit.
huius autẽ præſumptionis ratio eſt, ne præſuma-
tur quæſiſſe turpi de cauſa,quæ turpitudo potius
6 eſt fugienda,quã præſumenda. † Sed quid ſi mu-
lier probat, quòd iſta bona habuit à ſuo amaſio,
vel ex turpi quęſtu rei,an ceſſabit d.præſumptio,
vt remaneat in eius dominio? Io.Ferr.doc.nouiſ-
ſimus, in tit. de forma libel. quo vxor agit ad do-
tem.in gl.ſuper verbo,tanquã bona paraphena-
lia,&c.putat,quòd ſic:non datũ mulieri ex cauſa
turpi,fit ipſius mulieris.l.deniq;. §.ſed quod me-
retrici.ff.de cond.ob tur.cau.& l.2. & l.mercalẽ.
C.de cond.ob tur.cau. confirmat hunc tex. in d.
l.Quin-



l.Quintus.ſumpto ar. à ratione ceſſante. vlterius
vbi dicit Io. Ferr. quòd fructus rerũ paraphena-
lium cedunt lucro viri: ſi vxor tacitè vel expreſ-
sè conceſſerit viro adminiſtrationem:aliàs ſecùs:
vt habetur l.fi.C.de pac.cõuen. Et latiùs ibi pro-
ſequitur hanc materiam Ioan.Ferr.
a ¶ Fructus ſuos. *Vide omnino d.Alex.in 5.vol.conſi.
144.in 2.col.verſ.circa ſecundum dubium.*
b ¶ Tacitè. *Videlicet per conſignationem inſtrumen-
to:arg.l.fi.cum gl.in verb. vſuras. & ibi do. Bald.C.de
pac.conuen.& l.maritus.C.de proc.*

## QVÆST. CCCCLXIX.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum tacitum,quibus verbis per teſtato-
rem prolatis inducatur.*

1 EX verbis ſequentibus per † teſtatorem prola-
tis, inducitur tacitum fideicõmiſſum. Primò
ex his, Prohibeo ne alienes extra familiã. aut Iu-
beo,in mea familia perpetuò manere. Vel,Peto,
ꝙ fundus de familia mea non exeat.l.peto. §.fra-
tre.& l.vnum ex familia. §. ſed ſi fundus. ver. ꝙ ſi
talia.ff.de leg.2.Item fit etiã in hæc verba. Peto à
te, ne velis recipere in cohæredem Titiũ in fun-
do Iuliano.l.Lucius.§.fi.ff.de leg.3.Itẽ ex his ver-
bis, facias peruenire ad filiũ tuum. inducitur ta-
citum fideicom.l.epiſtolã.§.fin.ff.ad Treb.Item
a etiã ex his verbis, Mando tibi non teſtari,a de his
quę tibi relinquo.l.qui filium.in prin.ff.ad Treb.
Item etiam inducitur tacitum fideicommiſſum
in perſonas maſculorum,excludendo filias, pro-
ut plenè dixi ſuprà,q.184.& q.299.& vide Bar.in
l.cum auus.ff.de cond.& demon.In fideicom.v-
niuerſali. vide quæ plenè dixi ſuprà, q. 303. Item
etiam per illa verba tacitus & cõtentus, ita quòd
nihil amplius petere poſſit,inducitur tacitum fi-
b deicommiſſum, b vt dixi plenè ſuprà, q. 93. circa
fin. ¶ Sed quæ veniant in fideicommiſſum vni-
uerſale.vide quæ plenè dixi ſuprà,q.303.
a ¶ Non teſtari. *Adde d.Bald.in marg.in verb.fidei-
commiſſum.in 9.ver.*
b ¶ Tacitum fideicommiſſum. *Quando teſtes &
Notarius rogantur tenere ſecretum,quod actum eſt.do.
Bart.in l.in fraudem.in prin.ff.de quib.vt indig.*

## QVÆST. CCCCLXX.

SVMMARIVM.

1 *Iugum quid.*
2 *Delphino debetur ab agricolis Delph. meſsis pro iugo
boum,an itidem debeatur pro iugo mularum,aut
aliorum animalium.*

1 IVgum † dicitur inſtrumentum ſeu artificium,
cum quo iunguntur boues. l.immunitates. gl.
ſuper verbo,iugatio.C.de agric.& cenſit. libr.11.
& de iugo boum habetur tex.in auth.de manda.
prin.§.coges.col.3. & in gl. fit mẽtio de iugo mu-
larũ. Sed inſurgit quæſtio, quot boues, ſeu quot
mulæ faciant iugum. Et reſpondetur ꝙ duo bo-
ues,ſeu duæ mulæ.tex.eſt expreſſus in l. ædiles.la
2.§.ſi fortè iugum mularum,&c. ff.de ædil.edict.
quod apparet, dum ibi dicitur, ſed ex vtriſq; erit
computandum,&c. Et ita etiam alterius mulæ,q̃
nõ eſt vitioſa.Sic ergo duæ mulæ faciunt iugum.
Patet,quia vendito iugo mularum,vna fuit vitio-
ſa, & alia non, vt ibi dicitur, & ſic non erant niſi
duæ mulæ. Hoc etiam magis declarat text. ibi,
dum dicit, cùm enim vno pretio vtræque venie-
2 rint,&c. ¶ † Sed iuxta præmiſſa quæro, homines
agricolæ qui pro iugo boum debent domino no-
ſtro Delphi.meſſem, an ipſi etiam debeant meſ-
ſem pro iugo mularum aut aliorum animalium?
credo quòd non,per l.boues.in princ.ff.de verb.
ſign. & ita dixi in Camera conſilij, dum ſuper his
altercaretur per magiſtros Cameræ cõputorum
Delphin.Sed fuit determinatum contrarium ea
ratione: quia meſſis debetur pro paſquerariis,&
mulæ paſquerant,ſicut boues igitur,&c.quia vbi
eſt eadem ratio,idem ius ſtatuendum eſt.l.illud.
ff.ad l.Aquil.cum ſimil.De iugis quibus ligantur
boues: vide tex.cum gl.in d.§.coges.

## QVÆST. CCCCLXXI.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumẽti copia extracta à proceſſu an fidem faciat.*
2 *Inſtrumentum productum, an debeat parti produ-
centi reſtitui.*

1 INſtrumentum eſt in proceſſu † productum iu-
dicialiter,& inſertum,quod inſtrumentum ex
poſt fuit deperditũ, nunquid ex tali proceſſu po-
terit extrahi tale inſtrumentum,& extractum fa-
a ciat fidem? a dic ꝙ ſic,vt tenet Bart.in l.chirogra-
phis.in prin.ff. de admi. tuto. & ſic debet intelli-
gi.l.fi.C.de fide inſtr.vt ibi dicit Bart.Et iſtud ob-
ſeruatur in Curia Parla.prout pluries vici. Regu-
lariter tamen copia inſtrumenti aliunde ſumpta,
fidem non facit,per c.1.extrà,de fid.inſtr. ſi enim
ſcripturam non videmus,ad exemplaria nihil fa-
cere poſſumus; vt ibi formaliter habetur. Facit
pro hoc, quia ſi nota inſtrumẽti non facit fidem,
vt not. Cyn.in l.contractus. C.de fid.inſtr.multo
minus debet facere copia: facit in auth.ſi quis in
2 aliquo documento.C.de eden. ¶ † Vlterius cir-
ca hoc quæro, de alia quæſtione, quæ quotidie
occurrit in hac Curia Parl.pars produxit iudicia-
liter in cauſa ſua aliquod inſtrumentum, vtrum
debeat ipſi parti producenti reſtitui? Dic quòd ſi
eſt ſpeciale ad illam cauſam,non debet reſtitui:ſi
verò ſit generale,vel contineat alia,quàm de his,
de quibus in ipſa cauſa agitur,ita quod alibi indi-
geat,debet ſibi reſtitui. Pro quo faciunt not. per
Spec.in tit.de inſtr. edit. in §.nunc dicamus.ver.
illud autem.& verſ.& ſcias.& in tit. de procur. §.
ratione autem formæ.verſ.fi.Et ideò de ſtylo hu-
ius Curiæ Parl. quæcunq; inſtrumenta parti pe-
tenti ſibi reſtitui: illis per partem ordinantur re-
ſtitui, viſis regiſtratis in proceſſu: niſi pars vellet
de falſò ciuiliter aut criminaliter redarguere.

a ¶ Faciat fidem. *Vide quo dicit d. Azo. in ſumma. C. de eden. in vlt. col. in verſ. acta autem. ibi, his tamen.*

## QVÆST. CCCCLXXII.

### SVMMARIVM.

1 *Coruata, quid, & vnde dicatur. num. 2.*

QVia, ſuprà quæſt. 217. tetigi de coruatis, prò latiori tamen declaratione huius materiæ, 1 † quæro, quid dicatur coruata. Dic, quòd nihil aliud videtur, niſi vna opera coadiuuans. ideò coruata 2 † deriuari dicitur, de coadiuuo, & eſt ꝓpriè coadiuuatio diurna, id eſt, vna operatio diurna. l. 1. de ope. liber. vbi dicit, quòd opera eſt vnum diurnum officium. Et intellige artificialiter, hoc eſt, reſpectu diei artificialis. l. 2. ff. de annuis legatis. iuncta l. 2. §. fi. cum ibi notatis p gl. ff. de verb. ſign. Quia obligatus ad operam ſeu coruatam, a eam præſtare debet de die, & non de nocte, a vt iuribus ſuprà allegat. niſi tamẽ obligatus reperiretur ad præſtandum de nocte: quoniã tunc hoc facere teneretur. l. duorum. ff. de operis liberto. iuncta l. ſi prius. in princ. ff. de aqua pluuiali arcenda. ita dicere videtur Bart. ſatis expreſsè in l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condict. indeb. in b 1. quæſt. Et iſtarum coruatarum aliæ ſunt b officiales, quæ ſine doctrina alterius ſciuntur: vt arare, fodere, ſecare, blada falcare, fœna recolligere, & ſic de ſimilibus. Et iſtæ ſunt merè perſonales quia à perſona duntaxat præſtantur. Aliæ ſunt artificiales, quæ cum doctrina alterius ſciuntur: vt eſt ſcribere, pingere, ædificia cõſtruere, & ſic de ſimilibus. & iſtę ſunt etiam merè perſonales. hoc probatur in l. legatis ſeruis. §. ſi ex officio. ff. de legat. 3. Aliæ ſunt operæ ſeu coruatæ, quæ ab animalibus, & pro animalib. fiunt, vt eſt ducere blada per aſinos, vel boues, chareare molas molendinorum, vel materias ædificiorũ, caſtri, aut fortalicij, & tales videntur merè reales: quia à rebus, hoc eſt, animalibus, præſtãtur. Aliæ ſunt, quæ ab hominibus & ſuis animalibus præſtantur in ſimilibus: vt quòd homo habens animalia, ipſe cum animalibus ſuis teneatur dominium adiuuare. Et tales dici poſſunt mixtæ: ſicut dicimus in ſimili materia munerum. l. munerum. in princ. & §. mixta. ff. de muner. & hon. iſta collegi ex his, quæ not. per Azo. in tit. de ope. liberto. & per Cyn. in l. liberti. C. eod. tit. & gloſſ. in l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condict. indebi. & quæ ibi not. per Bartol. & not. quia ſatis ſingulare, & occurrunt iſta ſæpiſſimè, prout vidi in iudicando in hac Parlamenti pro coruatis, quę de conſuetudine loco- 1 rum in hac patria præſtãtur domino noſtro Delphin. banneretiſq;, & aliis nobilibus per eorum homines, & ſubditos. De hac materia etiam plenè tetigi ſuprà, quæſt. 217. ¶ Sed iuxta hoc quæro, quidam qui tenebatur mihi ad coruatas, deceſſit ſuperſtitibus tribus liberis, qui diuiſim morantur: an quilibet ipſorum tenetur mihi tantas coruatas præſtare, ſicut eorum pater? Martinus de Fano, in ſuo tract. de hominiciis. quæſt. 5. mouet iſtam quæſtionẽ. & diſtinguit: ideò vide eum ibi plenè.

a ¶ Non de nocte. *Iſtud intellige verum, niſi caſu neceſſitatis. do. Bald. in rub. de oper. lib. & ibi dicit, quòd opera melior eſt de mane quàm veſperi.*

b ¶ Aliæ ſunt. *Vide dom. Bald. in l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de cond. inde. & ibi dom. Bar. & poſt eum do. Alex. Et idem do. Bart. in l. liberti. C. de operis libert.*

## QVÆST. CCCCLXXIII.

### SVMMARIVM.

1 *Negligentia multiplex.*

2 *Negligentia magna, dolo æquiparatur.*

3 *Manifeſtum dicitur, quod pluribus innoteſcit.*

4 *Reſtitutio in integrum, ex generali clauſula, ſi qua iuſta cauſa, &c. vtrum maiori negligenti conficere inuentarium infra tempus à iure ſtatutum dari poſſit.*

1 NEgligentia † alia magna. l. magna. ff. de verb. ſign. Alibi diſſoluta. l. ſi fideiuſſor. in prin. ff. manda. alia manifeſta. l. 2. C. de arb. tu. Alia lata, & eſt tex. de negligentia lata. in l. impuberibus. §. ſi fraus. ff. de ſuſp. tu. Et de negligentia eſt text. in l. ſi quos. C. de off. præf. prætor. orient. & Illyr. & in c. 1. §. præterea ſi quis. de ꝓhib. feud. alien. per Fede. de feu. col. 10. & §. præterea. inſtit. quib. mod. re contra obl. Vnde magna negligentia eſt, nõ facere, quòd omnes homines vel maior pars hominum communiter feciſſet in tali caſu. Et ſic a eſt lata culpa. a l. latæ culpæ. in princ. ff. de verb. 2 ſign. & no. in d. §. præterea. Quæ † lata culpa ſeu negligentia magna dolo æquiparatur. vt l. magna. ſuprà alle. Et ideò ſi quis reperiatur in tali magna negligentia, eius culpa ſeu dolus ſibi non debet patrocinari: nec in eius lucro cedere. l. 1. in princ. ff. de dolo. & c. 2. in fi. extrà, de do. & contu. Manifeſta in eo dicitur, quòd cauſatur ex rei euidentia. Caſus eſt in c. cum olim. in fin. extrà, de verb. ſign. ibi, aut euidentia rei, &c. vnde dicit Bart. in l. hæredes palam. in princ. ff. de teſt. quòd manifeſtum dicitur, quod pluribus innoteſcit. 3 ideò, † quando aliqua res pluribus innoteſcit, vt quia fit in audientia dictæ Curiæ Parl. vel in aliquo alio loco publico, inde ſequitur manifeſtũ, & quaſi notorio proximum. l. ſi pupillus. §. proſcrib. ff. de inſt. Et aduerte ad iſta, quia ſunt ſingularia, & alibi non reperies. Alibi etiam dicitur communiter, quòd negligentia omnia lædit. in auth. de quæſtore. §. fin. col. 6. Negligentia enim maiori non dat in integrum reſtitutio. l. non enim. & ibi eſt text. expreſſus in l. ſciendum. & l. ab hoſtibus. §. fin. ff. ex qui. cau. mai. Et eſt ratio, quia ad hoc vt maior in integrum reſtituatur, requiritur, quòd ſit læſus ſine culpa ſua atque facto. l. item hi. in princ. & §. 1. & l. ei quæ data opera. 4 cum l. ſe. ff. ex qui. cau. maie. ¶ † Quod facit ad quæſtio-



quæſtionem, vtrum maiori negligenti conficere inuentariũ infra tempus à iure ſtatutum, de quo in l. ſcimus. §. ſin autem dubius. & §. ſeq. C. de iu. delib. dari poſſit in integ. reſtit. ex clauſula generali, ſi qua iuſta cauſa, &c. Et credo, quòd non, maximè ſi in neglegẽtia magna, aut lata, vel manifeſta reperiatur: ſicut probant iura ſuprà, in prin. allegata. Et poteſt aſſignari vna alia talis ratio: quia ſi minori negligenti vel omittenti facere inuentarium infra tempus iuris, ſubuenitur iure ſpeciali in auth. de hære. & fal. §. pup. iuncta glo. colum. 1. ergo iure communi denegatur maiori: quia ſpecialitas in vno caſu præſupponit cõtrarium de iure communi in caſu conſimili. l. 1. in fin. ff. ad munici. ita vidi determinari in Camera conſil. dicti Parlamenti. ¶ De materia reſtitutionis in integrum aduerſus omiſſionem confectionis inuentarij in minore, vide quæ dixi plenè ſuprà, quæſtio. 141. cum aliquot ſequentibus quæſtionibus.

a ¶ Lata culpa. *Adde l. cedere diem. in fin. ff. de verborum ſignif.*

## QVÆST. CCCCLXXIIII.

### SVMMARIVM.

1 *Clericatus litera deperdita, an poſſit per teſtes probari, & gaudeat priuilegio clericali.*

DE materia priuilegij clericalis, qui debeant 1 † gaudere priuilegio clericali, & quis iudex debeat cognoſcere de habitu clericali, an iudex Eccleſiaſticus vel ſecularis: plenè tetigi ſuprà, q. 2 138. Sed † iuxta hanc materiam quæro, litera tonſuræ talis clerici eſt deperdita, an ipſe clericus poſſit petere, quòd ſumantur informationes per a teſtes? dic, quòd ſic, a ad ſimilitudinem veteranorum: & petere ipſum gaudere debere tali priuilegio clericali, in his, quæ ſunt à iure conceſſa. b l. ſi ſolennibus. b & ibi eſt notabilis textus. C. de fide inſtru. & eſt ratio: quia in examinatione literæ profeſſionis non fit ſtatus mutatio. l. ſtatum. C. eo. tit. nec veritati præiudicatur, vt d. l. ſi ſolennibus. & vide, quæ ponit Bart. in l. ſicuti. eod. tit. iuncto ca. cum olim eſſemus apud Peruſium. extrà, de priuilegiis. De hac materia etiam tetigi in apparatu meo, ſuper ſtat. Delph. Si quis per literas. in gl. 1. ſuper ver. per literas.

a ¶ Quòd ſic. *Et facit. quia ſcriptura non eſt de ſubſtantia eius, prout nec regulariter alicuius contractus fallit in caſibus not. in l. pactum quod bon. C. de pact. ita in ſimili. not. domin. Sali. in l. inſtrumentis. C. de fide inſtr.*

b ¶ Si ſolennibus. *Vide ibi Paul. de Caſtr. circa finem, quòd ſi quis geſſit ſe pro Doctore, & opponitur ei quod non eſt Doctor, & ſic incidiſſe in crimen falſi, poteſt ſe defendere, ſi per decennium fuit tentus & reputatus pro Doctore.*

## QVÆST. CCCCLXXV.

### SVMMARIVM.

1 *Libera poteſtas, libitum, licitum, licentia à teſtatore prolata verba quid importent, &c.*

2 *Teſtatoris verba ad hæredem ſuum, quòd faciat ad libitum, vel iudicium, vel beneplacitum, de bonis ſuis, quomodo illa verba capiantur.*

IN iure, & in teſtamentis plerunque reperitur a 1 ſcriptum verbum, licentia. a Et ideò † ſi teſtator det licentiam hæredi vel legatario aliquid faciendi, hoc importat arbitrium boni viri: patet, quia verbũ licentia deſcendit à verbo licet, quoniam tantum eſt dicere, quod licitum ſit, modò iſta verba, Si tibi videtur iuſtum, vel licitum arbitriũ boni viri importent. l. fideicom. §. quanquã. ff. de leg. 3. & l. ſi ſit. in prin. ff. de leg. 1. Reperitur quandoq; etiam libera poteſtas: & hoc importat b liberam voluntatem. b l. 1. in princ. ff. de teſt. mil. iuncta l. procurator cui libera. ff. de proc. Reperitur etiã iudicium tuum. Et hoc etiã importat liberam poteſtatẽ. l. Thais ancilla. §. Lucius. lo 2. ff. de fideicom. libert. Reperiuntur etiã quandoq; hæc verba, quibus voles, &c. & hæc etiam important liberã voluntatem. l. cum quodam. in princ. ff. de leg. 2. Secundò reperiuntur etiam quãdoq; hæc verba, ad voluntatẽ tuam, &c. Et hæc etiam important meram ac liberam voluntatem, q̃ inſtituti & ſubſtituti tenẽtur inſequi, etiã ſi iniqua exiſtat. Iſta ponit Bar. in d. l. cum quidam. Reperiuntur etiam quandoq; hæc verba, ad arbitrium boni viri. ita not. per Bart. in l. cum quidam. Reperiuntur etiã hæc verba, ſi iuſtum æſtimauerit, vel, ſi comprobauerit. & iſta etiam important arbitrium boni viri: vt d. l. ſi ſit. in princ. ff. de leg. 1. Reperiuntur etiam hęc verba, ad beneplacitum. & iſta etiam important liberã voluntatem. in c. ſi gratioſè. extrà, de reſcript. libr. 6. Reperiuntur quandoq; hæc verba, ad libitũ ſuum, &c. iſta important liberam volũtatem. Patet, quia verbum libitũ, deſcendit à verbo, libet, libebat, &c. quod verbum de ſe importat liberam voluntatem. de hoc eſt text. expreſſus, nec alibi reperi. in l. fideicommiſſa libertas, ita dari poteſt. §. quod ſi ita. ibi dum dicitur. Sed ita demum ſi totum in voluntate fecit hæredis, ſi ei libuerit, &c. ff. de fideicom. libert. & faciunt not. per Bart. in l. alio. ff. de 2 ali. & cib. leg. ¶ † Et iſta faciunt ad quæſtionem, quando teſtator ordinat, quòd hæres ſuus faciat ad libitum ſuum de bonis ſuis mobilibus vel pecuniis, ſeu ad beneplacitum vel ad ſui arbitrium. & ſic de ſimilibus. Qualiter talia intelligantur vidi in Camera conſilij altercari de intellectu & interpretatione dictorũ verborum. & finaliter poſt multa, fuit dictum, dicta verba debere ſic intelligi, prout ſuprà declarantur.

a ¶ Verbum, licentia. *Iſtud verbum, licentia importat arbitrium boni viri. Not. do. Bar. in l. 1. in 5. q. prin. C. de ſacroſan. Eccleſ. licet aliter videatur ſentire dom. Innoc.*

*Innoc.in c.cum ad monaſterium.circa fin.in gloſſ.ſuper verbo,licentiam.extrà,de ſtat.mona.*

b ¶ Liberam voluntatem. *Iſtiuſmodi voluntatis libertas reſtringitur cum bona fide.domin.Bart. in l.alio hærede.in 4.col.in verſic.quæro,an exhibitis. ibi,ſed ſi ponens.ff.de ali.& ci.le.*

## QVÆST. CCCCLXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Legitima filij,an debeat detrahi de regno, vel comitatu,vel ducatu.*

2 *Filius non poteſt quoquo modo priuari legitima: nec onus ſibi imponi.*

3 *Borbonij Dux, quomodo debeat ſuccedere in regno Franciæ.*

1 VTrum legitima † locũ habeat, & ſi poſſit de-
a trahi in regno,ducatu,aut comitatu, *a* vel a-
b lia tali dignitate: *b* dic quòd non: ſecundum Pet.
in titul.de ſucceſ.regni Fran.circa prin. in q.quæ
incipit. Sed quid,dum deceſſit ille Carolus. &c.
ver. nec quarta eſt debita &c. alle. no. in c.licet.
extrà,de vot.& vot.redemptione, & ibi gloſſ.or.
Inno.Hoſt.& Io.And.hoc ibi tenent: quia tales
dignitates, vt ibi dicunt Doct. ſunt indiuiſibiles,
& non recipiunt diuiſionem: vt dicit Pet.Ia.in ti-
tul.quibus cauſis do.debet perdere proprietatẽ.
in 5. diſ. primogenitus itaq; debet in tali dignita-
te in totum ſuccedere, niſi conſuetudo eſſet in
contrarium. vt dicit Bal.in c.Imperialẽ.in §.præ-
terea ducatus.de prohibita feudi alien.per Fede.
& idem no.glo.in c.ſi hæredes. extrà, de teſtam.
& in ſimili facit c.maioribus.de præbendis.idem
etiam tenet dom. Chriſtophorus de Caſtillione,
qui degebat adhuc in humanis tẽpore, quo ego
ſtudebam vltra montes,in quodam ſuo conſilio.
Et vna potiſſima ratio eſt, ne fiat demembratio
talis dignitatis, quia ſi aliter fieret, poſſet infra
paucos annos ad nihilum deduci.Et pro hac par-
te audiui dudum fuiſſe iudicatũ in proceſſu tunc
ventilato inter dominum noſtrum regem Caro-
lum quartum, ex vna parte: & dominum Ame-
deum Ducem Sabaudiæ ex altera,ad cauſam co-
mitatuum Valenn.& Dienn. quos comitatus de
præſenti habet & tenet dominus noſter Delphi.
Dico tamen,quod debet filio talis Regis,vel Du-
cis aut Comitis ſolui per hæredem vniuerſalem,
legitima ſaltem in pecunia, in qua poteſt legiti-
ma ſolui de conſuetudine Curiarum. vt dixi in-
2 fra,q.487. ¶ † Qua legitima quoquo modo non
poteſt priuari filius,nec onus ſibi imponi. Sed an
conſuetudo vel ſtatutum poſſit diminuere vel
c tollere legitimam. *c* vide Ray. de Sabanaco in l.
quoniam in prioribus. C. de inoff. teſt. in ſua re-
3 petitione.Et dixi in 131.conſil.meorum. ¶ † Sed
quia facio hîc mentionem de rege Franciȩ,quȩ-
ro de Duce Borbonij, quomodo debeat ſucce-
dere in regno Franciæ.vide Bald.in c.1.de feudo
Marchiæ,ducatus,comitatus.& ibi etiam in d.c.
habetur, quòd ducatus, comitatus, & marchio-
natus, ſunt dignitates. An verò valeat conſuetu-
do, quòd primogenitus ſuccedat, vide Mart.de
Laude in ſuo tract. de primogenitura. Et in 131.
conſil.meorum,& vide infrà,q.515.

a ¶ In regno, ducatu aut comitatu. *Tu vide hoc iſtum, conſil.131. incip.circa proceſſ.reuiſio.num.3. in verſ.ad tertium quæſitum.ibi,contraria ſententia.*

b ¶ Tali dignitate. *Quòd autem legitima non detrahitur de regno ſuo,opponendo do.Bald.in auth. hoc amplius. in verſic.oppono.& videtur.C.de fideicomm.& ibi aſſignat rationem,dicens, quòd eſt indiuiſibile: quia corona non poteſt diuidi. & rex ſignificatur per corpus ſpirituum ipſius coronæ,cuius figura deſtrueretur,ſi diuideretur in partes. iſta dignitas non diuiditur, ne minuatur authoritas dignitatis. alleg.c.de feud.marchio. colum.10.*

c ¶ Tollere legitimam. *Vide dom. Oldra.conſil.94. vbi tenet, quòd liberi non poſſunt in totum priuari eorum legitimis etiam per ſtatutum.*

## QVÆST. CCCCLXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Proprietarius,an vſufructuarius debeat laudare,vel inueſtire de re feudali,vel emphyteuticaria.*

2 *Laudemia cui debentur.*

3 *Commiſſum ad quem pertineat, ſi durante vſufructu res committatur.*

4 *Vſusfructus an finiatur, ſi vſufructuarius efficiatur monachus.*

5 *Monaſterium an habeatur loco filij: vt faciat deficere fideicommiſſum.*

VTrum proprietarius vel vſufructuarius de-
1 beat laudare, † vel inueſtire de re feudali,
vel emphyteuticaria? Doct. allegant tex. in l.fal-
ſus.§.fi.in fi.ff.de furtis quod proprietarius. & fa-
cit l.ſi quis mihi bona.in princ. ff. de acquir.hær.
idẽ tenet Pet. Heliæ, in tractatu ſuo de iure em-
phyteuticario.in quæſtione,quȩ mouetur de pa-
2 tre.& quis ipſorũ habeat laudare.† Sed ad quem
pertinebunt laudes & vendæ? Dic quòd ad vſu-
fructuariũ. Pro quo videtur tex. in l.vſufructu le-
gato.in primo reſponſo. ibi, & omnes obuentio-
3 nes. & c. ff. de vſufruct. ¶ † Sed ad quem perti-
neat commiſſum, ſi durante vſufructu res com-
mittatur? dic quod ad proprietarium: quia per
commiſſum fit conſolidatio vtilis dominij cum
directo: ſed vſufructuarius non eſt directus do-
minus: igitur, &c. Item commiſſum venit per
modum ſeparatum: vt in l.item ſi fundi. §. ſed ſi
inſula.ff.de vſufructu. quare,&c. Sed huic mul-
tum obſtat dicta l.vſufructu legato. §. 1. Solutio
ibi loquitur, quando per ſententiam: hic loqui-
mur, quando ipſo iure & in iſtis eſt differentia
magna: vt nota. Innocent. extrà, de reſtit.ſpo.
cap.accepta.in fi.& de conceſſi.præbend.c.cum
noſtris. & ſic ibi videtur habere ex ſua prouiſio-
ne: vt l.3.ff.ad legem Fal.ſed ſecùs, cum ipſo iure
fiat cõmiſſum. Et pro hoc in cap.felicis. §. ſi qua:
de pœnis.lib.6.vbi committitur Eccleſiæ,& non
rectori: quamuis rectores Eccleſiarum ſint vſu-
fructuarij. Præterea, ex natura cõtractus emphy-
teutici venit commiſſum, & ſic domino quæri-
tur,non fructuario,cũ quo non fuit contractum:
& ſic non obſtat in feudis. hic finit lex Federici.
§. vaſallus: quia ibi loquitur de his, quæ vſufru-
ctuarius acquirit ſua induſtria & prouiſione: hic
4 ſecùs,quando ipſo iure quæritur,&c. ¶ † Sed ſi
vſufructuarius efficiatur Monachus, an finiatur
a vſufructus? dic quòd non. *a* vt tenet Spec. in tit.
de ſtatu Monach.verſi.47. & Innoc. in c. in præ-
ſentia.extrà,de probat. Iſtam quæſtio, diſputauit
Bald.in c.qui clericus.in fin. ſi de feudo defuncti
controuer.fuerit. colum.10. tenet iſtam partem.
Et de hoc vide infrà,quæſt.595.& ibi plenè tetigi.
5 b ¶ † An Monaſterium habeatur loco filij *b* vt fa-
ciat deficere fideicommiſſum? Ludouic.Ponta-
nus dictus de Rom.in l.ex facto.ff.ad Treb.dicit,
c quòd ſic. *c* allegando authent. de ſanctiſſimis E-
piſcopis.§.ſed.& auth.niſi rogati.C.eodem.

a ¶ Dic quòd non. *Idem tenet dom. Bar.authent.ingreſſi.in vltim.col.in verſic. quæro quid ſi ingreſſus.C. de ſacroſanctis Eccleſ.*

b ¶ Loco filij. *Vide do. Bart. in authen.ſi qua mulier. in 2.col.in ver.quæro ergo primò. & in 5.col. in verſic. ſumus expediti. C.de ſac. ſanct. Eccl.*

c ¶ Quòd ſic. *Et iſtud videtur ſentire dom. Bart. in l. hære.§. Titius.in verſ.facit ad quæſtionem.ff.ad Treb. & in l.ſi ita quis. §.1.ff. de legat.2.*

## QVÆST. CCCCLXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Fructus percepti per aſcendentes, an imputentur in legitima.*

VTrum fructus per aſcendentes pręcepti im-
a putentur in legitimam? *a* & videtur dicen-
1 dum,† quòd ſic.per tex.in l.Papinianus.§.ſi con-
ditioni.ff.de inoff.teſta.nam in d.§.dicitur gene-
raliter,ꝙ fructus in Falcidia imputantur. ibi, fru-
ctus enim ſoluere in Falcidiam, &c. à qua gene-
ralitate excipiũtur duntaxat liberi primi gradus:
vt ibi per Bart.& Cyn. in additione. C. de inoffi.
teſta. in l.ſcimus. in 2.q.vide quæ habẽtur & not.
in l. in fideicommiſſoria. ff. ad Treb. Sicut enim
deſcendẽtibus debetur legitima in bonis aſcen-
dentium: Sic etiam aſcendentibus in bonis de-
ſcendentiũ.& poſſunt aſcendentes agere ad ſup-
plementum eorum legitimæ: ſicut deſcenden-
tes: vt eſt tex.in l.omnimodo.iuncta gloſſ. ſuper
verbo, perſonis.ibi dum dicitur, vel dic parenti-
bus,&c. C. de inoff. teſt. Nec in legitima aſcen-
dentib.debita poteſt aliquod grauamen imponi.
Ita ſentit gl.in l.quoniam in prioribus.eod.tit.ſu-
per verbo,de ſanctionibus. Et ita ſecundum has
concluſiones iudicatur in dicta Curia Parl. De
computatione fructuum, in hac materia etiã ſu-
prà tetigi,quæſt.296. ¶ De materia legitimæ fi-
lij, vide alias quæſtiones, de quibus tetigi ſuprà,
q.93.& 131.Conſil.meorum.

a ¶ In legitima. *Et quòd in legitima imputetur, facit, quia omnia legata facta filio, & alia quæcunque, ex titulo non oneroſo, computantur in legitima. l. etiam.§. penultim. ff. de bon.libert. per domin. Bartol.in l.ſi in quartam ff.ad l.Falcid. & in l.filium quem. C. famil. erciſc.& not. in l.quoniam Nouella. C. de inofficio. teſtament.*

## QVÆST. CCCCLXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Actione perſonali ſi agatur, an res quæ petitur, efficiatur litigioſa.*

2 *Actio an efficiatur litigioſa,reſpectu ſummæ, quæ peti non poterat: quia dies nondum venerat.*

3 *Res an dicatur litigioſa, per ſimplicem citationem.*

SVprà quæſt.337.ſcripſi de materia rei litigioſæ
1 in realibus. † Sed quæro,ſi agatur actione per-
ſonali, an res, vel ſumma, quæ petitur, efficiatur
litigioſa? Dic,quòd non.per l. quanquam. §.1. ff.
de aqua plu. arcen. ipſa tamen actio efficitur liti-
gioſa,per litis conteſt.in l.2.C.de litigioſis.Ita di-
cit ibi Bartol. Tamen dom.Innocent.tenet ſim-
pliciter, quòd per actionem perſonalem res non
efficitur litigioſa.in c.cum Mar.Ferrarienſis.ex-
trà,de conſtit.in gloſſ.ſuper verbo,reuocatis.cir-
ca finem.verſ. & generaliter. & etiam circa prin-
cip.ipſius gl.ibi,quia motio litis perſonalis.Idem
tenet Spec. in tit. de appell. §. nouiſſimè.verſic.
ſextus. & pleniùs in verſic. item quia contractus
litigioſi. cum verſic. ſeq. Idem tenet Innocent.
in c. dilecti. in fin. extrà, de except. vide Henri.
Bohic.in d.c.Martinus.in 4.diſtinct. De materia
rei litigioſæ, vide Ioan. Ferrarij in tit. libellus. in
actione reali. Modo pone: egi actione perſonali
contra te pro centum florenis, lite conteſtata
dono vel trado in ſolutum, aut lego Titio dictos
100. floren. qui Titius agit poſtea pro iſtis datis
vel legatis, aut in ſolutum traditis, contra te: v-
trũ poterit opponi ſibi de vitio litigioſi? videtur,
quòd ſic: vt d.l. 2. Credo, quòd iſti Titio com-
petat actio vtilis ſine ceſſione.l. ex legato. C. de
lega. & l. inſolutum. C. quando fiſcus vel priua-
tus.& l.illam.C.de dona.no.gloſſ.in l.2. de hære.
vel actio. vend. quæ actio vtilis eſt datiua & non
natiua.vt dicit gloſſ.in dict.l.ex legato. & l. 1. & l.
ex maleſi.§.hæres. ff.de action.& oblig.& l. fina.
C.quando fiſc. vel priuat. qua actione nunquam
egi contra te: quia mihi non competebat. Sed
ſolùm directa quæ oſſibus meis affixa, ab eis non
poteſt ſeparari. l.3. ff.pro ſocio. Et ideo non po-
teſt dici litigioſa: quia in iudicium nunquam
fuit deducta, nec erat in rerum natura, quando
egi. Sed à lege datur actio, mediãte tali donatio-
ne. Et ideò cùm nondum eſſet, non poteſt dici
effecta litigioſa. Et ita prima facie videtur mihi,
conſiderato etiam, quòd titulus de litigioſis, eſt
pœna-

pœnalis.l.fin.C.de litigioſis.ideò in ſuis terminis tenendus & reſtringēdus.in c.odia.extrà,de reg. iur.Et de hac materia rei litigioſæ,vide plenè per Pet.Iac.in tit. de re litigioſa. ¶ Sed quid ſi actum ſit,pro aliqua ſumma,quæ nondum peti poterat, quia dies non venerat, licet bene ceſſerat: iuxta
a 2 l.cedere. a ff.de verb.ſign. † Vtrum illa actio efficiatur reſpectu talis ſummæ litigioſæ? videtur q̄ non: quia verba cum effectu ſunt accipienda.l.1. ff. quòd quiſq; iuris. Et quia titulus de litigioſis, loquitur,quando actio intentata competebat, & poterat intentari,& in iudicium effectualiter deduci.l.2.& l.fin.eo.tit. quæ hoc bene probant, & cùm ſit pœnalis,reſtringendus & in ſuis terminis
3 tenendus.d.c.odia. ¶ † An per ſimplicē citationem dicatur res litigioſa,etiam ſi actor inſtrueret reum in citatione,ſuper qua re vult eū in iudicio trahere? dic,vt plenè dixi infrà,q.488.Pet.Iac.in tit.de litig.in ver.in ſumma,&c.tenet, q̄ in actione reali res efficitur litigioſa, per libelli oblationem,q̄ ſecùs eſt in actione perſonali,in qua antè, q̄ dicatur litigioſa,requiritur litis conteſt.vt ibi p̄ eum,& dixi ſuprà,in princ. præſentis quæſtio. Et ibi etiam vide. ¶ An per ſimplicem citationem dicatur lis pendere: & per citationem perpetuetur iuriſdictio: vide quæ dixi ſuprà, quæſt.286.

a ¶ Iuxta l.cedere. *Primo reſponſ.ibi,vbi in diem ceſſit dies nondum,&c.*

## QVÆST. CCCCLXXX.

SVMMARIVM.

1 *Conductor an poſſit repelli propria authoritate locantis finito tempore locationis.*
2 *Dominus ſi vendat domum pendente locatione, an emptor teneatur ſtare locationi.*
3 *Succeſſor vniuerſalis tenetur ſtare locationi ſui prædeceſſoris. Secùs de particulari. num.4. Et quid ita.num.5.*
6 *Res an poſſit auferri conductori, non obſtante hypotheca,ſoluendo ei intereſſe.*

1 LOcaui tibi domum meam ad duos † annos nunquid finitis dictis duob.annis poſſum tibi domum meam claudere? Bald.dicit quòd ſic, in c.1.de cōtro.inter domin. & vaſal. Et faciunt nota.per Inno.in c.1.extrà, de immuni. Eccle. facit c.potuit.extrà,de loca. & ita de antiqua conſuetudine ſeruatur in hac ciuitate Grationop.Licet videatur cōtrarium,per ea, quæ leguntur & not. in c.licet Epiſcopus.de præben. lib.6. & per Bal.
2 in l.2.C.ſi propter publicas penſitationes. ¶ † Sed quid ſi pendente,loērio dominus vendat domū: an emptor habeat ſtare locationi? dic quòd non,
a a vt in l.emptorem quidem.C.loca. ¶ Sed pone, quòd colonus ſibi prouidit: quia pro manutentione rei ſibi locatæ,fecit ſibi obligari omnia bona domini locantis, vel ſpecialiter illam rem lo-
b catam, b an hoc caſu emptor habebit ſtare locationi? dic q̄ ſic,ſecūdum Bart. in d.l.emptorem. & ſic habet conductor ius retentionis, donec finito termino locationis, vel donec ſit ſibi ſatisfactum de intereſſe ſuo, vt dicit Io.Ferr.in tit.forma libelli,quo agitur ad ficti præſtationem ſuper verbo,ſoluere neglexerit: & ibi dicit idem tene-
3 re Bart. in l.1. §. quod ait. ff. de ſuperfi. ¶ † Circa
c hoc c quæro, an ſucceſſor teneatur ſtare locatio-
d ni d ſui prædeceſſoris. Et pro dicendorum euidentia præmitto duas regulas. Prima, quòd ſucceſſor vniuerſalis,qualis eſt hæres vniuerſalis,tenetur ſtare locationi ſui prędeceſſoris.l.viam veritatis.C.loca.l.hæredis.& l.ex qua perſona.ff.de
4 reg.iur.Secunda † regula eſt,quòd ſucceſſor particularis nō tenetur ſtare locationi factæ per ſuū prædeceſſorem. l.emptorē. C.loca. Et ratio dif-
5 ferētiæ, eſt inter has duas regulas. † Nam ſucceſſor vniuerſalis repręſentat perſonam defuncti,& ad eum tranſeunt omnes obligationes actiuè & paſſiuè,pro parte,pro qua eſt hæres. l.cùm à matre.C.de rei ven.& gl.in l.2. ff. de præto. ſtipu.& eſt tex.in authen.de iureiu.à mo.præſti.in princ. Sed ſingularem ſucceſſorem non ſequitur obligatione perſonalis. Vnde licet auctor meus eſſet obligatus perſonaliter ad ſtatuendum locationi: hæc obligatio perſonalis, non ſequitur emptorē. l.1.§.ſi hæres præcepto fundo. ff. ad Treb. & hæc fuerunt de mente Bart.in l.ſi certius. §.fin.ff.de aqua plu.arcen. ¶ Sed hæc ſecunda regula fallit in 6. vel in ſeptem caſibus. Primò, in locatione facta ad non modicum tempus: quia per ipſam ſit tranſlatum dominium vtile in colonum: vt in re emphyteuticaria, tūc ſucceſſor tenebitur ſtare. Secundò fallit hæc regula, ſi colonus habeat ius hypothecæ in re locata: vnde ſi locator hypothecauerit omnia bona colono, pro manu tenēda locationē,ſingulari ſucceſſor cogetur ſtare locationi: quia ipſe colonus poterit vti iure retentionis iure hypothecæ. Tertiò fallit ſecundum Doctores: quando plenum ius non tranſiuiſſet ad ſingularem ſucceſſorem. l. in venditione.§.1. ff. de bo. autho. iud. poſ. ſecundum vnum intellectum ibi poſitum. Quartò fallit in fiſco, ne ipſe teneatur ad intereſſe.l.ſi.in fin.ff.de iure fiſ.& eſt ſpeciale in fiſco. Quintò fallit ſi conuentum eſſet inter ſingularem ſucceſſorem & actorem. vt ipſe ſingularis ſucceſſor teneatur ſtare colono.in d.l. emptorem. C.loca.& l.ſi merces. §.1.ff.loca. Sextò,ſi ipſe colonus feciſſet aliquas impenſas in re locata, quia ipſe colonus poſſet retinere, donec ſibi ſatisfactum eſſet de impenſis. Sed an mulier habeat ſtare locationi viri, ſolut. matr. vide plenè per do.Iaco.de Put.in l.filio. §. ſi vir. ff. ſolut.
6 matr. ¶ † Sed iuxta præmiſſa, quæro, quia ſuprà in 2. fallentia dixi, quòd conductor poteſt rem retinere iure hypothecæ, an ſoluendo intereſſe poterit ſibi auferri non obſtante hypotheca? do. Iaco. de Put. vbi ſuprà dixit, quòd poſſet teneri.
e quòd ſic. e quia illa hypotheca eſt acceſſoria ad actionem perſonalem: quia locator tenetur ad patientiam. & ſi non patitur, tenetur ad intereſſe. Sed dicit ipſe do.Ioan.de Put.quòd communis opi-



nis opinio eſt in contrarium, vt ſuprà dictum eſt in 2.fallentia. ¶ Sed quid de illo, qui emit cum pacto de retrouendendo, an debeat ſtari ſuæ locationi? vide dom. Iac.de Put.vbi ſuprà. Et quid in pacto legis cōmiſſoriæ vel addictionis in diem? vide ibi plenè per dictū Iac.de Put. ¶ Item,quid de fiſco, in bonis eius, cuius bona ſunt publicata, an debeat ſtare locationi? Dic,vt plenè per dictū dom.Iac.de Pu. ¶ An ſucceſſor ſingularis teneatur ſtare colono, ad vſum proprium? vide vbi ſuprà. ¶ An Prælatus teneatur ſtare locationi factæ per prædeceſſorem? vide Innoc.& Ioan.Andr.in cap.fina.extrà,ne Prælati vices ſuas. ¶ An Prælatus teneatur ſoluere debita ſui prædeceſſoris? vide Iacob.de Puteo,vbi ſuprà.

a ¶ Dic,quòd non. *Secùs eſt in fiſco, qui in hoc priuilegiatur,vt ſuus emptor teneatur ſtare colono, ne fiſcus teneatur poſtea ad intereſſe colono,vt oppo.dicit domin. Saly.in l.emptorem.in 5. oppoſit.C.loca.*

b ¶ Specialiter illam rem locatam. *Tu vide de hoc iſtum,conſ.129.inci.proceſſus fuit inchoatus.nu.3.ver. ad tertium.ibi,imò etiam poſſet dici.*

c ¶ Circa hoc. *Adde Bal.in l.emptorem.C.loc.& condu.& ibi per dom.Sal.*

d ¶ Stare locationi. *Vide Bar.in l.qui fundum.ff. loca. vbi dat conſilium & cautelam, qualiter conductor non poſſit expelli de locatione,etiam ſi bona vendantur: & etiam vt colonus rogatur ſtare in locatione.*

e ¶ Quòd ſic. *Vide domin. Sal. in l.emptorem. C. loc. & condu. prope finem.*

## QVÆST. CCCCLXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Literæ iudiciales, vt fidem faciant, quid requirant.*
2 *Principi quid aſſerenti in ſuis literis patentibus, an credi debeat.*
3 *Sigillum,quo literæ non apparent, non meretur dici ſigillum.*

a 1 b LIteris a † iudicialibus, ſi non ſint ſigillatæ b ſigillo conſueto, nō creditur. in c. ſignificauit. extrà, de appel. Item, ſi nō ſint ſignatæ ſigno Secretarij, vel Notarij ordinarij, l.in fraudē. §. quoties.lo 1.ff.de iure fiſc.hoc tenet & ponit Spec. in tit.de inſtru.edi. §.inſtrumētum publicum. verſ. item quod non eſt ſigillatum, &c. vide Bar.in l.ſi procuratorem.ff.de proc. ita quod vtrunque re-
c quiritur c in talibus literis, videlicet ſigillum, & ſubſcriptio Notarij Curiæ: nec alterum iſtorum ſufficit. Et iſta ſeruatur in hac Curia Parl. Delph. & in cæteris Curiis, tam ſpiritualibus, quàm tem-
2 poralibus præſentis patriæ Del. ¶ † Sed an alicui Principi in ſuis literis patentibus aliquid aſſerenti credi debeat? Vide quæ dixi plenè in tractatu per Gui.Papæ compilato, qui intitulatur, Tractatus reſcriptorū & clauſularum derogatoriarum & non obſtantiarum, in talibus reſcriptis Principum apponi ſolitarum. in ver. ſed iuxta præmiſſa quæro, an credi debeat. ¶ Sed an literis iudicialibus credatur? vide c. poſt ceſſionem. & ibi etiam gl.extrà,de prob.& vide gl.& Franc. de Zab. in cle.1.de proba. ¶ De materia ſigilli, quem effectū habeat, vide Bal.in extrauaganti ſua, quam ipſe gl.ſummauit, quę incipit, imperialis clementia,circa princ. ſuper verbo, ſigillo. ¶ De ſigillo, quod non eſt deputatum ad ſigillandum, vide
3 Bart.in l.quæ dotis.ff.ſolut.matr. ¶ † Sigillum, in quo literæ non apparent, non meretur dici ſigillum.in c.inter.extrà,de fid. inſtru. & tenet Fran. de Zab.in cle.2. ſuper 5. not. vt lite pendente nihil innouetur. ¶ De hac materia ſigilli etiam tetigi plenè ſuprà,q.175.& per Io.Andr. in c. cum à nobis.extrà, de teſtib.

a ¶ Literis. *An & quando literæ probent, not.per dom. Bald.& Doct.in l.non Epiſcop. C.de pa.*

b ¶ Sigillatæ. *Literis ſigillatis publico ſigillo cōmuniter creditur: alias non, niſi ſint approbatæ per aduerſariū. dom.Bar.in l.procuratorem abſentem.ff. de procur.vide Spec.de proba.§.3.ver.10.& ſequent.*

c ¶ Vtrunq; requiritur. *Creditur tamen literis Epiſcopi, ſolo ſigillo ſuo ſigillatis ſine tabellione, & teſtibus, in his, quæ ſpectant ad ſuum officium, ſi non procedat vt iudex.Ro.dec.22.in nouis.fuit dubitatum.*

## QVÆST. CCCCLXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus per Principem, an poſſit petere hæreditatem cū aliis fratribus naturalibus, & legitimis.*
2 *Legitimati à Papa, an cenſeātur legitimati ad temporalia.*
3 *Legitimatio, quid, & an retrohatur.*
4 *Legitimatio an habeat locum in filiis natis ex matrimonio legitimo.*
5 *Filij naturalis appellatione, legitimus, & non legitimus continetur.*

1 VTrum legitimatus † per Principē poſſit petere hæreditatem cum aliis fratribus naturalibus & legitimis? Hoſt.in Summa,in tit.qui filij ſint legitimi. verſ. quid ſi Imperator, tenet q̄ non. Vide ſuper hoc Ioan.in addit.Spec.qui hāc materiam plenè tractat in tit.de ſucceſ.ab inteſt.
a circa fin.in verſi. ſpurius impetrauit a à Principe, quod etiam legitimus patri,& quòd,vt legitimus agnatis, & cognatis poſſit ſuccedere. vide etiā in feudis,ſi de feudo cōtrouer. fuerit, & ibi per Iac. de bello Viſu,& Bal. & pleniùs per Henr. Bohic. in c.per venerabilem.extrà,qui filij ſint legitimi. & dominus Ludo.de Roma. in l. ex facto. ibi, itē quid ſi ſuperexiſtant filij legitimati.ff.ad Trebel.
2 ¶ † Vtrum legitimati à Papa, cenſeantur legiti-
b mati ad temporalia: b vide in d. c. per venerabilem.& ibi,Innoc.Hoſt.& gloſſ. Tetigit Bart. in l. cunctos populos.C.de ſum.Trin.& fide Cathol.
3 ¶ † Quid ſit legitimatio, & an retrohatur? vide Bal.in l.qua in prouincia. §.1. de ritu nuptiarū. & ibi dicit Bar.quòd legitimatio eſt natalium reſtitutio. ¶ † Vtrum legitimatio locum habeat in
4 filiis natis ex clandeſtino matrimonio? Ioan.Fab.

quòd non.Inſtit.de nuptiis.§.fi. ¶ Sed iuxta præ-
miſſa, quæro de quæſtione, quā habui dum pra-
cticabā in facto pro Comitatu Grueriæ in patria
Sabaudiæ. Nam domi. Rodul. Comes Grueriæ,
hæres inſtitutus à patre ſuo, rogatus reſtituere
hæreditatē dominæ Briſciaci ſorori ſuæ Germa-
næ, in caſu, quo decederet ſine hæredibus à ſuo
corpore legitimè procreatis. Contigit, quòd ipſe
dom. Rodul. deceſſit duobus liberis ex ſeipſo ſo-
luto, & Titia ſoluta progenitis, quos per Impera-
torem legitimari fecit, & quos hæredes inſtituit:
vtrum talis ſoror à ſucceſſione paterna per tales
legitimatos excludi debeat? Et licet videretur
dicendū, ꝙ ſic ex eo, quod legitimatio retrotra-
hitur, vt ſuprà dixi, & plenè ponit Bar. in l. Gallus.
§. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum. Atta-
men credo, ꝙ non. Primò, ex verbis in ſubſtitu-
tione adiectis, dum dicitur, ſine hæredibus, hoc
eſt, ſine liberis. l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebell. à ſuo
corpore legitimè procreatis, &c. Quæ verba o-
perantur & important, ꝙ tales liberi ſint legitimi
tempore conceptionis & natiuitatis eorundem.
l. nuper. circa fin. C. de naturalib. liberis. & arg. l.
quid ergo. in prin. ff. de his, qui no. infam. hoc te-
nere videtur Bal. in c. 1. §. naturales. ſi de feud. de-
functi cōtrouerſia fuerit. Sed ſic eſt, ꝙ tales legi-
timati non fuerunt huiuſmodi tempore conce-
ptionis eorundem, neq; natiuitatis: igitur condi-
tio adiecta, quæ in ſua forma ſpecifica debet im-
pleri. l. quibus diebus. in princ. & l. Mæuius. ff. de
cond. & demon. non euenit. & ita per cōſequens
d. ſoror à ſucceſſione paterna nō debet excludi.
l. 1. §. ſin autem. ſub cōditione. C. de cadu. toll. Et
licet tales naturales fuerint legitimati, nō tamen
eſt verū dicere ipſos legitimè fuiſſe procreatos;
cùm procreatio legitima procedat ex iuſtis nu-
ptiis. l. 2. & l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie.
iu. Inſtit. de nup. in prin. §. ſed ſi aduerſus, & tenet
Bart. in l. in concubinatu. ff. de concu. Ex quibus
talibus nuptiis tales non proceſſerunt, & ſic con-
ditio non euenit. Quod tamen ſecùs dici poſſet,
vbi hoc verbum, legitimè procreatos, non fuiſſet
adiectum. præterea tex. videtur expreſſus, in l. fi.
5 ff. de iure delib. vbi † appellatione filij naturalis,
& legitimus filius, & non legitimus tantùm con-
tinetur: adeò, quòd legitimus tantùm nō admit-
titur: vt ibi habetur ſecundum Labeonis ſenten-
tiam, ſed legitimus & naturalis ſimul. Niſi aliud
de volūtate teſtatoris appareat: ibi no. Item quis
ſanæ mentis arbitrabitur, ꝙ pater filiam natura-
lem & legitimam voluerit excludi à ſucceſſione
ſua per tales legitimatos, qui fortaſſis à filio ſuo
non fuerunt procreati? Credo, quòd nullus, viſa
& conſiderata deciſione Iuriſconſulti Papiniani
poſita in l. cum acutiſſimi. C. de fideic. & in l. cum
auus. ff. de condi. & demonſt. Iſta tamen quæſtio
non fuit terminata per ſententiā, quia poſt mor-
d tem, d dominæ Briſciaci dominus Briſciaci eius
filius concordauit cum d. Comite Grueriæ, pro
certa pecuniæ ſumma, ꝑ d. Comitem d. filio do-
minæ Briſciaci data. Et hāc quæſtionem hîc ſub-
iunxi: quia eius materia eſt ſingularis & peregri-
na. & quæ videbo in hac Curia determinari, hîc
ſubiungam. De hac materia legitimationis teti-
gi infrà, quæſt. 580. in fin.

a ¶ In ver. ſpurius impetrauit. *Iſtum ver. per au-
thorem hîc alleg. reperies in additio. quæ incipit, vbi hoc
dixerit Gofr. & adde ibidem poſt Spec. d. Bal. in ver. le-
gitimati, non ſunt legitimati. & in verſi. ſed an legiti-
matio. in quibus quidem locis do. Io. And. & Bal. viden-
tur inclinare in partem affirmatiuam.*

b ¶ Ad temporalia. *Vide iſtum, conſil. ſuo 14. incip. ex
facti narratione mihi tradita. num. 1. verſi. ad primum
dubium. & per totum. volum. 1.*

## QVÆST. CCCCLXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Legatario competunt tres actiones ad legatum con-
ſequendum.*

1 LEgatario † competunt tres actiones ad lega-
tum conſequendum, videlicet actio ex teſta-
mento, rei vendi. & hypothecaria. Sed pone, ꝙ
legatarius omiſſis illis actionibus petit ſe mitti in
a poſſeſſionem a rei legatæ: an bene agat? Credo,
quòd non. per text. expreſſum, ad quem multi
b Aduocati nō aduertunt. in l. 1. ibi, miſſionem b in
rem quidem penitùs aboleri, &c. C. communia
de le. Sed hæc Curia Parlamenti, quæ ad verita-
c tem facti ſolet tantummodò attendere, c in hoc
non facit magnam vim: ſed concedit literas in
poſſeſ. miſſionis rei legatæ. In aliis tamen Curiis
inferioribus aliter fortè iudicaretur, per d. l. 1.

a ¶ In poſſeſſionem. *Legata legati cauſa poteſt pete-
re ſe mitti in poſſeſſionem rerum hæreditariarum, quas
hæres poſsidet, vel dolo deſiit poſsidere, pariter & in
poſſeſſionem rerum propriarum hæredis, poſt ſex men-
ſes à tempore petitionis numerādos, hærede ipſo non ca-
uente: vt legitur & notat. in l. certa eſt forma. C. vt in
poſſeſſ. leg.*

b ¶ Ibi miſſionem. *Voluit dicere ibi, in rem quidem
miſsionem penitùs aboleri. Ille autem text. ſi ritè pon-
deretur, non quidem dicit miſsionem in poſſeſſionem,
non competere legatario: ſed dicit, quòd olim non erat
locus rei vendi. in ſpecie præſentis quæſtionis: niſi pri-
mò facta eſſet miſsio in poſſeſſionem. & per hæc innui-
tur etiam ius miſsionis in poſſeſſionem competere, licet
non ſit neceſſaria ad hoc, vt competat rei vendi.*

c Attendere. *Et profectò Curia Parlamenti ſummè
mouetur æquitate, vt circuitus euitetur, & parcatur
expenſis litium.*

## QVÆST. CCCCLXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Legati ademptio facta in Codicillo: an ad hæredem
hæredis, an ad fideicommiſſarium pertineat.*

Teſta-



TEſtator in teſtamēto ſuo hæredem inſtituit,
1 † & ſibi Titium ſubſtituit in caſu, quo hæres
ſine liberis decederet. deinde in codicillo lega-
uit vnum fundum Caio, adita hæreditate, mori-
tur Caius legatarius, viuēte hærede, deinde mo-
ritur hæres ſine lib. Et ita locum habuit, & habet
ſubſtitutio: hæres hæredis prætēdit legatum fa-
ctum Caio, ſibi pertinere, ex eo quòd teſtator i-
pſum ademit per fideicommiſſ. ipſum legando
in codic. licèt ademptio non fuerit ſortita effe-
ctum, per l. planè, in princip. ff. de leg. 1. Subſtitu-
tus dicit oppoſitum, aſſerendo ad ſe pertinere,
poſtquam ademptio non fuit ſortita effectum. &
de hoc videtur caſus in l. fin. §. mulieri. ff. de auro
& arg. leg. Et credo, quòd bene dicat ſubſtitutus.
non obſtat d. lex, planè. in prin. quia ibi legatum
in teſtamento relictum fuit ademptum, etiam
ſpecialiter in teſtamento vel codicillo, ideò ni-
mirum ſi apud hæredem remanſerit: in caſu ve-
a rò iſto, à fideicommiſſario a in teſtamento facto
fuit in codicillo legatum ademptum. quæ adem-
ptio non valente legato, vtpote legato in cauſam
caduci veniente remaneret in fideicom. vt d. l. fi.
Ita dicit ibi Bart. Et pro hoc videtur etiam caſus
in l. 1. §. pro ſecūdo. ver. ſed omnes perſonas, &c.
C. de cadu. tol. Et ita fuit iudicatum in dict. Cu-
ria Parlamenti.

a ¶ A fideicommiſſa. *Quod habet ſe, vti genus ſeu
quoddam vniuerſale, & in hoc facit in arg. l. fin. §. mu-
lier hic allega. cuius caſus differt tanquam genus à ſpe-
cie, à caſu l. planè. hoc alleg. ſecundum Bart. ibidem. in
1. oppo. præ. §. mulieri.*

## QVÆST. CCCCLXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Maſculis, verbum, adiectum in inſtitutione hæredis,
vel in primo gradu ſubſtitutionum, an cenſeatur
repetitum in ſequentibus gradibus.*
2 *Verba præcedentia limitant ſequentia obſcura.*
3 *Hæredis appellatio non extenditur ad extraneos,
quando in inſtitutione fit mentio de maſculo.*
4 *Diſpoſitio limitata in maſculis, non dicitur prohibi-
ta in fœmellis.*

1 SI in aliqua diſpoſitione fiat † mentio de lib.
a maſculis, a vtpote in inſtitutione, vel in prima
ſubſtitutione, ibid. ſubiuncta, ipſum verbū Maſ-
culis, in omnibus ſubſtitutionibus ſequentibus
b cenſetur eſſe repetitum. b l. 3. §. filius. ff. de libe.
& poſthu. l. legatorum. §. qui plures. ff. de legat. 3.
l. nihil. ff. de cōiungendis cum emanc. libe. & fa-
cit bene l. 1. cum ibi. no. per Bartol. de lib. præte-
ritis vel exhæredatis, ob dignitatem familiæ & a-
gnationis ſuæ cōſeruandæ: quæ conſeruatur per
maſculos. ar. l. 1. §. 1. ff. de ventre inſpic. facit quod
not. Cyn. & Salyc. in l. 1. C. de adult. & Bald. in l. fi.
2 C. de lib. præterit. vel exhæred. † Et facit ꝓ hoc,
quod alibi dicitur, quòd præcedentia verba li-
mitant ſequentia verba obſcura: adeò, quòd ipſa
videntur in ſequenti clauſula obſcura repetita. l.
ſi ita inſtitutus. §. Chryſog. cum ibi not. per Bar-
tol. ff. de verborum obligat. facit l. talis ſcriptura.
§. fin. ff. de legat. 1. Niſi aliter de mente teſtatoris
appareret, ex verbis teſtatoris coniecturata, quæ
voluntas coniecturata obſeruanda eſſet. l. cum
proponebatur. ff. de legat. 2. cum ſimilibus. Et ita
vidi in diffinitione cuiuſdam cauſæ determina-
ri. & facit ad hoc, quod dixi infrà, quæſtio. 545.
3 ¶ † No. etiam aliud ſingulare dictum, videlicet,
quòd quando in diſpoſitione aliqua fit mentio
de hærede maſculo, appellatio hæredis non pro-
greditur ad extraneos. in c. ſi cleric. §. 2. de feud.
alie. in colum. 10. facit quod no. in l. conuentio-
nibus. ff. de verborum ſignific. & in l. Gallus. §. et-
4 iam. & ibi per Bartol. ff. de lib. & poſth. ¶ † Not.
etiam & tertiò, aliud dictum ſingulare, videlicet,
quòd diſpoſitio limitata in maſculis, dicitur ꝓhi-
bita in fœmellis: quia, quòd vni applicatur, in cæ-
teris denegatur. l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. in
ſin. ff. de legat. 1. pro hoc l. fideic. §. cùm eſſet. ff.
de legat. 3. & faciunt, quæ dixi ſuprà, q. 184. & q.
299. Sed q̄d ſi in primo gradu ſubſtitutionis pro-
hibeatur Treb. an cenſeatur talis prohibitio re-
petita in ſequentibus gradibus? vide quæ ſcripſi
infrà, q. 592.

¶ Liberis maſculis. *Tu vide de tota iſta materia, &
de voluntate coniecturata iſtum, conſi. 87. incip. adden-
do ad legationes. num. 1. ver. ex alio cap. per diſcurſum.*

b ¶ Repetitum. *Adde, quòd verba directa vnius ſub-
ſtitutionis, trahuntur ad aliam directam. l. verbis. poſt
gl. ibi circa fi. in ver. quæro, vtrum verba. ff. de vulg. &
pupill. per l. fin. C. de hær. inſt.*

## QVÆST. CCCCLXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Filius, an habeat ius in legitima, patre viuente.*

VTrum filius patre viuente habeat ius in legi-
1 tima? † Eſt huius quæſiti magnus effectus:
quia ſi habeat ius patre viuente, pater de bonis
ſuis non poſſet diſponere, donando aut venden-
do pro libito voluntatis. l. ſi fundum. & l. res tuas.
C. de re. alie. non alie. vbi verò filius nullū ius ha-
beret, tūc ipſe pater poſſet de bonis ſuis diſpone-
re, prout vellet, tāquam dominus, moderator, &
arb. l. in re mādata. C. mand. l. dudum. C. de con-
tra. empt. & vend. & ſuper hoc dubio aliqui ma-
iores noſtri opinati ſunt, quòd filius habet ius in
legitima, patre viuente. ar. l. in ſuis. ff. de lib. &
poſt. in qua opin. fuit Dy. & ita etiā videtur tene-
re gl. in auth. de hære. & Falc. §. ſi quis autem non
implens. col. 1. veritas tamen eſt, quòd patre vi-
uente, filius propriè non habet ius in legitima,
nec ſibi debetur: ſicut nec patronus in bonis li-
berti viuentis. l. 2. ff. ſi quis à paren. fuerit manu.
Et pro hoc videtur gl. in l. 3. ibi, ſed reſpōdeo, &c.
C. de iur. & fac. ign. & videtur text. expreſſus in l.
1. §. ſi impuberi. & ibi etiam tenet Bart. ff. de coll.

 bono.

bono. ¶ Non obſtat d.l.in ſuis: quia imaginatio-
ne, & per quandam repræſentationem filius pa-
a tre viuente reputatur dominus *a* non tamen per
hoc ſequitur, quòd ſit dominus, & quòd habeat
b ius in legitima: *b* cum legitima nõ debeatur, niſi
poſt mortẽ.in auth.de trien.& ſemiſ. circa princ.
ibi mediam eis relinqui totius ſubſtãtiæ partem,
&c.col.3.facit bene.l.cum ratio.ff.de bo.damna.
Ita etiam tenet Bart.in l.1.in fin. ff. de libe. agno.
& hęc vltima opin.ſeruatur in iudicãdo,in d.Cu-
ria Parl. Delphi. ¶ De materia legitimæ debitæ
filio: vide quæ dixi ſuprà, q.93.

*a* ¶ Reputatur dominus. *Adde quod legitur & not. inſt. de hæred.quali. & diffe.in §.ſin autem. in verſic. ſed ſui. & ibid.Io.Fab.in gl.ſcilicet ex artificio. Vbi dicit, quòd filius non eſt realiter dominus bonorum paternorum, viuente parente, aliàs ſequeretur, quòd eſſent duo domini eiuſdem rei, quod eſſet obſonum. Quòd autem filius viuo patre exiſtimatur dominus bonorũ paternorum, intelligitur verum, quò ad dominium interpretatiuum & intellectuale: quia ex quo lex interpretatur, filium eſſe eandem perſonã cum patre noſtro, intellectualiter declaratur illum eſſe dominũ & patrem. Secùs quò ad dominium verum & effectuale: quia dominium, eſt quædam plenitudo, quæ nõ capit plures inſolidum. l.vt certo.§.ſi duobus vehiculum.ff.cõmodati. l.hæreditate.§.pater.ff.de caſt.pec.l.3.§.ex contractu. de acqui.poſſ.ita inquit, penè formaliter do.Chriſtoph. Por.in tit.hic alleg.5.col. in addit.per quem vide.*

*b* ¶ Ius in legitima. *Vide do.Ant.de Aret.in præalleg. §.ſui autem.in gl.æſtimantur ibi.ff.pro hæred.l.1.in fi.*

## QVÆST. CCCCLXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Filio, an debeat fieri ſuppletio in pecunia, vel de ſubſtantia patris.*
2 *Legitima filij non debet detrahi, de Regno, Ducatu, aut Comitatu.*
3 *Borbonij Dux, quomodo ſuccedat in regno Franciæ.*
4 *Borbonij Dux, feloniam commiſit contra Ludouicum Francorum Regem.*

1 PAter † in teſtamento hęredem ſuum particu-
larem inſtituit, filiam ſuam in centum flor.vl-
tra dotem per ipſum patrem eidem filiæ in con-
tractu ſui matrimonij conſtitutã. Modo filia non
contenta, agit ad ſupplementũ legitimæ. An de-
beat ſibi fieri per hæredẽ ſupplemẽtum legitimæ
in pecunia, vel de ſubſtãtia, & bonis paternis? vi-
di iſtã quæſt.plenè diſputatam in quodam conſi-
lio recolendæ memoriæ do. Rodulph. de Seyſi-
gniaco, vtriuſq; iuris famoſi Docto. qui tempori-
bus meis deceſſit ab humanis, in villa Chambe-
riaci, qui in dicto ſuo conſilio voluit ſubſtinere,
quod de iure debet fieri ſupplemẽtum legitimæ
a de bonis, & ſubſtãtia patris, *a* per multa iura. per
eum ibi alleg.& ſpecialiter per l.ſcimus. §. reple-
tionem.C.de inoff.teſta. Poſſet tamẽ dici & pro-
babiliter, ꝙ fundum eſſet ſupplementum in pe-
cunia, vt ipſum ſupplementum, quod eſt acceſ-
ſorium, ſequatur d.particulare legatum 100.flor.
quod eſt principale, & ſecundum ipſum regule-
tur: iuxta l.cũ principali. ff. de re iu.& c.acceſſo-
rium.extrà, eod.tit.lib.6. Et pro hoc videtur tex.
in l.ſi non mortis.in prin.ff.de inoff.teſt. ibi dum
dicitur, aut ſi minus habuerit, quod deeſt, boni
viri arbitratu repleatur, &c. Et ita ſecũdum hanc
partẽ, ꝙ fiat repletio legitimæ in pecunia, & non
de ſubſtantia ſeu bonis paternis, ſeruatur. Et vidi
ſeruari temporibus meis de ſtylo, & conſuetudi-
ne præſentis Curiæ Parlamẽti, & aliarum Curia-
rum præſentis patriæ Delph. Bal. tamẽ poſt Gul.
& Iac.But. dicit, ꝙ ſi teſtator relinquit filio mille
floren. pro legitima, quòd ſi filius velit illos mille
flor.in proprietatibus, & non in pecunia, poteſt
habere. quã opin.reprobat Sal. tamen do. meus
do.Io.de Graſſis, in d. §.repletionem. non ſequi-
tur opin.Sali.ſed communem opin.Bal.& ſequa-
cium. ¶ Super hac materia vide l. non ampliùs.
§.fi.ff.de leg.1. Aliqui Doct. de hac materia tan-
gunt in l.qui vas. §. fin. ff. de fur. qui inducunt ad
2 hanc materiam. d. §.fin. ¶ † Quò verò ad regna,
Ducatus, Comitatus, & ſimiles, quæ habẽt digni-
tatem, vt habetur in feudis, in tit. de feudo Mar-
chiæ, Ducatus, & Comitatus. in §. 1. non eſt du-
bium, quòd legitima filij non debet de ipſis, Re-
gno, vel Ducatu detrahi: ſed in pecunia tantum-
modo debet eis fieri repletio, & legitima ſolui:
3 vt dixi plenè ſuprà, q.476. ¶ † Quomodo Dux
Borbonij poteſt ſuccedere in regno Franciæ? vi-
de Bal.in c.1.de feu. Marchiæ, Ducatus & Comi-
4 tatus. Sed aduertendum † circa hoc: quia de an-
no Domini, 1465. & de menſe Febru. Dux Mo-
dernus Borbonij inſurrexit more hoſtili cũ cer-
tis ſuis fautoribus contra dom. noſtrum Ludoui-
cum Regem Francorum, & cõtra eum commi-
ſit diuerſimodè feloniam, ex quibus dici poteſt
dictum Ducem Borbonij eſſe in futurum priua-
tum dicta ſucceſſione Regni Franciæ, ſi vnquam
in eius perſonam haberet locum. Sed poſtea la-
pſis octo menſibus, facta fuit pax inter eos, in qua
pace Deus eos conſeruare dignetur.

*a* ¶ Subſtantia patris. *Ita videtur ſentire do.Pet.Iac. in tit.de cond.ex leg. omnimodo pro legitima portione debita filio.in §.cum autẽ dictus actor.in ver.præterea dicta ſententia. Circa ſupraſcriptum modum deductionis ſupplementi, ex ſubſtantia faciendi, verti debet arbitrium boni viri. & hæc eſt mens l.ſi ritè aduertatur. §. repletionem. hîc per authorem alleg. Et formaliter dicit d. Old.conſi.114. & hoc ſequitur d.Paul.de Caſtr. in præd.§.repletionem.in verſ.ſecundò no.*

## QVÆST. CCCCLXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Lis non dicitur per ſimplicem citationem.*
2 *Ius vt dicatur pendere, ſex requiruntur. Quæ vide per diſcurſum, num.3.4.5.6.7.& 8.*
3 *Citatio ſimplex interrumpit præſcriptionem 30. vel 40.annorum.*





a LIs non dicitur pendere *a* per citationem fa-
1 ctam, niſi per eã reus inſtruatur, ſuper † qui-
bus ad iudicium trahitur ſeu vocatur. Caſus eſt
in cle.cum lite, vt lite pen. nihil innou. iuncta gl.
fi.ſita ſuper verbo, ad partem. vbi dicit Franc. de
Zab. ſex requiri ad hoc, quod prætendi poſſit lis
pendere. Primò, quòd citatio emanauerit. Se-
2 3 cundò, quòd † à competenti Iudice. Tertiò, † ꝙ
ad citatum peruenerit vel per eum ſteterit, vt d.
4 cle.cum lite. Quartò, † quòd plenè per eam po-
terit inſtrui ad quid citatus eſt, vt in d. cle. habe-
5 tur.in fine. ſecundum Zenzel. † Quintò, ꝙ cita-
6 tio ſit apta, vt ibidem habetur in gl. † Sextò, quòd
b nuncius ſufficienter intimauerit *b* eam, vt in glo.
7 fin.in fin. ¶ De hac materia, † quando dicatur lis
8 pendere, ſcripſi ſuprà, q.337. Et licèt † citatio ſola
videatur ſufficiens ad perpetuandum iuriſdictio-
nem: vt dixi ſuprà, q. 286. Non enim ſufficit ad
inducendum litis pendentiam. ita dicit gloſſ. in
d. clem. ſuper verbo, plenè. Niſi in citatione in-
teruenìant illa ſex, de quibus ſuprà dixi. Et ita in
hac materia vidi determinari in Camera conſilij.
9 Simplex citatio † habet etiam alium effectum,
quia interrumpit præſcrip. odioſam 30. vel 40.
an.vt plenè dixi ſuprà, q.416. ¶ Quando res dica-
tur integra, vide infrà, q.491.

*a* ¶ Pendere. *Lis dicitur pendere, primò per oblationẽ libelli.l.1.C.vt lit.pen. Secundò, per appellationẽ, in ti. nil nouari ap.pen. Tertiò relationẽ vel conſultationem factam ſuperiori per Iudicẽ. l. ex eo. C.de appel. Quartò, per Iudicis recuſationem.c.ſecundò requiris. & c. cũ ſpeciali.de ap.& in l.apertiſſimi. C.de iudi. Quintò, per reſtitutionem in integ.C.de in integ. reſt. poſt. nil. no. fieri. Sextò, per libelli porrectionẽ. l.1.& 2. quando libel. prin.da. Septimò, per impetrationẽ Iudicis. de appell.ſuggeſtum.de teſtib.cauſam.2.do.Card.in Clem.2. vt lite pen. in 3.oppo. Octauò, per commiſſionem cauſæ ibi. quartò oppo. Et hæc vera, quò ad impediendam impetrationem: quo verò ad reuocationem attentatorum, requiritur citatio: vt ibidem traditur per do. Cardin. & adde ibi dicta per eum in quinta oppoſitione.*

*b* ¶ Intimauerit. *An autem credatur nuncio: in hoc dicit domin. Felynus in c. 1. de iudic. ꝙ creditur nuncio ſe citaſſe debitè: tamen non creditur ei de commiſſione Iudicis, niſi eam oſtendat, vel probet.*

## QVÆST. CCCCLXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium conceſſum per Principem alicui villæ de exceptione pædagij per terram eiuſdem Principis an extẽdatur ad terras poſtea quæſitas, vide nu.3.*
2 *Villæ comprehenduntur appellatione Terræ.*
4 *Immunitatum conceſſio, an ſit realis, an perſonalis.*

PRinceps conceſſit libertatem ſeu immunita-
1 tem hominibus alicuius villæ terræ ſuæ † ſiue
patriæ, ꝙ nulla tenus pædagium ſoluere tenean-
tur in tota terra ſua. Qui Princeps ex poſt acqui-
rit vnam vel duas villas intra terminos terræ ſuæ
ſituatas. in quibus pædagiũ ab antiquo ſolui con-
ſueuit. Nũc quæritur, vtrum ipſi homines virtu-
te talis libertatis ſint, & eſſe debeant exempti à
a præſtatione pædagij in talibus villis acquiſitis. *a*
Et videtur dicendum quòd non, obſtante Pro-
nomine, terra ſua, in tali priuilegio adiecto, quod
ad futuram nõ porrigitur terram.l.ſi ita. ff. de au-
ro & arg. le. l. vxor. §. teſtamento. & l. his verbis.
ff.de leg.3. Item pro hac parte eſt gl. quæ videtur
decidere iſtam quæſtio. in c.cum Capella Ducis
Burgundiæ. extrà, de priuil. & exceſſibus priui-
legiatorum. In contrarium videtur tali ratione:
nam Princeps ſic concedendo, & indefinitè lo-
quendo, potuit ꝓuidere reſpectu terræ per eum
acquirendæ. Ideò dicta verba, terra ſua, ad futu-
ram terram porriguntur. l. ſi ſeruus. ff. de ſerui.
vr.præd. Conſiderato etiam, quòd appellatione
2 † terræ, villæ comprehenduntur. c.cum in parti-
bus. extrà, de verb. ſign. in antiquis. Et quia be-
neficium Principis latiſſimè debet interpretari.
l.beneficium.ff.de conſt. prin. cum ſua materia.
Præterea, tales villæ ſic acquiſitæ & infra limites
terræ ſuæ ſituatæ, ſtatim facta acquiſitione cen-
ſentur eſſe de terra ſua, perinde ac ſi ab initio fo-
rent. Patet, quia ipſi terræ accedunt. l. ſi ex toto.
in 2.reſp.& in l.quod in rerum.§.1. ff.de leg.1. Ea
enim quæ ad augmẽtum terræ ſuæ acquiruntur,
debent ad idem cẽſeri, & dici, ſicut de terra ipſa.
l.prædiis. §.qui domũ. & l.vxorem. §. legauerat.
ff.de legat.3. Et facit pro hoc quod dixi ſuprà, q.
265. Item facit ad hoc etiam, quia libertas reſpe-
ctu habitantium alicui loco conceſſa, porrigitur
etiam ad illos, qui poſtea veniũt habitaturi.l.for-
3 ma.§.quanquam.ff.de cenſi. Et † ita in hac patria
Delph.ſeruatur de conſuetudine, quòd tales li-
bertates & immunitates extenduntur etiam ad
terras & villas poſtea acquiſitas per Principem,
prout etiam dixi in d. quæſt. 265. ¶ Et ſuper his
vide quæ dixit Spec.in tit.de inſtru.edi. in §. non
autem.ver.ſin autem dubium, &c. ¶ Vtrum au-
4 tem † talis conceſſio ſit realis, vel perſonalis, vide
Bar.in l.pater.ff.de ſerui.legat.& in l.quia tale. ff.
ſol.matr. ¶ Quis poſſit tales libertates concede-
re, dixi ſuprà, q.354.

*a* ¶ Acquiſitis. *Vide do.Cy.in l.placet.C.de ſacroſ.Eccle.& d.Bart.in l.damni.§.is, q ædes.ff.de dam.infect.*

## QVÆST. CCCCXC.

SVMMARIVM.

1 *Menſuræ qualitas, & forma, & vbi aſſeruari debeat.*
2 *Menſurarum conceſſio, & ſignatio, & fractio minus legitimarum, ſunt miſti imperij.*

MEnſuræ debẽt fieri æreæ vel lapideæ, & po-
1 ni in ciuitatibus † vel villis in locis publicis,
vt vnuſquiſque tributarius ſub oculis rerum om-
nium modiis conſtitutis ſciat quid debeat ſuſce-
ptoribus dare.l.modiis. C. de ſuſcepto.præpo. &
arca.lib.10. Et vide text.no. de menſur. & pond.

loquentem, & quomodo debent eſſe iuſtæ: in
auth.de colla. §. eos. col.9. Et quomodo debent
cuſtodiri in Eccleſia, in §. ſin autem collatores.
eadem collat. Et debent ſignari ſigno ſeu armis
2 domini.l.2. C. de fru. Alex.libr.10. † talia facere,
& menſuras concedere, vel ſignari facere, & mi-
a nus legales *a* frangere, ſunt miſti imperij: vt po-
nit Petr.Iac.in titulo de mixt. imper. in fin. & ita
ſeruatur in diuerſis locis huius pat.Delph.& ob-
ſeruari faciunt domini locorum. & ita etiam fa-
cio obſeruari in villa mea ſancti Alb.in Baroniis,
vbi menſuræ ſunt ſignatæ armis meis.

*a* ¶ Minus legales. *Adde, q falſantes menſuras per pœnam furti tenetur.l.pen.ff.de fal. Et nota, q menſura debet eſſe æqualis.& in dubio ſtatur menſuræ vicinorum locorum: vt not.in c.ex parte. extrà, de cen.*

## QVÆST. CCCCXCI.

SVMMARIVM.

1 *Res quando dicatur integra, vt mandatum non expiret morte mandantis.*

PRælatus quidam certas fecit ordinationes,
a quarum executionem *a* commiſit alij ex Of-
1 ficiariis ſuis. † Vtrum mortuo tali Prælato Com-
miſſarius per eum deputatus, poſſit ad executio-
nem ſibi commiſſam procedere? Dici poteſt, q
ſic, vt in c.ſi ſuper gratia.de off.dele. li.6.& l.fun-
di.ff.de acq.poſſ.& ita ibidem tenet Bartol. Nec
obſt.iura dicentia, quòd mortuo mandatore, re
integra, ſoluitur mandatum.l.2.§.ſed & ſi quis.ff.
de donat.& ibidem vide per gl.& Bar.& l.eius.§.
quas verò.ff.ſi cert.pet.& per Io.Fab. Inſt.mand.
§.item adhuc. Quia ibi mãdatum, & id reſpectu
cuius fiebat, mãdatum erat integrum. in caſu ve-
rò iſto, id, reſpectu cuius fuerat facta commiſſio,
non erat integrum. Patet: quia ante eius deceſ-
ſum ordinationes fuerant factæ: nec reſtabat, niſi
ipſas executioni demandari. Et ideò eſt verum
b dicere, rẽ non fuiſſe integram. *b* Hoc probat cla-
rè dictum c. ſi ſuper gratia. ¶ Vide de hac mate-
ria, quę dixi ſuprà, q.119.& infrà, q.548. Sed quan-
do dicatur lis pendere, vide c. ſi men. vt lit. pen.
lib.6.& vide ſuper hoc, q.488.

*a* ¶ Executionem. *Not. q ſi Iudex dedit licentiam executori ſiue nuncio, vt capiat debitorem Titij, poterit eum capere, etiam finito officio. Et hoc limi. ſecundum d. Ang. ſi cauſa cognita illud conceſſum fuerit executori: quia tunc ſicut virtus licentia eſt perpetua: ita & mandatum executori. Secùs, ſi fuiſſet conceſſa ſine cauſæ cognitione: quia tunc ex quo ſic abſque cauſæ cognitione eſt lata interlocutoria, & ſic exorbitantur, meritò illa expirat finito officio: vt refert dom. Ioan. de Imol.in l. fundi vendi. in ver.& per hoc. ff. de acquir. poſſ.*

*b* ¶ Integram. *In Iudicijs autẽ res deſinit eſſe integra, quãdo procurator actoris ſit dominus litis per litis cont. & procurator rei per ſatiſdationem, Bal. in negotijs autem dicitur res integra, antequã negotium ſit poſitum in aliquo, cum ſumptu: aliàs ſecùs, ſi negotium ſit poſitum in aliquo ordine, cum ſumptu: per Bald. in l. mandatum.in 2.quæſt.C.manda.*

## QVÆST. CCCCXCII.

SVMMARIVM.

1 *Moneta aurea an contineatur appellatione monetæ.*
2 *Aurei quot faciant libram auri.*

VTrum appellatione monetæ contineatur
1 † moneta aurea? videtur q ſic: ac etiam ar-
gentea.l.2.gl.poſita ſuper verbo, nummos. & gl.
poſita ſuper verbo, pecuniæ.C.de fal.monet. Nã
a appellatione pecuniæ, *a* tam aurum, q̃ argentum
continetur.l.pecuniæ.la 3.& l.pecuniæ.la 2.ff.de
verb.ſig. Hoc etiã probatur ex generalitate rub.
C. de fal. mo. ſub qua ponuntur leges loquentes
tam de moneta auri, quàm etiam argenti: prout
ex tenore l.1.& 2.eod.tit. videri poteſt. ¶ Quod
facit ad quæſtionem, pater quidam conſtituit in
dotem filiæ ſuæ mille flor.auri monetę currentis
in Delphi. qualiter debeant intelligi hæc verba?
Dicendum videtur, quòd mille floreni in mone-
ta aurea currenti in Delph.cenſentur conſtituti:
qui in moneta aurea tunc currenti debent ſolui
ad auri rationem: aliter verbũ, auri, ſubiunctum,
de nihilo operaretur: quod tamẽ non eſt dicen-
dum.l.ſi quando in prin.ff.de leg.1. Et ideò con-
ſiderato, quòd nulli floreni auri cuduntur in hac
patria Delphin.nec cudi conſueuerunt, ſolui de-
bent dicti floreni auri in ſcutis auri currentibus
in Delphi. Conſuetudo enim regionis in talibus
debet attendi.l.ſemper.ff.de reg.iur.2.reſponſo.
& l.nummis.ff.de leg.3.l.Imperatores.ff.de con-
trah.empt.& vend.hoc ponit Bart.in l.Paul.in 3.
q.in fin. ff. de ſolution.hanc quæſtionem ſæpiſſi-
mè vidi in facto, dum practicabã. & poſtea in hac
Curia Parlamenti vidi determinari, & ordinari
dictos flor.debere ſolui in moneta ad rationẽ au-
ri, vel in ſcutis auri, ad rationem auri computatis
duobus ſcutis auri curſum habentibus pro tribus
flor.auri, & contrà, per rationes prædictas. ¶ Sed
2 iuxta præmiſſa, quæro, † quot aurei faciãt libram
auri, pro cuius declaratione ſciendum eſt, quòd
de libra auri ſunt tex.in l.Quintus Mutius.la 2.ff.
de aur. & ar. leg. & in l. vna. C. de mono. & in l.
duo.C.de ſuſcepto.p̃po.& arca.lib.10. & in auth.
b de armis. colla. 6. Et ſeptuaginta duo *b* ſolidi fa-
ciunt libram auri: vt in l.quoties.& ibi gl.expreſ-
sè dicit. C.de ſuſcepto. & arca.eod.lib.& ibi ſoli-
dus accipitur pro aureo: vt no. in l. quoties. & in
l.quicunq;.C.de ſer.fug.& faciunt nota. per glo.
Inſti.de pœna te.litig.in §. fi. Ideò 500. ſolidi, de
quibus in l.ſi quis pro redemptione. in fin. C. de
don.ibi accipitur ſolidus pro aureo, quorum 72.
faciunt libram auri. Ita dicit Cy.in d.l.ſi quis pro
redemptione. Sed quid de libra argenti? Habe-
tur de libra argenti, in l.ſi clericus. C. de Epiſco.
aud. Et pro ſingulis libris argẽti 5. ſolidi inferun-
tur: vt in l.1.C.de argenti precio.quod the.infer-
tur lib.10. ¶ Circa tamen ſolutionem iſtarum li-
brarum



brarum ſolidorum, debet conſuetudo regionis
attendi.l.circa.C.locati.& facit glo.in l.ſi quis ar-
gentum. C. de don. De his etiam ſcripſi in appa-
ratu ſtatuti, Si quis per literas.in glo.ſuper verbo,
Marchis argenti. & nõ poteſt peti aurum pro li-
bris vel ſolidis argenti, nec ecõtrà, ſicut dicit Bar.
in l.Paulus reſpõdit.ff.de ſolutio. quia debet tan-
tum agi ad id, quod eſt in obligatione: aliter pe-
titio eſſet inepta, & reus abſoluendus eſt, quando
petitur aliud, quàm ſit in obligatione, vt dixi: vt
plenè etiam ſuprà, quæſt.358.

*a* ¶ Appellatione pecuniæ. *Et quid veniat appellatione pecuniæ, etiam attento communi vſu: vide Bar.in l.talis ſcriptura.ff.de leg.1. Et quot modis accipiatur in iure pecunia, tradit Phi.Corn. in Conſil.29. incip. licèt claram. col.2. ver. reſtat vt deueniam. in 4.vol. & an appellatione auri veniat annulus: Bar. in l.cum aurum. ff.de auro & arg.leg.*

*b* ¶ Et 72. *Aduerte, q ſolidi, id eſt, auri, qui hodie ſunt in vſu, non minus valent quàm olim: cum de modern. ad conſtituendam libram auri requiruntur 96.auri, ſecundum d.Panor.in c.conquerente.extrà, de offic.ordina.in 3.col.verſic. in verbo, duos ſolidos.*

## QVÆST. CCCCXCIII.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ mutatio ſi fiat, & agatur de ſolatione, an de fortiori vel viliori fienda ſit ſolutio.*
2 *Thares, Abrahæ pater, primus monetam cudit.*

1 SI fiat monetæ mutatio, † & agatur de ſolutio-
ne fienda, an quis cogi poſſit ad recipiendum
monetam, quę mutata eſt in bonitate, & debilior
facta? Dic quòd non. Et eſt ratio, quia debet at-
tendi id, quod veriſimiliter actum eſt inter con-
trahentes, & ſecundum id debet iudicari: aliter
ſequeretur, quòd res vendita, quæ fuit iuſto pre-
tio vendita, daretur pro minus iuſto pretio. ideò
audiri non debet talis emptor in detrimentum
venditoris, per l. Paulus reſpondit. ff. de ſolutio.
& quod habetur in c.olim cauſam. extrà, de cen.
In his enim, & cæteris contractibus attendi, & ſe-
qui debet, quod actum eſt.l.ſemper.ff.de regulis
iuris.vbi dicit glo. ſic formaliter. Item actum in-
tellige etiam tacitè, ratione rei quæ vẽditur, quæ
ſecundum opinionem omnium valet decem li-
bras imperialium: ideò non eſt audiendus, qui
de Veronẽſibus ſupinè dicit, ſe ſenſiſſe, cùm non
eſt veriſimile, &c. pro hoc bene facit lex, Impe-
ratores.iuncta gl.ff.de contrahen.empt.& vend.
Ita dicit Bart.in d.l.Paulus.circa princip.ibi dum
dicit, Item, quia dixi veriſimilitudinem, pro hoc
etiam bene facit, quia ſolutum nõ videtur, quod
deterius ſoluitur. l. 1. §. ſi res. ff. depoſit. & l. 3. §.
1.ff. commo. nota. gloſſ. in l.eleganter. §. qui re-
probos. ff.de pignor. act. Et quia graue eſt fidem
fallere.l.1.in prin.ff.de conſtit.pec. Princepsque
obligationes iam cõtractas præſertim naturales,
nõ voluit immutare, licèt pecuniam mutauerit:
vt notat Salycet.in l.ſi ex legati cauſa.in quæſtio.
quæ incipit: iuxta prædicta moueo dubia, &c. ff.
de verb.oblig. in ſua repetit. ſequitur proptereà,
talem emptorem audiri non debere. Hoc etiam
probatur vna tali gloſſa & palpabili naturali ra-
tione. Ponamus, quòd à tempore venditionis ci-
tra facta eſt moneta de corio, ſicut fuit tempore
captiuitatis Regis Io. de qua moneta licèt curri-
bilis ſit centum flor.non valent duos florenos de
moneta currente tempore cõtractus: durum eſ-
ſet & contra rationem, quòd vẽditor cogeretur
recipere ſolutionem in tali moneta, nõ enim eſt
veriſimile, contrahentes de tali moneta cogitaſ-
ſe, quam futuram eſſe ignorabant. ratio enim na-
turalis etiam debet attẽdi, cùm pro lege habea-
tur.l.cùm ratio naturalis.in prin. ff. de bon.dam.
Et pro hoc bene facit, quod ponit Dy. in c. inſpi-
cimus.de reg.iur.li.6.vbi ponit coniecturas.con-
tra tamen prædicta videtur gl.decreti in c.quis i-
gnorat.32.quæſt.4.ſuper verbo, noſtro. vbi dicit
argumentũ, quòd ſi primò currebat fortior mo-
neta, & modò currit vilior, de mandato Principis
liberor, ſoluendo viliorem. de contrahen. empt.
& vend.l.Imperatores. Sed ibi ſubiungit illa glo.
decreti verba ſequẽtia, arg.contra.extrà, de cen-
ſibus. c.olim.in fi.ff.ſi cert.pet.l.cùm quid. Et ſic
non videtur contrariari illa gl.imò videtur, quòd
non poſſit fieri ſolutio de debiliori: dum ibi ſub-
iungit, argumentum contra, &c. quia quando a-
liquis Doctor recitat plures opiniones, videtur
reſidere in illa vera quam vltimò recitat. Nec eſ-
ſet opinio illius gl.ſi tenere voluiſſet, quòd de de-
biliori moneta eſſet fienda ſolutio: quia ipſa lo-
queretur contra veritatem, per rationes ſuprà in
princ.deductas, vel poſſet intelligi d. glo. decreti
in his, quæ reiterationem recipiunt, vt in præſta-
tione cenſus, vel annuæ penſionis, in quibus tan-
tùm damnum non verſatur: ſicut in his, quæ tan-
tùm ſemel præſtantur & ſoluuntur: nec reitera-
tionem recipiunt: vt eſt in dote conſtituta, vel in
pretio alicuius rei venditæ. arg. extrà, de deci-
mis. in c. beneficium. vbi decima, quia reitera-
tionem recipit, debet ſolui in moneta vſuali, ſeu
curribili tempore ſolutionis. Imò dicit ibi gl. ſu-
per verbo, ſimpliciter. quòd ſi dictum fuiſſet ex-
preſsè, quod de moneta aliqua deberet ſolui: vt
potè de florenis, vel ſcutis auri, quòd de illa debe
ret ſolutio fieri.arg.c.dilecta.extrà, de præſcri. in
antiquis. facit l.1. §. ſi conuenerit. ff. depoſiti. Et
maximè, ſi iuramentũ interuenerit, quòd omni-
no debet ſeruari. auth. ſacramenta. C. ſi aduer.
ven.l.ſi quis maior. C. de tranſac. c.licèt.de iure-
iu.in antiquis. Vel poteſt dici, quòd gl.decreti lo-
quitur in cõtractu lucratiuo: vt potè donationis
vel legati: quia tunc de moneta vſuali, licèt vilior
exiſtat, poteſt ſolui. arg. l. ſi quis argentum. in
prin.iuncta glo.ſuper verbo, æſtimatione, &c. C.
de donat. Et eſt ratio propter l.ad res.ff.de ædili.
edict.& vt benigniùs agamus cũ donatore. l.Ne-
zennius.ff.de re iud.ita dicit do. Oldr. & videtur

ita dicere Azo in ſumma. in tit.de don. Conclu-
do ergo, quòd debet fieri ſolutio in moneta cur-
rente tempore cõtractus: ſiue eſſet illo tempore
fortior ſiue debilior,& ita ſeruatur in iudicando:
niſi aliter tempore contractus eſſet actum inter
partes. Non tamen nego neq; intelligo, quin de-
beat fieri ſolutio de moneta vſuali tempore ſolu-
tionis, ad valorẽ alterius monetæ currentis tem-
pore contractus: iuxta d. c. olim. cum ibi not. &
per not.per gloſſ.in d. §.qui reprobos.hoc etiam
ſentire videtur Bartol.de Salyc.in d.l.ſi ex legati
cauſa. Sic etiam iſto tempore, quo currit debilis
moneta ad rationem vigintiquinque groſſorum
pro ſcuto auri, ſoluunt exactores Delphin. & alij
Nobiles huius patriæ Delp.qui ſibi ſolui faciunt
eorum cenſus de iſta parua moneta,ad rationem
a tamen bonæ monetæ. ¶ De hac materia, *a* vide
plenè Bar.in l.Rutilia Polla.ff.de contrah. empt.
& vend. & in d.l. Paulus reſpondit. & Franc. de
b Zab.in Clem.2. *b* de decimis.& gloſ. & Innoc.in
d.c.olim.extrà,de cenſibus.& Henr.Bohic.in c.
quanto. de iureiu. Et Spec. tit. de oblig. & ſolut.
§.2.circa finem. Cyn.in l.in minorum. C. in qui-
bus cau. in integ.reſt.non eſt neceſſa. & Io. Fab.
Inſtit. quibus modis tollitur obl. in prin. & Dyn.
in c.inſpicimus.de re.iur.li.6. ¶ De materia rea-
chetorum,vide Barth.in l.quoties in diem. ff.de
verb. oblig. An contractus reacheti ſit vſurarius,
plenè dixi in tractatu meo de contractibus illicit.
qui vſur. dici poſſ.in §. quid ſi vendidi tibi do-
2 mum,&c. ¶ † Quis primò fabricauit monetam?
dic quòd Thares,pater Abrahæ: ſicut recitat Al-
bericus de Roſate in ſuo Repertorio, ſuper ver-
bo,moneta. ¶ Item cui vel quibus competat ius
monetam cudendi,vide quæ dixi infrà,q.498. Si
debeantur mihi 30.floreni auri,an potero petere
20.ſcuta auri? dic,quòd non:quia ſcuta non ſunt
in obligatione, nec poteſt peti aliud, quàm ſit in
obligatione, nec etiam valor rei, quæ in obliga-
tione conſiſtit,vt plenè dixi ſuprà, quæſt.453.

*a* ¶ De hac materia. *Adde dom.Bald.in Conſil.137.
breui, incipit, ſuper eo, quod quæritur, an valor mone-
tæ. & in l.cùm quid.in 2.col.in verſic. extrà quæritur.
ff.ſi cert.pet.& ibi dom.Barth.in vlt. colum. in verſi.
& hæc faciunt.*

*b* ¶ Franc.de Zab.in Cle.2. *In 3.colum.in verſi.13.
quæro.& hunc omnino videas.*

## QVÆST. CCCCXCIIII.

SVMMARIVM.

*1 Sententia lata cõtra minorem 25.annis, curatorem
non habentem, eſt ipſo iure nulla. Et quid de con-
tractu.num.2.*

1 SEntentia lata contra minorem viginti † quin-
que annis,curatorem non habentem,eſt nul-
la ipſo iure.l.prę̨ſes.C.quomo.& quando Iudex.
ex l.acta.§.fi. ff. de re iudic. Sed quid ſi cauſa agi-
tata fuerit per Procuratorem conſtitutum à mi-
nore curatorẽ non habente, an valeat ſententia?
a dic q; non. *a* l.non eò minus.C.de proc.& l.licet.
eo.tit.hoc voluit dicere gl.in l.neq;.ſuper verbo,
interuenire.C.de procurat.in quæſt.ibi no. Nec
obſtat l.cùm & minores. C. ſi aduerſus rem iudi.
vbi cauſa agitata per Procuratorem inſtitutum à
minore curatorem non habente, valet & tenet:
licèt ſibi beneficio reſtitutionis in integrum ſub-
ueniatur. Quia verbũ,legitimè,ibi ſubiunctum,
tollit contrarium.vbi glo.dicit legitimè,ſcilicet à
minore,cum authoritate curatoris. d. l. neque i-
ſtud.idem dicit gl. in d.l.neq; ſuper verbo, inter-
ueniente. & ſi opponatur de l. curatorem. C. de
2 in integ.reſt. mino. vbi contractus † celebratus à
minore,curatorem non habente, valet & tenet.
ergo idem in iudicio, vel ſententia eſt dicẽdum,
cùm in iudiciis quaſi cõtrahatur.l.3. §.idẽ ſcribit.
ff.de pecu. Dicendum eſt,ſecundum omnes, q;
b non: *b* licèt nulla lex hoc dicat. Ita dicit Accur-
ſius Gloſſator,in d.l.cùm & minores. quam gloſ.
ſequuntur omnes Dd.ſuper qua dicit Bart.quod
imò videtur text.in l.acta. §.fin. ff.de re iudi.Pro
hoc etiam videtur tex.quem ipſi non allegant,in
d.l.ſi præſes.in fine.& de hac materia vide Bar.in
d.l.cùm & minores.& in l.contra pupillum.ff.de
re iudi. ¶ Sed aduerte ad præmiſſa: quia præmiſ-
c d ſa vera ſunt,vbi minor 25.annis *c* non iuraſſet *d* a-
cta ſeu agenda per Procuratorem nomine ipſius
adulti in iudicio habere rata, & contrà non veni-
re. Quia ſi minor adultus iuret habere rata acta
per Procuratorem ſuum, & non contrauenire,
prout communiter fieri conſueuit: tunc eo caſu
proceſſus nõ redditur nullus, defectu authorita-
tis curatoris: quia iuramentum eum repræſentat
maiorem, ſicut in cõtractu. & dicit gl. ſuper ver-
bo,contractibus.in fi. quam glo. ſequitur Bart.in
auth.ſacramẽta. C. ſi aduerſus vend. Et ita ſeruat
in iudicando dicta Curia Parlamenti:vt plenè et-
iam dixi ſuprà,quæſt.35. vide de hoc in 130. Con-
ſiliorum meorum.

*a* ¶ Quòd non. *Et eſt ratio, quia ſi curatorem non
habeat, non poteſt eſſe in iudicio, ſaltem conuentus: ſed
debet ſibi petere curatorem dari: vt C. qui dari tu. poſ-
ſunt.l.vniuerſis.& inſtit.de cura. §.fin. Et ſic non va-
let ſententia contra eum lata. Et hoc probatur clarè, in
l.acta. §.fi.ff.de re iudicata. Iſta formaliter dicit Salyc.
in l.cùm & minores.in ſecunda oppoſitione. C.ſi aduer-
ſus rem iudica. firmat dominus Petrus de Imola in præ-
di.l.acta.in §.contra.*

*b* ¶ Quòd non. *Quærit Bald.in l.non eò minus. C.de
Procurat.quid ſi ſententia non eſt lata, an valeant acta
cum minore iudi. & reſpondet, q; acta in fauorem mi-
noris valeant: aliàs non.vide eum ibi.*

*c* ¶ Minor 25.annis. *Maior tamen 43. quia impubes
iurare non poteſt.l.qui iuraſſe.ff.de iureiur.22.quæſt.5.
paruuli.& Spec.de teſt.§.1. verſi.item excipitur, quòd
eſt impubes.*

*d* ¶ Non iuraſſet. *De hoc ſcilicet an iudicium minoris
firmetur iuramento: vide iſtum Conſil.103.incip.no-
bilis Ioan.de Monte Arſerio.num.2.verſ.ad ſecundum.
ibi, non obſtat etiam.in 4. deciſ.35.*

QVÆ-



## QVÆST. CCCCXCV.

SVMMARIVM.

*1 Submittens ſe miſericordiæ alicuius, an intelligatur
ſe ſubmiſiſſe eius arbitratui.*

ILle,qui ſe ſubmittit miſericordiæ alicuius do-
1 mini, † bannereti, vel Iudicis, ſe ſubmiſiſſe in-
telligitur eius arbitratui. in c. ſanè. & c. veniens.
& ibi per Inn.de hac materia extrà,de renuncia-
tione.ita tenet Io.Fab. inſt. de contrah. empt. &
vend. in §.pretium. verſ. qui incipit, item quid ſi
miſericordiæ, &c. & dicit Ray. de Sabanaco in l.
poſt deciſionẽ. C. de fur.quòd vbi aliquis ſe ſub-
mittit gratiæ & miſericordiæ Curiæ, videtur ſe
ſubmittere,ſub conditione,ſi fiat ſibi gratia. ideò
in effectu non valet ſubmiſſio, niſi fiat ſibi gratia,
per d.c.ſanè. & not.per Innocen. in d.c.veniens.
De ſubmittente ſe alienæ iuriſ. dixi ſuprà, q.77.
¶ Item de illo, qui ſe ſubmittit ad carceres, dixi
ſuprà,q.61. ¶ Item de illo,qui ſe ſubmittit cogni-
tione Iudicis non ſui:an per hoc videatur iuriſdi-
ctio prorogata: vide, quæ dixi ſuprà, quæſt.370.
¶ Item an ciues Grationopol.ſe poſſunt ſubmit-
tere Curiæ Parlamenti: dixi ſuprà, q.275. ¶ An
quis poſſit ſe ſubmittere ad carcerem, vt poſſit
incarcerari pro debito priuato, vel fiſcali: vide
plenè Io.Ferrar.in tit.forma executionis ſenten-
tiæ.ibi,addo & 5.reme.&c.

## QVÆST. CCCCXCVI.

SVMMARIVM.

*1 Clauſulæ, detractis detrahendis, vſus in fideicom-
miſſaria ſubſtitutione.*

*2 Reus quando dicatur eſſe in mora.*

1 SI fideicommiſſarius † poſt euẽtum conditio-
nis ſubſtitutionis fideicommiſſariæ petat hæ-
reditatem ſibi reſtitui, abſque adiectione illius
clauſulæ,detractis detrahendis,an hęres hæredis
rogati, qui ipſam hæreditatem poſſidet, habeat
iuſtam cauſam recuſandi ipſam hæreditatem re-
ſtituere,ad hoc,vt excuſetur à mora propter fru-
ctus per eum perceptos poſt euentum conditio-
nis ipſius fideic. Et pro deciſione huius dubij præ-
mitto,quòd duo ſunt iura, quę ſibi videntur con-
trariari,videlicet l.qui ſolidum. in prin. ff.de leg.
2.vbi ſic dicitur, Qui ſolidum fideic. fruſtra pe-
tebat hærede Falc.obiiciente, ſi partem interim
ſolui ſibi deſiderauerit,neq; acceperit, in ea mo-
ram paſſus intelligitur.Per quam legem apparet,
quòd iuſta cauſa in parte, nõ tollit moram in alia
parte. Et ita ſummat eam Bart. Aliud ius eſt, vi-
delicet in l.in fideicõmiſſi.circa prin. ibi, tametſi
non facilè euenire poſſit: vt mora nõ præceden-
te perueniatur ad Iudicem: vt puta legis Falcid.
rationem interueniſſe,&c.ff.de vſur.per quam l.
apparet,q; ſi quis ad iudicium vocatus, iuſtam ha
beat cauſam ſe defendendi in toto, vel in parte,
reſpectu eius, quod ab eo petitur, ipſe in mora
eſſe nõ videtur.hinc eſt,q; inde dicitur in l.ſcien-
dum.in fin.eod.tit. q; vbi exceptio aliqua iuſta &
admiſſibilis per vocatum ad iudicium allegatur,
mora facta non videtur. Per quæ iura propterea
Bart.dicit & notabiliter in d.l.qui ſolidum.quòd
a vbi aliquis conuentus oppoſita exceptionẽ *a* pro
parte,niſi actor dicat, exceptione oppoſita, ſe eſ-
ſe paratum aliam partem recipere, reſpectu cu-
ius exceptio non opponitur, reus nõ videtur eſſe
2 in mora. Sic † intelligitur d.l.in fideicõmiſſi. Vbi
verò exceptione oppoſita pro parte actor dicit
reo,da mihi aliam partem, quæ nõ eſt in contro-
uerſia: & cuius reſpectu nulla opponitur exce-
ptio:tunc iſto caſu reus videtur eſſe in mora con-
ſtitutus reſpectu talis partis. Sic intelligitur d.l.
qui ſolidum.& eſt ratio ſecundum eum.Quia qñ
petitur totum,reus non tenetur offerre partem:
quia nõ eſt veriſimile, q; actor vellet eam recipe-
re.l.tutor.§.Lucius.ff.de vſur.Ideò actor except.
partis oppoſita exprimere debet ac proteſtari, q;
eſt paratus partem recipere. Ita dicit ibid. Bart.
Et ideò cùm dictus fideicõmiſſarius in petitione
ſua nõ ſubiunxerit illa verba:detractis detrahen-
dis, ipſe hæres rogati ad iudiciũ vocatur, iuſtam
habuit cauſam ſe opponendi,ac excipiendi con-
tra & aduerſus talẽ petitionem factam per dictũ
fideicommiſſ.reſpectu totius hæreditatis.Et hoc
propter detractiones tàm quartæ Trebellianicę,
quàm etiam funerum impenſæ, debitorumq; &
legatorum teſtatoris per eius hæredem ſoluto-
rum. Necnon reparationum & melioramento-
rum in rebus hæreditariis factarum, quæ detra-
ctiones in vim exceptionum, pro parte dicti hæ-
redis propoſitarum ſunt de iure admiſſibiles, e-
lidentes in parte petitionem dicti fideicom. Ad
cuius onus propterea ſolutio legatorum inſoli-
dum,debitorũ verò & funeris impenſæ, necnon
expenſarum in reparationibus & melioramentis
rerum hæreditarium factarum pro tribus parti-
bus ſpectat & pertinet, & hæc probantur in l. 2.
iuncta gloſſ.C.ad Treb.& l.1.§.fin.iuncta gloſſ.ff.
eod.tit.& l.vbi.§.fi.iunctis etiam no.ibi per Bart.
& l. mulier. §. ſed ipſe tibi.ff.eod.tit. & tetigi ſu-
prà, quæſt. 296. Quæ ſic ſoluta dictus hæres hæ-
redis rogati, ac impenſam potuit & debuit de-
trahere, & ſic de hæreditate petita, retinere vſq;
ad concurrentẽ quantitatem,donec ſibi de præ-
miſſis facta ſolutione. l. ſi in area. ff. de cond. in-
deb.& §.furta. Inſtit. de obl. quæ ex male.na. Ex
quib. propterea ſequitur dictũ hæredem reſpe-
ctu totius hæreditatis,ad iudicium vocatum non
eſſe,nec dici poſſe fuiſſe in mora,neq; in toto ne-
que in parte,ſecundum Bar.in loco prę̨all.quem
etiam ſequitur d. Sal. in l. ſi ex legati cauſa. in q.
quæ incipit, pro euidenti tamen declaratione,
quæro, ſi creditor plus debito petat: an ſuper ve-
ro debito cõſtituat debitorem in mora,&c. ff.de
verb. oblig. in ſua repet. & ibi determinat, quòd
non. Et ita vidi determinari in hac Curia Parlam.
An pro

An pro re particulari reſtitutioni ſubiacente de-
beat detrahi Trebellianica. vide quæ dixi ſuprà,
quæſt. 466. De aliis detractionum materiis ſcri-
pſi copioſè in tractatu meo detractionum per vi-
ginti quinque quæſtiones.

a ¶ Opponit exceptionem. *Non tamen tenetur op-
ponere: ſed poterit ſimpliciter petitionem negare. l. is,
qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. & hoc ſecundum
regulam, quæ dicit, cuius aliqua particularis eſt falſa, e-
ius vniuerſalis ſimpliciter eſt falſa. Spec. tit. depoſiti. §.
ſeptimò videndum occurrit. verſic. 11. conſiderandum
eſt. ibi, vel ſi velit caut.*

## QVÆST. CCCCXCVII.

SVMMARIVM.

1 *In mora an quis conſtituatur ante interpellationem.*

IVxta præmiſſam quæſtionem, quæro, an euen-
1 tus † conditionis fideicõmiſſi vniuerſalis con-
ſtituat hæredem hæredis rogati in mora ipſo fa-
cto. Credo, quòd non. Ratio: quia in obligatio-
ne, quæ eſt pura ab initio, quis nõ conſtituitur in
a mora, *a* niſi per interpellationẽ. l. mora. in princ.
ff. de vſur. ibi, mora enim fieri intelligitur, non ex
re, ſed ex perſona, id eſt, ſi interpellatus loco op-
portuno non ſoluerit, &c. Et in l. ſi ex legati cau-
ſa. ff. de verb. oblig. Ita etiam fieri debet in obli-
gatione conditionali, poſtquam eſt purificata: a-
liàs ſequeretur, quòd in puncto, quo quis obliga-
tur per euentum conditionis, illo eodem puncto
conſtitueretur in mora: quod tamen eſt abſur-
dum. l. quod dicimus. ff. de ſolut. & l. promiſſor
Stichi. ff. de conſt. pec. Ita dicit Guliel. de Cug.
b in l. quod te. ff. ſi cert. pet. & Cyn. *b* in l. ſi minorũ.
C. in quib. cau. in integ. reſtit. non eſt neceſſa. &
Bart. in l. quoties in diem. ff. de verb. oblig. con-
cluſio quòd dictus hæres nõ poteſt argui de mo-
ra. ¶ De materia moræ, vide plenè per Barth. in
l. ſi inſulam. ff. de verb. oblig. & Salyc. in l. ſi ex le-
gati cauſa. ff. eod. tit. in ſua repeti.

a ¶ In mora. *Quid autem ſi minor committit moram,
an reſtituatur aduerſus commiſſionem moræ: vide per
Bartol. in l. in minorem. circa fin. verſ. quæro hic. C. in
quibus cau. in integ. reſt. non eſt neceſ.*

b ¶ Et Cyn. *In 3. col. in 6. quæſt. aliter tamen videtur
ſentire d. Odof. ibi, in 5. col. in verſic. ſed quæro hic. ibi,
licèt non habebant neceſſe, &c. Sed quòd euentus condi-
tionis cõſtituat in mora, tenet d. Alex. & dicit eſſe com-
munem opinionem: vt in l. quoties. in 2. colum. in ver-
ſic. item inducitur. ff. de verb. oblig.*

## QVÆST. CCCCXCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Monetam cudendi ius, cui competat.*

2 *Vectigal exigendi ius, per cõſuetudinem acquiritur.*

CVi competat ius cudendi monetam? Dic quòd
1 ad † Imperatorem ſolùm, & duntaxat de iu-
re, vt in c. quæ ſunt regalia. ibi, moneta, &c. in feu
dis. col. 10. Attamen de iure ſpeciali, vtpotè pri-
uilegio vel conſuetudine, bene poteſt acquiri &
a competere tale ius. *a* De priuilegio probatur, quia
ea, quæ competunt Principi, bene poſſunt per
eum committi. & in priuilegium alicui dari. l. fi.
C. noua vect. inſtit. non poſſe. facit quod not. glo.
in c. quòd tranſlationem. extrà, de off. deleg. de
conſuetudine probatur in l. ſi quiſquam. ff. de di-
uerſ. & temp. præſcr. & C. de fund. limitro. l. 1. &
de paſcu. publ. l. 1. libr. 10. Et eſt bona ratio: quia
quæ poteſt Princeps, poteſt facere conſuetudo:
vt in c. ſuper quibuſdã. §. præterea. extrà, de verb.
ſign. facit quod ponit Cy. in l. 1. C. de emend. lib.
vbi iſtud dicit. Item tenet & ponit Henr. Bohic.
in cap. quanto. extrà, de iureiur. in 2. diſt. allegat
extrauagantẽ Ioan. 22. quæ incipit, prodiens, &c.
Hinc eſt, quòd nos videmus, quàm plures Prin-
cipes & Prælatos, qui cudi faciunt monetã, quod
eſt ex priuilegio vel conſuetudine: ſicut Duces
Borbonii, Sabaudiæ, Archiepiſcopus Ebrudu-
nenſ. Epiſcopus Lauſanẽſ. Epiſcopus ſancti Pauli
Tricaſtrenſis diœceſis. Princeps Auraicæ, & plu-
res alij. Iſtud etiam vna alia ratione comproba-
2 tur. quia † licèt ius exigendi vectigal, ſit de iure
regalium: vt in cap. 1. quæ ſint reg. Attamen tale
ius per conſuetudinem acquiritur. l. fi. §. præter-
ea. C. de. Idem tenet Barto. in l. ſi publicanus. ff. de
pub. & vectig. Idem tenet Cy. in l. 1. C. noua vect.
inſtit. non poſ. & ibi ponit plures bonas rationes,
& bene vrgentes. idem etiam tenet Spe. in tit. de
cau. poſſ. & propr. in §. quia verò. ver. quid de col-
ligentibus pedag. &c. Iſtud etiam tenent Doct.
in l. 1. ſuper glo. in qua fit mentio de priuato. C. de
imp. lucr. deſcrip. libr. 10. alleg. l. cum qui. C. de
fund. rei priua. iunctis his, quę not. in l. ſi decurio.
C. de decur. libr. 10. Et ita ſeruatur in hac Curia
Parl. Delph. & vbiq;. ¶ Itẽ ſi fieri debeat ſolutio
debiti de moneta currente tempore contractus,
vel tempore ſolutionis. plenè ſuprà dixi, q. 493.

a ¶ Tale ius. *Adde dom. Cyn. in l. ſi quis nummos. C.
de falſ. mo. vbi dicit, quæ moneta fieri poſſit per ciuita-
tes. Eſt autem ſciendum, quòd moneta debet cudi ex-
penſis publicis. dom. Barth. in l. qui falſam. ff. de fal. &
in l. 1. C. de veteris num. poſt. libr. 11. Et debet moneta
tantum valere formata, quantum in maſſa. gl. in l. 1. de
contrahen. empt.*

## QVÆST. CCCCXCIX.

SVMMARIVM.

1 *Nomina, an veniant, legatis mobilibus & immobi-
libus.*

2 *Mulier an nubendo videatur bona ſua in dotem con-
ſtituiſſe.*

3 *Mulier an cenſeatur conſtituiſſe in dotem nomina,
ſiue debita.*

Teſta-



1 TEſtator quidam † ſuum mobile legauit, vel
per fideicommiſſum reliquit alicui bona ſua
mobilia & immobilia: nulla facta mentione de
nominibus ſeu debitis, nunquid ipſa nomina ve-
a niant in legato vel fideicommiſſo? *a* Dic quòd non,
b ſecundum Bart. in l. centurio. *b* in 3. quæſt. prin-
cipali. circa fi. ibi dum dicit, ſecùs, ſi dicat, Perue-
nire volo omnia bona mea mobilia, &c. ff. de vul-
ga. & pub. & dixi ſuprà, q. 291. Et eſt ratio ſecun-
dum eum, quia nomina nõ ſunt mobilia, nec im-
mobilia, ſed ſunt quoddam genus per ſe. l. à diuo
Pio. §. in vend. ff. de re iud. l. quam Tuberonis. §.
fi. ff. de pecul. Idem tenet Spec. in tit. de fructib.
& intereſſe. §. 1. verſi. 2. quæritur. Idem tenet Cy.
in l. 1. C. ſi aduer. tranſ. & ibi dicit ſe ita pluries di-
xiſſe. Idem & pleniùs Pet. Iac. in tit. de actio. ex
teſt. Et præmiſſa ſunt vera, quando teſtator dicit
bona mobilia & immobilia, quia ſecùs eſſet, ſi ſim-
pliciter dixiſſet, bona ſua, nulla mẽtione facta de
mobilibus & immobilibus: quia tunc iura, nomi-
na, & actiones, venirẽt in tali fideicommiſſo. l. ex
aſſe. §. ſi quis bona. & l. nam quod. §. final. cum l.
ſeq. ff. ad Treb. ponit Barth. in l. Quintus. la 2. §.
argen. ff. de aur. & argen. leg. Nomen accipitur pro
actione perſonali. l. nomen. §. 1. iuncta gl. ff. de le-
2 gat. 3. ¶ † Iuxta præmiſſa quæro, an mulier nubẽ-
do videatur bona ſua in dotem conſtituiſſe? Dic,
quòd ſic, ſi interueniat traditio. ita debet intelligi l.
mulier bona. ff. de iur. dot. ex quo ſequitur, quòd
nomina debitorum, quia non traduntur, ſed ce-
duntur: non præſumuntur in dotem dari. l. fi. C.
de pact. conuen. & l. fi. C. de repud. Ita tenet Bal.
3 in c. 1. an mari. ſucc. vxori in bonis. ¶ † Et ex his
etiam infero, quòd ſi mulier conſtituat expreſsè
bona ſua in dotem viro, quòd non cenſeatur in
dotem conſtituiſſe nomina ſiue debita, niſi ex-
preſsè dicatur, vel niſi dicat, quòd omnia bona
ſua in dotẽ conſtituit: tunc iura & actiones cõm-
prehenderentur, per præmiſſa.

a ¶ Veniant in legato, vel fideicommiſſo. *Aduer-
te tamen ſi teſtator dicat, lego bona mea: veniunt nomi-
na debitorum: vt not. Bar. in l. vxori meæ. ff. de vſufr.
leg. Et an nomina computentur inter mobilia, & im-
mobilia, vide omnino Pet. de Anch. in c. nulli. de reb.
Eccle. non alie. & Bart. in l. poteſt. de auth. tuto.*

b ¶ L. centurio. *Vide Alex. in l. mouentium. ff. de ver-
bor. ſign.*

## QVÆST. D.

SVMMARIVM.

1 *Obiectus contra teſtes rei, vel contra non probati in
cauſa principali, non admittantur in cauſa ap-
pellationis.*

2 *Parti, contra quam dantur obiectus, licitúmne ſit
dari alios articulos ſaluatorios.*

3 *Infamis an poſſit opponere teſtem cõtra productum,
eſſe infamem.*

1 ACtor dedit obiectus in cauſa principali † cõ-
tra teſtes rei, vel ecõtra, ſuper quibus teſtes
non fuerũt examinati: licèt habuerit pars termi-
nos ad probandum: An in cauſa appellationis illi
obiectus debeant ad probandum admitti? Et vi-
detur quòd non, quoniam obiicere contra teſtes, eſt
odioſum, ideò obiicere nolens nõ admittitur, ni-
ſi ante publicationẽ fuerit proteſtatus: in c. præ-
ſentium. extrà, de teſt. Nec ad talẽ actum datur,
niſi vnica dilatio. in c. licèt dilectus. extrà, de teſt.
& cũ pars habuerit dilatione in prima inſtãtia, ad
hoc faciendum, & non fecerit, non debet ipſe in
cauſa appel. admitti. Pro hoc videtur tex. expreſ-
ſus in c. licèt cauſam. extrà, de prob. vbi dato ter-
mino cõpetenti parti, ad obiiciendũ, & obiicere
nõ curauit, vlteriùs ad obiiciendũ non debet ad-
mitti: vt ibi dicit tex. dũ dicitur, ſuper quo inter-
loquendo dicimus, &c. Tum etiã, quia cauſa app.
eſt alia à principali. l. cùm apud Sempronium. ff.
iud. ſolui. & l. ita demũ. C. de Proc. ideò excluſa
parte ab obiiciendo, cõtra expreſsè vel tacitè per
termini ſuper hoc aſſignati lapſum, pars non de-
bet in cauſa app. admitti ad hoc faciendum. l. ita
demũ. alleg. cùm in eadẽ inſtantia ſi adhuc dura-
ret, non admitteretur: vt d. c. licèt cauſam. Nec
obſtat l. præcipimus. C. de app. & c. fi. de app. li. 6.
quia loquuntur in his, quæ cõcernunt negotium
principale, & non iſta acceſſoria, ſicut obiicere
cõtra teſtes. pro hoc facit Clc. fi. de app. Sed quic-
quid ſit de iure, ſeruatur tamen contrariũ, tàm in
hac Curia Parlamenti, quàm in cæteris Curiis præſen
tis patriæ, de ſtylo & conſuetudine ipſarũ Curia-
rum, in quibus Curiis obiectus contra teſtes ad-
mittuntur ad probandum, in cauſis appellat. qui
non fuerant probati in prima inſtantia. Et ita vi-
di obſeruari 40. annis proximè lapſis. ¶ Sed quæ-
ro, ſi obiectus probentur contra teſtes, an Iudex,
corã quo factæ ſunt probationes, eos punire po-
terit? Dic, quòd non. caſus eſt in c. cùm dilectus.
in fi. extrà, de ord. cog. Nec efficiuntur teſtes in-
fames, ſecundum quod ibi text. & gloſſ. ponunt.
Licèt Inno. dicat eorum opinionem ex hoc gra-
2 uari. ¶ † Sed nónne eſt licitum parti, cõtra quam
ſeu eius teſtes traduntur obiectus, dare alios ar-
a ticulos ſaluatorios; *a* approbãdo famam bonam
b teſtiũ? Dic, quòd ſic: quia cuicunq; *b* eſt licitum
teſtes ſaluare & iuuare: vt in c. præſentium. ex-
trà, de teſtib. lib. 6. & ibi per Archid. & 3. quæſt. 1.
de iudiciis. gloſſ. ſuper verbo, confirmandos. ibi,
dum dicit, vel poteſt cõfirmare illorum teſtimo-
nia, qui probati ſunt crimínoſi, &c. & ita ſeruatur
de ſtylo præſentis Curiæ Parlamen. Sed an teſtis,
contra quem dantur obiectus, & non probãtur,
poſſit agere actione iniuriarum? vide in l. 1. §. 1. ff.
de vent. inſpici. vide etiam quæ dixi in apparatu
ſtat. Si quis per literas. in gloſ. ſuper verbo, com-
muni æſtimatione. circa finem. in quæſtione. ſed
3 pone, quod pars oppoſuit. ¶ † An infamis poſſit
opponere contra teſtem cõtra eum productum,
quòd ipſe teſtis ſit infamis? Bar. quòd non. in l. in
arena. C. de inoff. teſta. & in l. cum mulier. in fi. ff.
ſol. matr. & ibi not. per eum.

a ¶ Salua-

a ¶ Saluatoris. *Sicut & reprobatorios. Sed hîc ſciendum, quòd teſtes probatorios & teſtes reprobatorios probatoriorum reprobare licet, ſed reprobatorios reprobatoriorum non, vt in c. licèt. de teſt.*

b ¶ Quòd ſic: quia cuicunque. *Et etiam ratione: quia paritas eſt ſeruanda in iudiciis. l. in ſacris. C. de proxim. ſacro. ſcrinio. lib. 10.*

## QVÆST. DI.

SVMMARIVM.

1 *Iudicaturæ finito termino, an idem Iudex poſſit adminiſtrare, donec ſucceſſor acceperit poſſeſſionem.*

1 VAcante † officio Iudicaturæ maioris Curiæ Grayſuodani, quæ non durat, niſi biennio, ſecundum libertates generales huius patriæ, dominus noſter Delphi. vel dominus Gubernator huius patriæ prouidit de alio Iudice: ipſe tamen Iudex nouiter creatus, nondum accepit poſſeſſionem officij dictæ Iudicaturæ, nónne valebunt geſta per anteceſſorem, qui eſt in poſſeſſione ipſius officij, donec alius adeptus fuerit poſſeſſio-
a nem dicti officij? Dic quòd ſic: quia *a* apud eum remanet adminiſtratio cum titulo: vt in l. 1. §. adminiſtrationem. C. vt omnes tam ciuiles, quàm militares. Et vide in 168. Conſil. meorũ. Et idem dicendum eſt de Iudicatura Curiæ cõmunis huius ciuitatis Grationop. quæ nõ durat, niſi anno. & idem de aliis maioribus Iudicaturis huius patriæ. Et ita ſeruatur, & vidi ſeruari temporibus meis.

a ¶ Quòd ſic: quia. *Hoc intelligitur verum in iuriſdictione ordinaria: ſecùs eſt in alio officio: vnde legatus poſitus cum temporis præfinitione, non poſſet conferre beneficia poſt tempus: licèt ante ſucceſſoris aduentum, quod not. ſecundum dom. Bal. in l. meminiſſe poterit. ff. de offic. procon. in 2. col. verſic. extrà quæro.*

## QVÆST. DII.

SVMMARIVM.

1 *Profeſſionem facere quando quis cenſeatur.*
2 *Ingreſſus religionis an valeat, ſine religioſorum conſenſu.*
3 *Prior conuentus Prædicatorum, Minorum, an poſſit conferre Euchariſtiã vel extremam vnctionem ſuo religioſo extra terminos conuentus. & numer. 4.*
5 *Prædicatores an debeant præcedere Minores.*

VBi quis emittit votum intrandi religionem aliquam: & poſtmodum per interuallũ habitum ſuſcipit, ab eo, qui poteſt habitum conferre, & illum cui confert religioni aggregare, ipſe
1 talem habitum ſuſcipiens, † profeſſionem facere cenſetur. Ita dicit & tenet Innocent. in c. fraternitatis. in gloſſ. ſuper verbo, ſolenni. extrà, de frigi. & male. in antiq. dum tamen in ætate diſcretionis exiſtat: vt in Cle. fi. de reg. & transeun. ad religionem. Ita dicit Gul. de Monte Lauduno, in d. Clem. Et eſt iſte vnus de quinque caſibus, quos ibi enumerat, quibus quis profeſſionem facere cenſetur. Alius eſt & ſecundus caſus, ſi quis vno contextu votum emittit, & habi-
a tum ſolenniter recipit, *a* animo deſerendi ſeculum, vt in c. conſulti. extrà, de regula. in antiquis. quos caſus etiam recitat do. Fran. de Zabarellis. in d. Clem. fi. Nec obſtat c. porrectum. extrà, de reg. in antiq. & quod not. in c. cũ in magiſtrum. extrà, de elec. vbi dicitur, quòd ex ſola ſuſceptione habitus quis non efficitur religioſus, niſi profeſſio vera ſequatur, quia in caſu d. c. ingredi volens religionem, habitum ſuſcepit, per manum Monachi, qui poteſtatem nõ habebat ipſum aggregandi religioni, ſicut ex tenore d. c. poteſt videri. Ita dicunt Gul. de Monte Laud. de Zabarellis, & Innoc. in locis ſuprà alleg. ſic d. c. intelligentes. Pro hoc bene facit c. conſuluit. quod all. ibi, ita habitus ſine profeſſione ſuſceptus, ne matrimonium contrahatur, impedit, &c. extrà, qui cle. vel vouentes matrimonium contrahe. poſ. in antiq. Et licèt in habitu conferendo requiratur conſenſus religioſorum, arg. c. quod omnes tan-
2 git. de regul. iur. libr. 6. Tamen † receptio talis ingredientis religionem facta per Abbatem, vel Priorem ſine conſenſu aliorum religioſorum, valet fauore religionis. Et iſta fuit q. Mart. de Fano, qui ſic determinauit alleg. c. cùm plantare. &c. in his. extrà, de priui. 12. quæſt. 2. c. religioſam. & in arg. c. porrectum. ſuprà alleg. ita dicit Spec. in tit. de ſtatu Monach. vbi iſtam ponit quæſtio.
3 in verſic. 20. quæritur. ¶ † Inſurgit tamen talis quæſtio, vtrum Prior conuentus Prædicatorum poſſit conferre Euchariſtiam vel extremam vnctionem ſuo religioſo, extra terminos ſui cõuentus? Et licèt videatur quòd non, per Cle. 1. de priuil. & exceſſibus præl. attamen dicendum videtur contrarium: cùm d. Cle. loquatur duntaxat in Clericis & Laicis: non autem in religioſis. Ideò ad tales non debet extendi: vt c. ſtatutum. extrà, de elect. lib. 6. & c. in pœnis. de reg. iur. & refert ibi Pe. de Stag. in Lectura ſua dictę Clem. primæ. quędam Cardinalem ſic tenuiſſe. ſuper qua Cle. dicit Franc. de Zabarel. quòd tales Priores malè faciunt, ſi miniſtrant d. Sacramenta religioſis alterius Monaſterij. Secùs tamen ſi religioſis ſui Monaſterij. Cle. 2. §. ſanè. de ſtat. Monac. ita ſeruant Prædicatores huius ciuitatis Grationop. & ſimiliter vidi alibi ſeruari. Nec obſtat l. fi. ff. de iu-
4 riſd. om. iudic. cum ſi. quia reſpondetur, ꝙ † miniſtrare talia Sacramenta, ſe habet reſpectu iuriſdictionis voluntariæ: quia in inuitum nõ miniſtrantur. l. 2. iuncta gloſ. 1. ff. de offic. proconſu. & leg. Et illa, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, poſſunt vbiq; præſertim in ſubditum, exerceri: vt d. l. 2. & not. in l. 1. C. de emancipa. liber. Hoc videmus in ordine militiæ, qui poteſt in alieno territorio conferri. & ponit Bart. in l. 1. C. de digni. libr. 12. Et in aureis annulis liberto præſtandis. l.



5 dis. l. 2. C. de iure annulorum aureo. ¶ † Sed qui debent primò ire, vel ſedere, an Prędicatores vel Minores? Dic, ꝙ Prædicatores: quia antiquior eſt eorum inſtitutio. ita no. in c. quarundam. de ele. lib. 6. De fratribus Minoribus & Prædicatoribus ſcripſi etiam in 12. Conſil. meorum.

a ¶ Habitum ſolenniter recipit. *Vide dom. Pet. de Anch. in c. 1. in 1. no. & 5. nota. & in 10. not. de regu. & tranſ. ad relig. lib. 6.*

## QVÆST. DIII.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum, quo ſum vſus in aliqua cauſa, productum ab alia cauſa, an poſſim reprobare. diſting. num. 2.*
3 *Inſtrumentũ an poſſit quis impugnare, ſubſcriptum manu propria.*

1 POne, ego ſum vſus aliquo inſtrumento † in aliqua cauſa. Deinde aliquis id produxit contra me in quadã alia cauſa. Nunquid poſſum tale inſtrumentum reprobare? Dic, ꝙ aut volo id reprobare ratione authoritatis eiuſdẽ, hoc eſt, Notarij, qui recepit, vel ſcripſit ipſum, & nõ poſſum. arg. l. ſi quis teſtibus. C. de teſti. aut volo id reprobare, propter aliquod capitulũ in eodem inſertum, ſeparatum à primo, quod contra me facit. & tunc illud reprobare poſſum, ſecundum Petr. de Bella Pertica. arg. l. Publia Męuia. §. fi. ff. depoſiti. & l. ſi ex falſis. C. de tranſact. Ita dicit Cyn. in d. l. ſi quis. in vlt. quæſt. Idẽ dicit de verbo ad verbum Henr. Bohic. in c. præſentium. in 2. di. extrà, de teſti. & ad iſtud propoſitum dicit Bart. quòd vbi producto aliquo inſtrumento per me ſi volo vnum capit. eiuſdẽ reprobare, & aliud capitulum
2 ibidem inſertum approbare. † Aut tale inſtrumentum cõtinet plura capitula ſeparata, & tunc poſſum approbare vnum, & aliud reprobare: vt d. l. Publia. in fin. Aut continet tantùm vnum capitulum ſeu plura connexa: tunc aut reſpectu capituli, quod volo reprobare, habeo cõtra me pręſumptionem iuris, aut pro me. Aut ius non præſumit, nec pro me nec cõtra me. Primo caſu non admittitur reprobatio. l. ſi non conuicij: C. de iniuriis. & l. 1. C. ad leg. Cor. de ſicar. ſecundo & tertio caſibus admittitur reprobatio. l. Aurelius.
a §. idem quæſiit. ff. de li. leg. vbi Bart. *a* iſta ponit. & ita fuit concluſum in hac Curia Parlam. vt dixi
3 pleniùs ſuprà, quæſt. 131. ¶ † Sed iuxta præmiſſa quæro, quid ſi inſtrumentũ eſt ſubſcriptum manu illius, qui vult ipſum impugnare: vtrum poſſit: Credo quòd ſic: tamẽ oportet eum probare, quòd in ſubſcriptione fuit deceptus, vtpote quia ſi oſtenſo inſtrumẽto fuit ſibi dictum, quòd continebat vnum, & aliud continebatur, & ipſe non legit. l. fi. C. plus valere quod agitur. & l. 2. C. de re. Eccl. nõ alie. hoc ponit Bart. in l. 2. ff. quemadmodũ teſta. aperiantur. ¶ Et ex hoc ego certifico deciſionem huius Curiæ aliàs factã, de qua in d. quæſt. 131. in qua dubitabatur, ſi ille, qui producit inſtrumentũ in iudicio in aliqua cauſa, poſſit aliquem errorem ibi adiectum petere corrigi: & dico ꝙ ſic, per no. per Bartol. in d. l. 2. ff. quemadmodum teſt. aperian. Non obſtante eo, quod poſuit Inno. in c. cum olim. in fi. de cen. quia debet intelligi, quando inſtrumentũ à domino ſciente contenta in eo, fuit productum, cui tũc error vel ignorantia poteſt imputari. ¶ De hac materia vide Bar. in l. poſt legatum. in prin. ff. de his quibus; vt indig. Inno. & Hen. Bohi. in c. cum Ioan. de fide inſtru. vbi ponit iſtam materiam.

a ¶ Vbi Bart. *In verſi. quæro producto vno inſtrumento. adde bo. text. optimè facientem in c. cùm veniſſent. & ibi dom. Panor. in 2. col. in verſi. item not. quod licèt confeſſio emanet cum certa qualitate. extrà, de inſti. ſanè iſtud libẽs addidiſſe voluit propter opin. diſtinguentem, an ſit vna oratio vel diuerſa, quam refert do. Bal. in l. 1. in 8. col. in verſic. denuò quæro. quæ tamen opinio ſibi non placet: vt ibidem inquit, verſic. quod mihi non placet. C. de confeſſis.*

## QVÆST. DIIII.

SVMMARIVM.

1 *Error adiectus in teſtamento, per quot teſtes probetur in teſtamento inter liberos, & per quot inter extraneos.*

FVit in hac Curia Parlamẽti dudum proceſſus ventilatus de & ſuper hæreditate domini Amedæi de Mirabello, domini quõdam de Mirabello, ſuper quo proceſſu ac etiã ſuper teſtamento d. Ioan. eius filij factæ fuerunt aliquæ deciſiones, de quibus ſuprà, q. 127. vſque ad q. 135. in quo
1 proceſſu fuit orta alia quæſtio, videlicet: ¶ † Vtrum error allegatus ex dicto teſtamẽto domini Amedæi inter eius liberos cõditi, qui aliquos ex eiſdem liberis ſuis hæredibus inſtitutis onerauerat de debitis ſuis ſoluendis, qđ fuit omiſſum deſcribi. poterit ille error probari per duos teſtes. *a*
a Cyn. tenet quòd ſic: vt in l. errore. C. de teſt. Idem Innoc. in c. quoniam contra falſam. extrà, de proba. Bart. tamen contrarium videtur tenere in l. cùm proponebatur. ff. de leg. 2. Credo tamen quòd hoc caſu talis error potuerit probari per duos teſtes: pro eo, quia iſta eſt quędam qualitas de debitis ſoluendis: quę qualitas poteſt per duos teſtes probari, ſecundum Bar. in l. cùm proponebatur. in verſic. ſecundo caſu, &c. quòd ſic pro tali ratione teſtamentum inter liberos confectum, prout fuit dictum teſtamentum d. Amedæi, poſſet probari duobus vel tribus teſtibus. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta. multò ergo magis & fortiùs poteſt probari talis error in eodẽ adhibitus, per duos vel tres teſtes. argum. in auth. multò magis. C. de Epiſ. & Cle. Et hoc rectè colligitur ex ſolutione, quã dat Bar. in d. l. cùm proponebatur, ad d. c. quoniam contra falſam. dum dicit, quòd dictum capitulum

loquitur in actu, in quo nõ requiritur certus numerus teſtium. & ideò fieri poteſt probatio per duos teſtes. Quod tamen ſecùs eſt in teſtamento, vbi certus numerus teſtium eſt determinatus, per quem & non minorem debet fieri probatio. Et quia in teſtamentis inter liberos cõfectis non requiritur certus numerus teſtium à iure determinatus: vt d. §. ex imperfecto. ideò ſequitur, ꝙ talis error in teſtamento prædicto adhibitus, poteſt per duos teſtes probari, ſecundũ ſolutionem prædictam, quam facit Bar. ad d. c. quoniam contra falſam. ideò ſuppoſito, quòd opin. Barth. vera eſſet, & ꝓcederet in teſtamento inter extraneos confecto, ipſa tamen nõ procederet in teſtamento inter liberos confecto, vt apparet tam per ſua dicta, quàm per alia ſuprà facta. ¶ De hac materia etiam tetigi ſuprà, q. 130. & in quæſtione ſuprà proximè præcedenti.

a ¶ Per duos teſtes. *Hoc autem eſt ſciendum, quòd teſtatoris voluntas debet probari per ſeptem teſtes, & illa probata teſtamenti ſolennitas poteſt probari per duos teſtes, ſecundum dom. Alex. 2. volum. Conſi. 87. in 1. colum. in verſic. quantum ad ſecundum. & propterea pro reſolutione huius quæſtionis videtur conſiderandum, an error inſpiciat voluntatem, an ſolennitatem, vt ſic vel 2. vel 7. requirantur.*

## QVÆST. DV.

SVMMARIVM.

1 *Donatione facta primonato ex tali matrimonio, ſeu alteri maſculo, ſi maluerit: an primò natus, vel omnes admitti debeant.*

FActum eſt pactum in contractu matrimonij
1 † quòd pater primogenito filio dabit tale caſtrum, ſeu alteri, ex ipſo matrimonio naſcituro, ſi maluerit, &c. Ex quo matrimonio nati ſunt duo liberi maſculi. Deinde moritur pater, nulla alia facta declaratione ſuę voluntatis. Inſurgit dubiũ, vtrum primogenitus inſolidum admittetur ad iſtud caſtrum, vel vtrum omnes pariter admittantur? Et licèt dicẽdum videretur, quòd omnes æqualiter admitti debeant. arg. l. cum quidam. in prin. & l. cùm pater. §. pen. ff. de leg. 2. & quod habetur in l. vtrum. §. cum quidam. ff. de reb. dub. Attamen credo, primogenitum admitti inſolidum: ſupponendo tamen tale pactum fuiſſe ſtipulatione vallatũ, iuxta ea, quæ dixi ſuprà, q. 267. Et eſt ratio: quia donatio reſpectu primogeniti fuit pura, & reſpectu aliorum liberorũ, qui inde eſſent naſcituri, fuit conditionalis, videlicet ſi alium mallet. Quæ tamen conditio non euenit ex eo, quòd pater nõ declarauit alium malè habere, quòd donauit primogenito: igitur remanſit inſolidum dicta donatio penes primogenitum, cui purè fuit facta, qui etiam pendente cõditione in ſecundogenito adiecta totũ habuit. Et quia deficit conditio, nunquam venit, nec ceſſit dies obligationis, reſpectu ſecũdogeniti. l. cedere diem. ff. de verbor. ſign. Ideò tota donatio peruenit ad
a primogenitum. l. 2. a & l. qui libero. cum ibi no. ff. ſi pars hæredi. petatur. & quot not. per gloſſ. & Bar. in l. ſi quis. ff. de hæred. inſtit. & l. plane. §. qui coniunctim. ff. de leg. 1. Conſtat enim, quòd donatio reſpectu ſecundogeniti facta, cẽſetur facta ſub hac cõditione, ſi maluerit. Et ita donatio primogenito facta reperitur adempta ſub conditione, & conceſſa ſub cõtraria. argum. l. ſi legatum. ff. de adi. leg. facit l. pecuniã. & quod ibi nota. per gloſſ. & Doct. ff. ſi cer. peta. Et cùm talis conditio non euenerit, quia nulla fuit voluntas declarata: quæ declaratio ceſſauit per mortem. l. 4. ff. lo. & l. mãdatum. C. mand. Reſtat dicere; talem donationem nunquam ſibi locum vẽdicaſſe in perſonam ſecundogeniti. argum. l. 1. §. ſin autem. C. de cadu. tollen. l. 1. & quod ibi not. ff. de cond. & demon. Vbi autem hæc verba, ſi maluerit, non fuiſſent adiecta, ſed ſimpliciter dictũ fuiſſet primogenito, ſeu alij ex dicto matrimonio naſcituro, tunc iſto caſu primo & ſecundogeniti concurrerent. l. cum quidam. ff. de verb. obl. & d. l. vtrum. quibus per hoc apparet eſſe reſponſum. Et ſi dicatur, quòd donatio facta primogenito, fuit conditionalis tacita, videlicet ſi naſceretur, ipſo tamen primogenito nato ſtatim fuit purificata. l. interdum. in princ. ff. de verb. oblig. quæ tamen non impedit ortum obligationis, vt ibi not. Et reſpectu ſecundogeniti fuit duplex conditio: videlicet, vna tacita, ſi naſceretur, & alia expreſſa, ſi pater magis de ipſo vellet, quàm de primogenito. Quæ expreſſa, cùm non euenerit, ipſa habuit impedire tàm ortum obligationis, vt d. l. cedere diem, quàm etiam totam ipſam donationem infringere, vt in l. 1. §. ſin autem. C. de cadu. tollen. Conſiderato, quòd talis conditio erat meræ & liberæ voluntatis ipſius donatoris, ſi mallet vel maluerit aliũ naſciturum, quàm primogenitum habiturum. l. centeſimis. §. ſi. ff. de verb. oblig. filio nato, etiam ſcripſi ſuprà, quæſtio. 267. 467. & quæſt. 476. & 131. Conſil. meorum. & quæſt. proximè ſequen.

a ¶ L. 2. *In gloſſ. in verbo, ad eos. ibi, tu autem potes diſtinguere.*

## QVÆST. DVI.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta in contractu matrimonij, primò nato, & naſcatur primò filia, item filius, quis admittetur.*

2 *Sermonis pronunciatio in maſculino, quando non porrigatur ad fœmininum.*

3 *Primogenitus, ſeu primò natus, quis dicatur.*

1 IN cõtractu matrimonij maritus donauit † primò nato ex ipſo matrimonio, vltra portionem ſuam, & in auantagium, vnam domum fortem, cum decẽ libris annui reditus. Ex quo matrimonio primò nata fuit vna filia, Peroneta nuncupata. Secundò, vnus filius Ludouicus nuncupatus. Tertiò & quartò, gradatim plures filij & filiæ. Inter quos eſt quęſtio, vtrum Peroneta primonata, appellatione horum verborum, primonato, comprehendatur. Et videtur quòd ſic. l. illa verba. §. pueri. & l. patroni. & l. liberti. ff. de verb. ſignif. Et eſt ratio: quia ſexus maſculinus etiam ſexum fœ-
a minum ſemper continet. a l. qui duos mulos. vbi iſta ponitur ratio. ff. de leg. 3. attamen credo oppoſitum in caſu iſto, in quo donator cenſetur intellexiſſe, de filio maſculo primonato, & non de filia primonata. Et poteſt aſſignari ratio: quia filiabus talia non conſueuerunt auantagia & vltra portiones ſuas donari. argum. c. 1. in princ. & §. 1. de ſucceſſ. feud. in feudis. col. 10. ideò dicit Iuriſconſultus Paulus, quòd pronunciatio ſermonis in ſexu maſculino, ad vtrunque ſexum plerunq; corrigitur. l. pronunciatio. in princ. ff. de verb. ſi-
2 gnific. † Et notanter dicitur, plerunque: quia ſi appareat de contrario, tũc pronunciatio ſermonis in maſculino ſexu, non porrigitur ad fœmininum. l. Lucius. §. quæſitum. ff. de legat. 3. Et iſtud probari poteſt ex conſuetudine taliũ Nobilium, qui talibus maſculis & non fœmellis facere conſueuerunt donationes, aut etiam ex charitate, id eſt, affectione, quam habent plus erga maſculos, quàm fœmellas: ſicut hæc habentur in l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de legat. 1. & l. ſi fuerit. ff. de reb. dub. In his enim ſcrutari debet voluntas donantis, & in qua præſumptione ſunt hi, qui tales faciunt donationes. Vtrum de maſculis vel fœmellis intelligere voluerunt, ac etiã modus communis loquendi & intelligendi ipſorum. l. Caſſius. §. quod tamẽ Caſſius. ff. de leg. 3. & l. cùm de lanionis. §. aſinam. ff. de fun. inſtr. leg. & l. Labeo. & ibi Bart. ff. de ſup. le. Ita dicit etiam Iacob. de Aret. in l. Lucius. cap. quæſitũ, ſuprà alleg. Et ita ſequitur Ludo. dici debere primonatum, cùm nullus alius maſculus eũ præceſſerit. l. proximus. ff. de verborum ſignific. quia proximus eſt, quem nemo præcedit, vt ibi habetur. Et primonatus dicitur, reſpectu ſecundo & tertio nati. l. ſi fuerit. §. fin. & ibi text. de reb. dub. & not. in auth. de hęred. & Falc. §. inordinatum. iuncta gloſ. colum. 1.
3 licet quandoque † primonatus vel primogenitus etiam dicitur, vbi nullus alius reperitur natus: vt in c. Ioſeph. extrà, de verbor. ſignifi. & ibi bonus text. Non obſtant iura ſuprà in contrarium allegat. & quod ponit Bart. in l. 1. ff. de verb. ſign. quia ipſa militant, vbi de contraria voluntate non apparet, ſicut hîc apparet præmiſſis coniecturatis. Qualiter ſciri poteſt, quòd teſtator in teſtamento ſic ſenſerit: vide l. ſi ſeruus. §. fin. ff. de leg. 1. & l. Lucius. §. maritus. glo. ſuper verſic. ſenſiſſe. ff. ad Trebell.

a ¶ Continet. *Maſculinum an & quando concipiat fœmininum. domin. Barth. l. 1. ff. de verborum ſignif. diſtinguit. & in l. ita ſtipulatus. ff. de legat. 2. & in l. 1. §. incertum. ff. de vent. in poſſ. mit. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.*



## QVÆST. DVII.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus an pertineat ad hæredem, ante reſtitutionem fideicommiſſi. & num. 2. & 3.*

a DIcit dominus a Innoc. in rub. in fin. extrà, de
1 iurepa. † ꝙ ius patronatus, non ad propinquos ſanguinis, ſed ad inſtitutos hæredes refertur. Nam ſi ad emptorem villæ cum aliis iuribus villæ deferatur, multò fortius ad hæredẽ: ita dicit ibidem Inn. Et hoc idem ponit recitatiuè Henr. Bohic. in c. ex inſinuatione. eo. tit. Sed nunc ſurgit tale dubiũ: hæres, qui habebat ex diſpoſitione teſtatoris ius patronatus, rogatus hæreditatẽ reſtituere Titio, deceſſit ab inteſtato, nunquid ius patronatus deferatur agnatis vel cognatis ab inteſtato ſuccedentibus: vel an pertineat Titio fideicõmiſſario. Et credo ꝙ talibus ſuccedentibus ab inteſtato: & multò fortiùs hæredi ſuo ſcripto ſaltem ante reſtitutionẽ per eos re vel verbo factã, ſpectat ius patronatus. pro eo, ꝙ omnia iura directa in eos ſunt translata. Inſtit. de fideicom. hære. §. reſtituta. & l. quoties. §. hęredes. ff. de hæred. Inſtit. & l. hæreditatis. & l. nihil. ff. de verb. ſignif. Ita ꝙ poſſunt tunc præſentationem facere, tanq̃ vero patrono facta re vel verbo reſtitutione hæreditatis fideic. ipſi fideicom. ſpectat ius præſentandi tanq̃ vero patrono, cùm per reſtitutionem omnia iura trãſierint in talem fideicom. iuxta l. reſtituta. in princ. ff. ad Treb. ita vidi determinari, vbi hæres rogatus non detrahit Trebellianicam: quia fortè fuit prohibita detrahi, prout prohiberi poteſt hæredi extraneo. vt ſuprà dixi, q. 51. tunc enim ſolus fideicommiſſarius præſentabit tanquam inſolidum patronus: vbi autem hæres detraheret Trebellianicam, tũc ambo eſſent patroni, & facere deberẽt præſentationem, videlicet fideicom. cui eſt facta reſtitutio pro tribus partibus. & hæres rogatus pro quarta parte, quia non obſtante reſtitutione remanet hæres pro quarta, reſpectu Trebellianicæ per eum retentæ: per d. §. reſtituta. Inſtit. de fideicom. hæred. & tenetur etiam debita teſtatoris pro quar-
2 ta parte ſoluere: vt dixi ſuprà, quæſt. 496. † Sed iuxta hanc materiam pone, quidã ſuo teſtamento dotauit vnam Capellam, & voluit, quòd præſentatio ipſius pertineret hæredi filio, & hæredibus hæredis ſui, & inſtituit hæredẽ vniuerſalem filium ſuum, &c. Poſtmodum mortuo teſtatore filius ſuus hæres fecit teſtamentum, in quo inſtituit filium ſuum: & ſi decederet ſine liberis, voluit bona ſua & hæreditatem ſuam peruenire ad Caium, ſubſequenter poſt mortem dicti ſecundi teſtatoris. dictus hæres mortuus eſt ſine liberis inteſtatus, & relicto ſuperſtite d. Caio fideicom: nec nõ & relicto quodam cognato propinquiore, qui eſt hæres ab inteſtato, & reſtituit Caio fideicom. poſteà contingit vacare dictam Capellam. Nunc eſt controuerſia inter cognatum & ſubſti-

ſubſtitutum, quia cognatus ſe iuuat teſtamento fundatoris, qui voluit, quòd hæredes ſui hæredis præſentarent. per l. fin. C. de hæred. inſtit. ſubſtitutus dicit contrarium, pro quo facit l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. facit etiam. ff. de verbor. ſignific. l. in conuentionib. Præterea, fortificando ſic, quia ea, quæ ſunt ceſſibilia, ſunt ad hæredes extraneos tranſmiſſibilia. l. ex pluribus. ff. de admi. tuto. & ea, quæ ſunt trãſmiſſibilia ad hæredes extraneos, ſunt reſtitutibilia fideic. vt not. in l. ſi patroni filius. in princ. ff. ad Trebell. & not. per dom. Ioan. Andr. in additio. Specul. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua. verſic. 157. & ibi pulchrè.

3 Sed † ſic eſt, quòd ius patronatus eſt ceſſibile & vendibile, vt not. per Innoc. extrà, de iure patronatus. c. ex literis. & per Ioan. And. in nouella. de iure patronatus. c. 1. lib. 6. ergo eſt ad hæredes extraneos tranſmiſſibile: vt not. per gloſſ. in cap. 2. de iure patronatus. in Cle. gloſ. 1. in fin. & ff. de iure patronatus. l. ſi opera. Nec eſt curandũ de hæredibus ſanguinis, quia proximiores in ſanguine, hæredes non ſunt admittendi, vbi eſt diſpoſitio in contrarium: vt not. per Innocen. in rubr. in fi. de iure patronatus. & ibi pulchrè. Nec obſtat d. l. final. C. de hære. Inſtit. quia ſicut per obliquum ſuccedit fideicommiſſ. ſic etiam & hæredes hæredis. vt not. per gloſſ. in l. 3. in princ. ff. de pet. hæredi. & habet plus fideicommiſſarius, qui habet diſpoſitionem hæredis, quam non habet hæres hæredis, qui per legem admittitur. & non habet per diſpoſitionem teſtatoris: vt dicta l. quæ liberis. in §. hæc verba. & in l. in conuentionibus. ff. de verborum ſignificatione. & ſi quid habeat ſiue retineat hæres rogatus, hoc eſt, contra voluntatem teſtatoris. l. Titia. ff. ad legem Falcid. facit ad præmiſſa l. ſi filius. ff. quod cum eo, qui in aliena poteſtate. Nec obſtat l. quia. §. reſtituta. ff. ad Senatuſc. Treb. quia loquitur in rebus non tranſmiſſibilibus.

a ¶ Dicit dominus. *De his vide per dominum Felyn. in ſuo tracta. de iure patron. vbi multis dubiis deciſis ſuo magnifico ſenſu omnia cumulauit, quæ ad ius patronatus pertinere videntur. & ſit tibi tractatus ille charus, veluti pupilla oculi tui.*

## QVÆST. DVIII.

SVMMARIVM.

1 *Ius prælationis in quibus locum habeat.*
2 *Res an poſſit capi iure prælationis, in donatione.*

1 PONE, Aliquis emit vnum tenementum † plurium rerũ, in quo ſunt quàm plures & diuerſæ poſſeſſiones de directo dominio, & emphyteuſi diuerſorum dominorum mouentes, ꝙ quidam tenementum emit vno pretio: alter dominorum directorum, vult aliquã rem, quæ de ſua emphyteuſi tenetur, retinere iure prælationis, vtrum poſſit? & dicendum videtur ꝙ non, a quia omnium rerum eſt vna venditio de facto de omnibus rebus inſimul facta. l. ſcire debemus. cùm ibi not. per Bart. ff. de verb. oblig. Ideò ſi talis dominus rem ipſam iure prælationis retineret, emptor non teneretur alias res in ipſo tenemento cõprehenſas recipere. vt l. ſi quis duos. ff. de contrahen. emptio. & vendit. Et eſt ratio, quia aliàs tale tenementum non fuiſſet empturus, niſi omnes res in eodem comprehenſas haberet: prout dicit ibidem gloſſ. quæ alleg. l. quòd ſi vno. verſi. Celſus. ff. de in diem addict. quòd eſſet præiudiciabile aliis dominis directis, ac etiã emphyteutæ meliorationes ſuas vẽdenti. & iſtud facere nõ licet, quoniam ius prælationis tũc locum habet, quando per eum in nullo præiudicatur emphyteutæ, vt l. ſi. C. de iure emphyt. Patet, quia à domino iure prælationis vtente conſequitur, quod ſua intereſt: ſicut conſequeretur ab emptore, vt in d. l. ſi habetur: quod tamen non eſt in caſu præſenti, & pro tanto videtur, quòd ius prælationis locum non habeat. facit bene, quia talis res eſt pars contractus. l. fundi partem. ff. de contrahen. empt. & vend. Pro hoc etiam facit, quod dicitur de permutatione, in qua ceſſat ius prælationis. & in contractu facio, vt des, vbi requiritur perſonæ induſtria, prout not. Doct. in l. fin. C. de iure emphyt. & in c. potuit. de loca. & per Spec. de emphyt. §. nunc aliqua. verſic. 107. & verſic. ſeq. & Pet. Iac. de Anch. in rem, quæ pro emphyt. competit.

2 ¶ An † in donatione poſſit res capi iure prælationis: b vide quæ dixi ſuprà, quæſt. 47. ¶ Vtrum ius prælationis poſſit alteri cedi: vide quæ dixi ſuprà, quæſt. 411. ¶ An dominus poſſit capere iure prælationis rem permutatã: vide quæ ſcripſi ſuprà, quæſt. 92. in fin.

a ¶ Videtur quòd non. *Fortè tamen tenetur dominum requirere argum. de toto ad partem. l. quæ de. ff. de rei vendic. licèt dominus retinere nõ poſſit, propter rationem hic aſſignatam. ius enim requiſitionis cùm ſit bonum & vtile, non debet contemni. argum. c. licèt. extrà, de re.*

b ¶ Iure prælationis. *Vide de hoc poſt omnes ſcribentes, d. Iaſ. de May. in l. vlt. C. de iure emphyt.*

## QVÆST. DIX.

SVMMARIVM.

1 *Precarij conſtitutio.*
2 *Poſſeſſio ficta, non ſufficit ad conſtitutionem precarij.*

1 VEnditor domus conſtituit ſe eam poſſidere precario † nomine emptoris, agit emptor contra venditorẽ, ut domum tradat, & eũ potiorem in poſſeſſione faciat, vtrum ꝓcedat libellus? & videtur ꝙ non: quia venditor conſtituendo ſe poſſidere, tranſtulit poſſeſ. in emptorem. l. quod meo. in princ. ff. de acqui. poſſ. l. quidam. ff. de rei ven. & ita facit quod debuit, qui poſſeſſionẽ tradidit. l. rem ali. cùm ibi no. in gl. ff. de contrahen. empt.



a empt. & vend. In contrarium a videtur, quia iura loquentia de traditione, quam facere tenetur venditor emptori, loquuntur de traditione reali & actuali. & ita de poſſeſſione naturali. l. ſi traditio. C. de act. empt. in c. ſi facta. ſi de feudo defuncti controuerſia fuerit. in feudis. columm. 10. in §.
2 per traditionẽ. Inſtit. de re. diui. † Et non de poſſeſſione ficta ſeu ciuili, modò ita eſt, quòd per cõſtitutionem precarij non traditur naturalis, hoc eſt, realis & actualis poſſeſſio: ſed ficta ſeu ciuilis: ideò ſequitur libellum bene procedere. Pro hoc facit: quia quando aliquis actus fieri debet naturaliter, non ſufficit quòd fiat ciuiliter, ſi tamen naturaliter fieri poteſt. l. ſi ita quis teſtamento. §. fin. & l. cùm pater. §. hæreditatem. lo r. ff. de leg. 2. & l. fideicommiſſum. ff. de cond. & demon. & l. ex parte. §. in inſulam. ff. de verb. oblig. Et quia venditor domũ poteſt tradere realiter & actualiter, ideò ſequitur quòd non ſufficit, ſi tradatur ciuiliter, hoc eſt, fictè. ¶ De hac materia precarij vide quæ dixi plenè ſuprà, quæſt. 112. & infrà, q. 512. & ſuprà, q. 267.

a ¶ In contrarium. *Facit, quòd poſſeſſio ſimpliciter prolata intelligatur de naturali poſſeſſione: vt legitur & nota. in l. ſtipulatio iſta. §. hi quoque. & hoc quoque. ff. de verb. oblig. Et hinc eſt, quòd dicitur pedum poſitio. vt l. 1. ff. de acquir. poſſ.*

## QVÆST. DX.

SVMMARIVM.

1 *Remaneat, verbum, an inducat donationem inter viuos.*

FVit factum pactum iuramento vallatum per Aynardum Baſtardum domini Vignayci, domino Vignayci præſenti & ſtipulãti, quòd eo caſu, quo ipſe Baſtardus decederet ſine liberis legitimis, voluit & cõceſſit, quòd caſtrum ſuum Vatillij, ſit & remaneat ex nunc, in anteà, ac in perpetuum dicto dom. Vignayci, ſuiſq; hæredibus,
1 & ſucceſſorib. in dicto caſtro Vignayci. † Vtrùm ex hoc cenſeatur donatio facta? Et videtur quòd ſic: quia verbum, remaneat, tantùm importat, ſicut ſi dixiſſet, donat vel legat. l. cùm quis decedens. §. nuptura. ff. de leg. 3. hoc etiam probat in
a l. ſi cùm a ante nuptias. iuncta glo. C. de don. ante nupt. vbi promiſſio facta per verbum, remanere, tãtum operatur ac ſi fuiſſet per verbum, dare. Et eſt ratio: quia in talibus plus ſenſum, quàm verba inſpicimus. & plus, quod eſt actum, quàm quod eſt dictum. d. l. 3. §. cõditio. ff. de adi. vel transfer. leg. l. ſed Celſus. ff. de contrah. empt. & vend. In conuentionibus enim contrahentium voluntatem potius, quàm verba ſpectari placuit. l. in conuentionibus. ff. de verbor. ſign. Quæ voluntas, ſi conſideretur, negari non poteſt, quin tale pactũ operetur, & faciat cenſeri donationem inter viuos factam eſſe, cùm teſtamentum eſſe nõ poſſit, cùm 7. teſtes nõ exiſtant: neq; codicillus, aut donatio cauſa mortis, cùm quinq; non exiſtant teſtes rogati, qui requiruntur. l. hac conſultiſſima. §. 1. & §. per nuncupationem. C. de teſt. & l. fi. C. de codicil. aut vltima voluntas, de qua in l. 1. C. de ſac. ſan. Eccl. mentio habetur, pro eo, quòd ipſe tunc in mortis articulo non erat conſtitutus. ſicut requiritur antè; quàm d. l. locum habeat. igitur erit donatio, cum alium titulum importare non poſſit, attento quòd nullo cogente tale pactum fuerit factum: ſicut dicimus in l. donari. ff. de donatio. Et attendo, quòd hodie nudo pacto fieri poteſt donatio. l. ſi quis, argentum. §. ſed & ſi quis. verſic. & hoc prætermiſſum fuerit. C. de donatio. Et pro hoc bene facit iuramentum interpoſitum, quo validatur dictum pactum: vbi aliàs foret inualidum, & effectum donationis facit operari. l. cùm pater. §. filium matrem. ff. de leg. 2. facit ad idem ſtipulatio interpoſita, per quam validatur ipſum pactum, ſi aliàs foret inualidum. l. 1. C. vt actiones ab hærede, & contra hæredes incipien. & notauit gl. in l. hæreditas. C. de pact. conuent. ſuper dote. ibi, ſin autem à muliere bona eius poſt mortem ſuã aliquis ſtipuletur, valet, &c. Nec obſtat l. licèt. C. de pact. quia ibi agebatur de hæred. danda, quæ dari non poteſt, niſi in teſtamento. l. 1. §. fin. ff. de codicillis. Inſtit. eod. §. codicil. ideò non potuit valere, vt donatio cauſa mortis, in qua etiam hæreditas dari non poteſt, ſicut nec in codicillis: vt d. §. codicillis. Ita etiam dicit Barth. in d. l. licèt. hîc verò agebatur de re ſingulari danda: vt quia de vno caſtro, quod bene extra teſtamentum poteſt dari: vt totis tit. de donat. ff. & C. Eodem modo poteſt reſpõderi ad l. hæreditas. ſuprà alleg. Ita voluit dicere Barth. in d. l. licèt. & l. hæreditas.

a ¶ In l. ſi cùm. *Caue quia verbum, remanere, capitur ibidem impropriè: ſcilicet pro verbo, reddi debere, ſecundum dominum Odofr. ibi, & Doct. ſed de huiuſmodi verbo remanere, vide plenè per dom. Bart. in l. Centurio. ff. de vulg. & pupil.*

## QVÆST. DXI.

SVMMARIVM.

1 *Liberi nati tempore mortis hæredum, ſi ſubſtituantur, an etiã nati poſt mortem hæredum videantur inuitati.*

1 PAter in teſtamento ſuo ſubſtituit liberis ſuis † liberos maſculos, quos eius filia haberet tẽpore mortis dictorum liberorum, ſuorum hæredum inſtitutorum: cõtigit, quòd dicta filia teſtatoris nullos habuit liberos tẽpore mortis dictorũ hæredum teſtatoris: ſed poſt eorum mortem habuit, an videatur illi poſteà nati ſubſtituti? Vide-
a b tur quòd non. a l. ſi proximior. b ff. vnde cog. & l. Titius. ff. de ſuis & legi. hæred. Sed ſi ipſe teſtator ſimpliciter locutus fuiſſet de liberis, tũc iſto caſu huiuſ-

huiuſmodi deciſio non procederet: quia tales liberi quandocunq; nati forent, ipſi ex voluntate teſtatoris eſſent inuitati ad ſucceſſionem, poſtq̃ de ipſis fecit mentionẽ: vt probat l. Lucius. la 2. ff. de hæred. inſt. iuncta l. cum acutiſs. C. de fideicomm. Ita fuit determinatũ in Camera Conſilij.

a ¶ Videtur quòd non. *Cum illa, inquam, diſtinctione, an ſcilicet ſint concepti in vita teſtatoris: vel non, ſecundum not. in §. cùm autem. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. deſe. & ibi vide dom. Ioan. de Plat. qui iſtud reducit in ſimili ad pulchram quæſtionem de eo, qui fuit condemnatus, vt ipſe ac filij & nepotes ſint perpetuò exules, dicit quòd poſt condemnationem concepti non afficiuntur pœna exilij. Et adde omnino do. in prædic. §. cùm autem. in verſic. vnde pone in terminis.*

b ¶ L. ſi proximior. *Voluit alleg. l. 1. §. ſi quis proximior. ff. vnde cogn.*

## QVÆST. DXII.

SVMMARIVM.

1 *Precarij conſtitutio poſſitne idem operari in perſonam ſecundi donatarij, quod in perſonam primi: factis donationibus duabus ſucceſſiuè in contractu, diuerſis perſonis.*

Titius bona ſua donauit Caio eius fratri, in
1 † caſu, in quo ipſe decederet ſine liberis, vſufructu retento, & conſtituit ſe precario nomine ipſius Caij poſſidere ipſa bona, & caſu quo dictus Caius ſine liberis decederet, ipſe talia bona donauit Sempronio, ſe etiam conſtituendo ea precario nomine poſſidere, & vſufructu retento put ſuprà. Obiit dictus Titius donator ſine liberis: & ita locum habuit donatio in perſonam d. Caij, qui bona poſſedit. Moritur inde dictus Caius ſine liberis, relicto certo hærede. & ita caſus, ſub quo donatio Sẽpronio fuit facta, euenit, contra quem hæredẽ Caij egit Sempronius rei vendicatione, aſſerendo bona ſic, vt pręmittitur, donata: ad ſe pertinere iure dominij vel quaſi, vtrũ bene agat? Credo quòd non. nam moriente dicto Titio donatore ſine liberis, fuit verum dicere dominium & poſſeſſionem ciuilem d. bonorum in dictum Caium primum donatarium fuiſſe translatas à die d. donationis factę: quo die duo extrema concurrebant de ſe habilia: extremum à quo naturaliter, & extremum, ad quem potentialiter: cùm tempore talis contractus poterat de iure fieri ſtatim dicta translatio, ſi nulla conditio fuiſſet appoſita. l. quiſquis. C. de donatio. & l. quod meo. ff. de acquir. poſſeſ. Fuit igitur verus dominus, & poſſeſſor ciuilis dictus Caius primò donatarius, cuius reſpectu, retentio, vſusfructus, & precarij conſtitutio fuerunt factæ & operatæ: vt probãt dicta iura. ſed moriente dicto Caio primo donatario ſine liberis, caſus euenit, ſub quo donatio fuit ipſi Sempronio facta. Reſtat videre, vtrum dictæ clauſulæ aliquem effectum potuerint reſpectu ipſius Sempronij ſecundi donatarij, operari: & quia dominium, & poſſeſſio ciuilis virtute talium clauſularum fuerunt ſemel in dictum Caium primum donatarium translatæ, ipſæ clauſulæ non potuerunt ab eo auferri ſine eius voluntate. l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de acquir. poſſeſſ. l. quoties. C. de preci. Imp. off. Tum etiam quia adueniente conditione, ſub qua donatio ipſi Sempronio, ſecundo donatario, fuit facta, non poteſt fieri retrotractio reſpectu ciuilis poſſeſſionis & dominij, ad tempus quo donatio fuit facta: quia illo tempore, quo Titius donator deſiit eſſe dominus & poſſeſſor ciuilis, propter translationem in ipſum Caium primum donatarium, vt præmittitur, factam. & ideò quòd non fuit penes d. Titium donatorẽ, non potuit transferri verè neque fictè in d. Sempronium ſecundum donatarium. l. nemo plus iuris. ff. de regul. iur. & l. traditio. in princ. ff. de acquir. rer. domin. & ita tenet Angel. de Are. in l. quamuis. §. ſi conditor. in princ. ff. de acquir. poſſeſ. & dixi latius in apparatu meo ſtatuti, ſi quis per literas. in gloſſ. ſuper verbo, poſſeſſio. nam licèt tempore donationis Caio, primo donatario, factæ, ac tempore exiſtentiæ conditionis dominium & ciuilis poſſeſſio eſſet penes donatorem: attamẽ adueniente conditione, ſub qua donatio fuit Sempronio facta, nullum dominium, nullaque poſſeſſio ciuilis, neq; naturalis erant, nec fuerunt repertæ penes ipſum donatorem, cùm iam eſſent in d. Caium translata, vt dictum eſt. Et quia
a erat etiam tunc defunctus, & ſic nihil poterat poſſidere: vt in d. §. deinceps. in authent. de nupt. colum. 3. Aliter ſequeretur, dominium & poſſeſſionem ciuilem reſpectu vnius & eiuſdem rei, penes duos vno & eodem tempore eſſe & reperiri: quod tamen eſt abſurdum dicere. l. 3. §. e contrario. ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ff. commo. Ex quibus propterea ſequitur, dictum Sempronium malè & ſine actione egiſſe, quòd impunè tamen facere nõ potuit. l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de neg. geſt. l. quoties. §. item temporali. ff. de admin. tut. Patet, nam non probauit donata ad ſe pertinere iure dominij, vel quaſi. Nec obſtat l. quoties. C. de donat. quæ ſub mo. quia licèt ibi ſecundo donatario competat vtilis actio perſonalis contra hæredes primi donatarij nulla ſtipulatione ſubiuncta, ex quadam benigna interpretatione, qua poteſt contra talem hęredem agere, ad tradendum & expediendum ſibi res donatas: & ſic eſt vnus de caſibus, in quibus alteri, per alterum quæritur actio: vt ibi dicit Bart. & ponit glo. in §. ſi quis alteri. Inſtit. de inut. ſtip. Non propterea tamẽ fit ibidem domini translatio in ſecundum donatarium, licèt res donata tradatur primo donatario, nec hoc ibi dicitur, & ita non obſtat in aliquo. ¶ De hac materia conſtitutionis precarij dixi ſuprà, quæſt. 112. q. 268. & q. 509.

a ¶ Quia. *Iſta eſt validiſſima ratio: mors enim omnia ſoluit: vt §. deinceps. in auth. de nu. colum. 4.*

Quæ-



## QVÆST. DXIII.

SVMMARIVM.

1 *Detractio duarum quartarum, non habet locum in teſtamento nullo, adiecta clauſula Codicillari. Si non valet iure teſt. &c.*

2 *Clauſula Codicillaris, Si non valet iure teſtamenti, valeat iure Codicill. quando locum habeat. Et de eius vi, & effectu. num. 3.*

De detractione duarum quartarũ, videlicet legitimæ & Treb. & qñ fieri per filiũ poſſit:
a vide gl. a & melius Bart. in l. quanquã. C. ad l. Fal.
1 Quæ † tamen detractio duarum quartarum non poteſt fieri, ſi teſtamentũ nullum exiſtat, ratione
b præteritionis b paternæ vel maternæ, in quo ſubiuncta eſt clauſula: Si non valet iure teſtamenti, vult, ꝙ valeat iure Codic. Et ſolùm fit detractio vnius quartæ, hoc eſt, legitimę, ex eo, ꝙ prætextu d. clauſulæ proximiores ab inteſtato cẽſentur eſſe rogati purè reſtituere hæreditatẽ hæredi ſcripto. l. ex eo. C. de fideicom. & l. ſi iure. C. de teſta. man. & l. ex ea ſcriptura. ff. de teſt. & ibi ſunt not. gl. quas ponit Bart. in auth. ex cauſa in fi. q. de lib. præt. vel exhær. Et ideò, quia rogatio cenſetur facta purè, tãtùm detrahitur vna quarta, per filium rogatum reſtituetur, hoc eſt, legitima. Iſtam cõcluſionem ponit Bart. in d. l. quanquã. Et ſecundũ hanc concluſionem vidi determinari inter Dominos meos de Parlamẽto in diffinitione cuiuſdam proceſſus. ¶ De detractione dictarum dua-
2 rum quartarũ: vide quæ ſcripſi ſuprà, q. 52. ¶ † Iuxta materiã clauſulæ cod. quæro, qñ habeat lo-
c cum? c Dic, ꝙ locum habet, vbi teſtamentũ non valet, propter defectum ſolẽnitatis omiſſæ. l. codicil. §. fi. de leg. 2. & in l. ex his verbis. ff. de teſta. Et vbi apponitur in teſtamento talis clauſula, Si non valeat iure teſtamẽti, valeat iure Codicillorum, vel alterius vltimæ voluntatis: talis clauſula operatur vim fideicõmiſſi. Et inter liberos operatur illa clauſula effectum voluntatis minus ſolennis, & minus perfectæ inter liberos: vt in l. fin. C. fam. erciſcun. & in l. hac cõſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſt. & ita ponit Bart. in l. 1. circa fi. ff. de iure cod. Et per iſtam clauſulam videntur grauati etiam venientes ab inteſtato. l. ex teſtamento. C. de fideic. qñ veniẽtes ab inteſtato ſuccedunt. Si autẽ aliqui ſuccederent ex teſtamento, vt puta, quia præceſſerat teſtamentum, quod non erat ruptum; tunc illi hæredes ſuccedentes ex teſtamento, videntur rogati, ſecundum Bart. in d. l. ex poſt. in princ. Nam in tali caſu dicit Bar. vim teſtamenti eſſe conuerſam in vim fideicommiſſi & codicil. per d. clauſulam, quæ verba bene ſunt notanda, ſecundum eum. Et vbi Codicillus habet dependentiam ex teſtamento, quod fuit nullum, tunc clauſula operatur, quòd venientes ab inteſtato videntur rogati, ſecundum Bart. vbi ſuprà. Spec. autem in ti. de inſtru. edi. §. compendioſe. in ver. item vide, &c. dicit, quòd vbi teſtamentum deficit propter ſolennitatis defectum: vt quia deficit numerus teſtium, vel alia ſolennitas, & tunc valet iure Codicil. Cyn. verò in auth. ex cauſa. de lib. præt. vel exhær. ſequẽdo opi. Dy. videtur dicere, quòd d. clauſula habeat vim fideicommiſſi, vt venientes ab inteſtato reſtituant hæreditatem ſubſtituto. ¶ De hac materia clauſulæ codicillaris, vide ſuprà, quæſt. 322.

a ¶ Vide gl. *Et omnino do. Pan. in c. Raynutius. in 11. col. in verbo, legitimum. extra, de teſt. Dixi omnino: quia diſputatio de huiuſmodi duarum quartarũ detractione, redditur ambigua de iure Ciuili, propter quod diſcrepantia eſt inter Pet. & Cy. & alios eorum ſequaces, ex vna, & d. Bart. Bald. & alios Doc. ex altera, quo tunc recurritur ad Canoniſtas, ſecundum regulam, quæ vult, quòd quando aliquod eſt dubium de iure Ciuile, ſi reperitur caſus clariùs de iur. Can. prout eſt huiuſmodi caſus, ſtamus iuri Can. etiam in foro Ciuili: vt legitur & notatur in c. 1. & 2. extra, de noui ope. nun. & dom. Bart. in l. priuilegia. C. de ſacroſan. Eccl.*

b ¶ Præteritionis. *An autem clauſula Codicillaris habeat locum in teſtamento nullo, ex cauſa præteritionis, vide Paul. de Caſt. in conſil. 58.*

c ¶ Quando habeat locum. *Aduerte, quòd vbi deficit voluntas teſtatoris, clauſula Codicillaris nihil operatur: vt not. declarat Bal. in conſil. 209. incip. quidã Nicolaus. col. fi. lib. 5. ſecundum nouam formam: vide do. Phi. Dec. in l. precibus. C. de impub. & per eundẽ Phil. Dec. in conſ. 205. inci. in cauſa. in 2. part. conſil. Et quid operetur clauſula Codicill. vide omnino, quæ dixi in q. 323. in verbo, in teſtus. ſuprà, in Apoſtill. ad iſtum.*

## QVÆST. DXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Barones & Bannareti, an poſſint prohibere piſcari in ſuis terris.*

1 Vtrum † Barones & Bannareti huius patriæ Del. qui habent in ſuperiorem dominũ noſtrum Del. poſſint ꝓhibere in terris ſuis, ne quis piſcari habeat in riuis, in ſuis terris labentibus? Dicit Ioan. Fa. quòd non, ſicut nec Præſides hoc facere poſſunt. l. 3. §. planè. ff. quod vi, aut clam.
a niſi conſuetudo a pinguius eis ius tribuat. & ita
b ponit Io. Fab. in §. flumina. b Inſtit. de rer. diui. & ita ſeruatur in hac patria Delphin. de quo vide in 171. conſil. meorum.

a ¶ Niſi conſuetudo. *Tu dic de hoc, vt per iſtum, conſil. 171. incip. circa materiam proceſſus. num. 2. verſ. ad ſecundum. & ſequen.*

b ¶ Ioan. Fab. in §. flumina. *Circa fin. in verſic. quid ergo de Baronibus. ibi, ego credo, quòd Barones, &c.*

## QVÆST. DXV.

SVMMARIVM.

1 *Dolus futurus, an poſſit tacitè per teſtatorem remitti.*

2 *Falcidia, ad quid inducta ſit.*

TEſtator fecit legatũ eius vxori, hoc median-
1 te, q; ipſa teneatur reuelare † eius hæredibus
aurum, argentum, Veyſſellam, iocalia, & alia bo-
na mobilia ipſius teſtatoris penes ipſam exiſten-
tia. deinde in codicillo ipſe eã releuauit à tali re-
uelatione, & ſibi legauit quicquid ipſa cepit, & a-
lienauit de talibus bonis mobilibus. Nũc petunt
hæredes, quòd ipſa reuelet iuxta ordinata in te-
ſtamento. ipſa reſpõdet, & dicit ſe non teneri ꝓ-
pter ordinata in codicillo. Oritur quæſtio, quæ
a dictarum partium bene dicat. & videtur q; vxor, a
per ea, quæ habentur in §. diſponat. in auth. de
nup. coll. 4. & in l. 1. C. de ſac. ſan. Eccl. & in auth.
q; obtinet. C. de probat. In contrarium videtur.
nam ſi remiſſio in codicillo facta valeret, ipſa v-
xor inuitaretur ad delinquendum: cui tamen eſt
obuiandum. l. conuenire. C. de pact. dot. & dolus
malus futurus ſibi videretur remiſſus, qđ tamen
b fieri non poteſt. *b* l. quidam decedens in prin. ff.
de admi. tu. & l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact. hoc pro-
batur alia ratione in cautione de vtendo, in qua
vſusfructus eſt relictus arbitrio boni viri, quã te-
ſtator remittere nõ poteſt, ne vſusfructuarius in-
uitetur ad delinquendum. l. 1. C. de vſufruct. l. ſci-
re. C. vt in poſſ. le. ita dicit gl. in d. l. ſcire. Tum et-
iam, quia talis cautio fauorem hæredis cõcernit.
Ideò non poteſt remitti: vt d. l. 1. habetur. Cautio
verò, quæ reſpectu legati in diẽ vel ſub conditio-
ne relicti, præſtari debet, fauorem teſtatoris con-
cernit. Ideò ipſa poteſt ab eodem remitti. vt d. l.
ſcire. & cùm reuelatio per vxorem fieri ordinata
fauorem hæredis legatariorum, & creditorũ re-
ſpiciat, vt eſt notorium, dicendum videtur, quòd
ipſa à teſtatore non potuit in codicillo remitti.
Non obſtat auth. ſed cùm teſtator, C. ad l. Falcid.
vbi detractio Falcidiæ, quæ fauorẽ hæredis con-
cernit, prohiberi poteſt: quia dico, q; talis detra-
2 ctio etiam vtilitatem teſtatoris concernit. † Nam
introducta fuit Falcidia, vt teſtator hæredem ha-
beat. Nam ſi non detraheretur, teſtator decede-
ret inteſtatus: quia nullus vellet eſſe eius hæres.
ita dicit & ſoluit Bar. in l. 1. C. de vſufruct. non ob-
ſtant iura in contrariũ allegata, quia ipſa loquun-
tur, quando voluntas teſtatoris eſt conformis iu-
ri: nam illa tunc eſt ſeruanda. vbi verò eſſet con-
tra legem, vel bonos mores, aut per eam quis in-
uitaretur ad delinquendum, ipſa nõ eſſet ſeruan-
da. vt d. l. 1. & l. cõditiones. & l. filius. ff. de condit.
Inſtit. & pro hoc bene facit l. nemo poteſt. ff. de
leg. 1. ita ſoluit & dicit Bart. in d. l. 1. Iudex etiam
ex ſuo officio nobili poteſt talem vxorem coge-
re, quod reuelet, iuxta ordinata in teſtamẽto: ne
ipſa lucrum iniquum reportet in fraudẽ & præ-
iudicium hæredum, legatorum, & creditorum.
iuxta l. illicitas. in princ. ff. de offic. præſi. iunctis
ibi not. per Barth.

a ¶ Quòd vxor. *Et hoc fortè verum, quò ad ea, quæ ceperat, ea alienauerat de huiuſmodi bonis mobilib. ante codicillum, per ea, quæ ſcribit dom. Bart. in l. quidam decedens. in prin. in vlt. opp. ff. de admi. tut.*

b ¶ Fieri non poteſt. *De hoc ſcilicet, an dolus futurus poſſit remitti, vide iſtum Conſi. 41. incip. Ant. pugnantis. ad finem. verſic. & ratio præmiſſorum.*

## QVÆST. DXVI.

### SVMMARIVM.

1 *Contractus an ſit nullus, vel vſurarius, ex gratiæ redemptiuæ abiectione.*
2 *Gratia redemptiua vt valeat, quæ debeant concurrere.*
3 *Gratia redemptiua non habet locum, niſi in vltimo anno ſeu tempore pacto inter emptorem & venditorem.*

1 AN per conceſſionem reacheti ſeu † gratiæ
redemptiuæ, quam fecit emptor venditori,
ſtatim poſt contractum venditionis, ad partem,
vitietur venditio, vel ex hoc fiat contractus illici-
a tus? *a* Dic, quòd non. quia talis contractus vtroq;
iure Ciuili, & Canonico eſt permiſſus. vt in d. l. 2.
C. de pact. inter empto. & vend. & in c. ad noſtrã.
extrà, de contrahen. empt. & vend. & eſt glo. au-
rea, quæ vult & tenet, quòd tales contractus ſint
validi de iure. in c. conqueſtus. extrà, de vſu. præ-
ſertim Innoc. Hoſt. & Henr. Bohic. & tenere vi-
detur Bal. in feudis in tit. de feudo da. in vicẽ leg.
2 commiſ. † Et hoc verum, dummodo fiat rationa-
biliter, & ſeruetur ſubſtantia contractus: videli-
cet, quòd ibi ſit conſenſus liber vtriuſque partis,
videlicet ementis & vendẽtis, & quòd ibi ſit pre-
cium & merces, hoc eſt, res, quæ emitur, & quod
ematur, iuſto precio & rationabili taxato. Inſtit.
de empt. & vend. §. precium. & quod hoc caſu
interuenire debeat iuſtum precium. dicit glo. in
d. c. cõqueſtus. quòd fieri poteſt taxando rei va-
lorem, quæ venditur ſecundum conſuetudinem
regionis, loci & temporis. l. venditores. C. loca-
ti. l. ſi fundus. ff. de euict. & not. per gloſſ. Bart. &
Bald. in l. 2. C. de reſcin. vend. Et ſecundum ea,
quæ ſecundum iudicium bonæ rationis videtur
expedire vtrique ſcilicet ementi, & vendenti, &
etiã Reipublicæ, ita quòd ibi fiat adæquatio dati
& accepti, ſecundum proportionem, quã habet
ad vſum hominum, in quem veniunt ſeu nata
ſunt venire, vt iuribus ſuprà alleg. Si enim pro-
pter dictam gratiã redemptiuam ſeu reachatum
minus venderetur, quàm res valeret, iuxta com-
mune precium, quo res vendi cõſueuit, tunc iſto
caſu contractus eſſet illicitus. Ita tenet gloſ. in d.
c. conqueſtus. de vſuris. ¶ De hac materia plenè
dixi in trac. quem compilaui ſuper contractibus,
qui ſapiunt vſurã, & qui vſurarij dici poſſunt vel
non, in §. quid ſi vendidi tibi, &c. Et prædicta ſer-
uantur in iudicando, tàm in Curia Parlamenti,
quàm in cæteris Curiis præſentis patriæ Delphi.
3 prout ſemper vidi à 30. annis citra. ¶ † Sed quid
ſi emptor dat dictam gratiam redemptiuam, ita
quòd venditor poſſit reemere in decem annis:
nunquid poterit vẽditor redimere ſtatim, qñ vo-
luerit? Dic q; non, ſed debet expectare vltimum
annum dictorũ decem annorum, & in qualibet
parte ipſius vltimi anni poterit venditor reache-
tare. l. ſi ita fuerit. la 2. ff. de manu. teſt. & hoc ope-
ratur dicta dictio, reemere, iuncta ablatiuo caſui.
l. 1. §. quibus. ff. de ſucceſ. edict. Ita ſentit Bart. in
l. ſi cui. in prin. ff. de leg. 1. Idem in l. Gallus. §. ille
caſus. ff. de libe. & poſthum. Sed ille contractus
ex quo non poteſt vẽditor quandocunq; duran-
tibus dictis decem annis redimere, cenſetur vſu-
b rarius? *b* vt plenè dixi in Tractu meo de contra-
ctibus illicitis. in §. pone circa hoc. ¶ De materia
c reachati vide *c* l. quoties. & l. vbi. & l. itemque. ff.
de in diem adiect. & Henr. Boh. in c. ad noſtram.
de empt. & vend. Vide etiam ſuprà, in q. 271. & in
d. meo tract. Item in 49. conſil. meorum.

a ¶ Illicitis. *Vide ſuprà hoc Alex. conſi. 41. in 3. volum. An ſcilicet talis contractus de retrouendendo, cenſeatur vſurarius, & an tale pactum poſſit præſcribi.*

b ¶ Cenſetur vſurarius. *Vide ea, quæ leguntur, & notantur in præc. c. ad noſtrã. & ibi per dominum Panor. extrà, de empt. & vend.*

c ¶ Reachati vide. *An aũt, ſi emptor alienat prædium emptum, cum pacto de retrouendendo alicui tertio, vtrum competat primo vẽditori actio contra iſtum tertium, vt ei reuendat. vide d. Alex. conſ. 1. in 1. volu. vbi concludit poſt multa argumẽta, q; primus venditor nõ poteſt experiri contra tertium. l. ſecundum emptorem.*

## QVÆST. DXVII.

### SVMMARIVM.

1 *Religioſi & fratres mendicantes, an poſſint adhiberi teſtes in teſtamentis & codicillis.*
2 *Religioſi & fratres mendicantes, quatenus videntur ſimiles mortuo.*
3 *Conuerſi an poſſint eſſe teſtes in teſtamentis.*
4 *Religioſi & fratres mendicantes, an poſſint eſſe teſtes in contractibus.*

1 VTrum † religioſi vel mẽdicantes poſſunt eſ-
ſe teſtes in teſtamento vel codicillis, & ſi ad-
hibeantur, an valeat teſtamẽtum vel codicillus?
Io. Fab. Inſt. de teſt. §. teſtes. videtur tenere, q; nõ
valeat, q̃a religioſus ſimilis eſt mortuo. l. Deo no-
bis. C. de Epiſc. & Cler. in auth. de mona. §. illud
cõtrarium credo, quia religioſus, Monachus, aut
mendicans teſtis in teſtamẽto, nõ reperitur pro-
hibitus. Ideò ipſi capaces eſſe cenſentur. l. 1. ff. de
teſt. Ita tenet glo. ordin. in auth. ſi dicatur. C. de
teſtib. pleniùs in auth. de Monachis. §. cogitan-
a dum. *a* in gl. ſuper verbo, teſtes. colla. 1. Et quãdo
2 b dicitur, q; † videntur tales ſimili mortuo *b* hoc eſt
verum, quò ad matrimonium. vt ibidem dicit gl.
& idem voluit tenere Spec. in tit. de teſt. §. 1. ver.
item excipitur. ibi, attamen dico, &c. pro iſta par-
te bene facit l. quoniam. in fin. C. de hæreti. vbi
hæreticus poteſt adhiberi teſtis in teſtamento, &
ſi adhibeatur, nõ propter hoc vitiatur teſtamen-
tum. & hoc ſuadet vtilitas neceſſarij vſus. ideò ibi
ſic dicitur, teſtimonia quæ in vltimis elogiis, vel
in contractibus cõſiſtunt, propter vtilitatem ne-
ceſſarij vſus, eis ſine vlla diſtinctione permitti-
mus, &c. ſi enim propter hæreticũ in teſtem ad-
hibitum teſtamentum, inde non vitiatur, vt ibi.
multò minus debet vitiari, ſi religioſus etiã men-
dicans, pro teſte adhibeatur. Abſit enim quòd
teſtamenta, vel aliæ vltimæ diſpoſitiones, in qui-
bus religioſi, etiam mendicãtes, pro teſtibus ad-
hibentur, debeãt propter hoc irritari, imò, quòd
tales pro teſtibus adhibeantur in vltimis volunt.
ſe habet communis obſeruantia. Non obſtat d.
Io. Fab. quia ſine lege loquitur: licèt enim tales
religioſi pro teſtibus adhibiti, teſtimonium in iu-
dicio ferre non poſſint, ſine ſui ſuperioris licẽtia:
vt in c. 2. de poſtu. non propterea ſequitur, quòd
diſpoſitio ipſa vitietur. Sicut dicimus in excom-
municato, qui à teſtimonio ferendo repellitur:
vt in c. veniens. extrà, de teſt. attamen teſtamen-
tum, vel contractus, in quo adhibetur pro teſte,
non vitiatur: ita tenet Specu. in tit. de teſte. §. in-
ſtrumentum publicum. ver. quid ſi teſtis inſcri-
ptus in teſtamẽto, &c. Idem tenet Inno. in c. pia.
gl. ſuper verbo, duraturis. extrà, de exceptioni-
bus. hoc etiam probatur in religioſo dato execu-
tore in teſtamento: nam datio valet, licet ipſe of-
ficium illud exercere non poſſit, ſine ſui ſuperio-
ris licentia: vt in c. fi. de teſtib. lib. 6. Sic etiã idem
erit in teſte. Et ita ſecundum hãc determinatio-
nem vidi iudicari in hac Curia Parl. Delph. ¶ Sed
3 quid † de controuerſis, an poſſint eſſe teſtes in
teſtamentis? vide quæ dixi infrà, q. 563. An depo-
ſitio facta per Clericum in foro temporali, ſine
4 licentia ſuperioris valeat? vide ſuprà, q. 65. † An
fratres mendicantes poſſint eſſe teſtes in contra-
ctibus? Dic, quòd ſic, vt plenè pro & contra ſcri-
pſi in apparatu, quem feci ſuper ſtatuto Delphi.
incipiente, ſi quis per literas. in gloſſ. ſuper verbis
communi æſtimatione fide dignos.

a ¶ §. Cogitandum. *Per hunc §. tenet do. Bart. quòd Monachus poteſt eſſe teſtis, vt in auth. ſi qua mulier. in 3. col. in ver. & eodem modo. C. de ſacroſan. Eccl.*

b ¶ Similes mortuo. *Hoc nequaquam verificatur in actibus naturalibus. nam Monachus, quò ad actus naturales, non cenſetur mortuus: vt dicit d. Pan. in c. Clerici in 2. col. in ver. venio. ad vlt. extrà, de vita & honeſt. cle. * Tu adde Pet. de Anch. in c. ſicut. de homi. in 2. not. vbi etiam dicit, q; licèt Monachi dicantur mortui mundo. c. 2. de poſtu. tamen imprægnant & quandoque commatres. alleg. Spe. de teſte. §. 1. verſic. item excipitur, q; eſt Monachus. Item, & comedunt. vt C. de bon. quæ libe. in auth. excipitur. Debent tamẽ Monachi vacantes reduci ad clauſtrum. vt not. Pet. de Anch. in capitulo, cùm in Eccleſiis. de maio. & obedien.*

## QVÆST. DXVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Reſortus, quid.*
2 *Reſortus, an ſit de eſſentia feudi.*

RESortus ſecundum cōmunem vſum loquen-
1 di in hac patria † Delphinali, ac etiam Regni
Franciæ, nihil aliud eſt; quàm ius primarum ap-
a pellationum, *a* qui communis vſus debet atten-
b di. *b* l. cum de lanionis. §. aſinam. ff. de fun. inſtru.
& inſtru. leg. l. Labeo. & ibi plenè per Bart. ff. de
ſuppellect. leg. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1.
de quo verbo nihil reperitur in iure: & tale ius
nō eſt de eſſentialibus feudi. Patet, quia feudum
poteſt bene concedi ſine reſortu, ſicut ciuitas ſi-
ne territorio. De primo eſt tex. in c. 1. §. fi. in qui-
bus cauſis feu. amit. ſecundum Obertū, in feud.
col. 10. De ſecundo eſt text. in l. 2. in princ. ff. de
verb. ſig. & l. pupillus. §. territorium. & l. bona ci-
2 uitatis. cum l. ſequenti. eo. tit. Licet † enim fideli-
tas ſit de eſſentia feudi, adeò, ꝙ in cōceſſione feu-
di ſimpliciter facta fidelitas intelligitur, quamuis
de eadem nulla mentio facta fuerit, vt in c. 1. §. fi.
in feudis. per quos fiat inueſt. quod tenet expreſ-
sè Bal. in c. 1. de capi. Corradi. Non tamen ſic eſt
in reſortu. Nec mirum, quia feudum poteſt eſſe
ſine reſortu, vt prædixi: & reſortus ſine feudo:
quod ꝓbari poteſt in multis caſtris in hac patria
Delph. ſituatis. quæ licet ſint de feudo Delph. in
ipſis tamē non habetur reſortus: vt in caſtro Vi-
rici. Sed ꝙ reſortus haberi poſſit ſine feudo, hoc
apparet in caſtris Del. reſpectu, quorum appella-
c tiones *c* ad dominū noſtrum Del. deuoluuntur.
& tamē talia caſtra nō ſunt, nec dici poſſunt feu-
dalia, cum ab ipſo & non ab alio poſſideatur, nec
in eis aliquis habet dominium vtile, ſicut habent
vaſalli in caſtris feudalibus: vt in c. 1. de inueſt. de
re alie. facta. & c. 1. in fin. in quibus cauſis feud. a-
mittatur; ſecundum Obertum. Secundò habe-
mus contractum vaſalliticum ſeu feudalē, vt ple-
nè per Petrum Heliæ, in tractatu ſuo de iure em-
phyteutico. vbi enumerat 20. quæ ſunt de natura
contractus feud. nulla mētione facta de reſortu;
præſupponendo quòd feudum bene poteſt eſſe
& conſtitui ſine reſortu. Nō obſtat Clem. paſto-
ralis. §. denique. de ſenten. & re. ibi, niſi ex natura
feudorum debitam ſuperioritatem, &c. Quia a-
liud eſt reſortus, & aliud eſt debita ſuperioritas.
Patet, quia dominus non habet iuriſdictionem
in vaſallos, niſi ſuum foueat domiciliū in ſuo ter-
ritorio, quamuis bene habeat debitam ſuperio-
ritatem: vt ibi dicitur: contra tamē præmiſſa be-
ne facit, quod ponit Inno. in c. cæterùm. extrà, de
iud. & Petr. Iac. in titu. de cond. ſuper moribus.
in quæſt. quę incipit: Comes dedit militi in feud.
&c. vbi videntur dicere, quòd appellationes de-
uolūtur à vaſallo ad dominum feudi. Et de hoc
tetigi, & plenè ſcripſi infrà, in q. 551.

a ¶ Primarum appellationum. *Pro intelligentia eo-
rum, quæ hic dicuntur, vide dom. Petr. Iac. in titul. ſu-
per iuriſdict. ex mori. in verſ. fortalitio tamen.*

b ¶ Debet attendi. *Quia vſus quotidianus in cauſis
approbandus eſt. Spec. tit. de aduoc. §. nunc de exordiis.
in verſi. aduocatus igitur. & not. inſtit. de ſatiſdat. in
princip.*

c ¶ Appellationes. *Quiſnam dicatur Iudex in cauſa
appella. quando appellatur à domino feudi, vide domin.
Salyc. in c. cæterùm. hic alleg. in 7. colum. in verſic. qui
dicatur Iudex.*

## QVÆST. DXIX.

### SVMMARIVM.

1 *Renunciatum ſi fuerit arbitrio boni viri, cum iura-
mento, ad illud tamen poteſt recurri, vbi foret
grauis læſio.*

2 *Renunciatio boni viri arbitrio, habet tacitam con-
ditionem.*

3 *Læſio grauis quæ dicatur.*

LIcet renunciatum fuerit arbitrio boni viri, &
1 a recurſui † eiuſdem, cum pœna & iuramēto. *a*
b nihilominus poteſt recurri *b* abſque metu pœnæ
& periurij, ſi tamen grauis læſio prætēdatur, quo-
niam ſicut ꝓmiſſio de ſtādo ordinationi arbitro-
rum ſimpliciter facta, habet in ſe tacitā conditio-
c nem, ſi æquè fuerit arbitratū. *c* l. ſi libertus. ff. de
ope. libert. & in c. veniēs. & in c. quintauallis. ex-
2 trà, de iureiuran. Ita † etiā habet dicta renuncia-
tio tacitā conditionem, niſi renuncians grauiter
ſeu immoderatè lædatur. argu. ff. locati. l. quæro.
§. inter locatorem. & l. quidam cum filium. ff. de
verb. obl. Ita etiam tenet Bart. in l. ſi ſocietatem.
§. arbitrorum. ff. pro ſoc. in ſua repetitione. verſi.
quæro, vtrum poſſit renunciari, &c. Nec iura-
mentum firmat tales promiſſionem & renuncia-
tionem, quin prætendens ſe læſum grauiter, poſ-
ſit intentare recurſum ad arbitrium boni viri:
perinde ac ſi nullum fuiſſet iuramentum inter-
poſitum, pro eo, quòd tale iuramentum habet &
recipit in ſe illas tacitas conditiones præſumptæ
voluntatis, quas habent dictæ promiſſio & re-
nunciatio. arg. l. fi. C. de non nume. pecu. & l. fin.
ff. qui ſatiſ. cog. & c. quintauallis. extrà de iureiu-
rand. Ita etiam not. per Bart. in d. §. arbitrorum.
ver. quid ſi eſt iuratum ſuper compromiſſo, &c.
Nec corroboratur talis renunciatio, ſi in com-
promiſſo dictū fuerit, ſiue æquè, ſiue iniquè, &c.
Et quòd de iure vnius partis poſſit alteri dari,
&c. pro eo, quòd talis clauſula præbet apertam
occaſionē delinquendi, & inducit ad delinquen-
dum, & per conſequens nihil operatur. argu. l. ſi
vnus. §. illud. ff. de pact. & l. conuenire. ff. de pact.
dota. Et ita nō firmatur iuramento: quia pactum
ſeu promiſſio præbens occaſionem delinquen-
di, & inducens ad delinquēdum, non confirma-
tur iuramento. vt not. glo. ordinaria, & ſingularis
in c. quemadmodum. §. fi. extrà, de iureiuran. &
facit c. non eſt obligatorium. de regul. iur. libr. 6.
idem dicit Bart. in d. §. arbitrorum. in q. quæ in-
cipit: quæro, vtrum poſſit renunciari. Ita etiam
tenet expreſsè Guliel. de Cu. & Bal. poſt eum in
d. l. ſi vnus. §. illud. in fin. q. Dicentes etiam, quòd
ita practicant Aduocati in ciuitate Paduana, vi-
delicèt, quòd non impeditur recurſus ad arbi-
trium boni viri, per quaſcunque renunciationes
vel clau-



vel clauſulas, ſi grauis læſio prætendatur. Et ita
etiam in hac Curia Parlamenti vidi determinari,
licet Ang. de Aret. teneat contrarium. in l. 1. §. 1.
à quibus appellare non licet; vbi dicit, quòd illa
clauſula, quòd arbitratores poſſint dare de iure
vnius partis alteri, impedit recurſum ad arbitriū
boni viri. Et ibi etiam plenè tractat, ſi poſſit re-
3 nunciari recurſui ad arbitriū boni viri. Sed † quæ
dicatur grauis læſio? Dicit Bart. quando quis eſt
læſus in ſexta parte debiti. ita dicit in d. §. arbitro-
rum. in q. quæ incipit: quæro vtrū poſſit renun-
ciari, &c. ¶ De hac materia arbitrorum, vide ple-
nè per Ioan. Ferr. in titulo, forma libelli, quo agi-
tur ad pœnam ex compromiſſo. in gl. ſuper ver-
bis, tanquam in eorum arbitros. & in Spec. in tit.
de arbitrio & arbitratu rei. ¶ De materia arbitro-
rum & amicabilium compoſitorum, etiam teti-
gi in 9. Conſi. meorum.

a ¶ Et iuramento. *De hoc vide per Alex. in conſ. 131.
in 3. col. circa medium. in 2. volum.*

b ¶ Poteſt recurri. *Sed ſi arbiter habet poteſtatem au-
ferendi multum, & parum, non poteſt peti reductio ad
arbitrium boni viri. do. Bal. in Marga. in verb. arbiter.
2. in 1. ver.*

c ¶ Arbitratum. *Et ideò arbitrium enorme nō tenet.
d. Bal. in marg. in verbo, arbiter. 1. in ver. arbiter dici-
tur bonus.*

## QVÆST. DXX.

### SVMMARIVM.

1 *Hæres rogatus reſtituere fideicommiſſario quicquid
ſupererit de hæreditate tempore mortis hæredis,
an poterit alienare pro libito ſuæ voluntatis de
bonis hæreditariis.*

TEſtator vxorem ſuam vel aliū ſibi hæredem
1 vniuerſalē inſtituit, & rogauit, † quòd reſti-
tuat Titio quicquid ſupererit de hæreditate ſua,
poſt ipſius hæredis mortē: nunquid poterit hæ-
a res alienare *a* pro libito ſuæ voluntatis de bonis
hæreditariis: non obſtante l. fin. §. penult. iuncta
auth. res quæ. C. cōmunia de lega. Dic, quòd ſic,
b dum tamē reſeruet quartam *b* partem totius hæ-
reditatis fideicōmiſſario: ita diſponit text. in au-
then. de reſtitutionibus. §. nobis ergo. col. 8. vn-
de ſumitur auth. contra rogatus. C. ad Treb. per
quæ iura l. Titius. ff. eod. tit. limitatur & reſtrin-
gitur. Non obſtant iura in contrarium allegata:
quia illa loquuntur, quando quis rogatus eſt re-
ſtituere hæreditatem, non adiectis his verbis,
Quòd ſupererit de hæreditate, &c. Ita ſoluit glo.
in d. l. Titius. & ibi etiam Bartol. Et multò magis
poſſet, ſi data eſſet licentia hæredi, quòd poſſet
facere ad libitum ſuum de hæreditate, & quòd
ſupereſſet, rogatus eſſet reſtituere, pro eo, quòd
hæc verba, Ad libitū ſuum, liberam voluntatem
important. l. fideic. liber. ff. de fideic. liber. Et de
hoc verbo, Ad libitum ſuum, tetigi ſuprà, q. 475.
Qualiter autem debeat formari libel. per fideic.
vt dicta quarta ſibi ſeruetur, vide Spec. in titu. de
pign. & aliis cauſis. circa fin.

a ¶ Alienare. *Tu vide de hoc quæſito iſtum, conſi. 222.
incip. Ioan. Molaris. nu. 6. verſic. ad ſextum. ibi, quia illa
verba.*

b ¶ Reſeruet quartam. *Cuius diminutio, vt hîc dici-
tur, non permittitur: hoc verum, niſi in certis caſibus,
ſcilicet pro dote danda vel reſtituenda, pro ſponſalitia
largitate, pro captiuorum redemptione, pro ſuſtentatio-
ne perſonæ hæredis, ſuæq; familiæ: vt in præd. authen. de
reſtitutionibus. in §. ſi verò & ipſam quartam. in verſ.
ſi verò contigerit.*

## QVÆST. DXXI.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio compendioſa facta per verbum Commu-
ne, cōtinet vulgarem, ante aditam hæreditatem,
& pupillarem expreſſam.*

SVbſtitutio † compēdioſa *a* facta per verbum,
1 a Commune, continet vulgarem ante aditā hę-
reditatem, & pupillarē expreſſam ſaltē generali-
bus verbis, intra pupillarem ætatem. Et poſt pu-
bertatem fideicōmiſſariam: vt ſunt hodie caſus
expreſſi, ꝙ contineat pupillarem directam & ex-
preſſam, & per conſequens vulgarem. in c. ſi pa-
ter. de teſtamentis. libr. 6. vbi eſt text. formatus:
ibi enim fuit facta cōpendioſa per verbum Com-
mune, moriatur, & continet pupillarē directam,
& expreſſam. Sed quòd poſt pubertatem conti-
neat fideicommiſſariam, eſt caſus formatus in c.
Raynutius. extrà, eo. tit. in antiquis. vbi verbum,
Succedat, quod eſt commune, etiā poſt puber-
tatem trahitur ad fideicommiſſum: quia natura
verbi hoc habet, cùm ſit commune, vt infra pu-
pillarem ætatē valeat iure directo, & poſtea tra-
hatur ad fideicommiſſa, & iſta eſt veritas hodie
per dicta iura deciſa. Ita vidi determinari.

a ¶ Subſtitutio compendioſa. *De natura formali,
& effectu ſubſtitutionis, vide bonam gl. in verſi. ad ex-
emplum. in §. qua ratione. Inſti. de pup. ſubſt. & ibidem
do. Ioan. Fab. egregiè differentem, in 6. col. ver. in ead.
gl. ibi cum all. l. iam hoc iure. & melius in 8. col. in verſi.
in ead. gl. ibi cum alleg. ead. l. precibus.*

## QVÆST. DXXII.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio facta filiæ, per patrem in certa pecunia
quantitate inſtituta, an ſit fideicommiſſaria.*

1 TEſtator habens duas † filias, quamlibet in
500. flor. inſtituit hæredem particularē, filio
ſuo hęrede vniuerſali inſtituto, & caſu quo dictas
filias, vel alterā ipſarū decedere cōtigerit, in qua-
cunq; ætate, filiū eis ſubſtituit. Moritur altera fi-
liarū in ætate pupillari, matre ſua & fratre hære-
de vniuerſali inſtituto, atque ſubſtituto, necnō
alia filia ſuperſtitibus relictis. Modò quæritur,
quæ

quæ dicatur eſſe iſta ſubſtitutio? Et videtur ꝙ fi-
deicõmiſſaria, ex eo, ꝙ inſtitutio facta fuit in cer-
ta re, ſeu quantitate, & ſubſtitutio facta fuit per
verba compendioſa, & cõmunia duntaxat, ideò
debet operari per fideicõmiſſum non pupillari-
ter, nec directò. l. cogi. §. & generaliter. ff. ad Tre-
bell. qđ ſequitur Bar. in l. centurio. circa fi. illius l.
ff. de vulg. & pupil. Et ſequit̃, ꝙ dictus hæres vir-
tute ſubſtitutionis prædictæ nihil poteſt petere.
Et eſt ratio: quia dicta quantitas, in qua fuit filia
hęres inſtituta, ſucceſſit loco legitimę ſuæ, in qua
a ſibi non potuit per fideicommiſſum ſubſtitui. *a* l.
quoniã in prioribus. C. de inoff. teſt. & quod not.
in l. ſi pater. C. de inſtit. & ſubſt. imò eſt verũ, di-
cere talem filiã ab inteſtato deceſſiſſe. Cui ęqua-
liter propterea ſucceſſerũt frater & ſoror, & ma-
ter ſuperſtites, in authent. de hæredibus ab inte-
ſtato. §. 1. col. 9. In contrariũ videtur, quia atten-
to, quòd frater fuit tali filiæ ſubſtitutus, ex mente
teſtatoris coniecturata, ipſa ſubſtitutio cenſetur
b pupillaris directa. *b* vt tenet gl. fi. in l. Lucius. ff. de
vul. Idem Bart. in l. precibus. C. de impub. & aliis
ſubſt. & in l. centurio. in 3. q. princ. ff. eod. & ita ab
eius ſucceſſione excluduntur mater & ſoror: vt
in c. ſi pater. in fi. de teſta. libr. 6. Nec obſtat quod
ex aduerſo dicitur, videlicet, quòd non valet pu-
pillaris ſubſtitutio, niſi is, cui ſubſtituitur hæres,
inſtituatur in aliqua quota portionis hæredita-
tis: quia textus videtur expreſſus in contrarium.
in §. non ſolùm. Inſtit. de pupillari. & in l. ſed & ſi
plures. §. ad ſubſtitutos. ff. eod. & in l. ſi fundum,
cum l. ſequenti. ff. de leg. 1. Et iſta vltima pars eſt
vera, pro qua fuit iudicatum pro eo, ꝙ filius fuit
datus ſubſtitutus. Secùs tamẽ fortè, ſi extraneus
ita poſſet intelligi dictum dom. Bart. per quod ſe
fundat in d. l. cẽturio. ¶ De hac materia vide in-
frà, q. 612. & 13.

*a* ¶ Per fideicommiſſum ſubſtitui. *De hoc per iſtum conſil. quod incip. ex duabus. num. 2. verſic. ad ſecun. & in quæſt. 613. vbi ſcripſi.*

*b* ¶ Cenſetur pupillaris directa. *Vide dom. Io. Fab. locus ſuprà proximè allegat.*

## QVÆST. DXXIII.

SVMMARIVM.

*1 Dos an reuertatur ad extraneum, qui eam conſtituit, extantibus liberis ex ipſo matrimonio.*

1 SI extraneus, † qui dotem cõſtituit, ſtipuletur
eam ſibi reſtitui ſoluto matrimonio, ipſa dos
a reuertitur *a* ad ipſum extraneum conſtituẽtem,
etiam liberis extantibus ex ipſo matrimonio: vt
l. fi. §. 1. verſi. niſi, &c. C. de iure dotium. facit l. ob
res. §. 1. ff. eod. tit. per quam. l. fi. limitatur §. acce-
dit. C. de rei vxoriæ ac. Et ita vidi circa hoc dubiũ
b determinari *b* in hac Curia Parlamẽti in iudican-
do, ſecundum plurium opinionem, quia aliqui
ex Dominis opinando dixerunt contrarium. Si-
c militer etiam, ſi pater patiatur filiã ſtipulari *c* do-
tem ſibi vel liberis ſuis reſtitui, ſol. matr. tunc dos
non reuertitur ad patrẽ, non obſtante quacunq;
cõſuetudine, ſed remanet filiæ aut ſuis liberis, ſe-
cundum formam ſtipulationis, iuxta ea, quæ po-
nit notabiliter Bar. in l. quæ dotis. & in l. Caius. ff.
ſol. matr. & faciunt no. in l. vxori. §. teſtamento. ff.
de leg. 3. & de hoc dixi in 12. conſil. meorum.

*a* ¶ Reuertitur. *Hoc verum videtur, facta ceſſione à muliere ipſi extraneo, qui dotem ipſius conſtituerat: ad quam ceſſionem poteſt cõpelli, & eſt caſus, in quo actio inutilis cedenti, efficitur vtilis, penes ceſſionem dotarij: vt no. d. Salyc. in l. cum quidam. in princ. in 3. nota. C. de iure dot.*

*b* ¶ Determinari. *Idem tenet gl. in l. dos à patre. poſt me. gl. ibi, Item probatur aperta ratione. ff. ſolut. matr.*

*c* ¶ Si pater patiatur filiam ſtipulari. *Vide de hoc per iſtum, conſi. 12. in c. ex facti narratione. nu. 7. verſ. ſecundo poteſt reſponderi. volum. 1.*

## QVÆST. DXXIIII.

SVMMARIVM.

*1 Dotalitij dominium an tranſeat in vxorem ſine traditione.*
*2 Meum, quid propriè dicatur.*

SI dotalitium ſeu doarium conſtituatur ſponſæ
1 futuræ, in † caſu, quo vir præcederet, vtrũ va-
leat? Dic, ꝙ ſic: licet ſub conditione ſit ſuſpen-
ſum, quia tranſlatio dominij & poſſeſſionis fieri
poſſunt ſub cõditione, ac in euentũ conditionis.
l. dotis fructus. §. fi. ff. de iure dot. & l. qui abſenti.
§. 1. ff. de acq. poſſeſ. Et ita in iudicando ſeruatur.
Et ex ſola aſſignatione vel promiſſione caſu con-
a ditionis adueniente, fit trãſlatio dominij *a* rei do-
natæ in vxorem, etiã ſine traditione: vt tenet gl.
in auth. donationem. circa fi. C. de iure dot. quæ
ab omnibus Doct. approbatur. ſuper qua gl. dicit
Cy. ipſam ad quæſtionem reducẽdo, quòd ſi res
donata nõ fuerit tradita mulieri, nunquid habet
rei vendicationem? Dicit gl. quòd ſic: & eſt ſpe-
ciale, qđ ſine traditione transferatur dominium,
quod eſt notabile. ita dicit ibi not. & pro hoc fa-
cit bene, quod habetur in auth. ſiue à me. C. ad
Velleia. facit l. Quintus Mutius. §. arg. ff. de aur.
2 & argent. lega. † Id enim meum eſſe videtur, ꝙ à
me vendicari poteſt: quia vendicatio nulli datur
præterquam domino. l. non ſolùm. §. meum. & l.
in rem. ff. de rei vend. & l. 1. C. de alie. iud. mutan-
di cauſa facta. cum ſim. ¶ Et de materia doarij,
vide infrà, q. ſeq. & quæ dixi ſuprà, q. 248.

*a* ¶ Tranſlatio dominij. *Et in hac ſpecie poteſt agere mulier vtili actione rei vendicationis, ſecundum dom. Sal. poſt gl. in l. præd. auth. donationem. in 2. q.*

## QVÆST. DXXV.

SVMMARIVM.

*1 Vxor an cenſeatur proprietaria, vel vſufructuaria in bonis ſibi à viro conſtitutis pro doario.*





SEd iuxta prætactam materiã. Pone, quòd ma-
ritus aſſignat vxori doarium in vitam, vel ali-
quam rem ad alimenta, aut pro ſtatu ſuo tenẽdo,
1 ſibi donat vel legat, † nunquid iſtis caſibus cenſe-
bitur vxor proprietaria, vel vſufr. Dic, quòd pro-
a prietaria, vt eſt tex. notabilis in l. Titia. *a* la 1. §. fin.
ff. de leg. 2. & in l. dona. §. ſpecies. ff. de donat. & l.
fin. ff. de vſufr. earum re. quæ vſu conſu. & in l. li-
b bertis. & ibi tractat hanc materiam Bar. *b* ff. de ali-
mentis & cib. leg. & facit glo. poſita in l. ſi mulier.
C. de iure dot. Et per hoc dico, quòd mulier vita
ſua durãte tenetur pro talibus rebus ſoluere col-
lectas, quæ pro ipſis rebus imponentur, cenſus &
alia onera ex ipſis bonis debita: cùm etiam in mu-
lierem talium rerum tranſeat dominium, vt dixi
in præcedenti quæſt. Et ita de cõſuetudine etiam
ſeruatur in hac patria, in locis, in quibus collectæ
& ſubſidia Delph. ſoluuntur.

*a* ¶ L. Titia. *Vide ibi omnino do. Ioan. de Imol. in* §. *Titia. in ver. in gl. fin.*

*b* ¶ Bar. *In præall. ll. in 1. col. in ver. op. fortiter hic.*

## QVÆST. DXXVI.

SVMMARIVM.

*1 Executio ſententiæ contra filiumfam. latæ, fierine poſſit, patre ſe opponente.*
*2 Debitum filio, an poſſit ſolui patri, vel illi, qui ſine mandato poteſt agere.*

1 EXecutio ſententiæ contra † filiumfamiliâs
latę, fieri non poteſt patre ſe opponente. hoc
tenet gl. ſingularis in l. ſi filiæ. la 2. ff. ſol. mat. quæ
gl. ab aliquibus approbatur. Sed d. glo. in hac Cu-
ria Parlam. non ſeruatur, quia fit executio in bo-
a nis filij *a* etiam patre ſe opponente, niſi pater in
talibus bonis filij haberet vſumfructum, ſicut in
bonis maternis, iuxta l. 1. C. de bonis mater. quo
caſu oppoſitio patris impediret executionem ta-
lis ſententiæ. ¶ An autem proceſſus factus contra
filium, in quo non interuenit authoritas patris,
dicatur nullus de ſtylo huius Curiæ Parlamenti,
2 vide ſuprà, q. 54. ¶ † Sed vtrum id, quod debetur
filiofa. poſſit ſolui patri, vel alteri, qui ſine manda-
to poteſt agere? Dic, quòd non: vt tenet gloſſ. in l.
verò procuratori. ff. de ſol. & ibi Barto. & videtur
tex. in l. qui hominem. § ſi gener. eod. tit. & ſi ſol-
uatur, non liberatur debitor. facit l. 2. ff. vt leg. vel
fideicom. ſeruan. cauſa. Et eſt ratio, quia receptio
ſolutionis eſt ſpecies alienationis. Inſtitut. quib.
ali. non licet. §. nunc admon. & ad iſtud propoſi-
tum alleg. Bar. in d. l. vero procuratori. ff. de ſolu.
vbi iſtam mouet & determinat quæſtionem. Et
ſic habes, quòd qui poteſt agere, non poteſt ſolu-
tionẽ recipere, niſi haberet ad hoc ſpeciale man-
datum, ita ſeruatur in iudiciis.

*a* ¶ In bonis filij, etiam in peculio profectitio. *Vt legitur & not. per d. Paul. de Caſtr. in l. ſi filio. 2. ff. ſolut. matr. vbi quærit: An executio ſententiæ latæ contra filiumfam. poſſit exequi contra patrem in legitima, & determinat poſt Gul. de Cun. quòd non: vt in 2. colum. in 2. notabili.*

## QVÆST. DXXVII.

SVMMARIVM.

*1 Et, copula, quam vim habeat.*
*2 Et, copula, an ſemper requirat concurſum duorum.*

a COniunctio Et, *a* iungit & inducit repetitio-
1 nem pręcedentium in ſequentibus, quod †
eſt notabile pro ſtatutis, quando in vno ſtatuto
ponitur pœna, & poſtea ſequitur aliquod ſtatutũ
ſic, Et ſtatuimus etiam, &c. nulla pœna adiecta,
quòd pœna in primo ſtatuto poſita, in ſequenti
cenſetur repetita. l. libertus. ff. de cond. & dem. l.
Seię. §. Caio. ff. de fun. inſtr. & inſtrum. leg. & dic,
vt ibi per Bart. vbi dicit, quòd copula, Et, inducit
repetitionem qualitatis præcedentis. & eſt tex. in
l. fin. §. fi. ff. de vi. tri. & oleo lega. Ita vidi determi-
nari inter nos in Camera Cõſilij, in quadam cau-
ſa, in qua altercabatur de intellectu cuiuſdam ca-
pituli, liberatum Moyrentij. De dicta copula, Et,
2 tetigi etiam infrà, q. 531. circa prin. ¶ † An dictio,
Et, ſemper requirat concurſum duorum? Dic, ꝙ
non, vt vide ff. de dam. inf. in l. ſi finita. §. elegan-
b ter. Et exponitur pro Id eſt. *b* Inſt. de tutel. §. pen.
& l. ſi in venditione. ff. de eui. & ibi gl. & quando-
que exponitur pro Vel: vt in Auth. vt fratrum fi-
lij. circa med. gl. ſuper verb. & col. 9. & l. ſæpe cõ-
poſitum eſt. ff. de verb. ſign. ponit Bart. in l. ſi quis
ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. ¶ De hac dictio-
ne Et, etiam tetigi ſuprà, q. 181. etiam tetigi de hac
dictione Et, in notab. meis. in §. dictio Et, poſita,
&c. & in quatuor §§. ſequen.

*a* ¶ Coniunctio Et. *Et poſita inter duo, quorũ vnum de neceſſitate ineſt alteri, facit ea reſolui, vel vnum ſit adiectiuum alterius, vt placitus & conſenſus, i. placitus conſenſus. Bar. in ff. de pact.*

*b* ¶ Id eſt. *Adde Inſt. de liber. in* §. *1.*

## QVÆST. DXXVIII.

SVMMARIVM.

*1 Error in actis, an poſſit probari per duos teſtes.*

1 SVnt † aliqua, quæ non poſſunt probari, niſi
per ſcripturam: vt acta iudiciaria. l. à Conſuli-
bus. C. de app. & cap. quoniam contra falſam. de
probationib. & certi alij caſus, de quibus in l. pa-
ctum. C. de pact. mentio habetur in gloſſ. Si ta-
men erratum fuerit in ſcribendo, poterit ne pro-
bari talis error per duos teſtes? Dic, quòd ſic: arg.
not. in l. errore. C. de teſt. & ita tenent Io. de Ra.
Petr. & Innoc. vt refert Cyn. in d. l. errore. & hæc
opin. Cyn. & ſibi adhærentium ſeruatur in iudi-

cando in hac Curia Parlam.licet Bartol. tenuerit
a contrarium *a* in l.cùm proponebatur.ff.de legat. 2.vide ſuper hoc.§.fina.Inſt.de fideicomm. ¶ De correctione erroris, & eius probatione,vide quæ dixi ſuprà q.504.

*a* ¶ Contrarium. *Adde dom.Bald.& Pau.de Caſtr.in præd.errore.C.de teſt.& idem ibi videtur ſentire dom. Alex.in vlt.q.quòd ſic.Iſtud intellige verum,quando præteritus approbat teſtamentum,& non.aliàs d.Bald. Auth.ex cauſa.in verſic.nunc venio ad illa verba.C.de lib.præt.*

## QVÆST. DXXIX.

### SVMMARIVM.

1 *Filio præterito an poſsit ſubſtitui pupillariter.*
2 *Præteritio,& exhæredatio,quidnam differant.*

1 VTrum pater filiò † ſuò præterito poſsit ſubſtituere pupillariter,quia de exhæredato filio non eſt dubium. Nam caſus eſt in §. non ſolùm.Inſtit.de pupil.ſubſt.& in l.1.§.fi.ff.eo.tit. Et credo breuiter, quòd ſic: ex eo, quòd non videtur potior ratio in exhæredato, quàm in præterito,dum tamen teſtator ſibi hæredem faciat.l.1.§. fi.ff.de vulg.& pup.ergo idem ius ſtatuendum.in fi.C.de conſt.pe.& l.fin. C. ad legem Falcid. Et ſi
2 † dicatur,quòd imò eſt diuerſa ratio in hoc quòd præteritio reddit teſtamentum nullum: non autem exhæredatio.Inſtit.de exhæred.lib.in prin. & l.inter cætera. cum l. ſeq. ff. de lib. & poſt. Reſpondetur,quòd licet præteritio reddat teſtamẽtum nullum,quò ad inſtitutionem hæredis, non tamẽ reddit nullum, quò ad ſubſtitutionem pupillarem,vel fideicommiſſariam:vt in authen.ex cauſa.C.de lib.præt. vel exhæred. & in §. ſiue igitur.in authen.vt cum de app.cog.colum.8.Idẽm etiam tenent Docto. præſertim Dyn. & Bartol. in d.Authen. ex cauſa. Et quàm maximè, vbi filius præteritus, ſeu eius tutor non importabat teſtamentum, in quo eſt præteritus. Et ita remaneat inſtitutio valida de æquitate prætoria, iuxta l.filio præterito. ff. de iniuſt. & irrit. teſta. Et pro hoc bene facit l. qui fundum. §. qui filiis.ff.ad legem Falcid.vbi pater filio inſtituto ſubſtituit exhæredatum,& exhæredato quendam tertium.& valet ſubſtitutio, vt ibi: Et pro hoc bene facit, quod ponit Barto. & in l. 2. circa principium, in quæſt.quæ incipit:Quid ſi eſt talis prȩteritus,&c. & in q. quæ incipit: Quid ſi filius præteritus approbet teſtamentum,&c.ff.de vulg.& pup.ſubſt.

## QVÆST. DXXX.

### SVMMARIVM.

1 *Denunciatio qualiter fieri debeat debitori, in materia l.3.de noua.*
2 *Ceſsionarius an habeat vtilem actionem.*

1 QValiter fieri debeat denũciatio debitori in hac † materia l.3.C.de nouat. Dic,quòd in tali denũciatione debet exhiberi & declarari debitori delegatio, iuxta c. cauſam. extrà, de elect. in Cle.facit quod ponit in l.non ſolùm.§. morte. in q.quæ incipit: Secũdò principaliter eſt videndum,&c.ibi,quandoque fit ex cauſa iuſta, &c. ff. de no.oper.nunc. facit bene l.nomen.C.quæ res pign.obl.poſ. ibi, nondum certioratæ, &c.Ita dicit Bar.in d.§.morte.& vide eundem Bar. in l.facta.§.ſi hæres.lo 1.ff. ad Treb.vbi ponit multa no. in materia d.l.3.C.de noua.& vide Salycet. in ſua rep.& in l.ſi ex legati cauſa. in quæſt. quæ incipit: Ex prædictis,&c.ff.de verbo.obl. vbi idem tenet, quod Bar.vbi ſuprà.Sed an certus vlteriùs certiotari debeat.in hac materia vide Doctor.in c.eum quis certus.de reg.iu.lib.6. ¶ Sed pone, quòd ce-
2 dens agit cõtra debitorem. Vtrum debitor † poſſit opponere iſtam exceptionem,videlicet,quòd ipſe ceſſionem debiti alteri fecit, & ſic ceſſionarius habet vtilem actionem, quæ præfertur directæ.Bar.poſt Iac.de Are.& Old.dicit,quòd ſic.in l.facta.§.ſi hæres.ff.ad Trebel.iſtam ibi mouet,& determinat quæſtionem. ¶ De materia ceſſionis actionis,vide plenè per Pet.Iacob. in tit.de act.in rem, quæ competit ex ceſſione per totum. ¶ Et de hac materia ceſſionis actionis, etiam tetigi ſuprà,q.274.& infrà,q.567. ¶ An cedens poſſit eſſe
a teſtis *a* pro ceſſionario ſuper actione ceſſa: opiniones ſunt variæ.vide plenè Pet.Iaco. vbi ſuprà, de action.in rem, quæ pro ceſſionȩ competit. & 24.Conſil.meorum.

*a* ¶ Eſſe teſtis. *An cedens poſſit eſſe teſtis pro ceſſionario? per dom.Fel.in c.inſuper.in princ.7.verſic.quartò quæritur. de teſti.*

## QVÆST. DXXXI.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio facta in perſonam vnius, an cenſeatur repetita in alterius ſibi coniuncti.*
2 *Prouiſio facta reſpectu caſus expreſſi, non porrigitur ad omiſſum.*

MIles quidam Henricus nuncupatus, in ſuo
1 nuncupatiuo † teſtamento quẽdam Henricum nepotem ſuum hæredem inſtituit vniuerſalẽ, & caſu quo decederet ſine liberis maſculis, quendam Stephanum, & liberos ſuos maſculos hæredes ſibi fecit & inſtituit:& caſu quo ipſe Stephanus decederet ſine liberis maſculis, quẽdam Henricum de Varenis, & liberos ſuos maſculos hæredes ſibi fecit & inſtituit,quo teſtamẽto condito, deceſſit ſine liberis, primo loco inſtitutus, viuente adhuc teſtatore, deceſſit. Deceſſitque etiam dictus Stephanus dicto teſtatore viuente, relicto vnico filio maſculo, qui fuit hæres ipſius teſtatoris: quia in eius perſonam locum habuit



inſtitutio:ſicq; à ſecũdo gradu incepit teſtamentum,qui filius tandem deceſſit in ætate pupillari adhuc conſtitutus,relicto ſibi ſuperſtite Ioãne filio & hærede dicti Henrici de Varenis prȩdefuncti,& tertio gradu inſtituti ſeu ſubſtituti. Inſurgit nunc quæſtio,vtrum d.Ioan.ad hæreditatẽ ipſius teſtatoris admitti debeat. Pro cuius quæſtionis declaratione eſt prȩſciendum,ꝙ dictus ſecundus gradus reſpectu ipſi' Stephani cecidit in cauſam caduci:patet,quia viuo teſtatore deceſſit.l.1.§.& cum triplici.ver.vel viuo teſtatore,&c.C.de cad. tol.reſpectu verò ſui liberi maſculi,ſuum fuit ſortitus effectum:patet,quia hæreditatem teſtatoris adiit.l.1.§.pro ſecũdo.& §.his itaq;.C. de cad.tol.
a Secũdò eſt præſciendũ,*a* ꝙ teſtator voluit ipſum Stephanum, & liberos ſuos maſculos inſimul ad hæreditatem ſuã admitti:patet,quia eos coniunxit per copulam,& ibi, & liberos maſculos, &c.l. 1.§.pro ſecundo.& §.his itaq;.ſuprà alleg.l. ſi mulieri.ff.de vſufr.accre.l.fi.C.de imp.& aliis ſubſt. Et quod maximè attento, ꝙ iſto caſu nulla cadebat affectio ſiue charitas ordinata reſpectu ipſius teſtatoris,ex eo,ꝙ d.Stephanus non erat filius eiuſdem,ſed extraneus.l.1.§.extraneum. C. de rei vxo.act.Ideò ipſe ac liberi eiuſdem non fuerunt, nec cenſentur fuiſſe hȩredes inſtituti ordine ſuc-
b ceſſiuo,*b* ſed ſimul. ita tenet gl.in l.Gallus.§.quidam rectè.ff.de lib.& poſth. ibi dum dicit, ſed ibi teſtatori erat extraneus,&c.hoc idem tenent ibidem Iac.de Aret.& Bar.ſi ad diſtinctionẽ ibidem per eum poſitam bene attendatur. ibi dum dicit, Habes ergo ex prædictis,&c.Tertiò eſt prȩſciendum,ꝙ filius maſculus d. Stephani fuit admiſſus ad hæreditatẽ ex diſpoſitione expreſſa eiuſdem, quia re & verbis fuerũt liberi maſculi d.Stephani cum eo coniuncti,vt apparet ex iã dictis.l.re coniuncti.ff.de leg.3.& Inſt.eo.§.ſi eadem res. Quib. ſic prȩſuppoſitis,apparet mihi hanc q.motam fuiſſe,per Bar.in l.ſed & ſi ſit.in pr. ff.de leg.3.vbi ſic formaliter inquit, dicit teſtator, Filiũ meum hæredem inſtituo, & ſi deceſſerit ſine liberis,bona mea veniant ad talem.contigit,ꝙ hȩres relictis filiis deceſſit,ſed filij deceſſerunt ſine filiis; An valeat fideicommiſ.Hîc videtur caſus in ỹ. ſic autẽ, &c.ꝙ non:nam cùm teſtator dixit, Si filius meus deceſſerit ſine filiis, pro hoc nihil videtur relinquere filiis ſui filij.l.Lucius.la 2.cum ibi not.ff.de hær.inſt.& ita etiam iudicatur in hac Curia Parl. vt plenè dixi ſuprà,q.39. Et ſic iſti filij,ſi habẽt hȩreditatem,habent eam ex fortuna, & nõ ex iudicio ipſius teſtatoris. & ſic videtur, ꝙ non potuerunt grauari:vt d.l. ſed ſi ſic. ergo vbi tales filij habent ex diſpoſitione ipſius teſtatoris,ſicut habuit filius maſculus d. Stephani,valet fideicõmiſſum: & ad ipſum admitteretur ille talis,ad quem teſtator voluit bona ſua deuenire. ita ibi ſentire videtur Bar.idem in l.centurio.in q.quæ incipit:quæro vlterius,quid ſi teſtator dixit,&c. ff. de vulg.& pupill.iſtam mouet quæſtionem, dicens eam fuiſſe Ray.Et quia filius maſculus d.Stephani hȩreditatem adiuit,ex diſpoſitione teſtatoris expreſſa,vt dictum eſt: dicẽdum videtur, fideicommiſſum dicto de Varenis & liberis ſuis maſculis relictum,in caſu iam dicto valere:licet filium maſculum reliquerit, qui poſtea ſine liberis deceſſit,& hoc per iam dicta,conſiderato etiam,ꝙ conditio ipſi Stephano appoſita, cenſetur ex diſpoſitione iuris in perſonam filij ſui maſculi, quem habuit, repetita, cauſantibus maximè tribus rationibus ſubſcriptis.Prima,quia eodem gradu fuerunt inſtituti re & verbis cõiunctim. l. re coniuncti.& §. ſi eadem res.ſuprà alleg. Et pro tanto conditio in perſonam patris appoſita, cenſetur in perſonam filij cohæredis,ac cõiuncti repetita,propter identitatem gradus,& perſonarum. De primo eſt tex. in l.quæ conditio.2.reſponſo.ff.de cond.& dem. iuncta l.1.§.pro ſecundo alle.qui §.licet loquatur de portione legata, quæ cadit in cauſam caduci, tamen idem eſt in portione hæreditaria, quæ in eandem cauſam cadit,vt d.§.his itaq;.De ſecũdo eſt tex.in l.fi.de imp.& aliis ſubſti. iuncta l.cũ ſeruus.2.reſponſo.ff.de cond.inſt.& licet gl.reſtringere voluerit.d.l.quæ conditio.in 2.reſponſo. dũ dicit ſuper verbo,Certas perſonas, &c.ic. omnes eiuſdem gradus,&c. Illa tamen gloſ. non videtur procedere ex eo,ꝙ tunc l. ipſa nullũ haberet dubium cauſante huiuſmodi dictione,Omnis:quia qui omne dicit,nihil excludit.l. Iulianus.in prin. ff.de leg.3.& l.à procuratore.C.manda. Sed quia lex fit,& fieri debet de caſu dubio.l.ancillæ.C.de fur.Ideò d.l.quȩ conditio.in 2.reſponſo.intelligi debet,quãdo conditio fuit appoſita certorum in primo gradu inſtitutorum,& non omnium, quæ conditio in perſona aliquorũ appoſita,in perſona aliorum ſibi cõiunctorum, præſertim re & verbis cenſetur repetita ſic,vt dicatur d. l. de caſu dubitabili fuiſſe facta,ſicut fieri debet,per d.l. ancillæ. Secunda ratio eſt,quia cõditio, ſi ſine liberis,&c. fuit in ipſo teſtamento appoſita poſt nominationem factam de do.Stephano & liberis ſuis, prout ex caſu ſuppoſito videri põt, & pro tãto ſequitur, ꝙ ipſa in perſona d.Stephani adiecta, cenſetur in perſona ſui filij,ſibi re & verbis cõiuncti, fuiſſe repetita.l.mulieri,& Titio.ff.de cond.& dem. ꝙ ſic ibidem videtur dicere do. Dy. ſoluendo contrarium ibidem factũ.d.l.fi.§.Seio.ff.de lega.2.Tertia ratio ex eo,ꝙ dictus teſtator ſibi prouidẽdo,ac ꝓuidere volẽdo in caſu,quo d.Stephanus ſine liberis decederet,etiam ſibi prouidiſſe cenſetur in caſu omiſſo,videlicet in caſu, quo liberi ſui maſculi etiam decederẽt ſine liberis: ſicut caſus euenit.arg.l.mulier.in pr.ff.ad Treb.& l. ſi mater.C. de inſt.& ſubſt.ſub conditio.factis.Et hoc fundat duplex ratio.Prima,quæ eſt voluntatis coniecturatiua.Nã teſtator nunꝗ voluit ad hæreditatem ſuam admitti aliquam mulierem, ſed ſolùm hæredes per eum inſtitutos, & eorũ liberos maſculos,etiam virtute alicuius Trebellianicæ, quam propterea detrahi prohibuit, iuxta Authent.ſed cùm teſtator.C.ad legem Falci. Et tamen ſi con-

ditio iam dicta in perſonã filij maſculi, d. Stephani non cenſeretur repetita, mater vel auia talis filij, vel alij ſui proximiores ad hæreditatem teſtatoris admitterentur per medium ipſius filij ab inteſtato, & ſine liberis defuncti, vt §. conſequens. in Auth. de hær. ab inteſt. col. 9. & in Authen. defuncto, quod eſſet contra voluntatem ipſius teſtatoris, nedum coniecturatam ex præmiſſis, ſed etiam expreſſam. Vt ergo non fiat contra voluntatem teſtatoris, quæ ex præmiſſis ſatis colligitur, & apparet. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ibi, item eorũ, quæ præcedunt & quæ ſequuntur, &c. ff. de leg. 1. iuncta l. 3. C. de lib. præt. vel exhęr. Dicamus conditionem in perſonam Stephani adiectam fuiſſe in perſona ſui filij maſculi, ex mente teſtatoris cõiecturata repetitam. Nam ex coniecturatione in conſimili facta, pronũciatum fuit in auditorio diui Marci, vt refert Scæuola in d. l. mulier. Alia eſt ratio & ſecunda, recollecta ex dictis Bart. poſitis. in l. fi. C. de poſtu. hær. inſti. vel exhær. dum ſic dicit: Inſtitutio facta de poſthumo, in vnũ caſum, porrigitur ad alium, in quo teſtator veriſimiliter prouidiſſet, ſi de eo cogitaſſet: vt d. l. fi. habetur. & quia ſi teſtator cogitaſſet, quòd filij maſculi dicti Stephani deceſſiſſent ſine liberis, ipſe etiam ſibi prouidiſſet, & dictum de Varenis & liberos ſuos ſubſtituiſſet, ſicut ſubſtituit. Ideò ſubſtitutio ipſa de d. Henr. de Varenis & liberis ſuis, in caſu iam dicto facta, etiam porrigitur ad caſum, quo liberi maſculi Stephani ſine liberis maſculis decederẽt, prout caſus euenit, in quem veriſimile eſt, ꝙ ipſe teſtator ſibi prouidiſſet, ſi ipſum caſum euenturũ cogitaſſet. Nec obſtat l. commodiſſimè. ff. de lib. & poſth. quia ibi teſtator ad vnum caſum duntaxat
2 ſe aſtringere voluit. † Et ideò prouiſio reſpectu caſus expreſſi facta, non porrigitur ad omiſſum. ita dicit gl. in d. l. fi. Idem ibi Bar. & communiter omnes Doct. ſic tenent. Nec obſtat ſi dicatur, quòd conditio, ſub qua dictus de Varenis, & ſui liberi erant ſubſtituti, defecit, poſtquam Stephanus liberum maſculum habuit, iuxta l. 1. C. de inſt. & ſubſti. ſub conditione factis. & l. non eſt ſine liberis. ff. de verb. ſig. Quia reſpondetur, quòd non defecit: imò d. conditio in ipſius Stephani perſonã appoſita, reſpectu cuius pars, in qua fuerat cohæres datus, cecidit in cauſam caduci, cenſetur fuiſſe, tã ex diſpoſitione iuris, quàm ex præſumpta mente teſtatoris in perſonam liberi maſculi dicti Stephani repetita, prout ſuprà dictum & probatum eſt. conſiderato etiam, quòd portio ipſa cum ſuo onere & cum ſua conditione iam dicta in ipſius perſonam appoſita, accreuit dicto ſuo filio, ſicut ponitur in l. 1. §. pro ſecundo. & §. his itaque. all. Concludendo ergo, ad præmiſſa, dicendum videtur, ipſum Io. de Varenis ad hęreditatem iam dictam virtute fideicõmiſſariæ ſubſtitutionis, vt dictũ eſt, tertio gradu factæ, admitti debere. Et ita deciſum fuit in Camera Conſilij ex tacita & coniecturata mente dicti teſtatoris.

a ¶ Secundò eſt præſciẽdum. *Tu vide de hoc iſtum, conſil. 122. incip. Ioannes Molaris. nu. 1. verſic. ad primum quæſitum.*

b ¶ Ordine ſucceſſiuo. *De hac materia vide omnino do. Ioan. de Imol. in l. Gallus. in §. quidam rectè. in 1. colum. in ver. in gl. ſuper verbo, non exprimat. & d. Bal. in 2. col. in ver. 2. quæritur. Tu adde, nunquid iſta verba ordine ſucceſſiuo, in effectu, videantur importare vulgarem vel fideicommiſſariam ſubſtitutionem. & de intellectu illorum verborũ, vide omnino quod eleganter conſulendo tenuit d. Phil. Decius, in conſ. 206. incip. in cauſa. in 2. parte conſiliorum.*

## QVÆST. DXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutiones pupillares, vulgares & fideicommiſſariæ, ſi concurrant, an in electione ſit eius, in quẽ collatæ ſunt, vti qua malit.*

SI quis ſubſtituatur vulgariter, pupillariter, &
1 † per fideicõmiſſum, eſt in ipſius electione, a
a quam ſubſtitutionem velit eligere, ſi caſus dictarum ſubſtitutionum vno ſemel & eodẽ tempore eueniat. l. ſi quis ſeruo. ff. de manu. teſta. quæ lex hoc bene probat. & ita ibi tenet Bart. Idem tenet ipſe Bart. in l. recuſare. §. Titius. ff. ad Treb. Et ita in Camera Conſil. vidi determinari fieri poſſe. de intellectu dictorum verborũ dicam infrà, ſeq. q.

a ¶ Electione. *Iſtud tenet expreſſè dom. Alex. in l. recuſare. in §. Titius. ff. ad Trebel. qui tex. in huiuſmodi materia eſt melior de corpore Iuris, ſecundum do. Ange. ita vbi ſuprà, referente do. Alex.*

## QVÆST. DXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris expreſſa, an excludat matrem, etiam in legitima, & quomodo intelligantur illa verba: vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum.*

2 *Verba plura, aut plures clauſulæ ſi opponantur, ſingula ſingulis referenda ſunt.*

TEſtator habens duas filias, vnã impuberem,
1 & † aliam puberem, quas hæredes vniuerſales inſtituit, & ſi alteram ipſarum decedere contingeret in pupillari ætate, vel aliàs quandocunq; ſine liberis, ſuperſtitem ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicõmiſſum. Impubes deceſſit in ætate pupillari, matre ſua, vel ſorore ſua ex parte patris duntaxat hæreditate adita ſuperſtitibus relictis. Vtrum mater vel ſoror ad ſucceſſionem filiæ defunctæ admittatur.. Et licet videretur ꝙ mater: iuxta l. iam hoc iur. §. ſed ſi aliter. ff. de vulgar. & pupillar. & l. Titius. ff. de hæredita. in-
a ſtitut. attamen credo, quòd non. a pro eo, quod teſtator tres ſpecies ſubſtitutionum expreſſit in verbis iam dictis, videlicet pupillarem, dum dixit, in pupillari ætate, &c. Et vulgarem, dum dixit vulgariter, & fideicommiſſariam, dum dixit, vel aliàs quandocũque, &c. Sequitur in teſtamento, & per fideicõmiſſum, &c. hoc apparet in l. ſi quis ſeruo. ff. de manu. teſt. hoc idem poſuit Bart. & in l. recuſare. §. Titius. ff. ad Treb. Nam in caſu, quo hæreditas per alteram ſuarum filiarum non adiretur, ſibi prouidere voluit per vulgarem l. 1. ff. de vulg. & inſt. eo. tit. in priñ. & in caſu. quo hæreditas adiretur, & expiraret vulgaris: vt in l. poſt aditam. C. de imp. & aliis ſubſt. & ſi impubes in ętate pupillari decederet, ſibi prouidere voluit per pupillarem. Et in caſu quo altera dictarum filiarum moreretur poſt pubertatem, hæreditate iam adita ſibi prouidere voluit per fideicom. ſubſti. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. Et iſta eſt volũtas expreſſa teſtatoris, quę in ſubſtitutionibus dominatur, & debet attendi. l. cum filio. & l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & l. in conditionib. ff. de cond. & dem. Hoc etiam probatur, quia verba in aliqua diſpoſitione appoſita, intelliguntur & intelligi debent ſecundum perſonam, ad quam referuntur. l. quib. §. dominus ſeruo. ff. de cond. & dem. & l. plenum. §. equitij. ff. de vſu. & hab. & l. ex militari. in prin. ff. de teſt. mil. Et quia hæc verba, in pupillari ętate, & pupillariter in ſubſtitutione iam dicta appoſita nõ poſſunt referri ad puberem filiam, ideò relatiua ſunt ad impuberem, vt iurib. ſuprà alle. ſic ꝙ de aliquo operentur, prout debent operari. l. ſi quando. in prin. ſuprà de le. 1. & l. 1. in fi. ad muni. Et ſequitur, ꝙ talis ſubſtitutio reperitur pupillaris expreſſa. l. 2. circa princ. ff. de vulg. & pu. & inſt. eo. in prin. quæ matrem excludit: vt in c. ſi pater. in fin. de teſt. libr. 6. etiam à ſua legitima. vt ibidem habetur. quod tenet Bar. in l.
2 3. & l. 2. ff. eo. in 5. q. prin. materiæ pupillaris. † Ad præmiſſa bene facit, quia quando in aliqua diſpoſitione plura verba, aut plures clauſulę opponuntur ac debent referri. vt in §. fi. iuncta gl. Inſtit. de contrah. empt. & vendit. Non obſtant iura ſuprà in alle. quia loquuntur in breuiloqua ſubſtitutiõe, in qua non poteſt apparere de voluntate te-
b ſtatoris expreſſè, b ſicut hîc: vbi voluntas eſt clara, ideò locus non eſt quæſtioni. l. ille aut ille. §. 1. & l. non aliter. in prin. ff. de leg. 3.

¶ Credo quòd non. *Vide quod legitur & not. per gl. & Doct. in l. precibus. C. de impub. & aliis ſubſt.*

b ¶ Expreſsè. *Vide do. Odofr. in præ. l. precibus. in 3. col. in verſ. ſed quæritur, quæ eſt ratio.*

## QVÆST. DXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio compendioſa, an fiat filio impuberi.*

PAgan⁹ teſtator filio ſuo puberi ſic ſubſtituit,
1 † ſi filium meum contingat decedere ſine liberis talem inſtituo, vel volo, quòd ſit hæres, &c. adita hęred. filius moritur ſine liberis, vtrum ſubſtituti admitti debeant ad ſubſtitutionem? Petr. Iac. mouet iſtam q. in tit. de compendioſa ſubſt. in verſic. qui incipit: Si autem Paganus, &c. Et ibi determinat, ꝙ non valet iure directo, neq; iure fideic. Io. Fab. etiam iſtam q. mouet inſti. de pupil. ſubſtit. in materia ſubſtitutionis compendioſæ: ibi, dum dicit, ſi aũt fiat puberi per verba omnino directa, &c. Et determinat, ꝙ nulla eſt ſubſtit. vt ibi, & in l. verbis ciuilib. ff. eo. tit. & §. fi. Inſt. de pu-
b pil. ſubſt. nec trahitur ad fideicom. b etiam ſi talis ſubſt. fieret per verba directa in Codic. rationem ſuam ibi ſubiungit bene euidentem, reſpondẽdo ad l. Scæuola. ff. ad Treb. d. Bar. etiam iſtud voluit dicere, licet non ita expreſſè, in l. centurio. poſt 3. q. priñ. in q. quæ incipit, quæro vtrum ſubſtitutio compẽdioſa facta per verbum, Commune, contineat vulgarem, &c. dum in fi. q. dicit, ſed ſi dixerit teſtator, filio meo ſubſtituo talem, &c. nullo adiecto, ꝙ requirat certũ tempus, &c. cuius dicta recipio, quia ſubſtitutio compẽdioſa in caſu iſto puberi facta, innuit & comprehendit vulgarem. l. Gallus. §. 1. ſecũdum vnam poſitionem caſus. ff. de vul. & videtur tex. expreſſus in l. fin. C. de hær. inſti. Sequitur, ꝙ adita hæred. talis ſubſt. vulgaris, expirauit. l. poſt aditam. C. de impu. & aliis ſubſt. Nec pręmiſſis obſtat dictum Bar. poſitum in d. q. ibi dum dicit. Item non eſt appoſita dictio quandocunque, ſed alia adiectio, quę de ſui natura tractum temporis ſignificat: vt potè, ſi deceſſerit ſine liberis, &c. quia tunc continet fideicom. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. iunctis no. in l. precib. ff. de impub. & aliis ſubſt. Et eſt ratio, quia verba Bar. loquuntur in caſu quæſt. per eum motæ de ſubſt. compen. facta per verbum, Cõmune. Ita habet titulus q. qui debet attendi. l. fi. ff. de hę. inſt. iuncta l. in ciuile. ff. de ll. Hoc etiam probant clarè iura prædicta per eum alle. in quib. verbum Cõmune ſubiungitur. In caſu verò iſto loquimur de ſubſt. compend. in qua ſunt verba omnino directa, & ciuilia facta, quare ſecùs iſta ſolutio clarè probatur, per d. l. verbis. iuncta gl. 1. ibi dũ dicitur, vel quandocunq; deceſſerit, &c. quę verba tractũ tẽporis important. & tamẽ verba directa ibidem ſubiuncta non flectuntur. hoc etiã probatur clarè in §. extraneo. Inſt. de pup. ibi, intra aliquod tempus, &c. quæ verba de ſe tractũ temporis important. Et tamen verba directa ibi in ſubſt. ſubiũcta, non flectuntur, qđ tamen ſecùs fuiſſet, ſi in ſubſt. d. §. verbum, Subſtituo, quod eſt verbum cõmune, ſubiunctum fuiſſet, prout ibidem ponit glo. 1. in ſui prin. Iſtud clarè probatur in d. l. verbis ciuilib. vbi de hac q. videtur caſus. ſic eam inducẽdo, & aliter quam Bar. eã ſummauerit. Teſtator quidam filium ſuum maiorem 43. ann. hæredem inſtituit, & ſibi verbis ciuilib. (hoc eſt directis, ſicut ibi dicit gl.) ſubſtituit, vt quãdocunq; decederet, Titius eſſet hæres. ita exemplificat gloſſ. 1. ibi, vel quandocunque deceſſerit, &c. mortuo teſtatore hæreditate adita deceſſit filius. Quæritur, vtrum Titius ad ſubſtitutionem admittatur. Et reſpondetur ꝙ nõ: quia verbis ciuilibus ſubſtitutionem

poſt 14. ætatis ann. & ita filio iam puberi effecto,
fruſtrà fieri cõuenit: nec admittitur ibi ſubſtitu-
tus, vt cohæres: ne fiat contra voluntatẽ defuncti
teſtatoris, quæ caſus poſitio eſt conformis text. &
de ſe vera. Hoc idem probatur in d. §. extraneo.
vbi ſubſtitutio compendioſa per verbũ directum
filio puberi, cum diſtributione temporis, vt: ſi in-
fra aliquod tempus, &c. nõ valet iure directo, nec
trahitur ad fideicom. pro eo, quod nõ fuit ibi ex-
preſſum. vt ibi in fi. tex. ſubiungitur. vel, quia ver-
bum, Subſtituo (quod eſt verbum Cõmune) non
fuit ſubiũctum, prout ibidem dicit gl. Ex quibus
propterea apparet dicta dictorum do. Petr. Iac. &
Io. Fab. fore vera & iuridica. Nec obſt. ſi oppona-
tur, ꝙ poſtquam hæres erat pubes, ꝙ ſubſtitutio
debet valere iure fideic. tãquam ſi foret facta ex-
traneo. argu. l. filius. §. vt quis. de leg. 1. ex facto. in
prin. ff. ad Treb. & faciunt no. per gl. in d. l. verbis
ciuilibus. Nam arg. non milit. nam cùm ſubſtitu-
tio directa pupillaris impuberi facta finiri debeat
pubertate adueniente. l. in pupillari. ff. de vulg. &
§. maſculo. Inſti. eod. tit. ab ea non debet initium
aſſumere, vt alia ſub verbis directis comprehẽſa.
l. vſufr. cum moriar. ff. de vſufr. leg. & l. Titio cùm
morietur. de vſufr. & l. Seiæ egreſſæ. ff. de Tut. &
Cur. da. ab his. vbi ſi puberi detur tutor, nulla eſt
datio: quia datio per prius facta, tũc finiretur. Id-
eò nullatenus valere poteſt per fideic. talis ſubſti-
tutio puberi facta. l. ſi fundum. per fideic. §. fin. ff.
de leg. 1. Ita not. per Bar. in d. l. verbis. circa fin.

a ¶Nec trahitur ad fideicommiſſum. *Vide omninò do. Bal. in l. verbis ciuilibus. in 2. colum. verſ. iuxta hoc quæro. ff. de vulg. & pup. ſubſt.*

## QVÆST. DXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Inqueſtæ inchoatæ, & non diffinitæ tempore arrendamenti, an remaneant domino.*

1 BAro quidam † arrẽdauit caſtrum ſuum cum
iuriſdictione, aliiſque iuribus & pertinentiis
eiuſdem Titio, per annum, quò pẽdente quidam
maleficium cõmiſit in territorio dicti caſtri, pro
quo delicto debuit puniri in centum libris, lite
conteſtata, & proceſſu pẽdente finitus eſt annus
dicti arrendamenti, ante tamen ſententiã latam,
quò anno finito, ipſe Baro dictum caſtrum arren-
dauit modo prædicto Caio per aliũ annum, quo
anno vltimi arrendamenti pendente, fertur ſen-
tentia, & adiudicantur domino dicti loci dictæ
centum libræ. Nunc quęritur, cui debent adiudi-
cari dict. 100. libræ: An primo arrendatori, vel ſe-
cundo? Legi quendam d. Eynardum Nouellum
legum Doct. hanc quæſt. diſputaſſe. Et qui deter-
minauit, quòd debent eſſe dictæ centum libræ ſe-
a cundo arrendatori, *a* per l. qui explicandi. C. de
accuſ. ibi: cuius finis in Iudicis poteſtate ac motu
ſitus, &c. & per l. furti. §. ſi autem. ff. de his, qui no.
inf. & C. ad Treb. l. ſi cùm poſteriori iudicio. & i-
ſtud ſeruatur in firmis Curiarum Delph. Grayſi-
uo. Viennen. & Terreturi Vienn. & Valen. apud
Sãctum Marcell. quia finitis firmis dictarum Cu-
riarum, inqueſtæ nondum diffinitæ remaneant
commodo ſucceſſorum in dictis firmis. Et etiam
ita facio obſeruari, quando arrendo villam San-
cti Albani, quia inqueſtæ inchoatæ tempore ar-
rendamenti per me facti, remanent mihi, niſi dif-
finiant infra tempus arrendamenti.

a ¶Secundo arrendatori. *Facit in arg. l. quod ait. in princ. ibi, ſufficit patri, ſi eo tempore habeat in poteſtate. quo occidit, &c. ff. de adult. Et adde, quòd ſi ius declarat qualis res ſit cenſenda. l. ſed & ſi quis. §. interdum. ff. de vſufr. & in Epiſtola Ouidij:*

*Exitus acta probat: careat ſucceſſibus, opto,*
*Quiſquis ab euentu facta notanda putat.*

## QVÆST. DXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Tertiamentum emolumentorum Delph. qualiter & quomodo fiat.*

2 *Fiſcus nõ habet quid magis ſpeciale, quàm priuatus, niſi inquantum id iure cautum reperitur.*

DE conſuetudine in Curia Parla. diutiùs ob-
1 ſeruata facto † liberamẽto in vltimo incan-
a tu *a* reſpectu emolumentorum Delphi. quilibet
venire volens infra tres menſes à die liberamenti
auditur tertiando. Sed quæ ſumma debet tertia-
ri? An primo oblata, vel vltima ſumma, pro qua
fuit liberamentum factum? Dic, quòd de conſue-
tudine prima ſumma: ſed ille talis, qui tertiabit,
ſoluet domino integram ſummam, pro qua vlti-
mò fuit liberamentum factum vnà cum eo, quod
aſcendet tertiamentum reſpectu ſummæ primo
oblatæ, & fiet ſibi liberamẽtum, ſed ſi ille, cui pri-
mò factum fuerat liberamentum, velit offerre
duos ſolidos Turon. pro qualibet libra reſpectu
totalis ſummæ, audietur: infra tamen dictos tres
menſes, & dictis tribus menſibus durantibus, ipſi
duo contendentes, videlicet ille, qui tertiauit, &
ille, cui factum fuerat primum liberamentum, &
non alij, audientur encharire volentes, vnus ſu-
pra alium de duobus ſolidis pro qualibet libra. &
lapſis dictis tribus menſibus alter ipſorum, & non
alij audientur duplicare volẽdo totam ſummam
cum encharimẽtis, infra alios tres menſes, & non
vltra. Et iſta collegi de anno Domini 1460. & die
11. menſis Septembris, dum in Camera Conſilij
inter Dominos Parlament. & Cameræ Compu-
torum Delphina. de præmiſſis altercaretur ad
cauſam pædagij Sancti Symphoriani auzonis, in
quo pædagio tunc fuit d. conſuetudo obſeruata.
Sed quid ſi res alicuius minoris, vel alicuius Rei-
publ. vtpote vniuerſitatis, venditur ad incantum
publicum, & plus offerenti liberatur, deinde tra-
ctu aliquorum dierum aliquis vult plus offerre,

an audiri debeat, & res ipſa ſibi liberari? Dic, quòd
ſic: vt videtur tex. in l. at ſi ſine dolo. §. 1. ff. de min.
iuncta l. Rempubl. C. de iure Reipu. lib. 10. Et re-
cordor ita vidiſſe ſemel obſeruari in facto Curiæ
communis huius ciuitatis Grationo. ¶Item cre-
derem in rebus Eccleſiæ, per ea, quæ not. in d. l.
Rempublicam. ¶De ordine tenendo in vendi-
tione rei fiſcalis: vide gloſ. in l. 1. C. de fid. inſtru. &
iure haſ. fiſ. libr. 10. ¶Vtrum emens rem, quæ pro
fiſcali debito venditur, ſuccedat loco fiſci? vide
Bar. in l. cum ratio. §. fi. de bon. dam. & in l. ſi ter-
tius. §. ſi quis prius. in 3. quæſt. ff. de aqua plu. arc.
2 †Nulla ſpecialitas debet eſſe plus in fiſco, quàm
in priuato, niſi quantum in iure cautum reperi-
tur: vt dicit Cyn. in l. 1. C. de pet. hær. ¶An arren-
datores iurium Delphin. vtantur iure fiſci in exi-
gendis iuribus arrendamẽti? vide quæ dixi ſuprà,
q. 28. ¶An arrendare, ſit vendere, vel locare? vide
Bar. in l. cotem. ff. de vect. & commiſ. & in l. Sabi-
nus. ff. de contrah. empt. & vend.

a ¶Incantu. *Quid autem ſit incantus, & qualiter fiat: vide Spec. in tit. de empt. & vend. §. 4. verſ. hoc quoq. & do. Bar. in l. licitatio. ff. de publ. & in l. ſi tempora. C. de fide inſtru. & iur. haſ. fiſc. lib. 10. & Doct. in Authen. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. Eccl.*

## QVÆST. DXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica an cenſeatur prohibita per hæc verba, pleno iure, &c. adiecta in reſtitutione fideicommiſſi.*

2 *Generaliter quæ fiunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur neglecta.*

DIxi ſuprà, qu. 51. quòd teſtator poteſt prohi-
bere detractionem Trebellianicæ in extra-
1 neo hærede. †Sed iuxta hoc quæro, an ipſa Tre-
a bellianica videatur prohibita *a* per illa verba, ple-
b no iure, *b* &c. in reſtitutione fideicommiſſi appo-
ſita: & videtur quòd non. ratio, quia dicta verba
non ampliant reſtitutionem: ſed eorum, quæ re-
ſtituuntur in plenam & integram domini trans-
c lationem. *c* C. de Epiſc. & Cler. l. raptores. §. bona
autem. & in c. cùm inter nos. extrà, de foro com-
pet. & talis prohibitio non debet fieri per conie-
cturas, ſed per expreſſam voluntatem teſtatoris,
in Authent. de hæred. & falc. §. ſi verò expreſſim.
quod eſt palam, & non verbis obſcuris & genera-
libus hoc videtur facere. ff. de verb. oblig. l. quic-
quid aſtringendæ. & hanc partem tenet Oldrad.
in ſuis quæſtionibus, in quæſt. 43. in verſ. qui inci-
pit: ad quartam quæſtionẽ, &c. Et facit ratio pro
hac parte verbum expreſſum, tam in §. ſi verò ex-
preſſim. quàm in Auth. ſed cùm teſtator. C. ad l.
Falcid. ſubiunctum: quæ verba habent & impor-
tant, ac ſi dictum eſſet nominatim, in Authen. ex
teſtam. in fi. C. de col. & l. nonnunquam. & l. ſi ita
expreſſum. C. de condit. & dem. quæ prohibitio
nominatim ſeu expreſſim, nõ cenſetur facta, per
illa verba, pleno iure. imò Teſtatores & Notarij,
qui hęc verba pleno iure in teſtamentis ſolent in-
ſerere, ignorant illius verbi ſignificatum. ideò vl-
tra ipſorum mentem & intellectum non poſſunt
operari, ſicut dicimus de verbo, liberi, quod in i-
diota teſtatore non cadit. l. quid ſi nepotes. ff. de
teſta. tut. Et pro hoc bene facit text. in d. §. ſi verò
expreſſim. dum ibi dicitur, expreſſim deſignaue-
rit, &c. Nam aliud eſt aliquid expreſſim deſigna-
re, & aliud eſt, aliquid verbis generalibus expri-
2 mere. Inde † dicitur, quòd ea, quæ generaliter fi-
unt, niſi ſpecialiter notentur, videntur neglecta.
l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de in-
iuriis. Præterea hoc corroboratur in ſimili, in c. ſi
motu proprio. in fin. extrà, de præb. lib. 6. vbi non
dicitur fieri motu ꝓprio, niſi hoc verbo aut ſcri-
pto fuerit expreſſum: fruſtra enim illa verba, &
deſignauerit expreſſim, &c. in d. Auth. ſed cùm
teſtator. & in d. §. ſi verò expreſſim. forẽt adiecta:
ſi verba generalia ſufficerent, quorum ſignificata
teſtatores & Notarij teſtamenta recipientes ple-
runque ignorant, quod non eſt dicendum: arg. l.
ſi quando. ff. de legat. 1. Sed contrarium videtur,
d quòd imò per illa verba, pleno iure, *d* Trebellia-
nica cenſeatur prohibita, per l. decem. iuncta gl.
ff. de fideicommiſſ. libertatibus. Et hanc partem
videtur tenere Bar. in l. Centurio. in 3. quæſtione
principali. & in l. Marcellus, in §. quod autem. ff.
de vulg. & pupill. Et hanc opinionem tenet Bald.
in l. precibus. C. de impuberum, & aliis ſubſtitut.
dum ibi dicit, procedo vlteriùs. quid ſi teſtator
adiecit hæc verba, pleno iure, &c. & ſubiungit i-
pſe Bald. per verba hæc nihil aliud intelligo, niſi
Falcidiam & Trebellianicam eſſe prohibitam à
teſtatore in reſtitutione fideicommiſſaria, &c. &
tenet expreſsè idem Bald. in d. Auth. ſed cùm te-
ſtator. idem tenent Alber. de Roſa. & Doct. in l. ſi
quis ad declinandum. C. de Epiſco. & Cler. & iſta
eſt communis opinio, de qua etiam vide in 140.
Conſiliorum meorum. Et de verbis, pleno iu-
re, habetur in l. fœminæ. §. fi. C. de ſecun. nupt. &
ibi dicitur, quòd important proprietatem cum
vſufructu. & vide c. querelam. verſ. cum Eccleſia.
& ibi tex. dum dicit, pleno iure, &c. extrà, de ele-
ctio. & c. cùm & plantare. gloſ. ſuper verbo, pleno
iure. extra, de priuil. De pleno dominio, vide tex.
in l. 4. ff. de alim. & cib. leg. Et pro hac parte con-
ſueuit hæc Curia Parlam. iudicare. ¶Sed an pro-
hibitio Trebellianicæ facta in primo gradu ſub-
ſtitutionis, cenſeatur repetita in ſequẽtibus gra-
dibus: vide, quæ plenè dixi infrà, q. 545. De mate-
ria prohibitionis Trebellianicę, vide quæ dixi ſu-
prà, q. 51.

a ¶Trebellianica videatur prohibita. *Vide de hoc, per iſtum Conſil. 117. incipien. Ioannes Molaris. numero 5. verſic. ad quintum quæſitum. & Conſil. 133. incip. Antonius Pachodi. num. 3. verſic. ſed quid de Trebellianica.*

b ¶Pleno iure. *Vide huiuſmodi orationem, ext. de for.*

*compet.c.conqueſtus.& de priuil.c.cùm & plantare. §. in eccleſiis.& per do.Abb.in c.querelam.de elect.*

c ¶Domini tranſlationem. *Quid autem operentur hæc verba, pleno iure, in ſubſtitutionibus, dicit Bald.in Auth.hæc vſus.C.de ſacroſ.Eccl. quòd talia verba faciunt eum intelligi directam in beneficialibus: vel intelligitur, ſcilicet quò ad temporalia & ſpiritualia. Car. in Clem.1.in 7.*

d ¶Verba pleno iure. *Et nunquid verbum, pleno iure ſuccedat, inducat directam ſucceſſionē: ita q Trebellianica videatur prohibita. vide Phil. Cor. in conſ.152. incip.in hac conſultatione.col.4.verſi. & etiam verba. in 2.vol.& an videatur prohibita per teſtatorem apponentem clauſulam, ſine diminutione ſuccedat. in conſil. 187.incip.trita & vulgata.in 1.& 2.col. in 1.vol.*

## QVÆST. DXXXVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Mulier an poſſit eſſe teſtis in teſtamento, vel codicillis inter liberos.*

2 *Teſtes in teſtamento, an debeant eſſe rogati, an ſufficiant fortuiti.*

1 FActum eſt † teſtamentum imperfectum, in quo liberi ſunt hæredes inſtituti in præſentia quinque, vel ſex teſtium, in quibus ſunt duæ fœ-
a minæ, a qui teſtes non fuerunt rogati: vtrum valeat? Credo q ſic, in l. hac conſultiſſima. §.ex im-
2 perfecto.C.de teſta.† Nam cùm non valeat quaſi teſtamentum, ſed vt quaſi voluntas vltima: vt d. l.§.ſi quis autem.ibi, non quaſi teſtamentum, ſed quaſi vltimam voluntatem inteſtati valere ſancimus, &c. In omniq; vltima voluntate teſtamento excepto ſufficiāt quinq; teſtes, vel rogati vel for-
b tuiti, etiam ſi fœminę exiſtant. b l.fi.§.ſi.iuncta gl. C.de codic.ideò ſequitur tale teſtamentum imperfectum, licèt in eo duæ fœminæ fuerint pro teſtibus adhibitæ, de iure valere: hoc idem videtur tenere Bart.expreſsè in d. §. ex imperfecto.in fi.dum talem ſubiungit rationem. Nam cùm ſolennitas iuris ciuilis ſublata exiſtat, quæ teſtes rogatos & maſculos eſſe requirebat, ſit reiecta: vt d. §.ex imperfecto, remanet tamen ſolennitas iuriſgentium, ſecundum q in ore duorum vel trium ſtat omne verbum.c.cùm eſſes.extra, de teſt.non diſtinguendo marem à fœmella, ita dicit ibi formaliter Bar.ſic præſupponendo, quòd fœmina in tali teſtamento inter liberos confecto, poteſt in teſta.adhiberi.nec d.§. ex imperfecto. correctus eſt per Auth.quod ſine eo.tit. inquantum loquitur de teſtamento nuncupatiuo. Ita tenet ibi gl. in d. Auth.& Doct.præſertim Bart.idem in Azo. in Summ. ¶De hac materia etiam tetigi infrà, q. 543. ¶Sed quid ſi Notarius non recitauit teſta-
c mentum c corā teſtibus propter ſuperuenientem mortem teſtatoris, an valeat teſtamentum inter liberos? Bar.dicit.quòd ſic, per verbum, fortè.in l. fideicōmiſſa.§.1.ff.de lega.3. Super hoc dicerem, quòd ſemper valeret teſtamentum inter liberos, vbi eſſet perfecta & completa volūtas teſtatoris; coram teſtibus: licèt non fuiſſet per Notarium recitata, per ea, quæ dicit Barto.in l. ſi is, qui.ff.de teſta.quod ſecùs eſſet in teſtamento inter extraneos facto, per gloſſ.in l. fideicommiſſa.§.1.ſuper verbo, quoties.

a ¶Duæ fœminæ. *Poteſt autem teſtis eſſe fœmina in teſtamento inter liberos legitimos, & naturales cōditos: vt de hoc eſt gl.not.in Auth. quod ſine ſubſcriptione.C. de teſta. Et dico legitimos, quia ſecùs inter baſtardos.ſecundum d.Bald.in l.qui teſtamento.ff.de teſt. licèt contrarium teneat Spec.vt refert ibi ſuprà d.Bal.*

b ¶Fœminæ exiſtant. *Adde, q fœmina in codicillis poteſt eſſe teſtis, vt tenet d.Bar.in præal.l.qui teſtamento.§.eum qui.in verſ.quæro an mulier.ff.de teſta.*

c ¶Non recitauit teſtamentum. *Tu vide de hoc per iſtum, conſ.234.incip.non valuit, nec valet, in prin.*

## QVÆST. DXXXIX.

### SVMMARIVM.

1 *Mater, tutrix liberorum, ſi conuolet ad ſecundas nuptias, repellitur à tutela. Et quid ita. nu.2.*

3 *Pupillus non debet educari apud tutorem, ſi ſit ſubſtitutus.*

1 MAter data fuit tutrix in teſtamēto † ſuis liberis, quādiu vixerit, & fuerit in humanis, ipſa mater conuolat ad ſecundas nuptias. Vtrum
a remanere debeat tutrix? Credo, quòd non: a quia poſtq̄ ad ſecundas nuptias cōuolauit, mox repelli debet à tutela: vt in Auth.vt ſine proh.matr.deb. & cred.tut.minorum gerant.§.quia vſ.col.7.ibi, mox vt ſecūdas nuptias contraxerit, eam repentè expelli à tutela, &c. in Authent. Sacramētum.
2 C.quādo mu.tut.off.ſun.pót. Et † eſt ratio, quia lex plus de ea non confidit, imò præſumit, q vitæ liberorum inſidiabitur.l.lex, quæ tutores.§.ſi.C. de admin.tut. Et ita ſeruatur in iudiciis. ¶De hac materia, vide per Specul.in titu. de tut.in §.nunc dicendū.in vſ. quid ſi nondum cōtraxerit matrimonium, ſed ſpōſalia, &c.cum §.ſeq. Et idem vetat, ne educētur liberi ſui penes eam, poſtq̄ ad ſe-
b cundas cōuolauit nuptias.& ita vitricum eis b induxit: vt in l.1.iuncta l.2.C.vbi pup.educ.debeat. Nec Iudex hoc caſu habet ſequi voluntatem teſtatoris, qui eam decernit tutricem quādiu vixerit. Pro eo q lex tali caſu de matre diffidit.l.in cōfirmando.& in l.vtilitatem.ff.de confir. tut.vtilitatem.n.liberorum Prætor ſequitur, & non ſcripturarum teſtamēti, vel codicillorum. ſi.n.teſtator cogitaſſet, q ipſa ad ſecundas nuptias conuolaſſet, ipſe ſic de ea quandiu viueret, nō prouidiſſet. Quia igitur in eodem ſtatu non remanſit, ſibi tutela remanere non debet, arg.l.cùm quis.in pr. ff.de ſolu. Et quod no.per Dyn.& Bar.in l. ſi cùm Cornelius.in fi.eo.tit.& per Cyn.in l.falſus. C.de furtis. De Procuratore, qui mutauit ſtatum ſeu conditionem.& facit quod not. per Bart. in l.nemo poteſt.ff.de leg.1. ¶De confeſſione Inuentarij à teſtatore remiſſi, cuius volūtatem ſequi non debet



debet Iudex, ſi videat damnū imminere pupillo. Et ita vidi in iudicādo obſeruari. ¶Quid ſi mater nō petito tutore pupillo, quia pauper erat pupillus, vtrum mater repellatur à ſucceſſione pupilli defuncti: vide Docto.in l. cùm à matribus. C.qui
3 petant tut. ¶† Pupillus non debet educari penes tutorem, ſi ſit ſibi ſubſtitutus, propter ſpem ſucceſſionis: probatur in l.fi. C.vbi pupillus educari. & ibi gl. Probatur etiam in l.1.ver.denique. ff.eo. titul.vbi ſubſtitutus repellitur ab educatione, vt ſuſpectus. Ad idem facit gloſ.in l. qui ventri.ff.de ven.inſpic.qui idem tenet, quia ſpes ſubſtitutionis futuræ inducit votum captandæ mortis. Item licèt vitricus poſſit eſſe tutor, non tamen poteſt eſſe educator: vt tenet gl.in d. l. C.vbi pupil.edu. deb. ſuper verbo, Vitricum. Item licèt, qui prior eſt in ſucceſſione, debeat eſſe tutor: vt in Auth. de hære.ab inteſt.& Authen.ſicut. C.de legi.tut. non tamen poteſt eſſe educator. Idem tenet do. Ray.in l.amiciſſimos.in princ.ff. de exec. tut.vbi inquit: quòd licèt pupillariter ſubſtitutus poſſit eſſe tutor teſtamentarius: non tamen poteſt eſſe educator, ſed ſi mater ſuperſit, ali debebit penes matrem, ſecundum omnium ſententiam: vt probatur in l.pen.C.de patria pot. in d. l. 1.C.vbi pupil.edu.de.& tenet gl.in l.1.ſuper verbo, Tempore.ff.eo.tit.& in l.fi.ſuper verbo, Conſtituatur.

a ¶Quòd non. *Adde, quòd mater ſecundò nubens, non poteſt eſſe tutrix filij: imò cadit à tutela iam ſuſceptâ, & debet reddere rationem tutelæ, & reliqua. item debet petere alium tutorem dari filio ſuo, aliàs priuari ſucceſſionis commodo: vt C.ad Tertul.l.communem.& coll.4.in Auth.de nupt.§.ſin autem tutelam.d. Bart.in l.nonnunquam.de adopt.gl.in l.2.in fin.C. de ſec. nup. do.Bal.in l.exemplo.3.q.not.C.ſi aduer.ſolu.*

b ¶Vitricum. *Adde, quòd vitricus poteſt eſſe tutor Teſtamentarius, ſed non datiuus. Non enim datur, poſtquam eſt vitricus datus: tamen antequam eſſet vitricus, non remouetur à muliere.l.ſin. C. de contra.iu.tut. ita egregiè dicit dom. Ange.collat.4.in Auth.de nupt. in §.eiuſdem.*

## QVÆST. DXL.

### SVMMARIVM.

1 *Teſtes ſi contradicant inſtrumento, vtri potiùs credendum, Notario, an teſtibus.*

2 *Teſtes quot præiudicent.*

1 TEſtes examinati vel in teſtamento † aut aliquo contractu adhibiti, dicunt aliter teſtatorem diſpoſuiſſe, vel actum ſeu ordinatum fuiſſe, q̄ ſcriptum ſit per Tabellionem ſeu Notarium, qui ipſos examinauit, vel teſtamentū ſeu contractum recepit & notauit: Notarius verò contrarium dicit & aſſerit, & exhibet notam ſuam. Quæritur,
a quibus credēdum eſt, a vel teſtibus, vel Notario, quæſtio eſt dubitabilis, & ſoluitur pro Notario, ſi ſit bonæ famæ, propter officium: ſi autem Tabellio ſeu Notarius ſit perſona ſuſpecta, & quæ conſueuit falſa ſcribere, tunc potiùs credendum eſt teſtibus: vt dicit Spec.in tit.de inſtru.edi.in §. reſtat.verſi. quid ſi dum atteſtationes publicantur. Et ita vidi determinari in hac Curia Parlamenti. Et pro tanto Conſilium eſt, quòd Aduocatus per articulos deducat in facto bonam famam Notarij: vt not. Bart.in l.tabularum. ff. quemadm.teſt. aper. ¶De hac materia, vide plenè per Inn.& pleniùs per Pan.in c.cum Ioan. Hæremita. extrà, de fide inſtr.& Bar.in l.2.ff.quemadm.teſt. aper.vbi videtur dicere contrarium. Vide etiam Io. And. in addit.ad Spec.in loco prææalleg. Et tetigi in tractatu meo, de præſumpt.in verſ.ſi vnum fuerit di-
2 ctum, &c. ¶† Quot teſtes præiudicēt inſtrumento, vide Spec.in tit.de inſtru.edi.in §. reſtat videre.verſ.ſed quæro quot teſtes, &c.& Bal.in l.preſbyteri.C.de Epiſc.& Cleric. Et pleniùs per Abb. Pan.in d.c.cum Ioan.Hæremit.extrà, de fide inſtru. ¶Si tamen allegetur, error poteſt per teſtes probari: vt dixi ſuprà, q.504. ¶Item de teſte, qui aliter depoſuit, in prima ſua depoſitione, quàm in ſecunda, vide infrà, q.546.

a ¶Credendum eſt. *Vide omnino do.Bald.hunc iuris arti.pleniſſimè tractantem.in l.in exercendis.C.de fide inſtrum.*

## QVÆST. DXLI.

### SVMMARIVM.

1 *Vſufructuarius omnium bonorum, an teneatur ſoluere debita.*

2 *Legata in teſtamento relicta, hæredes ſoluere tenentur.*

3 *Vſufructuaria omnium bonorum, ſe alimentare tenetur, & veſtes lugubres ſibi comparare.*

4 *Protocolorum emolumenta, an veniant in legato omnium bonorum.*

1 QVidā teſtator † vſumfructum omnium bonorum ſuorum vxori ſuæ reliquit, nunquid ipſa petere poterit ab hæredibus viri dotem ſuā, eius viri ſolutam? Dic, quòd non, tandiu, quamdiu ipſa vti voluerit ſuo legato vſusfructus. Et eſt ratio, quia cùm talis dos debeat computari inter debita à ſeipſa exigere propterea haberet, ex eo, quòd ad ipſam ſpectat & pertinet ſoluere debita. l.vxori meæ.ff.de vſufru.leg.iuncta l.Lucius.la 2. in princip.ff.de leg.2. ex quibus iuribus apparet, quòd illa, quæ eſt vſufructuaria omnium bono-
a rum, tenetur ſoluere debita. a Nam poſtquam in tali legato venit & comprehenditur Calendarium: vt d.l.vxori.& appellatione Calendarij continentur debita & credita: vt d. l. Lucius. Eſt verum dicere, onus ſoluendi debita ad talem vxorem pertinere. Pro hoc etiam bene facit l. nam quòd.§.ſi.cum l.ſeq.in prin.ff.ad Treb. Ita etiam tenet Bart.in l.fin.in penult.quæſt.ff.de vſufruct.
2 leg. † Legata verò in teſtamento relicta, hæredes inſti-

b inſtituti ſoluere tenentur,*b* & non vſufructuaria,
& eſt ratio,quia ipſa in vſufruct. legato concurrit
cum aliis legatariis particularibus. l. Sempronio.
in pr.iunctis ibi no.per Bar.ff.de vſufr.leg.Et hoc
tenet Bart.expreſsè in d.l.fi.in fin.quæſt. Et facit,
quod per eum not.in l.ſi quis ſeruum.§. fin. ff. de
3 leg.2.†Veſtes verò lugubres, ipſa ſibi debet face-
re & ſe alimentare, poſtq̃ vſumfructum habet o-
mnium bonorum,cùm talia ſint onera hæredita-
ria,iuxta no.per gl.in l.1.§.exactio.C. de rei vxor.
4 actio. ¶ †Vtrum in legato vſusfructus omnium
bonorum,veniant emolumenta Protocolorum?
Dic,ꝙ non.ita ponit Bar.in l.diuor.§.ſi vir. ff. ſol.
matr.fructus dicuntur deducta impẽſa. l.fructus.
ff.ſol.matri. Et etiam deductis tributis & penſio-
nibus.ff.de impenſis in reb.dot.factis.l.neq; trib.
& ibi bonus tex.& in l.hactenus.ff.de vſufr. ¶Sed
quid de reditu, an intelligatur deducta impenſa?
vide gl.& Cyn.in l.ſi quis argentum.§. 1. gl. ſuper
verbo,tradere.C. de don.

a ¶Soluere debita.*Contrarium not.d.Io.de Imol.in l.vſufr.ff.ad legem Falcid.& ibi expreſſè do. Alex. de Imo.& Pau.de Caſt.qui no.caſum,& format in propriis terminis præſentis quæſtionis.*

b ¶Tenentur.*Vide Bald.in l.non ſolùm.§.ſin autem legata.C.de bo.quæ lib.vbi videtur tenere contrarium: licèt Bar.teneat contrarium,vt ſequitur.*

## QVÆST. DXLII.

SVMMARIVM.

1 *Dies aſſignata parti viſuræ iurare teſtes,ſi reperiatur feriata,an intelligatur de die ſequenti, non feriata,vel opus ſit noua aſſignatione.*

1 SI pars citetur certa die viſura teſtes iurare,†&
illa dies aſſignata reperiatur dies feriata, non
ſufficiet,ꝙ teſtes in craſtinum die non feriata iu-
rent,ſi pars cõtra quam teſtes producuntur, non
cõpareat, quia hoc caſu requiritur noua citatio,
ſine qua non valet receptio:vt in c.2.extrà, de te-
ſtib.& facit l.ſi quando.C. de teſti. & ita fuit con-
cluſio Rotæ,149.facit bene quod ponit Bald.in l.
aut qui aliter.in princ.& l.ſi vitem. ff. quod vi aut
a clam. Sed de ſtylo *a* huius Curiæ Parlamenti to-
leratur,quòd ſi die aſſignata reperiatur feriatum,
quòd teſtes poſſint in craſtinum iurare etiam in
abſentia patris, maximè, quando in aſſignatione
facta parti viſuræ teſtes iurare, ſubiungitur, quòd
illa die certa compareat, & aliis diebus ſequenti-
bus non feriatis,durante commiſſione. ¶De ma-
teria teſtium examinatorum die feriata, etiam
tetigi ſuprà,q.125.

a ¶De ſtylo. *Facit pro ſtylo, quòd ſic citatus ad diem, puta 10.qui cadit in diem feſtum, vel ſolennem,vel feriatum,& ſic illa die comparere nõ teneatur,& ſequenti,cùm die,in qua nulla occurrit excuſatio,comparere debet:ſecundum do.Ioan.And.poſt do.Innoc.in c.ſi.extrà,de fer.in gl.ſua,in verbo,conquieſcere.*

## QVÆST. DXLIII.

SVMMARIVM.

1 *Voluntatum vltimarum octo ſunt ſpecies,quas perſequitur per numeros:2.3.4.5.6.7.& 8.*

9 *Teſtamentum militare non requirit,niſi duos teſtes, etiam non rogatos,modò in conflictu.n.10.& 12.*

11 *Cap. cùm eſſes,vt locum habeat, duo neceſſariò requirũtur. Et habet locum in relictis ad pias cauſas.num.13.*

14 *Partem,ſi quis reliquit ad pias cauſas,& partẽ non, an valeat teſtamentum?*

VLtimarum voluntatum octo ſunt ſpecies.
1 †Nam vna eſt,quæ teſtamentum in ſcriptis
2 appellatur.Alia,quæ † teſtamentum nuncupati-
uum dicitur, de quibus in l. hac conſultiſſima. in
prin.& in §.per nũcupationem.C.de teſt.& l.hę-
3 redes palàm.§.1.ff.eo.Alia †eſt,quę dicitur codi-
cillus.de qua ff.& C.de iure codic.& in l.fi.C.eo.
4 Alia eſt,quę †fit à patre inter liberos,de qua in d.
l. hac conſultiſſima. in §. ex imperfecto. iuncta
5 Auth.ibidem poſita.Alia eſt,† quę fit à milite,de
qua in l.milites.C.de teſt.mil.& in l.Diuus.ff.eo.
tit.& iſtas quinq; ſpecies ponit gl.ord.in Auth.de
6 hær.& fal.§.fi.collat.1. Alia † eſt,quæ fit à ruſtico
in Rure,vel loco campeſtri commorante,de qua
7 in l.fi.C.de teſta.†Alia, quæ dicitur donatio cau-
8 ſa mortis,de qua in l.fi.C.de don.cau.mor.Alia†
eſt,quæ fit per epiſtolã, de qua in l. miles. §. ſoro-
rem.& l.cùm pater.§.donationis.ff.de lega.2. Et
9 licèt in teſtamento in † ſcriptis condito aut nun-
cupatiuo ſeptem teſtes rogati liberi & puberes
requirantur:vt d.l.hac cõſultiſſima. & l. hæredes
palam alleg.& in l.fi.§.in omni.C.de condit. hoc
tamen fallit in teſtamento milit. in conflictu ſeu
expeditione cõdito,vbi ſufficiunt duo teſtes, et-
10 iam non rogati:vt d.l.milites. Si autem † nõ eſſet
in conflictu,ipſi deberent rogari:vt d. l. Diuus.v-
bi conuocatis duobus teſtibus,&c.Fallit etiam in
teſtamento à patre inter liberos condito, in quo
ſufficiunt duo vel tres etiam non rogati:vt dict.§.
ex imperfecto : ſed an mulier poſſit eſſe teſtis in
teſtamento inter liberos facto? vide ſuprà, quæ-
ſtione 538. Fallit etiam in teſtamento ruſtici,in
quo ſufficiunt quinque,etiam non rogati : vt d.l.
fin.ibi,legum ſubtilitate remiſſa,&c.C.de teſt.li-
cèt aliqui dicant, d. verba intelligi de ſolennitate
ſeptem teſtium. Sed tamen quia ſimpliciter &
indefinitè fuerunt prolata,ipſa generaliter intel-
ligi debent de omni legum ſubtilitate,tam reſpe-
ctu numeri teſtium,quàm etiam rogationis fien-
dæ,Cùm indefinita æquipolleat vniuerſali, iuxta
not.per Barthol.in l. ita ſcriptum. ff. de legat. 2.
a Fallit *a* etiam in teſtamento ab aliquo ægrotan-
te in præſentia ſui curati , & duorum vel trium
teſtium condito, in quo non requiruntur teſtes
rogati:vt in c.cùm eſſes.extrà,de teſtam.ibi dum
dicitur,& teſtamenta,quæ Parochiani corã preſ-
bytero ſuo, & tribus vel aliis duabus perſonis
idoneis in extrema voluntate fecerint, firma de-
11 cernimus permanere, &c.† Ex quibus apparet,
quòd ad hoc,vt d.c.cùm eſſes.locum habeat,duo
neceſſariò requiruntur.Primò,ꝙ diſponens ſit ę-
grotans,hoc eſt,in extrema voluntate cõſtitutus.
Secundò,ꝙ in pręſentia proprij curati fiat tale te-
ſtamentum : hoc idem probatur in teſtamento
militari iam d. vbi etiam neceſſariò requiruntur
12 duo.Primò,†militia.Secundò,ꝙ miles ſit in con-
flictu belli.l.milites.alleg.Et licèt glo.in d.c. cùm
b eſſes.dicat ipſum habere locum in terris Eccle.*b*
tamen credo, ipſum habere locum in aliis terris
in infirmitate graui, ex qua immediatè ſequitur,
mors in præſentia curati cõcurrat. Aliter ipſo te-
ſtante reconualeſcente crederem ſuum teſtamẽ-
tum non valere,ſaltem vltra annũ. Sicut dicimus
in l.ex teſtamento. C. de teſta. milit. & in l.teſta-
menta.& in l.quod dicitur.ff.eo.& Inſt.eod.in §.
ſed hactenus.ibi poſt miſſionem intra annum tã-
tùm valebit,&c.imò fortaſſis conualeſcentia ſub-
ſecuta ſtatim irritum eſſe cenſetur tale teſtamen-
tum,prout diximus in l.1.C.de ſacroſ.Eccle. quæ
locum habet in illo,qui in mortis articulo eſt cõ-
ſtitutus,& inde immediatè decedit,ideò ibi dici-
tur decedens,&c.qui ſi reconualeſcat, & ita eua-
dat,teſtamentum ſuum tunc factum , ſtatim irri-
tatur.l.fi.ff.de teſta.mil.pro hoc bene facit l.non
omnis.in pri.ff.ſi cer.pet.vbi donatio,cauſa mor-
tis facta, reuocatur, ſubſecuta reconualeſcentia.
Ita dicit & tenet Sal. in rep. ſua l.1. in q.quæ inci-
pit:Tertiò quæro, quid ſi ab illo periculo euaſit,
&c.C.de ſacroſ.Eccleſ. Et iſta eſt vna notabilis li-
13 mitatio.† ad d.c.cùm eſſes. Aduertendum eſt et-
iam,ꝙ d.ca. cùm eſſes.habet locum in relictis ad
pias cauſas.vt c.relatum.lo 1.extrà, de teſta.quòd
ſic intelligit Spec.in tit.de inſtr.ed.in §.compen-
14 dioſè.verſ.item per ius Canonicum.† Sed pone,
ꝙ partem reliquit ad pias cauſas , & partem non,
nunquid valebit teſtamentum ? Dic, ꝙ ſic, prout
reſpicit cauſas pias.arg.in d. l. hac cõſultiſſima.§.
ex imperfecto.ſed ſecundum do.Mar.de Laude,
in ſuo tract.de conſcientia.d. c. cùm eſſes.in foro
conſcientiæ,in quacũq; diſpoſitione, ſiue ad pias
cauſas,ſiue alias,debet ſeruari, nõ ſolùm in terris
Eccleſię:imò etiam in terris Imperij:ita dicit ipſe
in ſuo tractatu.ibi,quæro an in foro conſcientiæ,
in terris,&c.& per ea,quæ ipſe ibi dicit, ipſe vide-
tur innuere,ꝙ in foro contentioſo d. c.nõ ſit ſer-
uandum in terris Imperij,ſed ego Guid.vidi con-
trarium ſeruari in teſtamento facto in Rure,vel
alibi,tempore peſtis,vbi non reperitur copia te-
ſtium,quibus caſibus talia teſtamenta coram cu-
rato & duobus teſt. vidi in iudiciis tolerari,& iu-
dicari ſecundum diſpoſitionẽ d.c.cùm eſſes. tam
in alijs diſpoſitionibus,quàm in pijs relictis.

a ¶Fallit.*Vide do.Odofr.in Summa, de teſt.in §.teſtamentorum duæ ſunt ſpecies,in verſ.ſed ſi teſtator.*

b ¶In terris Eccl.*Vide dom.Alex.1.vol.conſ.41.in 2.col.in §.quinta.quia in d.teſt.& 2.volu.conſil.47.in 1.col.in §.in primis.in verſ.& caſu quo.*



## QVÆST. DXLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Sepulturæ electionis probatio vt fiat. Et quid de iuriſdictione.nu.2.*

1 QVidam † elegit eius ſepulturam in Eccleſia
fratrum Prędicatorum Gration.Et fuerunt
ſuper hoc producti quatuor teſtes deponẽtes ita:
dici,audiuiſſe ab eodem vnus in domo Pet. Boti-
ni,vna vice,& alia vice ante domum mei Guido.
Papæ:alius teſtis dicit audiuiſſe ſibi dici, in domo
ſua alius:dicit audiuiſſe dici in domo Io. Baiulli,
præſid.Delph. alius teſtis dicit, ſe ab eodem dici
audiuiſſe per ſpacium duorum menſiũ ante eius
deceſſum in hac ciuitate Grationo.vtrum ex de-
poſitionibus talium teſtiũ probata ſit electio ſuæ
ſepulturæ?Circa hoc dicit Spec.& quando reſpe-
ctu actus,de quo agitur,locus & tempus non ſunt
de ſubſtantia diuerſitatis loci & temporis, nõ no-
a cet *a* nec vitiat:*b* inde dicit,quòd in iuriſdictione
b probanda, ſi vnus teſtis dicat ad probandum iu-
riſdictionem,quòd vidit ſuſpendi Petr.Rodi die
Lunæ:alius teſtis dicit,quòd vidit eruere oculum
Martino die Martis : alius teſtis dicit,quòd vidit
pugnum amputari Seio die Mercurij, & ſic de ſi-
2 milibus.† quòd licèt ipſi diſcordes exiſtant in lo-
co & tempore,quòd nihilominùs probata eſt iu-
riſdictio:& eſt ratio,quia tempus & locus nõ ſunt
de ſubſtantia iuriſdictionis : Pariter dicendum in
probatione electionis ſepulturę,cùm de ſubſtan-
tia electionis ſepulturæ tempus & locus non exi-
ſtant.Nec præmiſſis obſtant c. nihilominus. 3. q.
9.& c.de parentela.35.q.6.quia loquũtur in actu,
in quo tempus & locus ſunt de ſubſtãtia actus. ita
dicit Spe.in tit.de teſte.§.iam de interrogatorijs.
verſic.item de tempore.ibi,in aliis autem,in qui-
bus tempus vel locus non eſt de ſubſtantia,&c. &
in tit.de inquiſitione.§.1.verſ. ſed quid ſi vnus te-
ſtis,&c. Si igitur, ſi pro quia, in probanda iuriſdi-
ctione diuerſitas loci & tẽporis non noceat:mul-
tò minus debent nocere in probatione ſepultu-
c ræ,quia fauorabilis exiſtit.*c* l.2.C.de ſacroſ.Eccl.
Spec.etiam vbi ſuprà,ponit exemplum in proba-
tione decimæ:ita non obſtante tali ſingularitate,
vidi pluries in hac Curia Parlamenti determina-
ri in Camera Conſilij in caſibus prædictis, & ſim.

a ¶Diuerſitatis loci & temporis,non nocet. *Vide dom.Bald.in addit.Spec.in tit.de teſte.in verſic.ſuffic.teſtes.& in verſ.teſtes variantes.& in verſic.ſi autem non eſt.& eundem d.Bal.in l.teſtium.in 3. colum.in §.venio ad tertium.in ver.circa primas.& in verſ.circa ſecundas.& in ver.ſed ego.& in 6.colum.in §.ſequitur ſecunda pars.in verſ.quærit hîc Cyn.& d.Alexan.in 2.vol.Conſ.3.in 3.col.in §.quin.teſtis,& do.Cyn.in prin.l.teſtium.in 3.col.in verſ.ſemper pone.& do.Ioan.Fab.Inſt.de interd.in §.retinendæ.in 9.col.in verſicu.de illò quæri non oportet.*

b ¶Nec vitiatur. *Hoc videtur procedere, quando agi-
tur de probando facto in genere: vt inquit dom. Bal. vbi
ſuprà in addit. Spec. in præall. verſi. ſi autem. in fin. ſanè
ad huius notitiam pleniorem capeſſendam, recurrere ad
theoricam do. Sal. in alleg. l. teſtium. in 6. col. in verſi. 8.
quæſt.*

c ¶Quia fauorabilis exiſtit. *Ratio huius deciſionis eſ-
ſe poteſt, quia licèt vnus dicat ſe audiuiſſe in vno loco,
alter in alio, tamen ſepultura fuit plenè probata. Nam
iſto caſu locus non plurificat ſepulturam, ſæpiùs forma-
tam, & recenſitam, ac continuatam. arg. eius, quod di-
citur de hæreſi, per do. Sal. vbi ſuprà, in 7. col. ibi: ſecùs ſi
ambo deponunt de eadem ſpecie hæreſis, &c.*

## QVÆST. DXLV.

### SVMMARIVM.

1 *Quartæ Trebellianicæ prohibitio facta per teſtato-
rem in primo gradu ſubſtitutionis, an porrigatur
ad omnes ſubſtitutiones in cæteris gradibus ſub-
ſtitutionum ſubiunctas.*

SVpra, quęſt. 537. tetigi de prohibitione quartę
1 † Trebell. an ſaltem in hærede extraneo fieri
poſſit: & ibi dixi, quòd ſic, & latiùs dixi ſuprà, q. 51.
Sed iuxta hoc quæro, an talis prohibitio Trebell.
facta per teſtatorem in primo gradu ſubſtitutio-
nis, porrigatur ad omnes ſubſtitutiones in cęteris
gradibus ſubſtitutionum ſubiũctas? Credo quòd
a ſic: ratio, quia prohibitio indefinitè *a* reſpectu
primi gradus inſtitutorum facta, porrigitur ad o-
mnes ſucceſſores. l. Lucius. in princip. à contra-
rio ſenſu: & l. ſi plures. ff. de legat. 3. Ita dicit Bart.
in dict. l. Lucius. in §. 1. Et cùm in caſu iſto detra-
ctio Trebellianicæ fuerit in primo gradu indefi-
nitè facta, cenſetur facta reſpectu omnium ſub-
ſtitutorum, quia clauſula in princi. vel circa prin-
cip. inſtitutionis adiecta, porrigitur ad omnia ca-
pitula ſubſequentia. l. 3. §. filius. & ibi hoc etiam
ponit Bar. ff. de lib. & poſthum. & l. 1. C. eod. tit. &
maximè, quando nulla ſubeſt ratio, quare ita ad
ſequentia non debeat referri: vt in dicta l. 1. habe-
tur. Nec aliqua ſubeſt diuerſitas vel repugnantia,
ſi ad ſubſequentia capitula referatur. l. cohæredi.
§. qui patrem. ff. de vulg. Ita dicit Barto. in l. talis
ſcriptura. §. final. ff. de legat. 1. & cùm nulla in ca-
ſu iſto ſubeſt contrarietas vel repugnantia, ſi pro-
hibitio facta ad gradus ſubſtitutionum ſubiun-
ctos porrigatur, imò reſultat vniformitas volun-
tatis teſtatoris, qui hæreditatem ſuam integram
voluit remanere, & ipſam abſque diminutione
ad ſubſtitutos deuenire voluit: ideò ſequitur, di-
ctam prohibitionem ad eoſdem porrigi. Et tetigi
de hac materia infrà, quæſtione 592. Et de hac
materia, ſi clauſula adiecta in primo gradu cen-
ſeatur repetita, in ſequentibus plenè dixi ſuprà,
quæſt. 475.

a ¶Indefinitè. *Adde, quòd ſi teſtator prohibuit, non
quidem liberis, ſed filiis, ne alienarent, extenditur ipſa
prohibitio ad filios tantùm, non autem ad nepotes, mor-
tuis filiis: vt dicit dom. Cyn. in l. voluntas. in vlt. quæſt.
C. de fideicommiſſ.*

## QVÆST. DXLVI.

### SVMMARIVM.

1 *Teſtes, ſi in prima & ſecunda depoſitione ſibi non con-
ſtent, vtri depoſitioni ſit ſtandum.*

TEſtis in vno iudicio, inter aliquos habito,
1 depoſuit † medio iuramento vnum, & poſt-
ea in alio iudicio depoſuit aliud, etiam medio ſuo
iuramento, cui dicto eſt ſtandum? Dicẽdum eſt,
a quòd primò, *a* iuxta ea, quæ ponit Bart. in l. ſi po-
ſtulauerit. §. pen. ff. de adulter. & quod ponit glo.
in Auth. de teſti. §. illud tamen. collatio. 7. Nam
quando publicatis teſtibus eſt veriſimile, quòd
teſtis loqui potuerit cum parte producente, vel
alio parti producẽti amico, vel affectionato; ipſe
præſumitur ſubornatus aliter deponendo in ſe-
cunda depoſitione, quàm ſi depoſuerit in prima.
Ideò tanquam varianti non eſt credendum. Ita
dicit gl. ord. in c. ſuper his. gloſſ. 1. extrà, de pœnis.
Nec eſt ſecundæ depoſitioni credendum, quia i-
pſe in ea eſt periurus deponendo contra illud,
quod primo ſuo medio iuramento dixerat, & ita
infamis. l. Lucius. ff. de his, qui not. infam. & l. ſi
quis maior. C. de tranſact. & in c. ſicut nobis. & c.
teſtimonium. extrà, de teſti. & in c. literas. verſic.
præter iuratoriam. extrà, de præſumpt. & c. præ-
tereà. extrà, de teſti. cog. Pro hoc, quòd periurus
à teſtimonio repellatur, tenet Spec. in tit. de teſt.
§. 1. verſicu. item excipitur, quòd eſt infamis. ibi,
vnde periuri non admittuntur. & ver. item, quòd
eſt periurus. Et quòd depoſitioni ſecundę non ſit
b ſtandum, nec etiam primæ: *b* hoc tenere videtur
Spec. in tit. de teſte. in §. 1. ver. quid ſi teſtis ſecun-
dò inductus, &c. Attamẽ credo opinionem Bart.
c & gloſ. fore veram, videlicet, quòd primæ ſtetur, *c*
quando ſecunda eſt facta poſt publicationem &
didicita teſtificata, quia tunc ſecunda præſumi-
d tur fuiſſe facta à ſubornato. *d* Et ita ſeruatur in
hac Curia Parla. Et alibi etiam ſeruatur: vt refert
Bart. in d. l. ſi poſtulauerit. in §. penul. ¶Circa hoc
vide, quæ ponit Inn. in c. prætereà. extrà, de teſt.
cog. Et de teſte, qui contradicit inſtrumento, vi-
de ſuprà, q. 440. Et ſi teſtis dicat aliter ſe depoſu-
iſſe, quàm Graphiarius vel Notarius ſcripſerit, vi-
de in ſingularibus meis.

a ¶Quòd primò. *Iſtud videtur ſentire dom. Bald. ex-
preſſè in l. verba. in 1. col. verſic. & not. quòd ſi teſtis. C.
de adult. & facit Auth. atq. & id, quod not. gloſſ. fin. in
fin. C. de teſti. & dom. Bald. in l. qui falſa. in glo. non ſo-
lùm. ff. de teſtib.*

b ¶Nec etiam primæ. *Vide dom. Bald. in l. geſt. in 1.
col. in verſ. ſed quid ſi variant. C. de re iud. & adde do.
Bar. in l. eos. qui. in 2. col. in verſ. & ideò pro declaratio-
ne. ff. de falſis.*





c ¶Primæ ſtetur. *Aduerte tamen, quia per iſtud ſecun-
dum dictum debilitatur primum, adeò quòd ad dictum
talis non poteſt deferri iuramentum parti, quia non eſt
omni exceptione maior: vt per do. Fed. in c. prætereà. in
3. col. in gl. fi. in fi. extrà, de teſtib. cogen.*

d ¶A ſubornato. *Hoc videtur velle gloſſa fin. in præ-
alleg. c. prætereà.*

## QVÆST. DXLVII.

### SVMMARIVM.

1 *Clementina fi. de Procur. an habeat locum in mor-
tuo ciuiliter.*

2 *Mors ciuilis eſt triplex. & num. 3. & 4.*

5 *Clement. fin. de Procur. an habeat locum in renun-
ciante, ſeu in depoſito, & tranſlato.*

1 AN Clem. fi. de Proc. † locum habeat etiam in
mortuo ciuiliter, puta in renunciãte, ſeu de-
poſito, aut tranſlato? Genzel. ibi tenet, ꝙ ſic, pro-
pter identitatem rationis, quem ſequitur Franc.
de Zabar. & ita fuit determinatum per dominos
a de Rota *a* Auenione: vt ibi refert ipſe de Zabarel-
lis, nil vltra allegantes, niſi Genzelinum. Sed con-
trariũ videtur, rationibus ſubſcriptis. Primò, quia
d. Cle. loquitur in beneficiato mortuo, & non in
beneficiato tranſlato vel promoto, aut renunci-
ante, inter quos eſt magna differẽtia, Quia mors
omnia ſoluit: vt in Auth. §. deinceps. col. 4. Nec
ab ea poteſt ſe quis præſeruare. l. 3. cum tribus le-
gibus ſeq. ff. de don. cau. mor. quòd tamen ſecùs
eſt in tranſlatione, vel promotione, aut renuncia-
tione, à qua quis bene poteſt ſe præſeruare, & ius
aliquod, ſi fiat ſibi, reſeruare, cùm videatur potiùs
voluntaria, quàm neceſſaria, ſicut dicit gl. poſita
ſuper verbo, Humanis. in c. ſuſceptum. extrà, de
reſcript. lib. 6. & ideò notanter ibi in d. Clem. di-
citur per mortem conſtituentis, &c. quę verba in
dubio debent intelligi de morte naturali. tex. eſt
expreſſus in l. ex ea parte. §. Inſulam. ff. de verbo.
oblig. & in l. cùm pater. §. hæreditatem. ff. de leg.
2 Ita tenet Ioan. Andr. & Arch. in c. ſi præſente.
extrà, de ſupple. neg. præla. lib. 6. Nec à verbis di-
ctæ Clementinæ eſt recedendum. l. non aliter. in
princ. ff. de legat. 3. in l. quiſquis. §. hæc verba. ff.
de vulg. & pupil. attento maximè, quòd d. Clem.
exorbitare videtur à iuris communis diſpoſitio-
ne, de qua in l. ſi defunctus. ff. de Proc. & in l. nul-
la. C. eod. Tum etiam, quia diſpoſitio facta reſpe-
ctu mortis naturalis, locum non habet, ſi mors ci-
uilis ſubſequatur. l. ex parte. §. Inſulam. ſuprà al-
leg. & in l. res. in fi. C. de donat. int. vir. & vxor. &
l. ſed & ſi mors, circa princ. eod. tit. Non obſtant
dicta domini Genzeli. & aliorum Doctorum in
contrarium opinantium, quòd nulla lege fulci-
untur, & erubeſcimus ſine lege loqui. in Authen.
de trien. & ſemi. §. conſideremus. col. 3. Nec cre-
ditur verum eſſe, quòd renuncians, vel depoſi-
tus, aut tranſlatus, ſit mortuus ciuiliter. Quod pa-
2 tet, quia † triplex eſt mors: ciuilis vna eſt, quando
alicui tollitur libertas, vel ciuitas: vt eſt minutus
maiori capitis diminutione. Inſt. de ca. di. §. 1. & i-
ſta habet effectum mortis naturalis? vt l. res. in fi.
3 C. de don. inter vir. & vx. Alia † eſt, quando tolli-
tur ciuitas, & remanet libertas: vt eſt minutꝰ me-
dia capitis dimi. Inſt. eo. tit. §. mino. & iſta in acti-
bus merè ciuilibus & prætoriis habet effectum
naturalis. l. 1. §. & ſi filium. ff. de bo. poſſ. contra ta.
4 & l. ſi deportati. in prin. ff. de leg. 3. Alia † eſt mors
ciuilis, quando retinetur ciuitas, & libertas. Sed
tamen velle & nolle tollitur, & actus ciuiles inter-
dicũtur: vt eſt videre in excommunicato, qui de-
portato æquiparatur: vt no. in d. §. minor. & l. eiꝰ.
§. 1. ff. de teſt. & in ingreſſo Monaſterium. 12. q. 1.
c. non dicatis. & l. Deo nobis. C. de Epi. & Cler. &
iſta eundem effectum habere videretur, ſicut ſe-
cunda ſpecies. ita dicit Bar. in l. cum filio. ff. de le-
gat. 1. Et quia iſtæ tres ſpecies, vel altera ipſarum,
non concurrunt in renũciante, vel depoſito, aut
tranſlato, ſeu promoto, vt eſt clarum videre: ideò
ſequitur, quòd talis non eſt, nec dici poteſt mor-
tuus ciuiliter. Et ſi dicatur, prout ipſe Henzeli. &
de Zabarell. & ſequaces dicere vidẽtur, quòd eſt
identitas rationis, contrariũ apparet per iam di-
cta. Præterea, ſucceſſor in beneficio tenetur ſol-
uere debita ſui prædeceſſoris pro neceſſitate Ec-
cleſiæ cõtracta: vt in c. 1. extrà, de ſol. quod tamen
facere non tenererur, niſi eſſet hæres. l. 1. & 2. C.
de hær. ac. & l. 2. C. ad l. Iul. de vi pu. facit bene c.
quia Ioan. 12. q. 5. Et pro tanto inſtantia cenſetur
fuiſſe in ſucceſſorem in beneficio tranſlata. Nam
cùm pater hæres filij interpretatiuè dicatur, filio
mortuo poſt litem conteſtatam tranſit inſtantia
cauſæ in ipſum patrem. l. tam ex contractibus. in
pri. ibi, ſed mortuo filio. ff. de iud. hoc idem vide-
mus in fiſco ſuccedente mulieri in dote confiſca-
ta, ꝙ in eum fit tranſlatio inſtãtię, licèt hæres verè
non exiſtat, ſed interpretatiuè. l. ſi conſtante. §. fi.
ff. ſolut. matr. ſecundum Iac. de Rauen. ibi, ſuper
verb. Expirabit iudicium, &c. exponit videlicet
quantum ad mulierem, ſed non quantum ad fi-
ſcum, in quem tranſit inſtantia cauſæ. ita recitat
Cyn. in l. 1. C. ſi pendente app. mors interuenit. li-
cèt dicat Petr. de Bel. Pertica aliter intelligere d.
§. fi. cui tamen. Bar. dat alium intellectum, videli-
cet, ꝙ ſpeciale eſt in fiſco, qui habet ſuos Iudices
ſpeciales, coram quibus cauſæ ipſum tangentes
debeãt tractari. Ita dicit in l. ſi cùm hominem. ff.
de fide. Ex quo intellectu Bar. apparet, inſtãtiam
cauſæ in ſucceſſorem in beneficio tranſiuiſſe ſic
inducendo, quia ſi fit ſpeciale in fiſco, quòd in eũ
non fiat tranſlatio: ergo in alijs remanet ius com-
mune, quod vult tranſlationem inſtantiæ fieri in
ſucceſſorem. arg. l. 1. C. de theſ. lib. 10. ¶Et de hac
materia, qualiter & quando tranſeat inſtantia in
alium, vide plenè Bart. in l. 1. ff. ad Trebel. ¶Con-
5 cluſiuè ergo † per has rationes crederem dictam
Clemen. fin. de Procur. locum non habere in re-
nunciante, ſeu depoſito, aut tranſlato, cùm ibi in
textu non aperiatur: quia ſi Papa idem voluiſſet

diſponere de ciuiliter mortuo, ſicut diſpoſuit de naturaliter mortuo, bene expreſſiſſet, ſicut in ſimili videmus, in c. ad audientiam. extrà, de decimis. ideò non debemus diſpoſitionem ipſius c. ſi. vltra caſum ſuum extendere, iuxta l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolut. matr. Nec poteſt extendi ille tex. ad renunciantem depoſitũ vel tranſlatum per identitatem rationis, quia non eſt eadem ratio in iſtis caſibus, quæ eſt in diſpoſitione d. Cle. imò diuerſa ratio, per rationes ſuprà declaratas: & ſic nõ eſt vera opinio Henzelini & ſequacium. Et pro hac deciſione faciunt ea, quæ dixi ſuprà, q. 138. vbi dixi etiam fuiſſe iudicatum in hac Curia Parlam. ꝙ Iudex Eccleſiaſticus non debeat cognoſcere de habitu Clericali, quia tex. in c. ſi Iudex Laicus. nõ loquitur de habitu, ſed ſolùm de titulo: quia ſi voluiſſet idem de cognitione habitus, bene expreſſiſſet Papa. ¶ Sed quæro, poſito, ꝙ dicta opinio Henzelini de Zabarellis eſſet vera, an diſpoſitio d. Clem. locum habere deberet in reo, ſicut in actore? Credo, ꝙ non, niſi in actore, quia tex. ibi loquitur in Procuratore conſtituto ab agente, ꝓut ex text. ibi, poteſt apparere, & colligi. Et ratio diuerſitatis poteſt aſſignari, quia ſi loqueretur in reo ad iudicium vocato, cuius eſt fugere. l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de ver. obl. iam via malignãdi & dolum cõmittendi daretur, & reis eſſet aperta pro cauſis beneficia ſua concernentibus, qui ad iudicium vocarentur: quoniam ipſi ad iudicium vocati ſciẽtes ſe malam cauſam habere, poſt longam ipſius agitationem, procurarent ſe ad aliud beneficium transferri, & vt ſic iudicium deluderent, agentem ſua intentione per tale medium, quò ad ſe fruſtrarent: quod tamen lex fieri prohibet. arg. l. in fundo. ff. de rei vend. & l. ſi. C. de acq. poſſ. Et ideò lex voluit per expreſſum vnumquẽque, qui rem, pro qua cõuenitur, deſinit lite conteſt. poſſidere, poſſe ad hoc conueniri, & condemnari, ac ſi poſſideret. l. qui dolo. ff. de re iudic. & in c. pro poſſeſſore. ext. eod. tit. Quæ tamen ratio ceſſat in ipſo agente, pro quo in dubio eſt præſumendum, quòd ex iuſta cauſa reum ad iudicium vocauit. l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verb. obl. & l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iud. quem propterea non eſt veriſimile procurare velle ſe transferre ad aliud beneficium, cauſa deludendi iudicium, quod inchoauit, & ad quod reum vocari fecit. Ideò nimirum ſi per mortem actoris mandatum cenſeatur reuocatum ſeu expiratum: vt d. Cle. fin. cùm in eo ceſſet fraus & malitia. quod ſecùs eſt in reo per iam dicta. ¶ De materia d. Cle. ſi. etiam tetigi ſuprà, q. 119. Et ibi vide ſi d. Cle. locum habeat in rebus prophanis. De materia dict. Clem. vide Spec. in tit. de procuratore. in §. ratione quoque. in ỽ. ſed nunquid procurator. De re integra vel non integra, tetigi etiam ſuprà, q. 491.

a ¶ De Rota. *Dicit Rota, quòd Cle. ſi. de Pro. Abb. trãſlati, ad aliud monaſterium, & ſic locum habet nõ ſolùm in morte naturali, ſed etiam in ciuili, cum identitate rationis. Tamen etiam quia ſatis eſt ibidem expreſſum in text. vt deciſ. 376. fuit dubitatum vtrum Cle. in nouis. erubeſcimus ſine lege loqui.*

## QVÆST. DXLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Verbum Suos, an poßit adaptari fœminis, in quibus Suitas non conſiſtit?*

2 *Recedere quando liceat à proprio verborum ſignificato.*

3 *Suitas, an conueniat mulieribus, & quomodo capiatur.*

a MVlier quædam *a* filium ſuum maſculũ ſibi hæredem vniuerſalem inſtituit, & itẽ filio ſuo maſculo hæredi ſubſtituit Claudiam, eius fi-
b liam, & ſuos. *b* Contingit, ꝙ d. filius hęres deceſſit ſine liberis, venit Franceſia, filia dictæ Claudiæ, & dicit ſe ſubſtitutam: hęres verò dicti hęredis inſtituti dicit cõtrarium, ex eo, ꝙ dicta Franceſia non
c eſt ſua, *c* quia mulieres liberos non habent in poteſtate. Fuit quæſitum in Camera Conſilij, quis ipſorũ bene dicat? Pro cuius quæſiti declaratione eſt præmittenda deciſio Iuriſcõſulti Pauli, poſita in l. quoties. idem ſermo. ff. de reg. iur. & facit bene l. in ambigua. ff. de leg. Et ad iſtud propoſitum dicit Iac. de Butr. in l. cùm antiquitas. C. de vſufr. quòd licèt à ſignificato vocabuli non ſit receden-
1 dum regulariter. † Hoc tamen fallit, quando verbum ſumi non poteſt propriè. l. Scæuola. in prin. ff. ad Trebell. vel quando apparet de voluntate teſtatoris cõiecturata aliud, q̃ ſonet ſignificatum verbi. l. non aliter, in prin. ff. de legat. 3. Aut etiam quando vſus communis loquendi regionis aliud habet. l. cùm de lanionis. §. aſinã. ff. de fundo inſt. & inſtru. lega. Nam iſtis caſibus, vel altero ipſorũ,
2 † recedi debet à proprio ſignificatu verbi, & ſignificatum improprium recipi, ſecundũ tamen materiam ſubiectam. l. ſi ſeruus pluriũ. §. ſi. ff. de leg. 1. & l. ſi vno anno, circa prin. ff. loca. Hoc igitur ſic præſuppoſito, verbum Sui, duo habet ſignificata, quò ad propoſitum: vnum proprium, & aliud improprium. Proprium reſpectu liberorum in poteſtate conſtitutorũ, qui propriè ſui appellantur: vt in §. ſui. Inſt. de hær. qua. & diff. & l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. & l. in ſuis. ff. de ſuis & legi. hære. Improprium reſpectu liberorum mulierũ, quę ipſos non habent in poteſtate, Inſti. de adopt. §. fœminæ. & in §. cæteri. ỽ. qua de cauſa, &c. Inſt. de hæred. qual. & diff. Et ideò cùm in caſu ſubſtitutionis prædictæ verbum Suos, ibi adiectum, non poteſt accipi propriè: vt in d. §. ſui. & §. cæteri. ipſum propterea accipi debet impropriè, ſecũdum materiam ſubiectam: prout ad eam poteſt adaptari, & ita pro liberis talis filiæ, licèt Sui, reſpectu eiuſdem, dici non poſſint propriè, vt apparet per iam dicta. Hoc ꝓbatur clarè in l. mater filio ſuo. l. pater. §. ſocrus. ff. de cond. & dem. Et ſequitur quod moriẽte d. hærede inſtituta, ſubſtitutio ſibi facta, locũ habet in liberis d. Claudiæ, ad quos verbum Suos,



Suos, rectè poteſt adaptari. l. quoties, & l. in ambiguis, & l. mater filios, ſuprà alleg. Quod etiam ſic eſt coniecturandum ex voluntate ipſius teſtatricis, quæ voluit liberos filiæ ſuæ, quos ſciebat nunquam eſſe poſſe in poteſtate eiuſdem ad ſubſtitutionem ſuam admitti, qua voluntate coniecturata verbum Sui, accipi debet impropriè. l. ſi ſeruus plurium. §. final. ff. de legat. 1. & aliis iuribus ſuprà alleg. Tum etiam propter vſum communem loquendi, ſecundum quem liberi mulierum reſpectu ipſarum appellantur ſui, dum communiter dicitur, talis domina filium ſuum hæredem inſtituit, vel tali filio ſuo vſumfructum reliquit, qui communis vſus loquendi etiam in talibus debet attendi. l. cùm de lanionis. §. aſinam. ſuprà alleg. Ita tenet gloſſ. in dicta l. non aliter. in princip. & Bart. in l. omnes. ff. de iuſtit. & iure. in quæſt. quæ incipit: Quid ſi in ſtatuto contineatur aliquod verbum. Iac. de Butr. vbi ſuprà. Ex quo ſequitur, quòd bona, in quibus dictus hæres fuit inſtitutus, debent liberis ipſius Claudiæ, videlicet dictæ Franceſiæ, eius filię, reſtitui & expediri vigore dictæ ſubſtitutionis, detractis tamen detrahendis. Et ita ſecundum hanc concluſionem conſueuit in hac Curia Parlam. iudicari. Conſiderata etiam
3 † vna tali ratione, quia verbum Suos, in caſu poteſt & debet exponi, id eſt, iuſtos. ita ponit glo. in l. non enim. ff. rerum amot. & liberi ex tali filia de legitimis nuptiis nati dicuntur inſtituti: vt Inſtitut. de patr. poteſtat. §. fina. & l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris. quamuis tamen verbum Sua, aliter in aliena materia accipiatur, iuxta l. ſeruos. §. fin. ff. de legat. 2. & l. Quintus Mutius. ff. de aur. & argen. leg. & ibi plenè per Barto. & vide ſuprà, q. 542. De iſto verbo Suos, in mulieribus qualiter intelligatur, vide quæ plenè dixi in 133. Conſil. meorum.

a ¶ Mulier quædam. *Qui veniant appellatione ſuorum, vide per Fely. poſt omnes in c. 1. in vlt. col. verſ. ſed eſt magnum dubium. de teſtib. & an appellatione ſuorũ veniant amici, vide per eund. in c. cũ dilectus. in fin. de accuſationib.*

b ¶ Claudiam eius filiam, & ſuos. *De hoc, ſcilicet, an verbum Suos, poſſit adaptari mulieribus, in quibus Suitas non conſiſtit, vide iſtum Conſil. 133. incip. Antonius Pacho, num. 1. verſic. & pro dicendorum.*

c ¶ Non eſt ſua. *Imò eſt ſua, nam in literis in duplici differẽtia ſunt hæredes: alij enim ſunt extranei, alij autem ſui. & intelliguntur ſui, ſed ex ſe deſcendentes. Do. Bart. in l. vn. C. de priuil. dot. in 1. oppoſ.*

## QVÆST. DXLIX.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra vnum ex mercatoribus, pro ſolutione pedagij, an noceat aliis, qui partẽ non fecerunt.*

2 *Iuſiurandum, & res iudicata, æquiparantur.*

3 *Actio popularis, quid.*

1 SEntentia † in cauſa alicuius pedagij inter certos Mercatores, & Muliones, & exactorem ſeu dominium pedagij lata pro exactore ſeu domino: an præiudicet aliis Mercatoribus, qui partem in cauſa nõ fecerunt? Et licèt videatur, quòd non: vt l. 2. C. quibus res iud. non nocet. & l. 1. C. res inter alios acta. Contrarium dicendum videtur. Nam vbi conſtat de inſtitutione pedagij authoritate Imperatoris, vel Regis, ſeu Lateranenſis Conſilia facta, vel ex vetuſtiſſima conſuetudine, de cuius contrario memoria hominis non exiſtit acquiſita: vt in c. ſuper quibuſdam. §. præterea. extrà, de verb. ſignif. quæ vetuſtiſſima conſuetudo ſeu poſſeſſio vim habet tituli, & tantùm operatur, quantum authoritas emptoris: vt l. 1. in fin. cum l. ſeq. ff. de aqua plu. arcen. & in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æſti. Et nullus à pręſtatione eius excuſatur, etiam ſi miles exiſtat. Et hoc habetur pro regula l. vniuerſi. circa fin. & l. ex præſtatione. C. de vectig. & commiſſis. & l. fin. C. quibus mun. vel præſt. nemini liceat ſe excuſare. li. 10. Conſtat, talem ſententiam ius facere, & pro veritate haberi. l. ingenuum. ff. de ſtatu hom. & l. res iudicata. ff. de reg. iur. Etiam quò
a ad omnes *a* per locum, in quo pedagium debetur per tranſeuntes. Cùm fuerit lata reſpectu popularis actionis. Dum tamen non appareat fuiſſe colluſum. l. eum, qui. §. in popul. ff. de iureiuran.
2 Conſiderato, † quòd iuſiurandum & res iudicata ad paria iudicantur. l. poſt rem iudicatam. ff. de re
3 iud. Nam † popularis actio eſt, quæ ſuum ius populo tuetur. l. 1. ff. de popul. actionib. Inde dicimus, quòd omnes actiones in factum, quæ hodie competunt loco interdictorum, pro iuribus ſiue rebus publicis, populares dicuntur. l. 1. §. hoc interdictum. ff. ne quid in loco publico. ita not. glo. ſuper Rubric. ff. de populari actione. Sed prohibere, quòd non exigatur vectigal, eſt tueri ius publicum, in hoc videlicet, quòd quis liberè ire poſſit, & ſibi liceat, per viam publicam: quod contrariatur exactione pedagij ſeu vectigalis, qua mediante, quis impeditur ire liberè per viam publicã. Cùm ire liberè, eſt, quod fit ſine aliqua contradictione: vt dicit gloſ. in l. reprehendenda. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condi. factis. Non obſtat l. 1. & 2. ſuprà in contrarium allegat. Quia hoc fallit in popularibus actionibus: vt dict. §. in popularibus, & certis aliis caſibus in dicta l. 2. C. quibus res iudic. non nocet. notatur vt ibidem dicit glo. Vide de hac materia in ſimili ſuprà, quæſtione 279. De materia pedagij etiam tetigi ſuprà, quæſtione 413.

a ¶ Etiam quòd ad omnes. *Adde l. ſeq. & ſi. & ibi gloſſ. 1. ff. de popular. action.*

## QVÆST DL.

SVMMARIVM.

1 *Interruptio graduum ſubſtitutionum, vt procedat?*

1 TEſtator duos habens filios, ipſos hæredes inſtituit,& alterum alteri ſubſtituit,† & ſi ambos decedere contingeret ſine liberis maſculis, Titium eius agnatum eiſdem ſubſtituit, & ſi dictum Titium decedere cōtingat ſine liberis maſculis, Caium & Sempronium, fratres, eidem Titio ſubſtituit: adita hæreditate moritur Titius ſine liberis, deinde moriuntur filij inſtituti, nullis liberis relictis, quorum vltimus moriens teſtamentum fecit, in quo hæredem extraneum inſtituit. Nunc Caius & Sempronius prætendunt ſubſtitutionem de eiſdem factam locum habere, licèt ordine quo fuit facta, non euenerit. Vtrum bene dicā? Credo ꝙ ſic: vt videtur text. expreſſus in l. cohæredi. in pri. ibi. Nec intererit, prior ſubſtitutus poſt inſtitutum, an ante decedat,&c. & l. ſi Titius. a ff. de vulg. & pupil. & in l. Celſus pater meus. ff. de leg. 2. & l. quandiu. la 3. §. is, qui tertio gradu. ff. de acq. hær. & ibi hoc etiam tenet Bart. expreſsè inſequendo opi. Pe. Ia. in ti. de compendioſa ſubſtitutione, quæ fit à Pagano. in q. quę incipit: quid ſi teſtator dicit ita,&c. vbi dicit, ꝙ ipſa quæſtio fuit propè Montē Peſſulanū inter quoſdam Nobiles potentes, ſuper quadā hæreditate. Et concluſiuè tenet, quod locus eſt ſubſtitutioni: licèt ipſa ordine facto non euenerit, per d. l. Celſus. & l. cohæredi. Et eſt bona ratio, quia fideicōmiſſum dictis fratrib. tertio gradu relictis remanſit penes hæredes inſtitutos cum ſuo onere. l. 1. §. pro ſecundo. C. de cad. tol. quem §. ad iſtud ꝓpoſitum alle. Bar. in d. l. quādiu. §. 1. in fi. Nec obſtat in aliquo verbū Eidem, in ſubſtitutione adiectū, quaſi per hoc verbum videantur dicti fratres ſubſtituti d. Titio, & non ſi filiis hæredibus inſtitutis. Et eſt ratio, quia ꝑ d. verba duæ importantur ſubſtitutiones, videlicet vulgaris, in caſum, in quem nō eſſet d. Titius fideicōmiſſarius, prout nec fuit: & fideicōmiſſaria in caſum, in quē eſſet fideicōmiſſari⁹, ſed decederet ſine liberis, ſicut deceſſit, quæ duæ ſubſtitutiones ſub verbis ꝑdictis cōpendioſam inferentibus comprehenduntur, & comprehēdi de iure poſſunt: ſicut ponit Bar. in l. Centurio. in 3. q. principali. ibi, q̄ro vtrum compēdioſa ſubſtitutio,&c. ff. de vulg. & ſic in caſu iſto dicti fratres veniunt per modum vulgaris, in locum d. Titij ſecundo loco dati ſubſtituti. Et licèt primus gradus ſubſtitutionum valuerit in perſonam filij ſuperuenientis iure fideicommiſſi, & inde defecerit ſecundus gradus reſpectu Titij: non tamen defecit in perſonam fratrum tertio gradu ſubſtitutorum loco Titij virtute ſeu iure vulgaris ſubrogatorum. Et quia etiam ipſum fideicom. dicto Titio mortuo remanſit penes præcedētem fideicommiſſarium cum ſuo onere. l. 1. §. pro ſecundo ſuprà alleg. Ita voluit dicere Bart. in d. l. quandiu. §. 1. Iſta etiam clarè probantur in l. cohæredi. in prin. & l. Titius. & l. paterfamiliàs. de vulg. alle. & eſt bonus tex. in l. fi. C. de hær. inſt. ibi dū dicitur, Sempronius Plocij hæres eſto. tunc etenim exiſtimandum eſt, eum dixiſſe, ſi non Plocius hæres ſibi fuerit, tunc Sempronium in locum partem Plocij ex ſubſtitutione vocari,&c. Et ita ſecundū hanc partem pluries vidi determinari inter nos in Camera Conſilij, & iudicari.

a ¶ L. ſi Titius. *Vide ibi d. Bal. Ioan. de Imol. & omnino d. Paul. de Caſt. qui ſummat illum text. dicens, quod ſubſtitutus vulgariter vni, cenſetur & alteri ſubſtitutus, cui ille ſubſtitutus erat.*

## QVÆST DLI.

### SVMMARIVM.

1 *Vapinienſes, an ſint ligij, & iuriſditiabiles Regis Siciliæ. & num. 3. 6. 8.*
2 *Vapinienſes, an poſſint vti Saluagardia Delphinali, contra Regem Siciliæ, vide & num. 9. 10.*
4 *Dominium eſt triplex.*
5 *Vapinienſes Epiſcopus ad quæ teneatur Regi Siciliæ.*
7 *Vaſallus vaſalli mei, non eſt homo meus.*
11 *Princeps alicuius patriæ, an poſſit à ſuis ſubditis quid exigere pro bello inferendo, & ſuſtinendo.*

DE hoc anno currēte domini, 1460. de menſe Septembris, contigit in facto, ꝙ Rex Re-
1 natus † cauſante guerra per eum nuper motam in regno Siciliæ, pro ipſius regni ſui recuperatione, requiri fecit homines & ciues ciuitatis Vap. ꝙ de aliqua ſumma pecuniæ vellent eidem ſubuenire, pro manutentione & ſuſtentatione dictæ Guerræ, qui ciues poſt multos tractatus contradixerūt dicto Regi de aliqua ſumma ſubuenire, dicentes, ſe ad hoc nō teneri vigore pactorum dudum initorum inter tunc Regem Siciliæ & Odofre. Epiſcopum Vap. in præſtatione homagij per ipſum do. Epiſcopum dicto Regi præſtiti de dicta ciuitate Vapin. & caſtris Epiſcopatus. Ideò ipſe Rex Renatus eiſdem ciuibus Vapin. impoſuit certam pecunię ſummam exigendam ſuper eiſdem ciuibus Vap. Et quia dicti ciues ſoluere recuſauerunt ſummam eiſdem, vt præmittitur, impoſitam, Officiarij dicti Regis Siciliæ capi fecerunt, & detineri mercantias, quas ipſi ciues Vapin. habent in patria Prouinciæ ſub obedientia ipſius Regis
2 Sicilię. Quorum † prętextu ipſi ciues Vap. recurſum habuerunt ad hanc Curiam Parl. Delph. vigore Saluægardiæ Delph. in qua ſe eſſe dicūt ipſi ciues. Quæro ergo, quid iuris, videlicet, an ipſi ciues bene recurrerint ad hāc Curiam Parl. vigore d. Saluægardiæ? Pro cuius quæſiti declaratione puto ſex fore attendenda, & in iure examinanda. Primò, an dictus dominus Odofr. Epiſcopus po-
a tuerit d. homagium d. Regi facere a ſine conſenſu ciuium & habitantium in d. ciuitate Vapin. Secundò, an dictus Rex Siciliæ ſit ſuperior & maior dominus dicti domini Epiſcopi, & dictæ eius ciuitatis Vapi. ſaltem in temporalibus vigore dicti homagij, & pactionum in eodem homagio initarum. Tertiò, an ciues dictæ ciuitatis Vapin. cenſeātur homines dicti Regis Siciliæ. Quartò, & an ipſi ciues Vapin. cenſeantur homines iuriſdictionabiles ipſius Regis. Quintò, ſi ipſi ciues Vapin. poſſunt



poſſunt dici eſſe in Saluagardia Delph. Sextò, & ſi eſſent in d. Saluagardia, an ipſi ea vti poſſent cōtra dictum Regē eorum ſuperiorē & dominum? Ad primū reſpondeo, vt ſcripſi plenè infra, queſt.
3 560. Ad † ſecundum dubiū puto dicendum, Regem Siciliæ habere ſuperioritatē in dictum Epm & ciuitatem Vapin. ex natura dicti feudi, & recognitionis factę per ipſum Epm d. Regi. Ex eo maximè, ꝙ in ipſo homagio fuit actū, ꝙ in omni mutatione Epi ipſe Rex & ſui ſucceſſores poſſint ponere ſeu poni facere per eius Officiariū vexillum ſuum armis ſuis depictum, in dicta ciuitate ſupra domum Epiſcopalē, in loco pateti, in ſignum dominij & ſuperioritatis: prout vſq; nunc incōcuſsè fuit per d. Regē, & eius officiarios factū & obſeruatum. Pro quo facit text. in Clem. Paſtoralis. §. deniq;. de ſen. & re iud. ibi, niſi ex natura feudorū debitā ſuperioritatem habebat,&c. dici ēt debet & cenſeri ipſe Rex maior dn̄s ipſorum Epi & ciuitatis Vapin. ex verbis dictæ recognitionis, feudi & pactorum in eadem adiectorū: vt dicit & tenet Bald. in c. imperialem. in §. illud quoque. de pro. feud. alie. per Fede. in q. quæ incipit: quæro ergo
4 cuius Parabolam,&c. Et non mirandum † de hoc gn̄e maioris dominij; quia triplex habemus dominium, videlicet directum & vtile. & de iſtis duobus plenè proſequitur Bar. in l. ſi quis. §. differētia. ff. de act. po. Habemus etiā & aliud dominiū, videlicet verum & maius dominium, de quo maiori dominio habetur in d. c. imperialē. circa pr. ibi, maiores domini,&c. & in d. §. illud quoq;. ibi, maius dominium offenderit,&c. Cōcluſiuè ergo poteſt dici, dn̄m Regem Siciliæ eſſe dn̄m maiorē & ſuperiorem dicti feudi, videlicet, dictę ciuitatis Vap. & ciuium eiuſdē. Nec obſtat, ꝙ ſi ciues Vap. nōn reſortiſant coram d. Rege Siciliæ: nec in eius Curia, ſed in Curia ſp̄uali Archiepiſcopi Aquen. corā quo Archiepiſcopo ſeu eius Officiali à Curia temporali Vapin. & Iudice eiuſdē, appellatur, & non ad dictū Regem. Quia licèt ad ipſum Regem, tanq̄ ad ſuperiorem & maiorem dn̄m dicti feudi, deberet appellari, iuxta ea, quæ ponit Inn. in c. extrà, de iudi. & Pet. Iac. in tit. de cond. ſuper morib. in quæſt. quæ incipit: Omnes dedit in feudum,&c. & in ti. ſuper iuriſdictione libellus. ibi, item ponit, ꝙ minùs,&c. Hoc verum, niſi aliter in præſtatione homagij foret actū, prout fuit in caſu noſtro, in quo reſeruatæ fuerunt appellationes prædictæ dicto Archiepiſcopo Aquen. in dicta præſtatione homagij dudum per Epm Vapin. Odo. nuncupatum dicto tunc Regi facta. Vel aliter & ſecundò pōt reſponderi, ꝙ tale ius reſortiſandi ſiue appellandi ad dn̄m feudi, nō eſt de eſſentialibus feudi: Patet, quia feudum bene poteſt cōcedi ſine reſorto: per tex. in c. 1. §. fi. in quib. cau. feud. adm. ſecundum Obert. in feu. coll. 10. Sicut & ciuitas ſine territorio: vt in l. 2. in pr. ff. de verb. ſig. & in l. bona ciuitatis, cum l. ſeq. eo. tit. licèt enim
b fidelitas ſit de eſſentia feudi, b adeò, ꝙ in conceſſione feudi ſimpliciter facta fidelitas intelligatur, quamuis de eadem nulla mentio facta fuerit: vt in c. 1. §. ſi. per quos fiat inueſtit. in feud. quod tenet Bald. in c. 1. de capi. Corradi. Non tamen ſic eſt in reſorto, qui non eſt de eſſentia feu. vt ſuprà
5 proximè dixi, & tetigi ſuprà, qu. 518. ¶ † Sed iuxta hæc quæro, ad quę tenetur Eps dicto Regi Sicilię cauſantibus dictis ſuperioritate & maioritate dominij, quæ habet ipſe Rex in d. Epiſcopū, & ciuitatem Vap. dic, ꝙ ad ſequentia. Primò, quia ipſe Epiſcopus vaſallus tenetur d. Regem Siciliæ ſuperiorē in temporalibus recognoſcere, & inueſtituram ab eo petere: vt in c. Imperialē. §. prętereà, ſi quis. de proh. feu. al. ꝑ Fed. & in c. 1. quo tēp. miles inueſt. pet. deb. Item quia famoſam actionem contra eum non debet intētare. Nec ipſum in ius ſine venia vocare. Et debet ab accuſatione contra eū fienda, & officio Aduocationis contra eum exercendo abſtinere: pro quibus facit l. ſed & ſi hac lege. §. Prætor. ff. de in ius voc. & in l. 2. C. eo. tit. & in l. non debet. ff. de dol. ita dicit & tenet Spec. in tit. de homa. & fide. in §. 1. in vſ. 17. quæritur. Itē debet ipſe Epiſcopus d. Regi Siciliæ dn̄o ſuo ſeruire, & facere id, ꝑ quo feudum fuit traditum: vt in c. 1. de feu. ſine cul. am. & in c. 1. §. ſub alio, q̄ fuit prima cauſa benef. am. Idē, quia eidem Regi facere debet ipſe Epiſcopus, q̄ in forma fidelitatis noua & veteri continentur. in c. 1. de forma fidelitatis. & in c. 1. de noua fidel. forma. & 22. q. 5. c. de forma. Item ēt debet ipſe Epiſcopus vaſallus eidem Regi Siciliæ, dn̄o ſuo ſuperiori, ſubuenire in dicta ſua guerra, ſecundum quantitatem & qualitatem feudi, ſecundum Dd. vt plenè dixi ſuprà, q. 52. Et hoc de primo quæſito. Nunc
6 venio ad tertium † q̄ſitum, An dicti ciues Vap. dicantur, & cenſeri debeant homines d. Regis Siciliæ? Pro cuius q̄ſiti deciſione præmitto, ꝙ dicti ciues Vap. ſunt homines ligij & iuriſdiciabiles ipſius Epiſcopi Vap. & ab initio fuerunt ante dictum homagium dudum Regi Siciliæ factū, vt eſt notorium. Ex quo infero, ꝙ cū ipſi ſint homines dicti Epiſcopi, ꝙ per conſequēs ipſi etiam ſunt homines ſaltē mediati d. Regis Sicilię, cōſiderato, ꝙ ipſi ſunt homines dicti Epiſcopi, ex eadem re, de qua ipſe Epiſcopus homagiū fecit Regi. hoc probat in d. c. Imperialē. §. illud. de ꝓh. feu. al. ꝑ Fed. in feud. col. 10. & facit ar. l. fi. ff. de vi & vi ar. Nec obſtat l. Modeſtinus. iuncta gl. ff. de verb. ſig. vbi
7 gl. no. ex illo tex. † ꝙ vaſallus vaſalli mei, non eſt homo meus. Quia hoc verū, vbi ex alia cauſa ille eſt homo vaſalli mei, tunc non eſſet homo meus: vt ibi, vbi aūt ille eſſet homo vaſalli mei ex eadem re, ꝑ qua vaſallus meus mihi pręſtitit homagium, tunc ille homo vaſalli mei cenſeretur eſſe homo meus, per d. §. illud. ita loquitur caſus noſter, quia ciues Vap. ſunt homines Epiſcopi ex eadē re, videlicet, ꝑ ciuitate Vap. de qua ipſe Epiſcopus homagiū fecit d. Regi Siciliæ. Et non eſt mirādum, ſi dicti homines ſint homines Epiſcopi & Regis, Quia homo pōt eſſe ſeruus pluriū. l. ſi ſeruus pluriū. ff. de leg. 1. eſſe. n. homo alterius eſt quædam

ſpecies ſeruitutis, non ꝙ ſit ſeruus: quia, ſi dñm
non adiuuet, non punitur, niſi quia perdit feudũ,
ſeruus autem nõ iuuans dñm capite punitur: iſta
ſunt verba Andreæ de Yſer. in feudis, in ti. de no-
ua fid. form. circa fi. ibi, per quod patet, & hoc de
8 tertio dubio. ¶ † Venio ad quartum quęſitum, an
dicti ciues Vap. ſint & cenſeri debeant iuriſditia-
biles ſaltem mediatè dicti Regis Sicilię. Ad quod
puto dicendum, ꝙ ſic, præſuppoſito: vt ſuprà dixi
in ſecũdo quæſito, ꝙ dicti homines & ciues Vap.
ſint homines mediati dicti Regis Siciliæ, quia eo
ipſo, ꝙ quis eſt homo meus, cenſeor eſſe Iudex
ſuus, l. quiſquis, la 2. C. de Ep. & Cle. & tenet Spe.
in propria materia, in tit. de homa. & fide. in §. 1.
9 ỽ. 17. qritur, &c. Et hoc pro quarto quæſito. ¶ † Et
venio ad quintum quæſitum, an dicti ciues Vap.
poſſint dici eſſe in Saluagardia Delphi. ex eo, qđ
in quibuſdam contractibus & pactionib. dudum
habitis inter quandam dominã Comitiſſam Vi-
ennæ, & Albonis, relictam cuiuſdam dñi Delphi.
ex vna parte, & ciues Vap. ex altera, ipſa domina
Comitiſſa promiſit dictos ciues emparare, & de-
fendere, ſicut homines ſuos ꝓprios dicti Comi-
tatus, &c. Ex quib. verbis dicunt dicti ciues ſe eſſe
in Saluagardia Delphin. qua cauſante dñs noſter
Delph. tenetur eos emparare & defendere aduer
ſus dictum Regem Siciliæ, qui eos grauat, dictas
eorum mercantias & bona arreſtari faciendo in
patria Prouinciæ. Modò quæritur, an dñs noſter
Delph. in hoc caſu teneatur eos emparare & de-
fendere ad modum Saluægardiæ cum armis? Et
videtur, ꝙ non, quia Saluagardia de ſui natura re-
quirit potẽtiam armorũ, vbi aliter Garderius de-
fendi non pôt: quæ potentia armorũ non videtur
ſubintellecta ex natura dictorum cõtractus & pa-
ctorum, vt præmittitur, inter d. dominam Comi-
tiſſam, & ciues Vap. initorum: vt latè ponit Bar. in
l. ſtipulatio iſta. in pri. ff. de ỽb. obl. maximè, quia
natura illius contractus huic repugnat, vide infrà
qu. 582. Secundò, quia Saluagardia non pôt con-
cedi in alieno territorio, vt not. Gul. de Cuneo. in
l. illicitas, §. ne potẽtiores, ff. de off. præſ. & tetigi
ſuprà, q. 418. quod hoc caſu fieret, cùm ciues Va-
pin. non ſint in territorio Delph. igitur, &c. Tum
quia non reperitur, quod aliquis dñs Delph. con-
ceſſerit Saluamgardiam dictis civibus Vap. niſi d.
domina per modum, quem ſuprà dixi, quæ dña
non erat Delph. ſed relicta cuiuſdam dñi Delph.
Ex quibus propterea credo, ꝙ ipſi ciues Vap. non
poſſunt cenſeri eſſe in Saluagardia Delph. & hoc
de quinto quæſito. ¶ Venio ad ſextum quęſitum.
10 † An & ſi eſſent dicti ciues Vapin. in Saluagardia
Delph. an poſſint ea vti contra d. Regem Siciliæ,
eorum dñm ſuperiorem. Et credo ꝙ nõ, præſup-
poſito, ꝙ ipſi homines ſint homines iuriſditiabi-
les dicti Regis Siciliæ: vt dixi ſuprà, in ſecundo &
tertio q̃ſitis, cùm per Saluãgardiam, ſi qua eſſet,
exercitium iuriſdictionis dicti Regis, quẽ habet
in dictos ciues, non deberet impediri, per ea, quæ
dixi ſuprà, q. 56. Et ſi dicatur, quòd dicti ciues Va-
pin. aliàs 40. vel 50. ann. ſunt elapſi, obtinuerunt
literas à domino tunc gubernatore Delp. coram
dominis Parlamenti, in Camera Cõſilii pro parte
dictorum ciuium Vap. productas, in quibus dicti
ciues Vap. tanq̃ Guarderij Delph. mandabantur
tueri, & defendi aduerſus quoſcunq; tunc tyran-
nos, qui dictos ciues conabantur offendere. Re-
ſpondeo, iſtæ literę nõ iuuant dictos ciues, ſaltem
in hoc caſu, quia nõ reperitur, ꝙ aliàs tales literæ
conceſſæ fuerint contra dictum Regem, quanq̃
contra alium reperiantur. Quibus rationibus &
mediis ſuprà tactis, dum altercaretur de hac ma-
teria in Camera Conſilij inter dominos de Parl.
ego Guido dixi, literas vigore Saluægardiæ Del-
phin. dictis ciuibus Vap. contra d. Regem Siciliæ
eorum dñm ſuperiorem, non fore à Curia Parla-
mẽti concedẽdas. Sed fui ſolus in opinione mea:
Quia alij dñi de Parlamento tunc dixerũt prouí-
dẽdum fore dictis ciuibus Vap. vigore Saluægar-
diæ Delph. cõtra etiam dictum Regem. Sed nul-
las rationes adduxerunt, niſi quia in dictis pactio-
bus, quòd dicta domina Delph. promiſit dictos
cives Vapin. emperare & defendere. Sed non re-
ſpõderunt motiuis meis ſuprà tactis. Tamẽ quic-
quid fuerit concluſum, nõ fuerunt per hanc Cu-
riam Parlamenti literę cõceſſę, niſi exhortatorię,
per quas mandabantur ipſe Rex & eius Conſiliũ
exhortari, quatenus à dictis moleſtationibus de-
ſiſtere vellet, relaxando dicta eorũ bona. Tamen
ipſe Rex & Conſiliũ eius dictæ exhortationi non
obtemperauerunt, ſed ſemper proſequuntur ad-
huc de præſenti dictos ciues, & vnum ex ipſis ci-
uibus incarcerari fecerũt. Neſcio, qualis finis ſe-
quetur, tamen quicquid ſequetur in futurum ex
hoc, hîc ſubiungam prò memoria in futurum. de
alio caſu, concernente illos de Vapineo, tetigi in-
frà, q. 560. ¶ † Vtrũ Princeps alicuius patriæ poſſit 11
à ſuo ſubdito pecunias mutuò vel aliàs de facto
pro guerra ſua facienda capere? Dic, quòd non,
ſed priùs debet de ſuo proprio expendere, & in
defectu eiuſdem poteſt à ſubditis capere, & poſt-
eà eis reſtituere: vt plenè ponit Cyn. in l. nemi-
nem. C. de ſacroſ. eccle.

a ¶ Epiſcopus poterit dictum homagium dom.
Regi facere. *Ad materiam, vide quod d. Bal. & alii in
c. de Cler. qui inueſt. faciunt, col. 10.*

b ¶ De eſſentia feudi. *Et de fidelitate vaſſalli, latè tra-
dit do. Iaſ. in proœm. feud. col. 11. & ſeq.*

## QVÆSTIO DLII.

SVMMARIVM.

1 *Deſſayſiniorum vſus, in regno Franciæ. Idem Sayſiniorum.*
2 *Arreſtum querelæ.*
3 *Interdicto retinendæ quando quis poſſit vti.*
4 *Forma interdicti, Vti poſſidetis.*
5 *Curia Franciæ ſemper in caſu nouitatis tuetur eum in poſſeſſione, qui reperitur poſſeſſor indiſtinctè.*
6 *Repoſita ad manus Curiæ, an poſtea fiat recredentia potiùs ius habentibus in poſſeſſorio.*

7 Mann-



7 *Manutenentiæ practica in Francia.*
8 *Martini Papæ confirmatio circa ſtylum manutenentiæ, etiam reſpectu cauſarum beneficialium.*
9 *Delphinatus an vtatur manutenentia.*

IN materia poſſeſſorij interdictorum retinen-
dæ, recuperandæ & adipiſcendæ ius Commu-
ne in hac patria Delph. ſeruatur in iudicijs, exce-
ptò in interdicto recuperandæ, ſi & dum intenta-
tur remedium ſtatuti Delph. incipientis: Si quis
per literas, in quo pars non vocatur, & appellans
non auditur reſpectu reintegrationis. Sed in pa-
tria Lugdunenſi, vnde ſum oriundus, & Regno
Franciæ illa interdicta diuerſimodè de ſtylo Re-
gni Franciæ practicantur. Nam in ipſo Regno
Franciæ eſt quoddam ſtatutum vulgariter appel-
latum arreſtum querelæ, de nouis & ſayſinis te-
noris ſequentis querelæ, ſuper nouis deſſayſinis,
non venient in Parlamẽto, ſed quilibet Balliuus
in balliuia ſua adeat locum debeati, & vocatis ſe-
cum probis viris, ſe informet de ſayſina & deſſay-
ſina ſine ſtrepitu & figura iudicij, & ſi inuenerit
ita eſſe, ſtatim loca deſſayſiat, & ad manum Regi-
am ponat, & inde coram ſe partibus euocatis mi-
niſtret iuſtitiæ complementum, &c. Quod ſtatu-
tum fuit conditum per Beatum Ludouicum Re-
gem Franciæ. Et ex illo ſtatuto fuit ortus ſtylus
caſus nouitatis, qui in Regno Franciæ practica-
tur, de quibus facit mentionem Cyn. in l. nuda.
in fin. C. de contrah. & commit. ſtipul. & Io. Fab.
1 vt infrà plenè dicam. † Et quòd ſtatutum practi-
catur ita. Nam pars poſſeſſione deſſayſita, poſſeſ-
ſione reſſayſitur, licet ſub manu Regia ponatur.
Et quando intentatur iſtud remedium, pars nec
vocatur, nec auditur in aliquibus Seneſcaliis, &
maximè in Seneſcalia Carcaſonæ. Sed in loco
Bliterarum pars vocatur, ſed nõ auditur. Pariſius
verò pars vocatur & auditur. Sed his ſic peractis
Balliuus vel Commiſſarius ab eo deputatus, par-
tes citat coram ſe ſuper proprietate, & tunc inde
habet miniſtrare iuſtitiæ complementum. Sed
2 † circa iſtud arreſtum a querelæ, & dictum caſum
a nouitatis aduerte, quia habent locum ante an-
num. nam ſi aduerſarius meus poſſideret per an-
num mihi poſt annum non competeret dictum
remedium, & ita practicatur in Regno. Sed an i-
ſtud ſit verum de iure, vide quæ ſcripſi in appara-
tu meo, ſuper ſtatuto: Si quis, in quæſtio. quæ in-
cipit: Vlteriùs quæro, in gl. fin. ſuper verbo, Clan-
deſtinè. Et in hac materia dicti ſtatuti de nouis &
ſayſinis, & caſus nouitatis, eſt vnum ſingulare, ꝙ
b mortuus ſayſit b viuum, videlicet hæredem, qui
poteſt concludere in materia caſus nouitatis,
quamuis nõ fuerit adeptus realem poſſeſſionem,
quod videtur contra ius Commune. in l. cùm hę-
redes. ff. de acquir. poſſ. Ioan. Fab. Inſt. de interd.
in ſumma. in gl. non rerum, vbi dicit, quòd per
illam glo. poteſt excuſari dictus ſtylus in materia
caſus nouitatis. facit etiam, quod dicit Cyn. in l.
ea lege, circa princ. ỽſ. & iſtud eſt in arg. ad quæſt.
C. de condic. ob cauſ. Facit etiam pro corrobora-
tione dicti ſtyli caſus nouitatis, quia per conſue-
tudinem quis fingitur poſſeſſor, & quæritur ex
conſuetudine poſſeſſio: vt not. Inn. in c. cum ſu-
per. extrà, de cau. poſſ. & propr. imò plus alibi di-
cit Inn. ꝙ conſuetudo transfert dominium ſine
apprehenſione poſſeſſionis. Ita dicit ipſe in c. 2.
extrà, de conſuetu. Multa alia ſingularia in dicta
materia caſus nouita. ponit Io. Fab. in §. retinen-
dæ, Inſt. de interd. & ibi tractat plenè hanc mate-
c riã caſus nouitatis, c magis q̃ alius, qui in iure ſcri-
pſerit, & dicit ipſe Io. Fab. in d. §. quod hæc mate-
ria eſt tota practica, maximè in Curia Frãciæ, vbi
quaſi oẽs cauſæ ſunt in caſu nouitatis. Et ibi pro-
3 cedit ipſe Io. Fabr. per 7. puncta. † Circa primum
punctum in fi. dicit, & per pręmiſſa apparet, ꝙ ali-
quis non poteſt agere hoc interdicto, niſi poſſeſ-
ſionem realem habuerit, quamuis prædeceſſor,
vel author ſuus habuiſſet. Hoc tamen non ſeruat
Curia Frãciæ in ſuccedentib. vniuerſaliter ratio-
ne ſanguinis, quos reputat poſſeſſores ſine appre-
hẽſione: vt etiam dicit ipſe Io. Fab. in §. Summa,
ſuprà alleg. verum eſt tamen de iure, ꝙ ſi præde-
ceſſor vel author fuiſſet turbatus, & ceſſiſſet actio-
nem, ꝙ ſucceſſor poſſet agere hoc interdicto Re-
d tinendæ iure ceſſo. Circa tertium d punctum in
fi. dicit ipſe Io. Fab. ꝙ pro quaſi poſſeſſione iuriũ
datur dictum interdictum, Vti poſſidetis: vt not.
ff. vti poſſid. l. 1. in prin. quod eſt verum, ſecũdum
omnes Docto. quando iura illa adhærent rei im-
mobili. Curia tamen Franc. dat pro omni iure, &
quaſi omnes cauſæ ſunt de talibus. Circa quartũ
punctum per vnam columnã in ipſo puncto dicit
e Io. Fab. e Narra ergo in libello factum tuum ſapi-
4 enter. † & ſuper omnia caue, ꝙ non narres tale fa-
ctũ, per quod videaris expulſus deſiiſſe poſſediſſe,
f quia teipſum excluderes. f Aduocati tamen Cu-
riæ Fran. non multum hoc attendunt, quia ſemp
concludunt in turbatiua, quæcunq; ſit vis: vt ibi
dicit Io. Fab. Item quæri poteſt, dixit ipſe Io. Fab.
An ceſſatio ſoluendi reditus, vel deueria annua,
cauſet turbatiuam vel expulſiuam. Scias, dicit Io.
g Fab. ꝙ ſtylus Franciæ g habet quòd ceſſatio cau-
ſat turbatiuam, & contradictio expulſiuam. Et il-
la dicunt per ea, quæ not. per Innoc. in c. quere-
lam. ſuprà alleg. & ibid. dicit Hoſt. per Inn. Circa
h quintum punctum per tres col. dicit h ipſe Ioan.
Fab. in ipſo puncto, ꝙ iura Canonica & Cõmen-
tatores ipſorum nõ faciunt dubium de hoc, quo-
niam retineantur animo poſſeſſio. in iurib. Ete-
nim dant actionem pro poſſeſſione penſionum
ſeu redituum ſubtracta. in d. c. querelam. de ele.
& vnde vi. & in c. Piſanis, de reſtit. ſpol. & de cau.
poſſ. & prop. c. cum Eccleſia. Et multò minus fa-
cit dubium Curia ſecularis Regni Franciæ. Et ta-
men de veritate iuris. Videtur contrarium in his,
quę habent cauſam diſcõtinuam, niſi poſſideren-
tur, tanquam acceſſoria rei immobilis: l. ſi alieno.
§. hoc iure. ff. de vſuris. & ſecundum hoc videtur
periculoſum agere Vti poſſid. pro præſta. annuis

& alijs iuribus, quæ nõ habent cauſam continuã: quia vix poterit probari præſens poſſeſſio, quia oportet probare, ꝙ tempore interdicti redditi, actor ſit in poſſeſſione, vel reº ipſum impedit. Nec obſtat de illis interdictis, de itinere, actu, & de aqua quotidiana: vbi ſufficit probare antecedens tempus, licet tempore litis conteſtatæ non poſſideat: quia ibi eſt ſpecificatũ in illis interdictum. & ſic nõ debemus extendere ad interdictum, vti poſſi. vbi requiritur poſſeſſio de præſenti pro iurib. aliis. Niſi de æquitate hoc faceremus, ſc. exten-
*i* ſionem ad alia iura. Circa idem punctum dicit *i* Io. Fab. quid ergo? Pone, ꝙ ego fui extra patriam, in mei abſentia tu occupaſti fundum, quod tunc pleno iure poſſidebã, reuerſus ego, ago contra te Vti poſſide. ego probo, ꝙ ego poſſidebã tempore mei receſſus, & pono ꝙ animo retinui ciuile. Tu probas, ꝙ biennio citra, tu poſſediſti palàm & publicè. Quæro, quis erit potior? certè ego ſum potior. Nam ſemper retinui ciuilem, quia tu intraſti clam à me, & me abſente. igitur videtur, ꝙ obticlam à me, & me abſente. igitur videtur, ꝙ obtineam. de hoc in Spe. in ti. de pet. & poſſ. *k* ỿ. quid
*k* neam. de hoc in Spe. in ti. de pet. & poſſ. *k* ỿ. quid ſi peto fundum. Curia Frã. tenet, ꝙ ille eſt potior, qui poſſidet de facto vlt. ann. & eſt ratio, quia caſus nouitatis eſt annalis. vnde ſi intentans paſſus fuerit aduerſarium poſſidere per ann. eidem imputetur: quia infra ann. non querelauit, quod põt procedere de iure in caſu, quo poſſeſſio ann. perditur. de quo tetigit idem Io. Fab. Inſt. de vſuc. §. quod autem. Et ſecundum hoc de iure erit difficilis probatio in hoc interdicto. Et ideò, ſi actor non incũbit poſſeſſioni corporali, eſt expediens venire ad locũ cum teſtib. & ſi nõ admittatur, vel repellatur, vel ſuſpicetur ſe poſſe repelli, agat interdicto, Vnde vi. in quo longè eſt facilior probatio, ſi fiat, ſicut nunc dixi. Et maximè in quaſi poſſeſſione iuriũ, vbi non oportet probare ſpoliationem. ext. de ſen. & re iud. in c. ſuborta. ꝑ Inn. Circa tñ hoc do. Io. Fab. poſt Inn. puto aduertẽdum, quia licet in iurib. nõ ſit neceſſe ꝓbare ſpoliationem, tñ eſt neceſſe ꝓbare denegationem & contradictionem, ꝑ quæ in iurib. inducitur ſpoliatio: vt plenè dixi in apparatu meo ſuper ſtatuto, ſi qs per literas. in gloſſ. ſuper verbo, Vel quaſi. Et dicit do. Io. Fab. vbi ſuprà, ꝙ Aduocati Franc. ſemper concludunt in vi turbatiua, & pro iurib. licet ibi ſit difficilior ꝓbatio, ſed hoc faciũt. quia res contentioſa ponitur ad manum Curiæ de conſuet. i-
5 pſius Curiæ Fran. ¶ † Vltimò, dicit Io. Fabr. *l* vbi
*l* ſuprà, ꝙ in materia caſus nouitatis Curia Franc. ſemper tuetur in poſſeſſio. illũ, qui reperitur poſſeſſor indiſtinctè, quantũcunq; appareat de proprietate, quod ſecus eſt de iure, iuxta c. ad decimas, de reſt. ſpol. lib. 6. ¶ Verùm, quia ſuprà dixi,
6 ꝙ res ponitur ad manus Curiæ de conſuet. † quæ-
*m* ro, an poſtea fiet recredentia *m* potius ius habentib. in poſſeſſorio. Dic ꝙ ſic de ſtylo, ſuper quo vide Arch. in c. non ſolùm, ſuper verbo, innouata, de app. in 6. & vide l. pen. de aq. quot. & æſt. & not. per Bart. in l. pe. §. 2. ff. de it. act. pri. ¶ Item in ma-

teria poſſeſſorij retinendę eſt vnus modus practi-
7 candi, ſc. caſus manutenentiæ. † Nam ſi quis dubitet ſe turbari in poſſeſſiõe ſua, impetrat manutenẽtiam à Rege, vel Seneſcal. & tunc Rex mandat, ꝙ vocatis euocandis, &c. in poſſeſſ. in qua repertus fuerit, manuteneatur, &c. & in ſignũ manutenentiæ arma Regis affigantur, &c. Et circa poſſeſſoria prædicta eſt aduertẽdum, quia in regno Franc. illa practicantur modis prædictis: non ſolùm in rebus ꝓphanis, verùm etiam in beneficialibus, ex antiqua conſuetudine Regni, quam
8 conſuetudinem dñs † noſter Papa Mart. de tempore meo, ad requeſtam Regis Franc. Caroli Septimi approbauit, & confirmauit ſtylum Curiæ Franc. & reſpectu cauſarum beneficialium: vt patet ſuprà, q. 1. & ibi inſeritur Bulla ipſius do. noſtri Papæ, quia alibi in hac patria Delph. vt credo, nõ habetur. Sed eam cepi in Archiuis Curię balliua-
9 tus Lugdunen. ¶ † Sed iuxta hæc quæro, an dicta Bulla confirmatoria dictæ conſuetudinis dicatur extendi ad hanc patriam Delph. Credo ꝙ ſic: per verba dictæ Bullę ſuorũ Regni Francię & Delph. Et ita etiam ſeruat hæc Curia Parlamenti Delph. quia hęc poſſeſſoria ſunt temporalia, & non ſpiritualia: vt plenè dixi ſuprà, q. 1. & q. 85. & q. 207. & ibi etiã in d. q. 1. tetigi de materia caſus nouitatis.

*a* ¶ Arreſtum. *Tenor arreſti & ſtatuti de nouis ſine caſu nouitatis & Sayſinis, per do. Ludouicum Francorum olim Regem editi. de caſu autem nouitatis & ſayſinæ tãgitur per commentatorem pragmaticæ ſanctionis, in decreto de cauſit. in §. neq; à grauamine, in quacunque inſtantia, in gl. in verſ. requiret. in verſ. ex prædictis.*

*b* ¶ Sayſit. *De iſto verſic. ſayſit. fit mentio in cap. clericis laicis. in §. nos igitur. extrà, de immunita. Eccleſia. libro 6.*

*c* ¶ Caſus nouitatis. *Legis ferè, vti poſſidetis, vt exponit formaliter do. Io. Fabr. in præ. §. retinendæ. in pr. & ibi facit ſpecificam mentionem de caſu nouitatis. & in 12. col. in verſ. quid ergo.*

*d* ¶ Circa tertium. *Author præterit ſecundum, in quo tractatur, contra quem datur interdictum, Vti poſſidetis. fortè ideò præteriit, quia non tangitur ibi, quod concernit ſingulariter ſtylum Curiæ Franciæ, in quo ad caſus nouitatis, quæ eſt materia præſentis ſpeculationis.*

*e* ¶ Dicit Ioan. Fab. *In 5. col. in §. ſuper quarto. in ver. quid ſi quis.*

*f* ¶ Teipſum excluderes. *Alleg. ff. de vi & vi arm. l. ſi metu rerum.*

*g* ¶ Stylus Franciæ. *Voluit dicere Canoniſtarum.*

*h* ¶ Dicit. *Innoc. 8. col. in §. circa quintum. in verſ. iura Canonica.*

*i* ¶ Dicit. *In 9. col. in ver. idẽ videtur. ibi, qd ergo, &c.*

*k* ¶ Spec. in tit. de petit. & poſſeſſ. *In 2. parte. in §. 1. in 9. col. circa prin. Et adde, quod egregiè proſequitur in materia huius quæſt. dom. Io. And. in fi. præ. §. in addit. quæ ad intellectum autem eius.*

*l* ¶ Vltimò dicit Io. Fab. *Nunc tranſit autho[illegible] ſeptimum, de quo dicit per do. Io. Fab. §. nũc quærendum. in 12. col. in verſ. quis ergo.*

*m* ¶ Recredentia. *De recredentia & eius effectu, vide in pra-*



*in pragmat. ſan. in decreto, de collationibus. in §. item ad dictas duas partes. in l. pacificè. quæ ponitur ſub verſ. poſſidebunt. & in decreto de cauſis. in §. neq; à grauamine in quacunq; inſtantia. in gl. not. regulam poſitam. in verſ. quæret. in verſ. ex prædictis non puto.*

## QVÆST. DLIII.

SVMMARIVM.

1 *Sententia condemnatoria, an abſolutoria debeat ſequi, ſi qualitas in actione vel accuſatione non fuerit probata.*

1 SI quis accuſetur alium percuſſiſſe cum † ſanguinis effuſione, & non probetur ſanguinis effuſio, an ſequi debeat ſententia abſolutoria. Hanc quæſtionem ponit Cyn. in l. 2. C. de prob. Et ibi videtur tenere, quòd nõ debeat ſequi condemnatio, ſed abſolutio: per l. denũciaſſe. §. quid tamen. ff. de adult. & l. prætor. §. dotem. ff. vi bon. rapt. Guliel. de Cun. hanc quæſtionem ponit in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui not. infa. qui videtur dicere, quòd poſſit ſequi condemnatio. argu. l. bouem. §. aliquod. ff. de ædil. edict. do. Bar. in d. §. quid tamẽ. Sic dicit: quòd aut illa qualitas, quæ nõ probatur, facit ceſſare actionem ſeu accuſationem propoſitam, tunc debet ſequi abſolutio: ita loquitur l. prætor. §. dotem. ff. vi bon. rapter. nam ſi homines non ſunt coadunati, vel non ſit factum in turba, non habet locum illa actio, aut illa qualitas non facit ceſſare actionem propoſitam. & tunc quandoq; alterat factum ſeu
*a* *a* crimen, quia facit illud eſſe aliud factum, tunc niſi qualitas probetur, non poteſt ſequi condemnatio, caſus eſt in d. §. quid tamen. Quandoq; non alterat factum, tunc ex eodem proceſſu poteſt ſequi cõdemnatio. Tamen hîc eſt aduertendum, ſecundum Bartolum, quia ſi effectus condemnationis eſt diuerſus, propter illam qualitatem debet detractio qualitatis fieri pendente iudicio, aliàs non poſſet ſequi condemnatio: vt d. §. quid tamen. Nec obſtat l. bouem. §. aliquando. quem allegat Gul. de Cun. quia ibi verba petitionis poſſunt aptari ad redhibitoriam, ſicut ad actionem quãto minoris. nam quod nihil eſt, minus eſt: vt ibi patet. dom. Ioan. de Graſſis, præceptor meus mouet hanc quæſtionẽ in d. l. 2. C. de prob.
*b* & poſt multa refert ibi, quòd Bald. *b* & Iacob. de Aret. dicunt, quòd de conſuetudine non attenditur ad illam qualitatem, & illa conſuetudo etiam ſeruatur in Curiis præſentis patriæ Delph. in quibus Iudices procedunt ad condemnationem reſpectu negocii principalis. licèt non probetur qualitas adiecta in denunciatione, vel accuſatione: ita vidi ſemper ſeruari in aſſyſiis, & in aliis Curiis Delphinalibus. ¶ De materia iſta, ſi qualitas adiecta in accuſatione, non probetur, debeat ſequi abſolutoria, plenè tractat Ang. de Are. in tractatu ſuo, de maleficiis, in glo. ſuper verbo, Comparent inquiſiti. & partim negat, & partim confitetur: vide Ioannem Ferrarij, in tit. forma inquiſitionis ſuper maleficiis, in gloſſ. ſuper verbo, hoc eſt, &c.

*a* ¶ Alterat factum ſeu crimen. *Et qualitas perſonæ, contra quam delinquitur, aggrauat culpam: vt not. Petrus de Anch. in c. 1. de cal. ſimiliter delinquentis: vt l. Presbyteri. C. de Epiſcop. & Cler. Et qualitas rei, in qua delinquitur, aggrauat pœnam, vt per eundem Petr. de Anch. in c. 1. de furt.*

*b* ¶ Bald. *In verſic. ex quibus allegationibus. vbi refert do. Iac. de Aret. concluſiſſe, & de facto conſuluiſſe ſiue per accuſationem, ſiue per inquiſitionẽ procedatur, in quæſtione propoſita abſolutionem ſequi debere, ſed ſubdit ipſe do. Baldus, quod communiter ſeruatur contrarium. & ratio, ſecundum eum, quia de conſuetudine accuſator non proponit vnam legem, ſed omnem legem, dum dicit: Peto ipſum puniri ſecundum formam iuris & ſtatutorũ. & talis libellus procedit de conſuetudine, pro qua alleg. gloſſam ordinariam in l. Senatus. ff. de accuſat. Et ideò dicit, quòd ſufficit alterum probari. & hoc verum, niſi qualitas vera remoueretur, & factum ſimplex à naturali eſſe. Pro cuius quidem intelligentia habenda, ac clara deciſione præſentis quæſtionis, vide omnino do. Salyc. in l. tutores. in verſ. expeditis. & in verſ. ampliando tamen materiam. C. ad leg. Iul. de vi publ. & pri.*

## QVÆST. DLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Humbertus, Delphinus, Viennenſis, inſtituit Conſilium Delphinale, ſuiſq; decretis & legib. ſanxit.*

2 *Humberti inſtitutum de Grationop. vniuerſitate, Doctoribus illuſtranda.*

IN Camera Computorum Delphinalium vidi
1 literas patentes, in quibus † apparet, qualiter Illuſtris Princeps dom. Humb. Delphinal. Viennenſ. die 1. menſis Auguſti, anno 1340. Et ſic antequam ipſe trãſtuliſſet præſentem patriam Delphin. in domum Regis Franciæ, fecit, ordinauit, & inſtituit conſilium ſuum, quod tunc voluit de cætero nuncupari conſilium Delph. & reſidere debere perpetuò in præſente ciuitate Grationopol. Cui conſilio conceſſit merum & miſtum imperium, & omnimodam iuriſdictionem in toto Delphinatu, in omnib. fidelibus & ſubditis eiuſdem. Voluitq; etiam ipſe dñs quondam Delphinus pro ſe & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus in d. Delphinatu, quòd dictum conſilium ſit maius ſuper omnes Iudices & Officiarios Del. & quòd ad ipſum conſilium tanquam ad maius & ſuperius recurſus habeatur. Et quòd eidem conſilio vt maiori ab omnibus, & in omnibus obediatur: & quòd recipiat dictum conſilium ſupplicationes quaſcunq;, & concedat literas iuſtitiæ, & puniat Officiales Del. & contra quoſcunque inquirat & puniat. Commiſſarioſq; & Officiales eligat & tranſmutet, caſtraq; & fortalitia Delph. cuſtodiri,

diri,muniri,reparari, & ædificari faciat, emanci-
pationes,Tutoresq; & Curatores decernat, de-
creta interponat,recognitiones & Terreria reci-
piat,& recipi faciat. Statuta,ordinationes & pro-
uiſiones pro bono iuſtitiæ ac ſtatu patrię,quoties
eidem videbitur,componat. Etq; poſſit etiam di-
ctum conſilium omnibus Officialibus & ſubditis
Delph. mandare & præcipere. Et inhibuit tunc
præfatus dñs Humbertus Delph. Cõſiliarijs dicti
ſui Conſilij,tunc præſentibus & futuris,ne patro-
cinia præſtent, neq; officio Aduocationis vtãtur
in Curiis temporalibus pręſentis patriæ. Niſi tan-
tummodò in Curiis ſpiritualibus,& in quęſtioni-
bus,& cauſis extra pręſentem patriam ventilatis.
Voluit tamen & conceſſit præfatis ſuis Conſilia-
riis, q; ipſi poſſunt arbitria & compromiſſa in ſe
a ſuſcipere,*a* vt etiam dixi ſuprà,q.69. multa alia ẽt
tũc ſtatuit,& ordinauit præfatus do. Humbertus
Delph,quæ hîc longũ eſſet enarrare. Notandum
tamen, q; ſecundum ibi enarrata dicto tempore
vigebat ſtudium in omni facultate in præſenti ci-
2 uitate Grationop. quoniam ibi ordinauit † & ſta-
tuit præfatus dñs Humbertus Delph. q; inter cæ-
teros Conſiliarios in d. conſilio ſint quatuor Dd.
in d. Vniuerſitate Grationop. actu legentes, vide-
licet duo in iure Ciuili,& duo in iure Canon. Sed
hodiernis temporibus poſtquam Illuſtriſſimus
Princeps,& dñs noſter dñs Ludouicus Rex Frã-
corum Caroli Septimi primogenitus Delph. Vi-
ennen. fecit in hac patria Delph. reſidẽtiam,ipſe
de anno dom.1453. mutauit nomen dicti Conſilii
in Parlam. Ita,q; hodie dictum Conſilium nun-
cupatur Parla. Delph. prout etiam de hoc ſcripſi
ſuprà,q.43. ¶ Et vltra authoritates & prærogati-
uas,vt ſuprà dudùm per d. Humbertum Delph.
eidem conſilio conceſſas, habet d. conſiliũ Del.
aliam prærogatiuam ex antiqua conſuetudine:
quia ab eorum ſententia tanq̃ à ſententiis præfe-
ctorum prætorio non appellatur,ſed ſupplicatur:
vt dixi ſuprà,q.50.& q.436. in vſ.45. quæro,&c.&
in d.q.50. etiam ſcripſi de alia prærogatiua dictæ
Curiæ Parla. videlicet, quia ſententiæ Domino-
rum dicti Parlam. mandantur executioni, non
obſtantibus ſupplicationibus,quę ab eorum ſen-
tentiis emittuntur,vt ibi plenius. ¶ An Domini
de Parlamen. poſſint ſibi acquirere in hac patria
Delph. vide quæ ſcripſi ſuprà,q.105. Quid de Iu-
dicibus inferioribus,an poſſint contrahere? Dic,
vt diſtinguit gloſſ. in l. ſi qui. C. ſi certum petat.
quam gloſſ. tenet & ibi recitat de verbo ad ver-
bum Iac. But. & facit bene,quod not. per Bart. in
l. præſidis. ff. ſi cer. pet. & l. nõ licet. ff. de contrah.
empt. & vend. ¶ An Domini de Parlam. debeant
eſſe exempti à contributione ſubſidiorum Del.
vide ſuprà, q.376. & de poteſtate & authoritate
Curiæ Parla. vide ſuprà,q.117.& q.198. ¶ De Ca-
mera Computorum Del. vide q̃ dixi ſuprà,q.453.

*a* ¶ In ſe ſuſcipere. *Licet Iudex ordin. in ſe arbitrium & compromiſſum ſuſcipere non poſſit: vt l. ſed & ſi in ſeruum. §. ſi quis Iudex. ff. de arb. poteſt tamen alter ex dominis Cõſiliariis ſuſcipere: vt hîc dicitur, quia ceſſant rationes prohibitionis, quas tãgit dom. Gofre. in ſumma tit. de arb. in §. item prohibetur compromitti in iud. eſt in verſ. & eſt triplex ratio, ex quo non compromittitur in conſilium, ſed in aliquos de conſilio. De iure autem Cano. poteſt compromitti in Iudicem ordinarium & delegatum. c. cum tempore. & c. innotuit. ſed arbitrator poteſt ordinarius etiam de iure Ciuili aſſumi, vt is iurgium dirimat amicabili compoſitione: vt in Auth. vt diff. iud. in §. ſi verò contigerit. coll.9. & ibi dom. Ang. ita tenet in prædic. §. ſi quis Iudex. d. Odofre. qui illum. §. tangit. in l. Pedius. & dom. Bart. & Bald. qui prædic. §. expedit. in tit. §. ſed ſi ita.*

## QVÆST. DLV.

SVMMARIVM.

1 *Corrumpens filiam nõdum viripotentem, qua pœna puniatur. & num.3.*

2 *Voluntas debet attendi in raptu virginum.*

VIdi dubitari in Camera Conſ.1461.& die 28.
menſis Ianuarij,ſi attentãs cognoſcere car-
1 naliter puellam ætatis,decẽ ann.& † ſic nondum
a viripotentem,*a* dicatur incidiſſe in crimẽ raptus
virginum,vt capite puniatur, & tunc dom. Ioan.
Baiulli Vtriuſque Iuris Doctor præſidens, dixit
quòd non: cùm non potuerit delictum perfici in
talem puellam,non viripotentem. Pro quo alleg.
l.1. in §. fi. in fi. ff. de variis & extraor. cogn. Et pro-
ut ipſe do. Io. Baiulli ibi retulit, ita fuit iudicatum
2 in Ebreduno,de tempore,quo ibi reſidebat. † A-
liqui tamen ex Dominis Parla. dixerunt fore pu-
niendum, ac ſi perfectum fuiſſet delictum, quia
in talibus attendi debet etiam voluntas cum ali-
quo actu extrinſeco,licet actus non perficiatur. l.
ſi quis non dicam rapere. de Epiſcop. & Cler. Sed
ego fui opin. d. Domini præſidentis: non tamen
per dict. l. quam alle. ſed per text. qui hoc clariùs
b probat in l. ſi quis. *b* §. qui nondum viripotentes.
ff. de pœ. & in l. ſi ſtuprum. ff. de iniur. quòd tales
non debent capite puniri. Sed humiliores in me-
tallum damnantur: honeſtiores verò in Inſulam
relegantur,vel in exilium mittuntur: vt in dict. §.
qui nondum viripotentes. & ita fuit concluſum.
3 ¶ † Sed vltra præmiſſa dicerem, quòd ſi talis pu-
c ella nondum viripotens raperetur, *c* quòd tunc
locum haberet pœna capitalis: per l. vnam. in
princip. C. de rapt. virg. Ibi, raptores virginum,
&c. quia tex. in dict. §. qui nondum viripotentes.
non videtur loqui in puella rapta, ſed tãtummo-
dò in puella corrupta abſq; raptu, & ita videren-
tur caſus diuerſi. Sed de hoc vltimo caſu tũc non
fuit actum inter dominos Parlam. ¶ Qualiter pu-
niatur raptor mulierum, vide quæ plenè dixi per
vnam diſtinctionem, in notabilibus meis, in §.
cùm quæritur, &c.

*a* ¶ Nondum viripotentem. *Talis de conſuetudine Regni ſuſpenditur: vt dicunt conſuetudinarij. Iacob. refert dom. Ioan. Fab. Inſt. de publ. iud. in §. item Lex Iul. in gl. hæc diſtin.*

*b* ¶ L. ſi qui. *Puta la 3. quæ exorditur, Si quis aliquid ex metallo.*

*c* ¶ Raperetur. *Et ſic eſt diſtinguendum, an talis puella ſponte ſtupretur, an per vim, quia primo caſu punitur pœna, de qua in §. quæ nondum viripotentes. hîc alleg. ſecundo verò capitali venit plectendus: vt in §. ſi autem per vim. Inſtit. de pu. iud. vbi autem virgo viripotens ſtupraretur, non per vim mitiori pœna, quàm primo caſu ſancitur, imponitur: vt in præalleg. §. item lex Iulia. & de hoc eſt gl.1. & ibid. Panor. in c. peruenit. de adul. & ſtup.*



## QVÆST. DLVI.

SVMMARIVM.

1 *Relictum pium an poſſit Epiſcopus in aliam piam cauſam conuertere.*

TEſtator quidam reliquit certas pecunias,vel
1 † alium ad certum actum pium, puta in ve-
ſtimentis pauperum. Epiſcopus vult expendere
in alios actus pios,vtpote in redemptione capti-
uorum,vel reparatione pontium. Vtrum poſſit?
Videtur,quòd ſic: quia iſta eſt pia cauſa ſicut alia.
Tu dic contra,quòd vbicunque eſt certa diſpoſi-
tio teſtatoris,reſpectu cauſæ,vel perſonę,vel loci,
nõ poteſt per Epiſcopum alterari: per l. ſi quis ad
declinãdam. in §. ſin autem in perſonam certam.
C. de Epi. & Cler. Et ità fuit iudicatũ,vt ibi refert
Iac. But. per d. §. ſin autem. licet quidam dixerint
contrarium. Et vide circa hoc,quod ponitur in l.
legatum. & ibi tex. & Bart. ff. de adm. rer. ad ciui.
pert. & Bar. in l. liberto. §. largiùs. ff. de annuis leg.
& ibi etiam tex. cum gl. & meliùs ponit Bart. in d.
l. legatum. Poſt hæc ſcripta reperi Ang. de Per. in
l. ſi teſtamentum. C. de teſta. qui dicit, quòd Papa
non poteſt per ſuas literas in alium vſum conuer-
tere de poteſtate ordinaria, niſi iuxtà cauſa ſub-
eſſet, puta, via vſus deputatus, non poteſt perfici,
vel non commodè. ff. de vſufr. leg. l. legatum. de
adm. rer. ad ciui. pert. l.1. & l. fin. de poteſtate verò
a abſoluta poteſt: *a* vt C. de prec. Imper. offe. l. quo-
ties. & ibi not. per Innoc. de conſtit. c. quæ in Ec-
cleſiarum. ita dicit ibi Ange. De materia piorum
relictorum, plenè tractat Io. Andr. in addit. Spec.
in tit. de inſtru. edit. Et ſcripſi etiam ſuprà, quæſt.
200. in fin. &c.

*a* ¶ Abſoluta poteſt. *Facit quod legitur & not. in c. propoſuit. de conceſſ. præb.*

## QVÆST. DLVII.

SVMMARIVM.

1 *Actio iniuriarum an competat mihi, ſi iniuria illata ſit meo ſeruitori aut Officiario.*

1 ALiquis verberat Procuratorem meum *a* vel
Officiarium meum, dum eſt in geſtione,&
1 dum eſt in executione officij. Nunquid † mihi
b competit actio iniuriarum? *b* Dic quòd ſic: quia i-
pſi repræſentant perſonam meã, quandiu gerunt
negotia mea, & meo nomine, vnde ſi quis verbe-
ret Iudicem vel Officialem alicuius ſuperioris,
dum eſt in executione officij, videtur eſſe illata
c iniuria ſuperiori, *c* cuius perſonam gerit in eo ſta-
tu. Secùs, ſi non eſſet in executione officij. arg. ff.
de offic. eius, cui mãdata eſt iuriſdictio. l. & ſi præ-
tor. Et facit ratio, qui iniuriam illatam militibus
iuxta latus Principum exiſtentibus, Princeps re-
putat ſuam. C. ad l. Iul. Maieſt. l. quiſquis. ſecun-
dum Pet. & Iac. de Ra. in l. addictos. C. de Epiſco.
aud. & tenet Cyn. in l. ſi non conuicij. C. de iniur.
¶ Et ex his ſumpta eſt practica in Regno Francię,
quòd verberantes ſeruientes regios, qui exercẽt
eorum officia, capite puniuntur, aut manus eius
amputatur propter iniuriam illatam Principi: in
hac autem patria Delph. pecuniariter puniũtur:
aut aliàs arbitrio iudicantis, ſecundum qualita-
tem perſonarum,& delicti exigentiam. ¶ Quali-
ter autem de iure facientes rebellionem Officia-
riis vel ſeruientibus, ſeu Curiæ puniuntur. Dic, vt
not. per Cyn. in d. l. ſi non conuicij. & per Bart. in
l. ſi quis. §. ſi quos. ff. de pœn. ¶ Sed iuxta hoc quę-
ro, an debeat ſtari relationi ſeruiẽtis, aſſerentis ſe
iniuriatum fuiſſe in exercitio ſui officij. Petr. Iac.
in tit. de conſt. pecu. libellus dicit, quòd non: per
l. ea quidem. C. de acc. Sed quòd ſolùm eſt eidem
credendum ſuper citatione, ex quadam conſue-
tudine: vt ibi dicit Pet. Iac. Sed in hac patria Del-
phin. creditur ſuper citatione ſeruienti Delphi.
non de conſuetudine, ſed virtute iuramenti per
eundem ſeruientem præſtiti præſidi patriæ, vide-
licet domino Gubernatori, aut venerabili Curiæ
Parlam. de faciendo veridicas relationes citatio-
num,& aliorum expletorum virtute d. ſui officij.
Si tamen ille, qui dicetur citatus, probare vellet
contrarium, ad hoc admitteretur. arg. C. de con-
trah. & commit. ſtipul. l. optimam. §. fin. Et fortè
per iuramentum admitteretur probatio in con-
trarium contra talem ſeruientem, inſpecta con-
ditione ſeruientis, & illius, qui dicitur citatus. Et
conſiderata qualitate negocij, vt dicit Pet. Iacob.
vbi ſuprà. Et de hoc etiam tetigi in tractatu meo,
de præſumption. in verſi. an debeat præſumi,&c.
Qualiter puniatur eripiens captiuatum à mani-
bus ſeruientis Delph. vide infrà q.579. ¶ De ma-
teria ſeruientis Delph. & qualiter ſibi credatur,
vide ſuprà,q.528.

*a* ¶ Procuratorem meum. *Adde, quod etiam impediens Procuratorem meum, dicitur mihi inferre iniuriam, vt dicit Bal. in l. oſſa. ff. de reliq. & ſum. fun.*

*b* ¶ Actio iniuriarum. *Facit ad hoc propoſitum, quod habetur in dote. Tholo. q.241.*

*c* ¶ Iniuria, ſuperiori cuius. *Iniuria facta Paſtori, intelligitur fieri domino, & eſt in argu. quòd quis admittatur ad accuſandum de iniur. facta famulo, vt per dominum Bal. in l. ſi quis homic. in fi. C. de acc. eſt verum, quando iniuria occaſione domini idem in eius contume-*

*liam facta fuit: vt per dominum Card. in Clem. 1. in 13.
not. de exceſ. præl. aliàs ſecùs poſſet in adiunctis ad accu-
ſandum criminaliter, vt determinat dom. Bar. in l. 1. in
§. idem ait. in fi. ff. de iniur. & etiã ad agendum de dolo
pro intereſſe ſuo, ſecundum dominum Innoc. in c. dile-
ctus. in gloſſ. ſua, in verbo, Ciuitatis. extrà, de appell. hoc
autem eſt notandum, quòd ſi colono, famulo, domeſtico,
Officiali, Procuratori, geſtori negociorum, & cæteris ta-
libus in ipſa geſtione ſeu rei commiſſione, vel executione
fuerit facta iniuria, in contumeliam domini ſeu autho-
ris, id eſt, eius, à quo habet authoritatem ſiue commiſſio-
nem negocij, Officij, ſeu rei exercendæ aut exequendæ,
facta fuiſſe videtur iuris inquam fictione propter re-
præſentationem perſonæ domini, ſeu authoris, ſeu ſupe-
rioris, per tales in eo ſtatu facta: vt elegan. ſentit dom.
Cyn. poſt do. Iac. de Ra. in l. ſi non conuicij. in 2. col. in 4.
C. de iniur. vbi formaliter tangit præſentem quæſt.*

ſuper quo vide not. per Doctor. in c. fin. extrà, de
cler. excom. miniſt. ¶ De materia irregularitatis,
plenè tractat Arch. in c. 1. de reg. iur. lib. 6.

a ¶ Irregularis. *Hoc autem notandum, quòd irregu-
laritas non extenditur, niſi ad caſus in iure comprehen-
ſos: vt ſentit dom. Innoc. in c. tanta. in gl. hîc videtur in
verſ. hæc autem interpretatio extrà, de exceſſio. prælat.
Et poſt eum dom. Arch. c. is, qui, glo. hoc manifeſtè, ex-
trà, de ſent. excom. lib. 6. & ibi dom. Petr. de Anchar.
in 1. not.*

b ¶ Efficitur irregularis. *Adde Speculat. de diſp. §. 4.
verſ. item not. quòd ſuſpenſus notanter dicetur ſuſpen-
ſus ab officiis, quia ſuſpenſus à benefic. celebrando non ef-
ficitur irregularis. Spec. vbi ſuprà. Et aduerte, quòd li-
cet irregularis ſuſpendatur ab officio: non tamen ſuſpen-
ditur à beneficio: vt not. do. Innoc. in c. niſi cum pridem.
extrà, de renunc.*

## QVÆST. DLVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Concubinarius notorius celebrans, num ſit ipſo iure irregularis, & priuandus beneficio. & num. 2.*

FVit dubitatum incidenter in quadam cauſa
1 beneficiali in materia † poſſeſſorij, vigore
pragmaticæ ſanctionis, in dicta Curia Parla. ver-
tente, An notorius concubinarius celebrans, ſit
a ipſo iure irregularis, *a* & priuãdus beneficio? Pro
cuius quæſiti reſponſione præmittendum eſt, ꝙ
Monachus, vel Preſbyter, tenens notoriè ſeu pu-
blicè concubinam ſeu focariam, eſt ipſo iure ſuſ-
penſus ab officio, & quò ad ſe, & quò ad alios, per
tex. in c. nullus. & c. prætor hoc autem. 30. diſt. &
c. veſtra. & c. tua. & c. fin. extrà, de cohab. Cler. &
mulierum. Et eſt ſuſpenſus ipſo iure ab officio,
per præmiſſa iura. & à beneficio, per ſententiam,
ſecundum Hoſt. in Summa. de cohab. Cleric. &
mul. §. quam pœnam. verſic. ſi verò ſit notorius.
Idem tenet Henr. Bohic. in c. ſi quiſquam. in 2.
ſua diſt. extrà, de coh. Cler. & mul. & Fran. de Za-
bar. But. & Pan. in c. veſtra. & c. fin. extrà, eod. tit.
Secundò præmittendum eſt, ꝙ ſuſpenſus ab offi-
cio, & quò ad alios, ſi celebret & ſe immiſceat in
b diuinis officiis, efficitur irregularis: *b* vt in c. 1. de
re iud. lib. 6. & in c. cum medicinalis. §. fi. de ſent.
excomm. lib. 6. & hoc idem tenet Innoc. Hoſt.
Ioan. And. Henr. Bohic. Fran. de Zab. But. & Pa-
nor. & communiter omnes Doct. in c. ſi celebret
ingenio. extrà, de cler. excom. min. Idem Innoc.
& Ioan. Andr. in c. 1. extrà, de cler. peregr. vbi di-
cunt, quòd ſuſpenſus ab officio propter crimen à
iure, vel iudice, ſi celebret, eſt irregularis. Idem
tenet Hoſt. in c. 1. de ſent. & re iud. lib. 6. & in d. c.
cum medicinalis. de ſen. excom. Idem tenet Gu-
liel. de Monte Laud. Fran. de Zabar. & Innoc. in
Cle. 1. de priuil. Ex quibus patet concluſio, quòd
notorius concubinarius celebrans incurrit ipſo
facto irregularitatem. Et ita fuit concluſum. Ex
quo ſequitur, quòd venit beneficio ſuo priuãdus.

## QVÆST. DLIX.

### SVMMARIVM.

1 *Monachi delinquentis punitio, ad quem pertineat.*

AD quem pertineat correctio & punitio Mo-
1 nachi delinquẽtis, † *a* An ad Abbatem vel ad
a Diœceſanum? Aliqui dixerunt, quòd ad Diœce-
ſanum, per tex. in c. de perſona, 11. q. 1. & ibi glo. &
in c. 1. 18. q. 2. & ibi glo. facit tex. in c. volentes. de
priuil. li. 6. vbi expreſsè delinquentes in loco non
exempto, puniuntur per Diœceſanum. facit tex.
in c. Monaſteria. 18. q. 2. vbi text. ad literam. Alij
dicunt, quòd pertinet ad Abbatem, qui mouen-
tur. Primò per tex. in c. ad noſtram. extrà, de ap-
pellat. & in c. ea quæ. extrà, de ſtat. mo. in prin. &
ibi gl. & Doct. vbi dicunt, quòd viſitatores Capi-
tuli generalis faciũt ſuos Monachos delinquen-
tes corrigi per eorum Abbates, iuxta Beati Bene-
dicti regulam, & Apoſtolica inſtituta. Facit text.
in c. reprehenſibilis. in fin. extrà, de app. & in cap.
cùm ab Eccleſiarum. & in c. quanto. & ibi gloſſ.
Doct. extrà, de offic. ordin. Facit tex. in c. monia-
les. extrà, de pur. Canon. vbi moniales de libidi-
ne monialium in ſuo c. puniunt eas. & facit text.
in c. ſuſcepimus. extrà, de homicidio. vbi Abbat.
conſulentes Papam, quid eſſent facturi de Mo-
nachis eorum, qui homicidium perpetrauerant:
committunt eis, vt ad eorum arbitrium puniant.
& ſi eſſent puniendi per Diœceſanos, mandaſſet
id fieri per Diœceſanos. arg. c. ad audientiam. ex-
trà, de decim. & ſic Abbates de grauioribus co-
gnoſcũt, ſicut ſunt homicidia. Facit ad hoc, quia
Monachi delinquentes debẽt corrigi per Abba-
tem, qui debet eos corrigere, iuxta Beati Benedi-
cti Regulam, & Apoſtolica inſtituta: vt in cap. ad
ea, quæ. extrà, de ſtatu Mon. Si ergo punit Abbas
ſecundum Regulam, quæ regula mandat eos pu-
niri pro grauioribus delictis, & delicto carnis: vt
in regula Beati Benedicti, in 25. & 28. c. Sed cùm
deficit regula, id eſt, quia pœna non habetur in
regu-



la certa, punit eos Abbas ſecundum Cano-
nica inſtituta, per d. c. ea, quæ. Excipitur tamen
caſus degradationis, quia ſi ageretur contra Mo-
nachũ de delicto, degradatione requirente, tunc
non ad Abbatem, ſed ad Diœceſanum pertinet,
ſiue ſit actualis, ſiue verbalis degradatio, quia in-
ferior Epiſcopo nõ poteſt de illo cognoſcere, de
quo in c. degradatio. de pœn. lib. 6. Concluſio ve-
ra in iſta materia, quam ſequitur poſt gl. 1. Innoc.
Hoſt. Ioan. And. Henr. Bohic. Ant. de Butr. in d.
c. quanto, de offic. ord. & Io. de Ligna in tractatu
ſuo, quem ipſe fecit de hac materia, ſcil. ad quem
pertineat correctio Monachi delinquẽtis, etiam
in loco non exempto, ſemoto quocunq; priuile-
gio, & conſuetudine, & exceptione, quia cùm ap-
pareat de illis exceptionibus, conſuetudine, vel
priuilegio, illa eſſent ſeruanda iuxta ipſorum for-
mam & tenorem. Quòd ad Abbatem pertinet
cognitio criminis ſui Monachi, cùm agitur cõtra
eum, in inquirendo vel denunciando. Et ita in-
telliguntur iura pro ſecunda opi. all. vbi verò age-
retur de crimine cõtra Monachum, directè eum
accuſando, & in forma contentioſa accuſando
eum directè, tũc pertinet ad Epiſcopum & Diœ-
ceſanum. & ita intelliguntur iura ſuprà primo lo-
co alleg. ratio, quia vt dicunt Inn. Hoſt. Hen. Bo-
hic. & Ant. de But. in d. c. quanto, in cauſis crimi-
nalibus, quę via accuſationis tractantur, tales ſpe-
ctant ad Epm vel Archiep. & non ad Abbat. quia
ipſe non poteſt tales cauſas tractare. 18. q. 3. c. Mo-
naſteria. Et pręmiſſa locum habent, etiam ſi Mo-
nachus committat delictum extra clauſtrum, vel
in alia Diœceſi, in qua nõ eſt ſitum ſuum Mona-
ſterium, quia Monachus vbicunq; ſit, ſemper eſt
ſub iuriſdictione Abbatis, c. ſtatuimus, 19. q. 3. Et
hoc optimè probat tex. in c. cum illorum, de ſen.
excom. vbi ſi duo Monachi diuerſorũ Monaſte-
riorum ſe ad inuicem percuſſerint, pertinebit ad
vtrũq; Abbatem abſolutio. & ita Abbati pertinet
cognitio ſui Monachi delinquentis extra ſuum
clauſtrum. Si tamen delictum Monachi eſſet no-
torium, quod vix eſſe põt, ſecũdum Ant. de Butr.
in d. c. quanto. extrà, de offi. ord. ſublato quocũq;
circuitu, ſtatim poteſt Eps talem Monachũ pu-
nire. Ita dicunt Hoſt. Io. And. & d. Ant. de But. in
d. §. quanto. allegant c. Romana. §. notoria, extr.
de cenſi. lib. 6. dicendum tamen eſt, ſecundũ eos,
ꝙ fiat monitio, ſed in delictis occultis antequam
Monachum delinquẽtem Epiſcopus puniat, ne-
b ceſſaria eſt monitio, *b* & ꝙ moneat Abbatem, vt
talem Monachũ in ſua Diœceſi puniat, alioquin
ſupplendo eius negligentiam puniet. ita dicunt
Doct. in d. c. quanto, &c.

a ¶ Ad quem pertineat punitio Monachi delin-
quentis. *Vide dom. Pan. plenè tractantem & attingen-
tem materiam huiuſce quæſtionis, in c. cùm contingat.
in 6. col. in verſ. & primò quæro. extrà, de for. compet.*

**Tu adde, quòd pro delicto ante ingreſſum cõmiſſo, Mo-
nachus non poteſt conueniri, ſecundũ Bar. in rep. Auth.
ingreſſi. coll. 7. ver. pro delicto. C. de ſacroſ. Eccl. Et quid
de Monachis vel Canonicis ſe percutientibus in clau-
ſtro, an ſint mittendi ad ſedem Apoſtolicam pro abſolu-
tione. Et quid ſi Monachus percutit Clericũ ſecularem,
an abſolutio refertur Papæ. Vide omnino Petr. de Anch.
in c. cum illorum. de ſent. excom.*

b ¶ Monitio. *Imò in notoriis cùm Abbates non corri-
gunt ſtatim, correctio ad Epiſcopum pertinet, vt dixit
d. Abbas, vbi ſuprà.*

## QVÆST DLX.

### SVMMARIVM.

1 *Dominus an poſſit dominium in alium transferre, irrequiſito vaſalli conſenſu.*

2 *Allodium quid ſit.*

DOminus Odofr. Epiſcopus Vapin. dñs non
ſolùm in ſpiritualibus, ſed etiam in tempo-
ralibus, ciuitatis Vap. & caſtrorum eidem ciuitati
ad cauſam dicti ſui Epiſcopatus adiacentium, du-
dum circa ducenti anni lapſi ſunt, recognouit d.
ciuitatem Vap. & caſtra p̃dicta eidem adiacentia
tenere de feudo Regis tunc Siciliæ, & ſucceſſorũ
in d. Regno, & Comitatu Forcalqueri. Et ipſum
Regem fecit dñm ſuperiorem & maiorem dictæ
ciuitatis, & membrorum eiuſdẽ, vt latiùs contine
tur in quodã inſtr̃to in Camera Cõputorum Del.
regiſtrato. Modò orta eſt quæſtio de præſenti in-
ter d. Regem, & ciues dictæ ciuitatis Vap. ꝓ qua-
dam talia, quã ipſe rex eiſdem ciuibus imponere
nititur contra ipſorum ciuium voluntatem, vt ſu-
1 prà, q. 551. tetigi. † Modò quæritur, ſi dictus Eps d.
homagium facere potuerit dicto Regi, ſine volũ-
tate dictorum ciuium Vapin. & aliorum in dictis
caſtris Epiſcopatus habitãtium. Et iſtud erat pri-
mum dubium, de quo tãgere debuiſſem in d. illa
q. ſuprà, 551. vbi plenè de hac materia ſcripſi. Sed
iſtud obliuione ibi omiſi tractare. Pro deciſione
tamen huius dubij, arguendo ad partes, videtur
a primò, ꝙ non potuerit *a* d. Odofr. Eps Vapin. d.
homagium recognoſcere d. Regi, ſine volũtate,
b *b* & conſenſu dictorum ciuium & habitantium in
dictis ciuitatibus & caſtris; per tex. in feu. de pro-
hib. feu. al. per Fed. in §. præterea ducatus. in fi. &
hanc partem tenet Bal. in c. generali, ſi de feu. de-
funct. controuer. fuer. Et diſputauit magis latè in
procemio feudorum. in ỽ. ſed expedita diffinitio-
ne feudorum, &c. hanc opi. etiam ſequitur Hoſt.
in c. dilecti filij, extrà, de maio. & obed. & ibi Inn.
Ideò Conſtantinus Imperator, quando donauit
Romam Beato Sylueſtro Papæ, fecit cum cõſen-
ſu populi Romani, vt refert Bal. vbi ſuprà. In con-
trarium videtur per ea, quæ dicit glo. in d. §. præ-
terea Ducatus. vbi dicit, quòd licet dominus feu-
di, non poſſit in alium transferre, hoc verum, in
minorem, ſed bene poteſt in maiorem, vt nõ. ipſe
c Bal. in c. 1. *c* in fi. qui feudum dare poſſunt. Sed di-
ctus Rex eſt maior Epiſcopo, igitur, &c. Præterea
de conſuetudine generali præſentis patriæ Del.
& patriarum circunuicinarum Principes infeu-
Gg dant,

dant,& in alios transferũt, etiam in minores eo-
rum villas & caſtra,ſine conſenſu habitantium in
eiſdem villis & caſtris. ad idem faciunt Barones,
prout videmus in prædeceſſoribus d.Chandiaci,
qui infeudauerunt dudum Parochiam Thoſſiaci
prædeceſſoribus d.Ludouici de Poypia. Et ſimi-
liter caſtrum de Mions, quæ conſuetudo in ma-
d teria feudali obtinet principatum,*d* vt not.plenè
Iac.in ti.ſuper iuriſdictione libellus. ibi,Item po-
nit,ꝙ Mæuius,&c. Præterea,hîc circa materiam
illorum de Vap. eſt aduertendum, quia ipſe Rex
prætendit & paratum ſe offert iuſtificare, quia d.
ciues Vap.cõſueuerunt recurrere in eorum cau-
ſis ad ipſum Regem,& ad eius Curiam habere re-
curſum,tanquam ad ſuperiorem. Ex quo poteſt
concludi,quòd ipſi homines & ciues Vap.ratifi-
cauerũt ſaltem tacitè dictam ſuperioritatem, per
d.do.Odonem Epiſcopum eidem Regi dudum
recognitam.imò plus vidi ego Guido, ꝙ de anno
do.1455. de menſe Iulij,dum ego eſſem in d.ciui-
tate Vapin.nuncius ibi miſſus vocatus Honoſel,
per do.noſtrum Lud. Del.Vien. dicti ciues Vap.
num.150.aſſociabant banneriam d.Regis Sicilię,
quàm deferri faciebant per ciuitatem Vapin.ad
impediendum ea, quæ ibi facere intendebamus
mandato dicti do. noſtri Del. aſſerentes ipſi ho-
mines Vap.ſe eſſe homines & ſubditos d. Regis,
& non præfati do.noſtri Delph.ita ꝙ per hęc ipſe
Rex Sicilię eſt in poſſeſſione ſuperioritatis & ma-
ioris dominij d.ciuitatis Vap.Ex quibus propter-
ea reſtat vera concluſio, ꝙ dicti ciues Vapin. non
poſſunt vti Saluagardia Delphinali contra ipſum
Regem,cauſis declaratis ſuprà,q. 551. & ibi plenè
vide quæ dixi. ¶ Aduertendum eſt circa hoc ad
vnum,de quo conſtat in Camera Computorum
Delph.quia Papa ſeu Commiſſarius ab eo depu-
tatus dictam homagij præſtationem dicto Regi
factam ratificauit & approbauit. Et plures alij E-
piſcopi poſt d.Epiſcopum Odofr. dictum homa-
gium dicto Regi præſtiterunt.Et in ſignum ſupe-
rioritatis & maioris dominij, in qualibet mutati-
one Epiſcopi officiorũ dicti Regis conſueuerunt
banneriam dicti Regis in ſummitate Turris,do-
mus Epiſcopalis ipſius ciuitatis Vap.apponere,&
erigere.vbi ſtare conſueuit per multos dies, in ſi-
gnum dominij & ſuperioritatis iuris, ſecundum
formam dicti homagij, abſque eo, quòd ciues in
aliquo contradixerint, tanti temporis ſpacio, ꝙ
de contrario memoria hominis nõ exiſtit publi-
cè & notoriè. ¶ Iuxta hanc materiam quęro,quid
2 ſit,& quid dicatur allodium? † Dic,quòd eſt illud,
quod eſt alicuius propriũ, & à nemine recogno-
e ſcitur,niſi à Deo,vt in c.1.§.ad hoc qui. *e* & §.ſeq.
de pa.iur.fir.in feudis.facit c.2.& 3.ſi de feu.con-
trouer.fuer.Et de allodio tangitur per gloſſ.ff.de
relig.& ſump. fun. l. at ſi quis.§.ſed interdum.Ita
ponit Bal.in d.§.ad hoc,&c.

*a* ¶ Quòd non potuerit. *Facit quod dicit dom. Bald. in c.1.in verſ.moribus.in fin.ſi de feud.fuer. controuer. inter dom.& agn.in vſib.feud.*

*b* ¶ Sine voluntate. *Vide de hac quæſt.per d. Felyn.in c.auditis.in 14.col. in verſi. in quantum dicit Innoc.de præſcr.*

*c* ¶ Bald.in c.1. *Caue,quia vel ibi de hoc per d.Bald.ſed tex.& ipſum opin.Bal.in §.ex eadem.in verſ.non ſi poteſt.de lege Corra.colla.10.& ibi d.Aluarotus,qui huius dicti aſſignat rationem duplicem. Primò,quia vaſallus eſt magis tutus ſub magno domino, quàm ſub paruo. Tum,quia ſi daretur interiori,mutaretur eius conditio, cùm teneretur iurare fidelitatem minus nobili. Et iſtud intellige verum, quando feudum alienaretur ſine Curia,ſecùs autem,ſi totum feudum alienaretur cum omni iuriſdictione Curiæ,quo quidem caſu poteſt transferri etiam in ruſticum, & inferiorem dominum, vt legitur & not.per d.Bal.& Aluar.vbi ſuprà.*

*d* ¶ Obtinet principatum. *Adde d.Bald.in prædicto §.ex eadem.in verſ.non ibi,ſed per conſuetudinem.*

*e* ¶ §.Ad hoc qui. *Aduerte,quia quidam habent ſuper hoc §.vnam rubricam inſcriptam de allodiis,ſed malè, quia ille §.eſt pars legis.& tit.de pa.iur.firm.ita ibi dicit d.Aluaro. Et caue, quoniam tex.ibi non dicit,declarando quid ſit allodium,ſed d.Bald.in pr.præalleg.§.ad hoc dicit formaliter, vt hîc dicitur. & idem dicit d.Aluar.in c.2.hîc alleg.in ver.ibi allodium.*

## QVÆST DLXI.

SVMMARIVM.

1 *Pauperi non habenti vnde cauſam tueatur, Iudex debet ſumptus decernere.*

SI quis contra me litigat de ſua hæreditate,
1 † quam poſſideo,vel omnibus de bonis, & nõ
habeat vnde litigare,Iudex ſibi debet contra me
prouidere,vt ſibi præſtem ſumptus litis & alimo-
niæ,per text.in l.fin.in §.quod ſi ei,qui. ibi. Ita ex
eiſdem,vt ibi,ſi aliqua facultas eſſe non poterit,
tamen litis ſumptus & alimoniæ hominis,&c. C.
de ord.cogn.Et ita tenet Ang.de Per.in l.vix cer-
tis.ff.de iud.& alleg.tex.in cap.ex parte. extrà,de
accuſ.Idem tenet d.Iac.de Puteo.in l.Inſulam.§.
fructus.ff.ſolu.matr.Et ita pluries vidi in d.Curia
2 Parlamenti fieri & obſeruari. ¶ † Idem etiam vidi
obſeruari in paupere ſeu miſerabili, qui nõ habet
vnde litigare,ꝙ ſibi per dictã Curiam Parlamen-
ti prouideretur de Aduocato & Procuratore,qui
faciet gratis,& pro Deo fieri, aliàs hoc fieri face-
re deberent Domini de Parlamento,vel quilibet
alius Iudex inferior, de ſuo proprio,vt in Authẽ.
de mandatis principum.§.ſi tibi.collatio.3.Et ni-
ſi Aduocatus facto ſibi pręcepto per Curiam prę-
ſtet patrocinium,debet repelli ab Aduocatione
dictæ Curiæ,niſi ſe excuſet cauſa rationabili. 3.q.
7.cap. tria. Pro quo videtur caſus in l. nec quil-
quam.§.Aduocatos.ff.de officio procon.& lega-
ti.vbi Iudex vltrò debet prouidere de Aduocato
pupillis,viduis,& miſerabilibus perſonis,non po-
teſt intelligi ſumptib. debilis,ſeu miſerabilis per-
ſonæ,quia nihil,vel parum habet. ergo debet in-
telligi gratis vel ſumptibus dom. Iudicis, in cuius
Curia litigatur,ad hoc,ne inſtantia depereat.arg.
d.§.ſi tibi.faciunt pro hoc not.per Io.And. in c.ſi
hi qui.extrà,de teſtib.Et alibi dicit text.quòd de-
a bet fieri de publico. *a* in l.lege Cornel.ff.ad Sill.
Et ex his poteſt dici ſumpta fuiſſe practica, quæ
obſeruatur in hac Curia Parlamenti Delph. quia
in cauſis miſerabilium perſonarũ, quæ cauſa pie-
tatis à Curiis inferioribus aduocantur,mandatur
firmariis talium Curiarum, ꝙ tranſmittant acta
abſq; queſtu, de quo, vt plurimum cõqueruntur
firmarij dictarum Curiarum inferiorum:ſed ma-
lè,quia nulla ex hoc eis fit iniuſtitia, per ſuprà al-
leg.& vide ſuper hoc c.ex parte.extrà,de accuſa.
& Spec.in tit.de inquiſitione.§.vltimo not.in pr.
& gl.in l.ſi inſtantia.§.de inoff.ff.de inoffic. teſta.

*a* ¶ Debet fieri de publico. *Iſtud enim rationabilius videtur, ne labor ſine mercede fiat Aduocato, eripiatur ergo ærario fiſci: vt detur Aduocato, ne quis mercede condigna defraudetur. & hoc verum exiſtimarem,niſi Aduocatus ſalarium de publico percipiat,per ea,quæ habentur collat.6.in Auth.de iud.§. ne autem. & ibi gl.1.*

## QVÆST. DLXII.

SVMMARIVM.

1 *Officialis an poſſit laicum punire pro iniuria illata Clerico, diſting.num.2.& 3.*
4 *Iudex Eccleſiaſticus, an poſſit cognoſcere de cauſa feudali contra Clericum.*
5 *Iudex ſecularis in tribus caſibus habet poteſtatem in Clerico.*
6 *Fideiuſſor datus per Clericum, an coram Iudice ſeculari poſſit conueniri.*

1 VTrum Officialis † Grationop. poſſit punire
laicum pro iniuria facta Clerico, videtur ꝙ
non.arg.in l.4.C.de offic.præf.præt.& quia actor
debet ſequi forum rei. In contrarium videtur,ꝙ
imò poſſit eum punire.*a* per gl.C.de Epiſ. & Cle.
in Auth.item nulla communitas. in gl.ſuper ver-
bo,Ab Eccleſia.& facit pro hac parte.C.de offic.
præf.orientis. l. de honorario. & glo.ff.de ædil.e-
dict.l. iuſtiſſimè. quia magis dignum trahit ad ſe
minus dignum.extrà,de conſec.Eccle.c.quòd in
dubiis.& c.1.eod.tit.& de iure patron.c.1.lib.6.&
ibi gl.& tex.in c.ſi is,cui de Canonicatu.de præb.
libr.6.Facit etiam pro hac parte.l.ſi communem
fundum. ff. quemadmodum ſeruitus amittatur,
vbi ex perſona priuilegiata habetur priuilegium.
2 Quid dicendum? † Dic,quòd ſi Officialis præue-
niat Iudicem temporalem,poteſt laicum pro tali
iniuria punire,per dictam Authent. & facit C.de
Epiſc.& Cler.in Auth.cauſa, quæ fit cum Mona-
cho.& l.2.C.de off.pręfec.vrb.& ita determinari
vidi in Curia Parlamenti in præſentia do. Io.Ar-
diſſonis decretorum Doctoris Officialis Gratio-
nopolis,qui increpabatur per dominos de Parla.
ex eo,quòd volebat cognoſcere de quadam in-
queſta contra magiſtrum Paulum de Violardis,
medicum,laicum,de iniuria illata,vt dicebatur,
per dictum magiſtrum Paulũ, contra magiſtrum
Claudium Medicum, & Clericum. Sed fuit di-
ctum & concluſum, de ipſo caſu nõ poſſe cogno-
ſcere,attento,quòd ipſe fuerat præuẽtus per Cu-
riam communem Grationo. imò nec etiam ipſe
Officialis poterat cognoſcere, ſecundum pactio-
nes dudum initas inter dominum tunc Delphi-
num,& dominum tunc Epiſcopum Grationop.
3 vt plenè ſcripſi ſuprà,q.275. † Concluſio ergo eſt
iſta,quòd ſi Officialis pręueniat Iudicem tempo-
ralem,poteſt de tali cauſa cognoſcere.Si verò Iu-
dex temporalis præuenerit,ipſe de ea cognoſcet,
per ea etiam,quæ dicit Gul. de Monte Lauduno
in Cle.1.de cenſib.ibi facit ad quæſt.&c.ita ſerua-
b tur. ¶ Et de hac materia præuẽtionis,*b* plenè ſcri-
pſi ſuprà,q.202. ¶ Circa hoc tamen eſt aduerten-
dum,quòd ſi talis laicus impetret veniam à Re-
ge,vel à domino noſtro Delphin. pro tali delicto
commiſſo in perſonam Clerici, quòd Curia Par-
lamenti cognoſcet de interinatione talis gratiæ.
Et in terminis huius quæſt. de hoc anno curren-
te domini 1461.ventilatur proceſſus in manibus
Ioannis Gofredi Secretarij Delph. contra quoſ-
dam delatos de præſenti incarceratos carceribus
portæ trione,qui atrociter verberauerunt,& vul-
nerauerunt curatum de Paſqueriis mandamenti
4 cluſæ. ¶ † An Iudex Eccleſiaſticus poſſit cogno-
ſcere de cauſa feudali cõtra Clericum? Vide quæ
dixi ſuprà,q.139. Item ad quem pertineat cogni-
c tio periurij,*c* an ad Iudicem eccleſiaſticum,an ſe-
cularem,vide quæ ſcripſi ſuprà, q.178. & in 4.20.
& 9.Conſil.meorum. Quis debeat facere inuen-
tarium de bonis preſbyteri defuncti, an Iudex la-
icus,vel Eccleſiaſticus? vide quæ plenè dixi ſuprà,
5 q.261. ¶ † Iudex ſecularis in tribus caſibus habet
poteſtatem in Clerico, & in bonis ſuis ſpirituali-
bus,quos ponit gl.in c.tua.lib. 1. de decimis. ¶ V-
6 trum fideiuſſor † per Clericum datus, coram Iu-
dice ſeculari poſſit cõueniri? Dic quòd ſic,ſecun-
dum Spec.de compet.iudic.aditione.§.1.ver.ſed
pone Clericus. ¶ An Clericus ſortiatur forum in
actione reali? vide ſuprà,q.77.

*a* ¶ Imò poſſit eum punire. *Adde, quod dicit dom. Innoc.in c.cùm ſit generale.in gl.ſua.in verſi.ſacrilegij. extrà,de for.compet.*

*b* ¶ De materia præuentionis. *Vide iſtum,conſil.30. incip.quòd nobilis,& potens.numero 1.pro ratione præuentionis.*

*c* ¶ Cognitio periurij. *Vide de hoc quæſito per iſtum, conſ.29.incip.ille incarceratus,num.3.verſ.item etiam dictus.vbi alleg.& ſe remittit ad no.conſil.89.in primo dubio.*

## QVÆST. DLXIII.

SVMMARIVM.

1 *Monachus,an poſſit eſſe Officialis ſeu Iudex,diſting. num.2.*
3 *Monachus clauſtralis,an poſſit eſſe Aduocatus,Procurator, Arbiter, vel Defenſor.*

4 *Monacho clauſtrali poßintne cauſæ delegari.*
5 *Conuerſi an poßint eſſe teſtes in teſtamento.*

AN Monachus poſſit eſſe Officialis, ſeu Iudex?
1 †Et videtur, quòd non: quia pro mortuo habetur, per l. Deo nobis. in §. hoc etiam cõgruum. C. de Epiſc. & Cler. iuncta l. iudicium ſoluitur. ff. de iud. In contrarium videtur, 16. q. 1. c. qui verè.
2 Quid † dicendũ? Dic, quòd aut loquimur in ſimplici Monacho & clauſtrali, aut in Monacho habẽte adminiſtrationem. Primo caſu dic, quòd non poteſt eſſe Officialis ſine ſuperioris ſui Abbatis vel Epiſcopi, cui immediatè ſubeſt licentia, vt tenet gl. ord. in c. præſentium. 15. q. 1. & c. Monachi. eadem quæſt. & cauſa. & not. per Io. Andr. in Cle. 2. extrà, de reſcript. & ibi tetigi gl. Secũdo caſu, credo ꝙ poſſint eſſe Iudices, & Officiales, & ratio, quia cum eis concedatur adminiſtratio, & ſic per conſequens conuerſatio, & frequentatio cum hominibus laicis & aliis, & in cauſis ſecularibus, multò magis iudicare in cauſis ſpiritualib⁹, & laicis præſidere. Nam cùm eis permittatur id,
a quod minus, a multò fortiùs id quod maius. Item ratio d. c. qui verè. tunc ceſſat. Et per conſequens dictum c. ceſſare debet. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr. & l. generaliter. C. de Epiſc. & Cler. & ita vidi ſeruari in Curiis Officialatus Viennæ & Lugd. de vno Monacho Priore, qui fuit Officialis Viennæ, & poſtea Lugd. ¶Sed pone, quòd ab omnibus creditur, ipſum poſſe eſſe Officialem: vt quia credunt, talem Monachum clauſtralem habere licentiam ab Abbate vel Epiſcopo, vel aliàs credunt, ipſum poſſe eſſe Officialem, An ſententiæ ab eo prolatæ, valebunt? Credo ꝙ ſic, propter publicam vtilitatem & cõmunem errorem
b gentium, de quo videtur caſus in l. Barbarius. b ff. de offic. præt. facit l. ſi arbiter. C. de ſent. & interl. omn. iud. & quod not. in l. ſeruus ea lege. ff. de teſta. & not. per Dyn. in c. 1. in 7. q. extrà, de reg. iur.
3 lib. 6. & ita vidi tales ſententias tolerari. ¶Sed an † talis Monachus clauſtralis poſſit eſſe Aduocatus, Procurator, arbiter, vel defenſor? Dic, ꝙ non,
c niſi de ſuperioris licentia: c vt not. in d. c. præſentium. & vide quæ dixi in 95. Conſiliorũ meorum.
4 ¶†Sed nunquid tali Monacho poterunt cauſæ delegari? Dic, vt not. per gl. in c. cum olim. extrà, de priuil. in antiquis. & per Spec. in tit. de offi. deleg. §. excipitur. verſ. nũquid Monacho, &c. ¶An religioſi poſſint eſſe teſtes in teſtamẽtis: vide quæ plenè ſcripſi ſuprà, q. 517. ¶Quid de conuerſis,
5 †an poſſint eſſe teſtes in teſtamẽto? Credo quòd ſic: cùm non ſint religioſi, ſed poſſunt contrahere matrimonium, & habere proprium: vt dicit Bar. in Auth. ingreſſi. ibi, expeditus de contrariis. C. de ſacroſan. Eccleſ. ¶ De Monacho, etiam tetigi ſuprà, q. 559.

a ¶Permittatur id, quod minus, &c. *Conuerte iſtud per regulam, cuilibet. in 6.*

b ¶In l. Barb. *Et vide quod ibi dicunt do. Bart. & Bal.*

c ¶Niſi de ſuperioris licẽtia. *Et adde ſcilicet, in Monaſterij expoſcente vtilitate: vt dicit do. Goffre. in Sum. de poſtul. in §. repelluntur ab aduocatione. in verſ. Monachi autem & alleg. c. 2. eod. tit. & c. ſi magnopere. & c. ſuper ſpe. ne Cler. vel Monach. & c. alia. & cap. placuit. 16. q. 1. c. 1. 16. quæſt. 2.*

## QVÆST. DLXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an poßit ſcribere acta, vt ei credatur, diſting. num. 2.*
2 *Cauſæ breuiores quæ dicantur. Et quando dicatur agi de paruo, vel magno.*

1 VTrum Iudex, vt Notarius, † poſſit ſcribere acta, quæ fiũt coram ſe, vt ipſe ſit Iudex & No-
a tarius. a tex. cum gl. in l. iubemus. in §. ſanè. fin. C. de ſacroſan. Eccl. videtur velle, quòd ſic. Contrarium tenet Innoc. in c. cùm à nobis. extrà, de teſti. quod probatur in c. quoniam. contra falſam.
2 extrà, de prob. glo. dicit, † quòd quædam fiunt à Iudice, nõ in forma iudiciali, vt puta, facit aliquas literas teſtimoniales, tunc ipſemet poteſt ſcribere: vt l. diuus. ff. de offic. præſid. Si verò ſunt alia acta, quæ fiunt in forma iudicij, non poſſunt ſcribi ab ipſo Iudice. l. ne in arbitris. ff. de arbitr. & d. c. quoniam contra falſam. Non obſt. d. l. iubemus. in §. ſanè. ſi quia in his, quæ ſunt de iuriſdictione voluntaria, ipſemet Iudex poteſt ſcribere: vt d. l. iubemus. ſecùs autem in his, quæ ſunt contentioſæ iuriſdictionis. Et ita ſeruatur in Curiis præſentis patriæ Delphin. Et prædicta intelligo vera, niſi in cauſis breuioribus, quia poſſunt agitari ſine ſcriptis: vt in Authen. niſi breuiores. C. de ſen. ex breui recitandis. Cùm enim ipſi Iudici credatur,
b vt ibi per Bar. debet ergo & eius ſcripturæ b credi. Et ita vidi ſeruari in talibus minimis cauſis. Et vide circa præmiſſa, quæ plenè dicit Bart. in d. l. iubemus. & pleniùs, & clariùs in l. ſi ſeruus communis. ff. de ſtipulat. ſeruorum. & not. quia alibi non reperies hanc materiam tractari per Barto. niſi in dictis duabus ll. iubemus. & ſi ſeruus communis.
3 †Sed iuxta hoc quæro, quæ dicantur breuiores, vel quando dicetur agi de paruo vel de magno.
c Dic, quòd remittitur arbitrio Iudicis: c vt not. in d. Authen. niſi breuiores. & per Bar. in l. 1. ibi. Sed quæro, quæ dicatur quantitas parua, vel magna. C. qui dari tut. poſſ.

a ¶Iudex & Notarius. *Poteſt quis eſſe in eadem cauſa, vbi exercetur iuriſdictio voluntaria: vbi verò contentioſa, & tunc in leuibus cauſis, vt ſuprà in aliјs non leuibus ſecùs, vt per do. Bald. in l. iubemus. in §. ſanè. in verſ. quæro ergo. C. de ſacroſan. Eccl.*

b ¶Eius ſcripturæ. *Dominus Paul. de Caſt. in d. Auth. niſi breuiores. poſt opin. ſuam, per quam videtur tenere cum Bar. recitat etiam opin. Ang. qui dicit ſibi nũquam placuiſſe opin. Bartol. in hoc, quia hoc eſſet aperire viam multis fraudibus. vide in d. Authent. niſi breuiores. per ipſum Pau. de Caſt.*

c ¶Arbitrio Iudicis. *Adde do. Bar. col. 3. in Auth. de manda. prin. in §. ſit tibi quoq;. in vlt. not.*



## QVÆST. DLXV.

SVMMARIVM.

1 *Superuita an debeatur dote non ſoluta. vide & n. 5.*
2 *Donatio, in qua facta eſt mentio de patre, & patria poteſtate, intelligitur facta cõtẽplatione patris.*
3 *Statutum, quòd muliere moriente in matrimonio ſine liberis, maritus lucretur dimidiã partem dotis, & aliã tantùm partem teneatur reſtituere, an intelligatur in dote ſoluta, vel tantùm promiſſa.*
4 *Pacta de dote lucranda, & de donatione propter nuptias, debẽtne eſſe æqualia reſpectu quotæ.*

IN cõtractu matrimonij Io. Saunerij, filius Dreuoni Saunerij, ciuis præſentis ciuitatis Gratianop. & Franceſiæ filij Deſiderij Villaris, aliàs Rabata de Romanis, tunc vxor Io. Gofredi, Secretarij Delph. dictus Deſiderius pater filiæ poſt dotis conſtitutionem de ſumma octies centum florenorũ auri, donauit do. Io. Saunerij viro futuro pro ſuperuita centũ flo. auri. Et viceuerſa d. Dreuonus & Io. Saunerij pater & filius donauerunt d. Franceſiæ ſponſæ futuræ (licet abſenti) Notario pro ea ſtipulanti de ſuperuita, caſu quo ipſe Io. vir futurus decederet ante d. Franceſiam, videlicet ducentos flo. auri. Contingit, ꝙ d. Ioan. Saunerij poſt cõtractum dicti matrimonij deceſſit, ſuperſtite dicta Franceſia eius vxore. Modò de facto contingit, ꝙ de hoc anno currente domini 1461. de menſe Mart. dictæ partes ſe ſubmiſerunt ſummariæ cognitioni, & ordinationi Curiæ venerabilis Parl. ſuper dictis ducentis flor. pro ſuperuita d. Franceſiæ per d. Saunerij patrem & filium, vt præmittitur, donatis. Quia d. Dreuonus Saunerij, pater mariti, dicebat ſe ad ea non teneri, cùm d. Deſiderius Villaris pater d. Franceſiæ non ſol-
a uerit de dicta dote a dicto Dreuono Saunerij pa-
1 tri mariti, niſi centum flo. †Quæritur, quid iuris? Pro cuius quæſiti determinatione præmitto, ꝙ dicta donatio pro ſuperuita dictæ Franceſiæ per dictum Saunerij facta cenſeri debet donatio propter nuptias. ratio, quia in contractu matrimonij, & contemplatione ipſius matrimonij facta fuit dicta donatio, quanquam ſub nomine ſuperuitæ, quia illa verba, Pro ſuperuita, &c. groſſo modo inter contrahentes prolata, non habent operari aliudꝙ̃ donationem propter nuptias, de quibus nuptiis fiendis tunc inter ipſas partes agebatur. arg. ff. famil. erciſc. l. ſi filia. in princ. & faciunt ad hæc no. per Cyn. & Bal. in l. ſi cum ante. C. de do. ante nupt. nam ſenſus potiùs, ꝙ̃ verba contrahentium attendi debet: vt in d. l. ſi cum ante. Et pro hoc facit, quod dicit Barto. in l. cum aliquis. C. de
2 iure del. vbi dicit: † ꝙ ſi in donatione facta filio, fiat mentio de patre, & patria poteſtate, videtur donatio facta contemplatione patris. Ita dicit ibi Bar. & pleniùs ipſe Bart. in l. ſi filio. lo. 2. ff. de don. cau. mort. & in l. fi. C. de vſufr. Si ergo hîc fuit facta mentio de nuptiis, cenſeri debet fuiſſe facta propter nuptias. Nec alteratur d. donatio ex eo, ꝙ fuit collata in tempus mortis, ſi maritus moreretur ante dictam eius vxorem, quia d. Saunerij pater, & filius promiſerunt & iurauerunt geſta in d. contractu matrimonij attendere, & nunquam contra facere, dicere, vel venire. Pro quo l. vbi ita donatur. ff. de do. cau. mor. Et his ſic præſuppoſitis, venio ad negocium principale, Vtrum d. Dreuonus pater teneatur ſoluere d. Franceſiæ dictos 200. fl. pro ſuperuita in d. contractu matrimonij datos. Dubium facit, quia de d. dote 8. fl. non fuerunt ſoluti, niſi 100. fl. auri, & arguendo ad partes videtur. Prima, ꝙ d. donatio pro ſuperuita nõ debeatur, niſi pro rata dotis ſolutæ, per tex. in Auth. de non eligendo ſecundò nubentes. in §. pen. qui incipit: Illud quoque, collat. 1. & tranſumptiuè in Auth. ſed mulier, quæ nihil. C. de pac. conu. Et alibi dicit Cy. ꝙ ſi dos non ſoluatur marito, ꝙ ipſe non tenetur alere eius vxorem. in l. quod in vxorẽ. C. de neg. geſt. quia deceptis, & non decipientibus iura ſubueniunt, pro quo etiam allegat ibi Cy. d. §. illud quoq;. de non eligendo ſecũdò nubentes. In contrarium, ꝙ imò debeatur dicta donatio pro ſuperuita facta, facit, quod ponit d. Bar. de Sal. in l. ſi cõſtante. C. de do. ante nup. vbi quærit de quæſtione, ſtatuto cauetur, vt vxore præmoriente in matrimonio ſine liberis dimidiã dotis maritus reſtituere tantùm teneatur, & aliam
3 medietatem ſibi lucretur: †An dictum ſtatutum intelligatur in dote nõ ſoluta, vel ſolui promiſſa. Et ibi determinat, ꝙ etiam locum habet in dote non ſoluta, ſed tãtummodò promiſſa ſolui. Quia ex ſola ꝓmiſſione mulier dicitur dotem habere. alleg. l. cũ poſt. §. 1. ꝟ. ſi is. ff. de adm. tu. & C. de rei vx. ac. in §. accedit. quia Dare, & Promittere, ſunt paria. in l. fi. in fi. C. ad l. Fal. Et hæc eſt tutior pars, dicit ipſe Sal. Preterea, alia ratione, ꝙ debeatur d. donatio dictæ Franceſiæ, quia licet dicta dos non fuerit ſoluta: attamẽ fuit habita fides de ipſa dote, per d. Saunerij patrem & filium, propter promiſſiones, hypothecas, & fideiuſſiones per dictũ Deſiderium patrem Franceſiæ eiſdem Saunerij patri & filio datas, & præſtitas. Ideò haberi debet ac ſi tota dos ſoluta fuiſſet. arg. legum in ſimili. Inſt. de rer. diui. in §. ven. & in l. & vendidi. ff. de contrah. empt. & vend. cum pendente dilatione non dicatur in mora. l. eum, qui Calendis. ff. de verb. obl. & videtur hoc idem tenere Sal. in d. l. ſi conſtante. dum dicit, quòd ex promiſſione mulier dicitur dotem habere, reſpectu tamen huius effectus, vt lucretur d. donationem. Nec obſtat d. §. illud quoq;. in Auth. de non eligendo ſecundò nubentes. Quia ibi nunquam fuit habita fides de dote. & hoc videtur ibi velle gloſſ. ſuper verbo, Percipiat. dum dicit, reſpondeo. ibi, fuit parata dare, &c. Et de hoc etiam tetigi ſuprà, q. 430. Preterea d. Auth. ſi mulier, quæ nihil. C. de pact. con. hodie de conſuetudine non ſeruatur, vt ibi dicit

Ioan. Fabr. in ſuo Breuiario. Et non mirum. ſi in caſu d. Auth. conſuetudo deroget: quia ſimiliter
4 l. ex morte. C. eo. tit. vbi dicitur, † ꝙ pacta de dote lucranda, & de donatione propter nuptias, debēt eſſe æqualia reſpectu quotæ, hodie de conſuetudine non ſeruatur, vt ibi dicit gloſ. quod ſequitur Bart. Ad idem etiam in l. dos à patre profecta. C. ſol. matr. operatur cõſuetudo pro opinione Mar. contra opinionem Bul. quæ magis iure fulcitur. Idem etiam, Auth. generaliter. C. de Epiſc. & Cl. quæ loquitur de ſatiſdatione actoris, quę non ſeruatur de conſuetudine, vt dicit glo. Inſt. de ſatiſd. in §. ſed hodie. Quibus conſuetudinibus ſtari de-
b bet, *b* etiam ſi aliter non probarentur, propter authoritatem tãtorum Doctorū, qui de dictis con-
c ſuetudinib. atteſtantur. *c* ita notat Bar. in l. de quibus. ff. de legi. Et ſic remanet hæc quæſtio princi-
5 palis, pro vtraque parte dubia. ¶ Sed † ego Guido cum correctione dominorum meorum de Parl. credo affirmatiuam veriorem, & magis æquam, videlicet, ꝙ d. Frãceſia fuerit lucrata totã dictam donationem pro ſuperuita, vt præmittitur, ſibi factam, licet tota dos non fuerit ſoluta, cauſis & rationib. ſubſcriptis, quas elicio ex ſuprà alleg. Primò, quia maritus habuit fidem de dote: vt ſuprà dixi. Secundò, quia in inſtrumento d. contractus matrimonij Io. Saunerij, dicitur, ꝙ d. filia poſſit diſponere & ordinare de d. ſuperuita in vita & in morte. Quod facere nõ poſſet, niſi ipſi filiæ dicta ſuperuita ſolueretur, & ſic ex pacto expreſſo inter dictos cõtrahentes videtur derogatū d. Auth. ſed mulier. Tertiò, authoritate Sal. qua licet in aliis terminis videtur hanc q̄ſtionem mouere in d. l. ſi conſtante. C. de don. ante nup. tenet ſufficere dotem promiſſam, licet data ſeu ſoluta nõ fuerit: vt lucretur maritus medietatem dotis, iuxta formã dicti ſtatuti. Quartò, quia termini ſolutionis dictæ dotis, de qua hìc agitur, fuerunt adiecti per patrem filiæ de cõſenſu mariti, & filia abſente. Et ſic non potuerunt de iure nocere filiæ in retardatione lucri d. donationis de ſuperuita, iuxta regulã, Quod per me nõ ſtat, mihi imputari nõ debet. Quintò, quia vt dicit Io. Fabr. vbi ſuprà, hodie de conſuetudine nõ habet locū d. Auth. ſed q̄ nihil. C. de pact. conu. & iſta fuit & eſt opinio mea, quã credo iuri & ęquitati conſonã. ¶ Aliqui tñ ex dñis meis Parl. aliter in hac materia ſpeculãtes, voluerunt aliter dicere, diſtinguendo ſic: Aut termini ſolutionum dotis ſunt elapſi, aut nõ elapſi. Primo caſu, dixerunt non eſſe locum donationi propter nuptias, niſi fuerit ſoluta dos: per tex. in Auth. dos data. in fi. ibi aut ſi dilationes: dos verò non detur,
d & donatio prorſus denegatur. *d* C. de do. ante nu. quia hoc caſu debet imputari vxori, ſi terminis appoſita dos ſoluta non fuerit, vt ibi. Secundo caſu, ſi termini ſolutionum nõ fuerint effluxi, quòd debeatur donatio propter nuptias. Ratio, quia in dotis ſolutione fuerunt adiecti termini ſolutionum, per patrem filiæ, volente viro, & in abſentia filiæ, ideò cùm per eã non ſteterit quo minùs dos ſoluta fuerit, imò potiùs per virum, qui acceptauit dotem ſub illis terminis ſolutionum, non debet vxori imputari, iuxta d. regulã, Quod per me non ſtat, &c. Sed credo indiſtinctè verum, ꝙ ſiue termini ſolutionis dotis ſint lapſi, ſiue nõ, tempore mortis viri, ꝙ ſuperuita ſiue donatio propter nuptias vxoris debeatur, cum reſpectu huius effectus dos videatur vxori ſoluta, quando maritus habuit fidem de dote, & per alias rationes plenè per me ſuprà factas. hoc etiam probatur authoritate do. Ioan. Fab. qui in d. Auth. ſed mulier. quæ nihil dicit, ꝙ d. Auth. etiam non habet locum de iure, vbi dos fuit promiſſa ſolui per alium, quàm per vxorem. De hac materia vide ſuprà, q. 274.

a ¶ De dicta dote. *De hoc, ſcilicet an debeatur ſuperuita dote non ſoluta vel pacti illius, tantùm vide iſtum, conſ. 19. inc. ex caſu mihi tradito. in prin. & per totū tit.*

b ¶ Conſuetudinibus ſtari debet. *Hoc fortè intelligendum eſt, locumq́; ſibi vendicat in regionibus, vnde ſunt tales Doct. conſuetudinem atteſtantes, cùm illa ſit facti, & in facto conſiſtat. c. 1. de conſtitu. lib. 6. & vnaquæq; Prouincia in ſuo ſenſu abundat, vt alicubi inquit Apoſtolus.*

c ¶ Atteſtantur. *Iſtud enim videtur procedere, quandò talis conſuetudo applaudit iuri Communi. Nam licet gl. aut etiam plures Doctor. affirment aliquid affirmari de conſuetudine, in eorum lectura, tamen reprobatur illa conſuetudo, ſi eſt contra ius Commune: vt per d. Bald. in l. ſi is, qui. §. ſi antiphona. in ver. in gl. no. ibi. ff. de pig. & idem d. Bal. in l. conſentaneum. 5. col. in 5. oppoſ. in fi. C. quomodo & quando iud. Ita etiam tenet d. Alex. in l. poſt dotem. in 12. col. in ver. & iuxta hoc quæro. ff. ſolut. matr. Et iſtud videtur habere rationem, quia ſequeretur, quòd admitterentur teſtes non iurati. Item, quòd admitterentur teſtes per ſcripturam. & ſic concurrerent duo ſpecialia in eodem ſubiecto, contra l. 1. C. de iure dot. & ff. eo. tit. l. cum poſt diuortium. in §. in domum. & ibi gl. in ver. genere.*

d ¶ Denegetur. *Per iſtud verbum videtur nõ improbabilis iſta opin. ſi modo maritus in terminis dotis ſoluendæ præfixis dotē ipſam ſibi exolui popoſcerit. Et tunc mulieri debet imputari, pro quo facit, quod dicit d. Bal. in pr. al. Auth. dos data. in 2. col. in ver. ſed ſtatim quæro. ibi, niſi poſſit imputari mulieri, &c. C. de do. an. nup.*

## QVÆST. DLXVI.

SVMMARIVM.

1 *Perſonæ miſerabiles quæ dicantur.*

2 *Vidua, quæ dicatur.*

QVia ſecundum ſtatuta Delph. cauſę miſerabilium perſonarum debent in d. Cúria Par-
1 lamenti tractari: † Quæro quæ dicantur miſera-
a biles perſonæ. *a* Bart. in l. vna. C. quando imp. inter pup. & viduam. poſt Petr. Iacob. & Cyn. dicit, quòd arbitrio iudicis eſt relinquendum. argu. ff. de effra. l. 1. §. expilatores. & ponit Inn. in c. ſignificantibus. extrà, de off. deleg. Et ita ſeruat d. Curia Parlamenti. ¶ Sed quia in dictis ſtatutis Del. fit



2 fit mentio de cauſis viduarum, † Quæro, quæ di-
b catur vidua? *b* Dic, quòd intelligitur vidua, quæ nunquam habuit virum, vel quæ virum amiſerit: vt dicit Bar. in d. l. vnam.

a ¶ Miſerabiles perſonæ. *Dicuntur pupilli, viduæ & orphani, not. extrà, de for. comp. c. ex tenore. & de don. inter vir. & vxor. c. nuper. & in Spec. de reor. ver. item quòd conuentus. & de inſtr. ed. §. nūc verò aliqua. ver. & ſcias. 2. & hoc verū, ſi hi ſint inopes, ſecùs, ſi diuites: vt per Spec. in d. ver. ſcias. & d. Alex. 1. parte. conſ. 121. in vlt. col. in ver. 2. reſpõdeo. Deniq; miſerabiles perſonæ dicuntur ſenes, decrepiti, diuturno morbo fatigati, & omnes, quibus natura mouetur ad miſerandum, propter fortunæ iniuriam, etiam ſi diuites ſunt: vt no. per Az. in Sum. quando Imp. inter pup. in fi. Et no. quòd dormiens annumeratur miſerabili ſeu miſero, etiã ſi ſit Rex Francorum. d. Bal. in l. ea quidem. C. de teſta. mil.*

b ¶ Quæ dicatur vidua. *Et dic per Bal. poſt gl. in l. fin. C. ad l. Iul. de plag. & vide omnino, quæ poſui ſuprà in q. 371. in Appoſt. ad iſtum. in verſ. retinent.*

## QVÆST. DLXVII.

SVMMARIVM.

1 *Compenſatio an poſſit opponi contra ceſſionarium.*

2 *Ceſſione facta, ſi cedens agat contra debitorem, an ille poterit ei opponere, quòd fecerit ceſſionem debiti.*

1 AN compenſatio † poſſit opponi cõtra ceſſionarium? Dic, quòd ſic: quia compenſatio loco ſolutionis habetur. l. ſi conſtat. C. de comp. & ita etiam expreſsè tenet Pet. Iac. in tit̄. de rei ven. quę cõpetit ex ceſſione. ibi, ſi quæratur, &c. Idem tenet Bar. in l. Procurator ad exhibendum. §. fin. ff. rem rat. hab. Idem etiam dicit & tenet Io. Fab. in §. bonæ fidei. Inſt. de act. Idem tenet Spe. in tit. de Proc. §. fin. ſed nunquid. & Cyn. in l. eius. C. de comp. & Dy. in c. ſi quis in ius alterius. de reg. iur. lib. 6. Licet ipſe Dyn. videatur velle contrariū in d. §. in bonę fidei. in q. ſed quæro nunquid Prælato petenti pecuniam, &c. Et pro opinione Pet. Ia. Bar. Ioan. Fab. Spe. & ſequacium fuit determinatum de anno Dom. 1461. de menſe Mart. in viſione proceſſus Io. Durij. & Io. Maych. agentium. & Magiſtri Cathalini Chanterelli, Secretarij Delp. rei in Camera Conſilij. ¶ Quia ſuprà feci mentionem de ceſſione, quæro de alia q. circa materiã ceſſionis actionis. Pone, ꝙ facta ceſſione cedens
2 agit cõtra debitorem, vtrùm † debitor poſſit op-
a ponere iſtam exceptionem, *a* videlicet quòd ipſe ceſſionē debiti fecit, & ſic ceſſionarius haberet vtilem, quæ præfertur directæ, vide Bart. in l. facta. circa pri. ff. ad Treb. vbi mouet & determinat iſtã. q. ¶ De materia ceſſionis actionis vel perſonalis, vide plenè per Pet. Ia. in ti. de act. in rem, quæ cõpetit ex ceſſione. An ceſſionarius teneatur fidem facere de inſtrumēto ceſſionis ante lit. cont. vide Spe. in ti. de inſt. edi. §. nunc dicamus. ℣. ſed quis. & Archid. in cap. 1. de Procurator. lib. 6. Petr. Iacob. vbi ſuprà in verſicu. item poſt litis conteſtat. &c. videtur velle, quòd poſt litis conteſta. debeat fidem facere. Item Petr. Iacob. vbi ſuprà, in verſi. item notandum, &c. tenet, quòd in materia l. 3. C. de nouat. eſt neceſſe certiorare debitorem de ceſſione, licèt aliàs ſit certioratus. Circa hãc materiam ceſſionis eſt aduertendum, quòd in ceſſione iurium titu. venditionis requiritur, quòd interueniat precium, & quòd numeretur & tradatur: vt not. in l. per diuerſas. C. mandat. Nec ſufficit confeſſio de precio recepto: vt not. ibi gl. & Doctor. facit lex ab Anaſtaſio. eod. tit. not. etiam per don. in l. 2. C. ne liceat poten. vbi enim requiritur vera pretij enumeratio, & traditio, non ſufficit confeſſio. in l. fin. in verbo, Datæ, & ibi gloſſ. C. qui pot. in pign. hab. Sed circa hoc aduertendum, quia etiam hoc caſu ſufficit, quòd ſedens fidem habeat de precio. Et ſicut tradendo verum precium, valet ceſſio, eodem modo ſi cedens fidem habeat de precio. ita dicunt in d. l. ſi per diuerſas. Bald. Angel. & Salycet. De materia dictæ l. 3. C. de nouatio. vide quæ dixi ſuprà, quæſt. 530. ¶ An compenſatio poſſit opponi in cauſa appellatio. Spec. tenet, quòd ſic, in tit. de appellat. §. de offic. eius, ad quem appellatur. in verſic. ſed nunquid in cauſa appell.

a ¶ Opponere iſtam exceptionem. *Dic, quòd non in caſu, ſcilicet, quo ceſſio facta eſt ex cauſa, ex qua non intelligitur creditori ſatisfactum à debitore. & de hac quæſtione plenius videas per dom. Bal. in l. 1. in 5. col. in verſ. 5. quæritur. C. de act. & obl.*

## QVÆST. DLXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Nomen debitoris, an poſſit in cauſa iudicati capi. Et quid de conſuetudine Delphinali.*

1 DE iure, adhoc, ꝙ nomen debitoris † poſſit de pignore capi, in cauſam iudicati, & debitor debitoris actione perſonali conueniri, requi-
a runtur quatuor. *a* Primò, quòd debitor principalis non habeat alia bona, in quibus executio poſſit fieri, ita quòd non ſit ſoluendo. l. 2. & l. pen. C. quando fiſcus vel priuatus. Item, quòd debitor debitoris non opponat controuerſiam in debito, ſed confiteatur debitum in l. 3. C. eo. tit. Sed quicquid ſit de iure, de ſtylo d. Curiæ Parlamenti capiuntur de bonis debitoris mobilia vel immobilia, reditus, iura & actiones debitorum, indifferenter ad electionem creditorum. Et licèt ſtatuta dictæ Curiæ diſponant, quòd primò capiantur bona mobilia, ſi reperiantur: attamen hodie de ſtylo ipſius Curiæ Parlamenti introducto ab anno Domini 1450. citra capiuntur bona indifferenter ad electionem creditorum: vt dixi ſuprà, q. 281. ¶ An nomē debitoris poſſit iure hypothecæ capi non diſcuſſo principali debitore, vide quæ ſcripſi ſuprà, q. 432.

a ¶Requiruntur quatuor. *Si condemnatio debitoris
principali excuſſo, bonorum eiuſdem confeſſio debitoris
exigi debet, vel eius; quod pro confeſſione habetur, &
miſſio in quaſi poſſeſſione nominis debitoris. d.Bal. in l.
cauſa.in 2.oppoſ.& 3.q.C. quando fiſcus vel priu. debi-
toris ſui debitor.*

## QVÆST. DLXIX.

SVMMARIVM.

1 *Dominij tranſlatio, an poſſit impediri pacto.*
2 *Pactum, ſi apponatur in venditione aut reuendi-
tione alicuius rei, quòd ſi emptor alteri vendat,
venditor poſſit habere rem eo pretio, quo alteri
venditur, an non obſtante tali pacto dominium
tranſeat in emptorem.*
3 *Differre, & Detractare, æquiparantur.*
4 *Alienatio poſtmodum facta ab eo, qui iurauerat nõ
alienare, an valeat.*

PEr pactum poteſt prohiberi rei alienatio.l.ea
1 lege. C. de cond.ob cauſ. † Et hoc verum, ſi
alienans reſeruet ſibi aliquod ius reale in ipſa re:
vt l.ſi creditor.§.fi.ff.de diſtrac. pign.& ideò dico
ſecundum Bar.quòd vbi aliquis vẽderet aliquam
a rem hoc pacto, quod mihi remaneret obligatus.*a*
& facerem pactum, ꝙ non poſſit alienare, ꝙ im-
peditur alienatio, per d.§. fin.& iſte eſt vnus mo-
dus, per quem impeditur alienatio. Eſt etiam &
alius modus, per quẽ impeditur alienatio, quem
& ponit Dy.in l.qui abſenti.§.1.ff.de acq.poſſeſſ.
Alium & tertium modum ponit Odofr.vt refert
Cyn.in l.fi.C.de reb.alien. non al. videlicet, ꝙ in
pacto hæc ponantur, Promittis non alienare, & ſi
contingat, te ad aliquem actum alienationis de-
uenire, tunc res ipſa reuertatur ad me & in illum
caſum, conſtitutus te nomine meo poſſidere,
nũc in iſto caſu te incipiente alienare, dominium
ad me reuertitur. Ita dicit Cy. poſt Odofr. vbi ſu-
prà, & Bar. idem dicit in l.filiusfamiliàs. §. diui.ff.
de lega.1.Sed dicit, ꝙ non eſt neceſſe exprimere,
b *b* ſi ad aliquem actum alienationis, &c. quia dicit
ipſe Bar. ꝙ ſufficit, ſi dicat, Si alienabis. nam tunc
te incipiente alienare, dominium in me tranſit.
caſus eſt not. ſecundum eundem Bar. in l.cùm fi-
dei hæredis.cum l.ſeq.ff.de fideicommiſ.lib.Sed
ſi diceretur, Si alienaueris, ſecùs eſſet, quia cõfer-
tur in tempus alienationis perfectæ: vt l. Stichus
Seruus.ff.de manu.teſta. Ita dicit Bart. in d.§.di-
ui.Item ſi dicas, Si alienes, res reuertatur ad me,
quia hoc caſu nõ impeditur alienatio, quia vide-
tur purificari conditio, demum alienatione per-
fecta, & dominio iam in alium trãſlato, ideò non
poſſet ad me redire. Ita dicit Iac. de But. in d.l.ea
2 lege.ſuprà alleg. ¶ † Sed vidi dubitari *c* inter nos,
c in Camera Conſilij, ſi in venditione aut reuendi-
tione alicuius rei apponatur pactum, quòd ſi em-
ptor alteri vẽdat, venditor poſſit habere rem pro
eo pretio, quo alteri vendetur, an nõ obſtãte tali
d pacto tranſeat dominium *d* in emptorem? ego di-
xi, ꝙ hoc caſu non tranſit dominium in empto-
rem, ſed ꝙ principalis vẽditor debet gaudere tali
pacto, & rem habere pro eo pretio, per ea, quę di-
xit Bar.in d.§. diui. quæ ſuprà recitaui. Secùs ſi in
tali pacto diceretur, ſi alteri vendiderit, &c. quia
hoc caſu conferretur in tempus venditionis per-
fectæ, & non impediretur dominij tranſlatio: per
d.l.Stichus.ff.de ma.teſt.ſecundũ Bar. Niſi prin-
cipalis, videlicet, primus venditor, retineret ſibi
e aliquod ius reale, *e* videlicet, ꝙ res ſibi remaneret
hypothecata: tunc impediretur dominij trãſlatio
in emptorem: per d.l.ſi creditor.§.fin.ſecundum
Bart.in d.§.diui.& in d.l. ea lege. & in l. ſi ita quis
promiſerit.§.ea lege.ff.de verb.obl.& dixi in 49.
Conſil. meorum. Et ita fuit determinatum inter
nos die 28.menſis Martij, anno Domini 1461.in
diffinitione proceſſus nobilis Aymarij, Alamãdi,
domini Excloſæ, & quorundam hominum, qui
olim faciebant certas coruatas nobili Claudio de
Boczoſelli domini domus fortis Belli Mõtis, qui
homines reuendiderant dictas coruatas d. nobili
Claudio cum pacto, ꝙ ſi ipſe alteri vẽderet, quod
dicti homines haberẽt pro dicto precio. Recepit
acta d.cauſæ Petrus de Bolliaco, Secretarius Del.
Et pro dictis hominibus, ꝙ ipſi habeant ius reti-
nendi dictas coruatas, ſaltem iure hypothecæ, fa-
cit, quod dicit Barto.in l.emptorem. C.loca. ¶Si
conueni Titio rem meam ſibi vendere, ſi ad ven-
ditionem procedere velim, & denunciaui Titio,
3 qui differt emere. An poſſim alteri vẽdere? † Dic,
quòd ſic, quia æquiparatur Differre, & Detracta-
re.tex.in l.præſenti.verſ. ſed in hoc, facere detra-
ctet, &c.C.de his, qui ad Eccl.conf. Si vẽditio fiat
cũ reacheto, & pendente reacheto res alteri ven-
datur, quomodo ſubuenietur primo venditori?
vide quę plenè ſcripſi, in 49.Conſi.meorũ. ¶Sed
an iuramentum impediat actum alienandi? Inn.
dicit ꝙ non, in c. dilecto.de præb. & not. Humb.
de Bouento in ſua rep. Auth. Sacramẽta in cauſa
4 materiali. ¶ † De illo, qui iurat non alienare, &
poſteà alienat, an valeat alienatio. Spe.dicit quòd
non, in tit.de empt. & vend. in §. præmiſſis. vſ. &
nota generale Conſilium. De hoc etiam habetur
in l.pacta nouiſſima.C.de pact.vbi Doct. tradunt
de verbis derogatoriis adiectis in cõtractibus. De
verbis autem derogatoriis in teſta.adiectis, plenè
per Bar.in l.ſi quis in princ.teſta.ff. de leg.1.

*a* ¶Remaneret obligata. *Vide dom.Bald.in l.ea lege.
in 2.colum.in verſic.quinto probatur. C. de condict.ob
cau.dat.*

*b* ¶Neceſſe exprimere. *Veruntamen alia verba ne-
ceſſariò requiruntur, quibus expreſſis non refert, an di-
catur, ſi contingat te ad aliquem actum, &c. aut ſi dica-
tur, ſi alienabis. & pro hoc ponderat text. in l.quidam
in teſtamento.in prin.ibi, ſi ideò eos voluit venundari:
vt ſi venient, &c.ff.de fideicõ. lib. Nam licèt in cõtra-
ctu per prohibitionem impediatur alienatio, quantum
ad hoc, quòd ſi contrà fiat, committitur obligatio ad in-
tereſſe, vel pœnam: tamen non impeditur alienatio, quò
ad dominij tranſlationem. Sed ſecùs foret in prohibitio-
ne emanante in teſtamento, vel à lege. ita no. glo. in l.ea
lege.C.de cond.ob cau. & ibi dom.Odo.*

*c* ¶Sed vidi dubitari. *Vide de hoc quæſito per iſtum,
Conſil.118.incip. ex facti narratione. num. 1. verſic.ad
primum.*

*d* ¶Tranſeat dominium. *Vide dom.Bald.in præ.l.eá
leg.ver.reuoco in dubium.& in ver. ad euidentiam.&
ver.ſeq.C.de con.ob cau.dat.*

*e* ¶Retineret ſibi aliquod ius reale. *Tu vide de hac
materia plenè iſtum, conſ.49.incip.principale dubium.
nu.3.verſ.alia etiam ratione.*



## QVÆST. DLXX.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor, qui non renunciauit iuri de priùs conue-
niendo principalem, quàm fideiuſſorem, an poſ-
ſit conueniri, ſi debitor latitet.*
2 *Præſens, quis, & quot modis dicatur.*
3 *Fideiuſſor ſi reum criminis non exhibeat, punitur
pecuniariter.*
4 *Libelli forma, contra obligatos inſolidum.*
5 *Fideiuſſor an poſſit accedere naturali obligatione
tantùm, vbi non ſubeſt naturalis obligatio, ſed
officium Iudicis.*
6 *Fideiuſſor ſi ſe obligauit vt principalis, an nihilo-
minus debeat prius conueniri principalis, quàm
fideiuſſor.*
7 *Exceptio diuidendarum actionum, quæ competit
duobus vel pluribus reis, an poſſit opponi poſt li-
tem conteſtatam.*

1 DOminus † de Stapis fuit condemnatus in d.
Curia Parlamẽti in quinquaginta Marchis
argẽti, & cùm ipſe dñs de Stapis fuiſſet in arreſto
conſtitutus, in præſenti ciuitate Grationop. do-
nec ſoluiſſet prædictas quinquaginta Marchas
argenti: ipſe dñs de Stapis ſe obligauit de nouo, &
promiſit dictas quinquaginta Marchas argenti
ſoluere certis terminis concordatis, & cauit ipſe
dñs de Stapis, per dñm de Diemo, & Valentium
Baquellarij, ciuẽ Grationop. qui ſe obligauerunt
fideiuſſorio nomine dicti domini de Stapis, ſol-
uere more debitorũ fiſcalium per incarceratio-
nem ſuarum perſonarum: non tamen reperitur
in inſtrumento dictæ cautionis, quòd ipſi fideiuſ-
ſores renunciauerint iuri de priùs conueniendo
principalem debitorem, quàm fideiuſſorem. cõ-
tingit in facto, quòd dictus dominus de Stapis ſe
occultat in domo ſua, vel alibi, infra tamen iudi-
caturam Grayſuodani, ne compellatur ad ſoluẽ-
dum dictas quinquaginta Marchas argenti: ita ꝙ
non potuit reperiri pro eum citando per execu-
tores, retulerunt ſeruientes & executores ſuper
hoc, per dictam Curiam Parlamenti deputati. Id-
eò dicta Curia appunctuauit, quòd dicti fideiuſ-
ſores compellantur more debitorum fiſcalium,
prout ſe ſubmiſerunt ad ſoluendum dictum de-
bitum. Et cùm ipſi fideiuſſores citati fuiſſent co-
ram dicta Curia Parlamenti, ipſi oppoſuerunt ex-
ceptionem ordinis, dicentes, quòd primò debet
cõueniri dictus dominus de Stapis, debitor prin-
cipalis, quàm fideiuſſores: attento, quod ipſi non
renunciauerunt iuridicenti principalem debito-
rem priùs fore conueniendum, quàm fideiuſſo-
rem. Fuit propterea dubitatum inter dominos
meos de Parlamento, an dicti fideiuſſores bene
dicerent, Quia videbatur ꝙ ſic, cùm non renun-
ciaſſent dicto iuridicenti principalem priùs con-
ueniendum, q̃ fideiuſſores. Attento maximè, ꝙ
dictus dñs de Stapis non eſt abſens à præſenti pa-
tria Delph.& eſt ſoluendo, iuxta Auth.præſente.
C.de fideiuſſ. Attentoq; etiam, ꝙ ipſe dñs de Sta-
pis habet domicilium infra iudicaturã Grayſuo-
dani. & ibi habet notoriè quàm plura bona, quo
caſu dicere voluit Salycet.in d.Auth.præſente, ꝙ
non poteſt fideiuſſor conueniri, qui non renun-
ciauit dicto iuri, &c. Sed priùs ipſe principalis eſt
diſcutiendus, vt ibi tenet ipſe Salyc. Sed gl.aliter
dicit, in Auth.de fideiuſſ.in §.1.ſuper verbo, Præ-
ſentes.ibi, ſexto modo, &c.coll.1.& tenet ꝙ prin-
cipalis debitor dicitur eſſe pręſens, ſi ſit in eodem
territorio, & poſſit citari, ſcilicet faciliter: vt dicit
ibi Ang.& cùm ipſe dñs de Stapis ſe occultet, ita
quod nõ poteſt citari, fuit declaratum propterea
per dictam Curiam Parlamenti, dictos fideiuſſo-
res fore conueniendos, inſequendo opinionẽ gl.
vbi ſuprà.ac Ang.& ſequaciũ. Pro quo etiam ad-
duco rationẽ, quia cùm ipſe dñs de Stapis ſe oc-
cultet, & doloſè latitet, nec permittat ſe reperiri,
ne contra eũ fiat executio prædicta: debet haberi
pro abſenti.l.Fulcinius.ff.quib.ex cau. in poſ. ea.
& ſic d. Auth.præſente.ibi, abſente verò, &c.facit
cõtra dictos fideiuſſores, quòd poſſint priùs con-
ueniri, quàm ipſe principalis debitor: licèt non
renunciauerint dicto iuri, &c. Fuit tamen per di-
ctam Curiam Parlamenti datus terminus dictis
fideiuſſoribus ad repræſentandum dictum debi-
torem principalem, coram eadem Curia die 15.
inſtantis menſis Aprilis, anno Domini 1461.cum
comminatione, quòd aliàs ipſi fideiuſſores incar-
cerabuntur, donec ſoluerint dictum debitum. Et
fuit mota ipſa Curia Parlamenti dictũ terminum
ipſis fideiuſſoribus cõcedere: inſequendo diſpo-
ſitionem iuris, de qua in d. Auth. præſente. ibi, i-
pſo tamen deſiderante, Iudex diffiniet tempus,
&c. Ita fuit proceſſum per dictam Curiam Parla-
menti cõtra dictos fideiuſſores. Et acta ipſius cau-
ſæ recepit Petrus de Bolliaco, Secretarius Delph.
¶Sed iuxta materiam d.Auth.præſente.C. de fi-
2 deiuſſ. quæ quotidiana exiſtit. ¶ † Quæro, quãdo
a quis dicatur pręſens. *a* & quot modis quis dicatur
præſens reſpectu abſentis. glo.in d.Auth.de fide-
iuſſ.§.1.in gl.ſuper verbo, Præſentes, ponit ſex mo-
dos, quos ibi vide. Sed vltra gloſſ. addo alios duos
modos. Primũ, vbi colonus in fundo filium relin-
quit: vt C.de agr. & cenſi.l.cùm ſcimus. in fi.& ff.
de fundo inſtr.l.prædia. Secundum modũ, ſi fue-
rint ſerui ſub eodem tecto, & dominum non de-
fendant, puniuntur, quia habentur pro præſenti-
bus.ff.

bus. ff. ad Silleianum. l. 1. §. quæſtionem. ¶Item
quæro, quando quis promittit, vt fideiuſſor ali-
quem certa die exhibere in iudicio, & non exhi-
bet, qualiter cõtra ipſum procedetur, & qualiter
puniri debeat, vide Spec. in tit. de accuſ. §. ſequi-
tur. verſic. ſed ſi dedit fideiuſſorem, &c. Et ſuper
b hoc dicit gl. *b* poſita ſuper verbo, Supplicium. 23.
q. 5. c. cũ homo. Sed certè illud nullo iure inueni-
tur, ꝙ fideiuſſor poſſit occidi, ſi non exhibeat il-
lum, pro quo fideiuſſit: licèt fideiuſſerit pro reo
3 criminis. Sed ſi fideiuſſor ſine dolo † reum cri-
minis non exhibeat, pecuniariter punitur, ſed ſi
dolo eum non exhibet, punitur arbitrio Iudicis.
ff. de exhib. reis. l. ſi quis reum. & C. ad Turpil. l. 2.
quod not. quia alibi ſic nõ reperies. ¶Item, ſi ſint
plures, quilibet inſolidum, qualiter formabitur
libellus contra ambos, vel alterum ipſorum? vide
4 Bar. in l. ſi pluribus. ff. de legat. 2. † Et ibi ponit, ꝙ
debet poni in concluſione libelli, quòd vno ſol-
uente alter liberetur, aliter ſi id non ponatur, li-
bellus reiicitur. Et propterea ita ſemper practica-
5 ui, tempore quo practicabam. ¶† Vtrum natura-
li obligationi tantùm, vel vbi nõ ſubeſt naturalis
obligatio, ſed officium Iudicis ei poteſt accedere
c fideiuſſ. *c* Dic, ꝙ ſic: *d* ſecundum Bart. plenè, in l.
d Marcel. ff. de fideiuſſ. ¶† Sed quid ſi fideiuſſor ſe
6 obligauerit, vt principalis, debitũ ſuum propriũ
faciendo, an nihilominùs habeat exceptionem
ordinis, vt conueniatur prius principalis, quàm i-
pſe fideiuſſor? Dic, ꝙ ſic, vt in Auth. de fideiuſſ. in
§. 1. & ibi gl. no. Sed qualis ſit dicta exceptio ordi-
nis, vt prius conueniatur principalis, q̃ fideiuſſor?
Dic, ꝙ eſt dilatoria, & debet opponi ante litem
conteſt. pro quo vide Bar. in l. 3. de exce. & Cy. in
l. exceptionem. C. de prob. in 7. q. & tangit glo. in
d. l. 3. ¶Quãto tempore duret fideiuſſio, ſiue lo-
quamur in fideiuſſore cõtractus, vel iudicio ſiſti,
aut iudicato ſoluendo, vide plenè per Cyn. in l. ſi
fideiuſſor. C. de fideiuſſ. ¶De materia dict. Auth.
præſente. C. de fideiuſſ. vide quæ plenè ſcripſi ſu-
7 prà, q. 94. ¶† Sed an exceptio diuidendarũ actio-
num, quæ cõpetit duobus, vel pluribus reis, poſſit
opponi poſt lit. conteſ. Dic, ꝙ ſic, per tex. cum gl.
in l. fideiuſſor. C. de fideiuſſ. Idem tenet Specu. in
tit. de renun. & cõcl. §. 1. vſ. in primis. & ſeq. Idem
tenent Dyn. & Bar. in l. ſi dubitetur. ff. de fideiuſſ.
Idem tenent Bal. Sal. & Ioan. Fab. in d. l. fideiuſſ.
reprobata opin. Pet. & Cy. imò, quod plus eſt, illa
exceptio poteſt opponi poſt ſententiam: vt dicit
Bar. ff. de re iud. l. Paulus. la 2. de quo vide plenè,
per Salyc. C. ſi plu. vna ſen. cond. fuer.

*a* ¶Quando quis dicatur præſens. *Et quando dicatur quis præſens, & quando abſens, tradit Pet. de Anch. in c. peruenit. col. fin de fideiuſſ. & adde, quòd quis dicitur præſens, qui eſt in ciuitate, vel in hortis: vt not. Bar. in l. ſi ad defendendum. ff. iud. ſol. & præſentes dici poſſunt, exiſtẽtes in diuerſis locis, dummodò ſe exaudiant: vt per Bar. in l. 1. ff. de verb. oblig.*

*b* ¶Dicit gloſſ. *Formaliter quòd hoc ſubiungitur. l. ſed certè iſtud, &c. Et adde dom. Ioan. Fab. Inſtitut. de fideiuſſ. in §. in omnibus. in gloſſ. ſiue ex maleficio, vbi dicit, quòd ſi fideiuſſor promiſerit certam ſummam, illam ſoluet: Sin autem arbitrariam, vel punietur in corpore, ſi fuerit in dolo, vel extraordinariè, non pœna, qua punietur ille, pro quo fideiuſſit. Ex hoc, vbi agebatur criminaliter ex delicto, fieret condemnatio ad intereſſe partis. & alleg. ff. de cuſt. reor. l. ſi quis reum. C. eo. l. ſi quis Barſatorem. ad Turp. l. 2. hoc autem fallit. ff. eo. l. ſi à reo. §. fin. 2.*

*c* ¶Accedere fideiuſſor. *Vide dom. Ioan. Fab. Inſt. de fideiuſſ. in §. ac nec. in gl. ſi vt pro ſeruo. in fin.*

*d* ¶Dic, quòd ſic. *Poteſt tamen fideiuſſor, ſi accedat ignoranter, pro eo, qui eſt tantùm naturaliter, vel ciuiliter obligatus, excipere, ſecùs ſi ſcienter, vel eleganter: vt ditit dom. Io. Fab. vbi ſuprà, in 2. col. in verſic. vnde videtur. & in verſ. videtur ergo.*

## QVÆST. DLXXI.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium an ſit nullum, ſi non inchoetur intra triginta dies, licèt perficiatur intra ſexaginta alios dies.*

2 *Tempus conficiendi Inuentarij, an currat minori.*

3 *Hæres inſtitutus, ſi non conficiat Inuentariũ ſecundum formam l. C. de iure del. an patiatur pœnas dictæ legis. Et quid de Eccleſia, vel hoſpitali. numero 4.*

5 *Tempus conficiendi Inuentarij, à quo tempore incipiat currere.*

6 *Fideicommiſſarius, an poſſit conficere Inuentarium in perſona ſua.*

7 *Exceptio, Ego ſum infra tempus conficiendi Inuentarium, an impediat litis conteſtationem.*

8 *Hæredes an poſſint infra tempus conficiendi Inuentarij alios conuenire.*

9 *Inuentarium qui non conficit, an teneatur in foro conſcientiæ vltra vires hæreditarias.*

ALiqui Doct. in iure ſcribentes, voluerunt di-
1 cere, & tenuerunt expreſsè, † quòd non valet
a Inuentarium, niſi inchoetur intra 30. dies, *a* licèt
perficiatur intra alios 60. dies. Sed Cyn. & Bar. te-
nent econuerſo, quòd imò ſufficit, quòd ſit per-
fectum intra alios triginta dies, licèt inchoetur
b poſt triginta dies. *b* Ita dicunt ipſi in l. ſcimus. in
§. ſi verò poſtquam. C. de iure deliber. & ita pro
hac vltima opinione Cyn. & Bart. tanquam ma-
c gis æqua *c* iudicatur in hac Curia Parlamẽti. ¶De
d forma *d* dicti Inuentarij conficiendi, quomodo
fieri debeat, ponit plenè Barto. in d. l. ſcimus. in §.
cum igitur. Sed quid ſi hæres omiſerit intra tem-
pus debitum à iure ſtatutum, conficere Inuenta-
rium, an poſſit ipſe hæres à Principe per reſcri-
ptum releuari? Vide, quæ plenè dixi in tractatu
reſcriptorum, & clauſularum derogatoriarum,
&c. Et in tractatu meo de forma Inuentarij. in
verſic. hæres omiſit facere Inuentarium, &c. Sed
2 vtrum † illud tempus currat minori? Dic, quòd
ſic, ſecundum Barto. licèt poſtea reſtituatur: vt in



Auth. de hær. & Falc. §. pupillus. & tenet gl. ff. de
min. l. auxilium. §. 1. & reſtituitur, probata tamen
læſione, ſecundum quod plenè dixi ſuprà, q. 141.
& 142. ¶De præſcriptione contra minorem, vide
3 quæ dixi ſuprà, q. 435. ¶† An fiſcus hæres inſtitutus
patiatur pœnas, d. l. ſcimus. ſi nõ conficiat Inuen-
tarium ſecundum formam, d. l. ſcimus. C. de iure
deli. dic ꝙ non. & eſt ratio, quia non tenetur vltra
vires hæreditarias, per tex. in l. 1. §. an bona. & l. nõ
poſſunt. ff. de iure fiſci. ita dicit Bart. in d. §. an bo-
na. Et ita iudicatur in dicta Curia Parlamenti. li-
cèt videatur tex. contra, in §. pen. in Auth. de hæ-
red. & Falcid. licèt ibi tex. non loquatur ſpecificè
de fiſco. Hoc etiam ſcripſi ſuprà, q. 333. de quibus
per me ibi ſcriptis non recordabar, dũ hîc ſcripſi,
4 quia non poſuiſſem ſuperfluè in duob. locis. † Sed
an Eccleſia, vel hoſpitale, ſi hæres inſtituatur, pa-
tiatur pœnas ſtatutas contra nõ facientes Inuen-
tarium, de quibus in d. l. ſcimus. & videtur ꝙ ſic,
per Auth. de hær. & Falcid. in §. fin. & hoc ibi te-
net Iac. de Bello Viſu in fin. ſuæ lecturæ, quem ſe-
quitur do. Rayn. de Sabanaco in ſua rep. §. ſi verò
poſtquam. in d. l. ſcimus. Sed poteſt ipſa Eccleſia
reſtitui, per Clem. 1. de in integ. reſtit. facit c. quia
contingit. §. illi ẽt. de rel. dom. in Cle. hanc q̃ſtio-
nem mouet Bart. in l. autem. §. ſed cùm teſtator.
C. ad leg. Falci. ſed non determinat eam, quia di-
cit ſe dubitare, an Eccleſia reſtituatur cõtra præ-
ſcriptionem, & infra quod tempus. Et quid ſi Ec-
cleſia ſuccedat priuato? vide plenè diſtinctionem
Bar. in Auth. quas actiones. C. de ſacr. ſan. Eccle.
5 ¶† Sed à quo tempore incipiat currere dictum
tempus conficiendi Inuentarium? Dic ꝙ non à
tempore delatæ hæreditatis, ſed à tempore aditæ
e hæreditatis: *e* vt dicit glo. quam ſequuntur Bar. &
Dd. in d. l. ſcimus. §. ſin autem dubius. ſuper ver-
6 bo, delatam. ¶† Dicta l. ſcimus. loquitur in hære-
de conficiente inuentarium Sed quid in fideicõ-
miſſario, vtrum ipſe poſſit cõficere Inuentarium
ex perſona ſua, vel vtrum Inuentarium per hære-
dem confectum, ſibi proſit, vel in ipſum tranſeat?
vide plenè Bar. in l. in ratione. §. quod vulgò. ff. ad
leg. Falcid. & per Specul. in tit. de inſtru. edi. §. d.
vſ. quid ſi hæres. & tangit idem Bar. in l. 1. §. 1. ff. de
7 iure del. ¶Vtrum hæc exceptio, † *f* ego ſum intra
f tempus conficiendi Inuentarium, impediat litis
conteſtationem? Dic ꝙ ſic: vt probatur in d. l. ſci-
mus. §. donec. dum ibi dicitur, ad iudicium voca-
re, &c. Et dum dicitur ſuprà immediatè inquie-
8 tare, &c. † Sed nunquid hæredes, licèt nõ poſſint
conueniri, an ipſi poſſunt alios infra illud tempus
conuenire? & videtur ꝙ non, per l. 3. quod quiſq;
iuris. In cõtrarium eſt veritas, quia ille titulus ha-
bet locum, quando alicui cõceditur Priuilegium
ad eius poſtulationem. Sed beneficiũ d. l. ſcimus.
non eſt huiuſmodi. igitur, &c. licèt contra hoc fa-
ciat. C. de Iud. l. die ſabbato. ſed dic, ꝙ ibi fuit in-
troductum in fauorem Dei, non in fauorem Iu-
dæorum. hîc autem fuit introductum in fauorem
hæredis, ſecundum Bart. in d. l. ſcimus. ponuntur
ſolennitates adhibendæ in confectione Inuenta-
rij. Sed vna alia ſolennitas additur in Authen. ſed
cùm teſtator. C. ad legem Falcid. videlicet, quòd
adhibeantur alij tres teſtes bonæ opinionis, & lo-
cupletes loco creditorum, & legatariorum ab-
ſentium. & de hoc vide per Bart. in d. l. ſcimus. in
9 §. ſin autem dubius. ¶† Sed an non conficiens
Inuentarium, teneatur in foro conſcientiæ vltra
vires hæreditarias? Dic quòd non, ſecundum Bar.
g *g* ff. de acquir. hære. ſuper Rubr. & Bald. in d. l. ſci-
mus. & Martinum de Laudo, in ſuo tractatu de
pœnitentia. ¶De materia Inuentarij, vide quæ
ſcripſi ſuprà, q. 351. & q. 352.

*a* ¶Infra triginta dies. *A die aditæ hæredi. numerandos. dom. Bal. in l. fin. §. cùm igitur. in verſic. 3. not. C. de iur. delib.*

*b* ¶Poſt 30. dies. *Vide dom. Alex. in alleg. l. fin. in §. ſi verò. in verſic. & iſtam. crederem tamen illam partem eſſe mendoſam, vitio Scriptoris.*

*c* ¶Magis æqua. *Hanc opin. Barto. & Cyn. tenet etiam Pau. de Caſt. in d. l. ſcimus. in §. cùm igitur. & dicit eam omnes Doct. tenere, tanquam magis æquam.*

*d* ¶De forma. *Vide omnino domin. Gulielm. de Cun. in ſpec. de inſtru. edict. §. fin. in verſicul. in huius autem Inuentarij.*

*e* ¶Aditæ hæreditatis. *Adde, quod inducitur ſuprà in Apoſtil. in verſ. infra triginta dies.*

*f* ¶Vtrum hæc exceptio, &c. *Vide in deciſione Delphin. q. 257.*

*g* ¶Dic quòd non, ſecundum Bart. *Et per Barth. in repet. l. 1. colum. 9. verſic. 3. quæro. C. de ſacr. ſan. Eccleſ. & Bart. in l. fin. §. & ſi præfatam. C. de iure deliberan. Aduerte tamen, quòd non conficiens Inuentarium, præſumitur, quòd ſurripuerit bona hæreditaria: vt §. ſcimus. & §. ſi verò non fecerit Inuentarium. in Authent. de hæred. & Falcid.*

## QVÆST. DLXXII.

SVMMARIVM.

1 *Mercantiæ prohibitæ extrahi extra Delphinatum, an in alieno captæ, cùm prohibitis cenſeantur confiſcatæ.*

1 SI fuerit interdictum extrahere blada † extra
præſentem patriam Delph. & aliquis extrahat
cum animali ſibi commodato, dominus anima-
lis amittit ipſum animal accommodatum & hoc,
ſi dominus ſciebat bladum per commodatarium
extrahi, cum ſuo animali commodato, aliàs ſe-
a cùs. *a* Iſtud probatur in l. cotem. §. dominus. ff. de
vect. & commiſſ. & idem in conducente animal.
Ita vidi determinari in Camera Conſilij, cùm de
facto contigiſſet. ¶Sed quid de Billionis, qui pro-
hibentur extra patriam extrahi, & cum talibus
Billionis prohibitis reperiantur aliæ pecuniæ au-
ri vel monetæ non prohibitæ portari, an non
prohibitæ cum prohibitis debeant eſſe confiſca-
tæ? vidi determinari quòd ſic: per ea, quæ ponit
Bart.

b Bart.in l.pen. b C.de naut.fœn. Et idem dicerem in mercantiis prohibitis extrahi extra præſentem patriam, quia ſi non prohibitæ mercantiæ cũ prohibitis portari, reperiantur non prohibitæ, etiam cenſentur confiſcatæ per præmiſſa. Et ita etiam in iſtis terminis tenet Bar. in l.pen.C.de naut.fœ. Sed hoc verum, ſi ſciẽter & doloſè hoc fiat, aliter non: iuxta dictum §. dominus. Idem dicendum eſſet, ſi Mercator tranſeat per locum, per quem debetur pedagium cum mercantiis, pro quibus debetur pedagium, & non ſoluat pedagium, quòd etiam cenſentur confiſcatæ aliæ quas portat, pro quibus non debebatur pedagium, per
2 præmiſſa. ¶ † Iuxta hoc quæro, an ille, qui non tranſit per iter conſuetum cauſa fraudandi pedagium, debeat dici fregiſſe pedagium? c Videtur
c quòd ſic, per ea, quæ ponit Bartol. in l. penult.de nautico fœnore. ¶ De materia vetiti de bladis nõ extrahendis extra patriam, plenè tetigi ſuprà, q. 373. Quid ſi res vetita portari, nondum deuenerit ad locum prohibitũ, an debeat dici confiſcata? vide Bar.& Docto.in l.pen.C.de naut.fœn. ¶ An dictus titulus de nautico fœnore ſit hodie correctus? Dic, ꝙ non: vt not. in Auth. ad hæc. in fi. magnæ gl. C.de naut. fœn.

a ¶ Aliàs ſecùs. *Idem tenet Ioan. de Imol. in §. dominus. hic alleg.*

b ¶ In l.penult. *Vbi idem cum Bar. tenet Paul. de Caſt. vide tamen diſtin. dom. Salyc. in d. l. vide eundem Pau. de Caſt. in l. cùm proponas. verſic. item allegatur. C. de nautico fœn. dom. autem Cyn. aliter videtur ſentire in verſ. 2. quæro. & in verſ. ſeq. & dom. Bart. in l. Cotem. §. dominus. in 1. quæſt. ff. de publ. & vect. põdera tamen dictum Pau. de Caſt. qui loquitur in caſu, quo quis abutitur licentia ſibi data, de quibuſdam rebus portandis. Nam illam perdit propter abuſum 11. quæſt. in priuilegium. Et breuiter ſciendum, quòd licitum propter illicitum non confiſcatur, niſi quando pœna eſſet capitalis, & tunc venit in conſequentiam talis pœnæ: vt notat dom. Ioan. de Im. in prædi. §. dominus. in verſ. not. arg.*

c ¶ Fregiſſe pedagium. *Si deprehẽditur in via priùs, quàm perueniat ad locum, quem non licet exire, non eſt locus confiſcationi: quia redire poterat, & pœnitere. ſecundum d. Cyn. in prædi. l. cùm proponas. in 3. q.*

## QVÆST. DLXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus pecoris paſcendi, quanto tempore præſcribatur.*

2 *Seruitutes habentes cauſam diſcontinuam, nõ præſcribuntur.*

SVprà, quæſtione 407. planè ſcripſi, quo tempore acquiratur ſeruitus perſonalis. † Sed hîc
1 quæro, quanto tempore præſcribatur ius ſeruitutis realis pecoris paſcendi, pro cuius quæſiti determinatione præmitto, ꝙ iure Canonico ſeruitus paſcendi pecora, ſiue quæcunque alia animalia per aliquos dies cuiuſlibet hebdomadæ, vel mẽſis, & per alios dies, talis ſeruitus, & ſimiles dicuntur habere cauſam diſcontinuam. Ita dicunt Innoc. Hoſt. & Doct. in c. cum Eccleſia. in fi. extrà. de cauſa poſſeſſio. & propr. & in c. ad aures. & in c. de quarta. extrà, de præſcript. Si verò quandocunq; voluerint immittere, poſſint ad paſcendum, tunc dicitur habere cauſam continuam. Ita
2 dicunt ibi dicti Doctores Canon. ¶ Sed iure † Ciuili, quia in eius vſu requiritur factum hominis, quia oportet ducere animalia in paſcuis, & reducere, dicta ſeruitus & ſimiles dicuntur habere indiſtinctè cauſam diſcontinuam. a Ideò tales ſer-
b uitutes nõ præſcribuntur b decem vel viginti annis. l. ſeruitutes. ff. de ſeruitutibus. Sed requiritur tãtum tempus, quod de eius initio memoria hominis non exiſtat: vt ff. de aqua quotidiana & æſtiuali. l. hoc iure. §. ductus aquæ. cum ſimil. & ſic eſt neceſſaria probatio centum annorum. Quæ probatio qualiter fieri poſſit, dixi plenè ſuprà, q. 357. Si tamen homines paſcentes eorum animalia præſtitiſſent dominis fundi aliquod tributum, pro quolibet animali, per quam præſtationẽ poteſt corroborari tacitus conſenſus domini fundi, tunc ſufficerent decem anni. & ſic poteſt intelligi l. venditor, §. ſi conſtat. ff. comm. præd. ita dicit Pet. Iac. in tit. de ſeruitute pecoris paſcendi. in fi. & ita fuit determinatum in Camera Conſilij die 28. menſis Martij, anno Domini 1461. in diffinitione proceſſus domini Balmę Hoſteduni, & hominum Mote faulacij, qui in nemore dicto de Geruant, dicti domini Balmę dicebant ſe habere ius depaſcendi eorum animalia, abſq; ſolutione alicuius tributi, & quia non probauerunt ſe in vſu & conſuetudine fuiſſe tanti temporis ſpacio, quod de contrario non ſtaret memoria hominis, ſuccubuerunt: licèt probauerint ſe fuiſſe in dicta quaſi poſſeſſione 10. 20. & 30. annis. Si tamen fuiſſet ſemel iudicatum pro dictis heminibus intra 10. annos, tunc cum cõcurſu 10. annorum fuiſſet eis, quæſitum ius paſcendi: vt dicit Petr. Iac. in d. tit. de ſeruitute pecoris paſcẽdi. circa fi. ibi, quod & præſumitur, &c. Et de hac materia plenè vide per Pet. Iac. vbi ſuprà, dicit idem Pet. Iac. in d. tit. de ſeruitute pecoris paſcendi, circa principium. ibi, nunc quæritur, quando vniuerſitas, &c. quòd per beſtias villæ poteſt acquiri ius nemoris. de quo vide per Cyn. in l. cum longi. C. de præſcrip. longi temp. ¶ Sed an homines vniuerſitatis poſſint eſſe teſtes in cauſa paſqueriagiorum, vel boſcheragiorum? Dic, quòd non, quia ipſi reportant commodum. Ita tenent Cyn. & Doctor. in l. parentes. C. de teſt. & in l. idonei. ff. eod. Et ibi mouetur quęſtio de Canonico, an poſſit eſſe teſtis in cauſa capituli? & tetigi, de cauſa concernente vniuerſitatem ſuprà, quæſt. 193. in fin. ¶ De ſeruitutibus habentibus cauſam continuam, vel diſcontinuam, vide plenè per Pet. Iac. in ti. de actio. in rem confeſſoriam, per totum. ¶ Et de ſeruitutibus realibus & perſonalibus, & qualiter iuriſdi-
c ctio præſcribatur, c vide plenè per Petr. Iacob. in tit. ſuper iuriſdictione libellus, per totum. Et ibi enume-



enumerantur caſus, q́ ſunt de mero Imperio. Et ibi etiã conſequenter vide caſus, q́ ſunt de miſto Imperio. Itẽ ibi conſequẽter vide caſus, q́ ſunt de baſſa iuriſdictione. ¶ An perceptio decimarum habeat cauſam continuã, dixi ſuprà, q. 266. in fin.

a ¶ Indiſtinctè cauſam diſcontinuam. *Vide omnino do. Ioan. Pet. de Fer. in practi. in for. in actio. confeſſ. pro ſerui. in gl. ſeruitus aquæductus. in 8. colum. in §. & quia ſuperiùs dictum eſt, vbi dicit, quòd ſeruitutes habent cauſam continuã, vel quaſi, in quarum vſu nullum factum hominis requiritur, veluti in ſeruitute luminũ, ſtillicidij altiùs non tollendi, & proſpectus. illæ verò diſcontinuam vel interpellatam, in quarum vſu hominis factum exigitur. puta in ſeruitute viæ, itineris, actus, & aquæ hauſtus. & inquit, de his plenè tradi per gl. & Doct. in l. ſeruitutes. ff. de ſeruitu. gener. & l. foramen. de ſerui. ruſtico. prædi.*

b ¶ Non præſcribuntur. *Qualiter & quanto tempore ſeruitutes præſcribantur, & quot requirantur ad earum præſcriptionem cauſandam, vide dom. de Ferra. vbi ſuprà, in fi. 9. col. in verſ. quibus ſic præmiſſis.*

c ¶ Qualiter iuriſdictio præſcribatur. *Adde domi. de Ferra. in prealle. for. in acti. confeſſio. pro ſeruit. in gl. pœnam, & omnimodam. in 8. col. in §. modo remoto in dubium.*

## QVÆST. DLXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex alterius territorij, requiſitus ſententiam exequi, an poſſit cognoſcere de nullitate ſententiæ, & aliis opponendis per partem, contra quam exequitur ſententia.*

2 *Appellari an poſſit à ſententia Iudicis requiſiti.*

3 *Appellari an poſſit, ſi Iudex pronunciet ſententiam exequendam.*

4 *Exceptio excõmunicationis, an impediat executionem ſententiæ.*

5 *Appellari an poſſit à pronunciatione ſuper executione ſententiæ.*

AN Iudex alterius territorij, requiſitus exequi ſententiam, poterit cognoſcere de his,
1 quæ † opponet cõdemnatus corã eo. Et videtur,
a ꝙ non debeat aliud facere, q̃ exequi a ſentẽtiam Iudicis eum requirentis. l. ſi Prætor. in prin. ff. de iudiciis. nec debet cognoſcere de virib. ſententiæ Iudicis requirentis: vt dicit Salyc. in l. ea quidem. C. de accuſa. & tetigi ſuprà, q. 419. & Inn. in c. de cæterò. extrà, de ſententia & re iudica. Sed Petr. Iac. in tit. de actione in factum & re iudicata. in verſi. ſed q d erit Præſes vel alter Iudex, &c. tenet, ꝙ poterit ipſe Iudex requiſitus cognoſcere de his, quæ opponet corã eo condemnatus. & allegat pro hac parte d. l. ſi Prætor. in §. 1. cui dicit ipſe reſponderi nõ poteſt, quin de nullitate talis Iudex requiſitus cognoſcat. Cyn. de hac materia tractat in l. ab executore. C. quorũ appellatio. nõ recipiũtur. & ſic de ſimilib. cùm ſit eadẽ ratio. Et ad principiũ dictæ legis reſpondet ipſe Pet. Iac. ꝙ ipſe Iudex quicunq; ſit, q́ ſentẽtiam aliq̃ exequitur, nõ poteſt cognoſcere, an Iudex, qui eã tulit, iuſtè vel iniuſtè eã tulerit, habendo reſpectum ad ius litigatoris, vel habendo reſpectũ ad propoſita & ꝓbata corã eodem Iudice requirente: ſecundum etiã Saly. vbi ſuprà, ſed de nullitate ſententiæ, & de aliis exceptionib. à iure præmiſſis, quæ opponi poſſunt contra ſententiã, de quibus infrà ſtatim dicam, bene poterit eas cognoſcere, parte vocata, & inde iudicare, an ſentẽtia ſit exequẽda, vel non. Ita vidi ſeruari in hac Curia Parl. Sed ſecundũ Bar. non debet ſuper talibus exceptionib. iudicare Iudex requiſitus, ſi videat eas obſtare, ſed debet remittere Iudici requirẽti: vt dicit Bar. in l. à diuo Pio. in prin. ff. de re iud. ibi veritas eſt, &c. Idem etiã & pleniùs tractat & tenet Io. Ferr. in tit. de forma executionis ſentẽtiæ diffini. in 7. col. in glo. 1. ibi, quintò quæritur, pone, ꝙ res iſta, ſuper qua, &c. ibi, quid autẽ dices, &c. niſi Iudex requiſitus ſententiam exequi, eſſet ſuperior, quo caſu ipſe ſuperior poteſt de omnib. cognoſcere, & ſententiã reuocare: vt dicit Ioan. Fabr. C. ad l.
2 Corn. de falſis. l. ſatis. ¶ † Sed an à ſentẽtia Iudicis requiſiti poſſit appellari? Pet. Iac. vbi ſuprà, dicit ꝙ ſic, & ſimiliter à quocunq; alio executore ſen-
b tentiæ, b ſi modũ in exequendo excedat. Et dicit executor ſentẽtiæ excedere modum ſex modis, quos pleniùs tractat & declarat Petr. Iac. in loco ſuprà alleg. in ver. ſed ab executione, quę in facto conſiſtit, &c. & ſi appelletur, Iudex appellationũ nõ debebit cognoſcere, niſi tãtummodò de caſu ſeu articulo, propter quẽ fuerit appellatum, nec appellans poterit aliã cauſam addere, licèt ſecùs ſit cùm appellatur à diffinitiua: vt ff. de appel. l. 3. §. fi. ita dicit Pet. Iac. vbi ſuprà. ſed quæ ſunt exceptiones, q́ poſſunt opponi in executione ſententiæ? gl. ponit octo exceptiones, in l. 1. C. de iur. & fac. ign. & Spec. ponit 17. caſus, ꝓpter quos impeditur executio ſententię, in tit. de executione rei iudi. in §. poſtremò. Et hoc, ſi in primo iudicio fuerint omiſſæ. Sed ſi in primo iudicio fuerint ꝓpoſitæ & tractatæ, de cæterò nõ poterunt opponi poſt ſententiã. ff. de peti. hæred. l. q́d in diem. §. 1. & C. ſi ex falſis inſtrumentis. l. 1. & de fin. inſtru. l. final. Itẽ poterit opponere condemnatus oẽs exceptiones dilatorias, & peremptorias, q́ iuſtè poſſunt ſibi cõpetere poſt ſententiã, vt pacti. de non petendo, vſq; ad certum tẽpus, vel in perpetuũ, vel ſi poſt ſententiã facta fuerit nouatio, auditur reus & impeditur executio: vt C. de exe. rei iud. l. 2. cum ſi. Ita dicit Petr. Iac. in loco præalleg. ibi, item ſiue agatur actione iudicati, &c. Item etiam omnis exceptio, quæ non repugnat ſentẽtiæ, poteſt opponi poſt ſententiã, quæ in rem tranſiuit iudicatã. l. 1. C. de iuris & fac. igno. & l. ſi fullo. ff. de condi. ſine cauſa, & l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de condi. indeb. & not. Ang. de Aret. in §. ſed ſi quis. in fi. Inſtit. de act. & ibi dicit idẽ de Aretio, ꝙ exceptione quis conueniatur, niſi inquantum facere poteſt, opponi poteſt etiã poſt ſententiam, quæ in rem tranſiuit iudicatam. l. ex diuerſo. §. fi.

cum l.ſequenti.& ibi Bar.ſolut.matr. & idẽ Bart.
3 in l.Neſennius. ff. de re iud. ¶ † Sed an poſsit appellari, Si Iudex pronunciet ſententiam exe-
c quendam? c Pet.Iac.vbi ſuprà,in verſi.item ſi Iudex inter partes pronunciet,&c. tenet q; ſic. Cõtrarium tamen tenet Spec. in tit. de execu. in §.
4 breuiter. verſ. ſed ſecundum cùm quæritur. ¶ † An exceptio excõmunicationis impediat executionem ſententiæ? Dic quòd ſic. Idem de in
d integr.reſt. d poſtulata, quæ etiã impedit executionem: vt dixi ſuprà, q.215.in fin. Et de iſtis duobus etiam poterit cognoſcere Iudex requiſitus, per ea, quæ dicta ſunt. ¶ De materia executionis ſententiæ latæ in alieno territorio, etiam dixi ſuprà, q.23. ¶ De executione ſententiæ, dixi ſuprà, q.329. ¶ Dixi ſuprà, ſecundum Petr. Iac.in §. & ſi appelletur,&c. q; ſi appelletur à pronunciatione Iudicis exequentis ſententiam non debet Iudex appellationũ cognoſcere, niſi de articulo, ꝑpter quem fuerit appellatum: licèt ſecùs ſit, cum appelletur à diffinitiua. Ex hoc dico, quod ibi videtur dicere Pet. Iac. q; ordinatio ſuper executione ſententiæ eſt interlocutoria. Idem etiam ſentit Bart.in l.1.ff.de appel.recipiendis.& vide quæ ſuper hoc ſcripſi in 47.Conſil. meor.in ſecundo
5 dubio. ¶ Sed an † à tali pronunciatione, quæ ſup executione fuerit lata, poſsit appellari? Spec. videtur dicere q; non, in tit.de execut.ſenten.in §. breuiter. verſic. ſed ſecundum eum, &c.ſed Pet. Iac.vbi ſuprà, videtur ſentire contrarium,&c.

a ¶ Aliud facere, quàm exequi. *Executor nunquam debet aliquas probationes recipere ſuper principali, vt ſuper illis iudicet: nec etiam, vt decernat ſententiam mandandã executioni, vel non, ſed ad ſui inſtructionẽ poſſet recipere aliquas probationes: vt ſi inueniret aliquid, eam moueret, ſuperſederet, & remitteret ad ſuperiorẽ negocium, ſed tamen nunquã iudicare dẽt. & iſta eſt veritas ſecundum dom. Innoc.in c. decætero. in glo.ſua. ſuper verbo, Negocio. in verſic. his, quæ hîc dicuntur. de ſententia & re iudic. & hoc ſonare videtur Marcellus in l.ſi Prætor.ff.de iudic.vt etiam ex ibidem ſcriptis per dom.Bald.clarè colligitur, dum no.regulam, & ex regula illationem, & deſuper cumulat fallentias. & iſtud ſentit do. Odofr.in l.ſi vt proponis.in fin. C.de execu.rei iudi.& ibi expreſsè do.Cyn.in verſic.ſed quid ſi coram iſto.& dom. Salyc. ibidem in verſic. cum gloſſ. quæritur ad huius materiæ pleniorẽ recognitionem. videas omnio d.Bart.in l.à diuo Pio.in prin. in 2. colum. in verſic.venio ad ſolutionem.ff.de ſenten. & re iud.& d.Salyc.in l.ſi non cognitio.in verſic.quæro modo.& in verſic.quæro igitur.& in verſi.vlterius ampliando.C.ſi contra ius vel vtili.publ.*

b ¶ Appellari ab executore ſẽtẽtiæ. *Vide omnino, quæ dixi ſuprà, in q.87.in Apoſtilla ad iſtum, in verbo, Ab executione.*

c ¶ Sententiam exequendam. *Vide iſtum, Conſil. 47.incip.circa diffinitionem.num.1.verſicu. circa primum. & ſeq. & aliquid Conſil. 69.*

d ¶ Idem de in integrum reſtit. *Adde dom. Bald. in præall.l.ſi Prætor.in verſic. & ex hoc not.*

## QVÆST. DLXXV.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta poteſt ne ſeruitutem conſtituere in re emphyteuticaria.*

2 *Emphyteuta, ſi tempore ſuo impoſuerit aliquam penſionem, dominus directus tenebitur eam ſoluere. Limit.*

1 EMphyteuta † poteſt ſeruitutem conſtituere in re emphyteuticaria, & valet conſtitutio.ff.
a de ſerui.l.3. a Item poteſt rem emphyteuticariã obligare, & valet pignoris obligatio: vt ff.de pign. l. lex vectigali fundo.& dixi ſuprà, quæſt. 428.in fin. Attamen ſi res poſtea peruenerit ad dominum directum, prima obligatio euaneſcit vt d.l. lex vectigali. Et ſimiliter euaneſcit ſeruitus.argu. d.l. lex vectigali. cùm ſit eadem ratio, niſi dominus in ea conſtituenda conſenſerit. ff. de aqua pluu. arc.l.1. Nec nocet etiam eidem domino directo aliqua præſcriptio in ſeruitute vel pignorum obligatione. vt C.de præſcript.30.an.l. cùm notiſsimi. §.illud. Sed dico hoc verum, ſi redeat ad dominum, vt ad dominum, ſeu iure domini: vt quia res cecidit in commiſſum, vel quia cùm alteri venderetur, ipſe dominus directus eam emit eodem precio, vt dominus iure prælationis. Secùs tamen ſi res perueniſſet ad ipſum dominũ directum alio modo fortè, videlicet, qa emit eã ab emphyteuta vel in ſolutum, ex donatione, legato, vel alio titulo, eam ab emphyteuta habuerit, vt priuatus, & non iure prælationis, vel iure commiſsi, quia tunc remaneret ſeruitus vel pignoris obligatio firma: vt ff.de acquir.re.dom. l.traditio.§. 1.& de contrahen.empt.l.alienatio. & C.de diſtra.pigno.l. ſi debitor. ita etiam tenet Pet.Iac.in ti.de act. in rem pro re emphyteutica. ibi, item prædicta vera ſunt,&c. Et ita vidi de-
2 terminari in Camera Conſilij. ¶ † Aduertendum tamen, quòd ſi emphyteuta impoſuerit ſuper ipſa re tempore ſuo aliquam penſionem, dominus directus tenebitur eam ſoluere, niſi in caſibus ſpecialibus, de quibus tetigi plenè infrà, in proxima ſequen. quæſt. ¶ De materia iuris prælationis etiam tetigi in alijs terminis, ſuprà, quæſtio. 411. ¶ De materia laudimiorum & iuris prelationis, etiam tetigi ſuprà. quæſt. 92.

a ¶ L.3. *In gl.1.ibidem in emphyteuta. & iunge, quod ibi dicit do.Bald.ſuper ipſa glo. 1.& vide ibidem omnino dom. Paul.de Caſt. qui dicit, quod ſrandatarius poteſt in re feudali conſtituere ſeruitutem, ſicut ſuperficiarius & emphyteuta.*

## QVÆST. DLXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Actio perſonalis non ſequitur fundum, ſeu fundi poſſeſſorem. Limit.num.2.*

3 *Actione perſonali an poſsit agi contra donatarium omnium bonorum.*

*4.Cauſa*



4 *Cauſa quæ exoritur ſuper annua præſtatione, pro anniuerſariis defunctorũ, an pertineat ad forum Eccleſiaſticum.*

5 *Penſio annua, an poſsit peti pro annis futuris.*

6 *Pretium, an poſsit peti pro annis præteritis.*

1 ACtio perſonalis non † ſequitur fundum ſeu fundi poſſeſſorem.l.1.§.ſi hæres.ff.ad Treb. cum ſi.hinc eſt, q; dicimus, quòd ſi annua penſio ſuper aliquo fundo inter aliquos priuatos imponatur, & conſtituatur, q; poſteà tertius poſſeſſor talis fundi non poterit tali actione perſonali, pro
a d.penſione conueniri. a argum.ff.de contrahen. emptio.in l.fin.§.1.& not.ff.de ann.leg. l.liberto. in prin.& de act.emp. l.in venditione. Niſi in aliquibus fauorabilib.vt in alimentis: vt ff. de alim. & ciba.lega.l.Lucius.Et idẽ in anniuerſariis, quæ relinquuntur Eccleſiæ pro defunctis. Eſt .n.modus in rebus,&c. vt ff. de verb.obli.l.ſi ita quis ꝓmiſerit.§.ea lex.& facit ꝓ hoc tex. reſpectu anniuerſariorum.in c.quantò.in fi.extrà, de vſur. vbi tertius poſſeſſor tenetur ad decimas & obligationes, ad quas fundus erat affectus. facit etiam ad hoc, quod dicit Hoſt. in Summa. in tit.de locat. §.quæ actiones.verſi.ſed ſi dixerit.& Spec. in tit. de emphyteuſi.§.nunc aliqua.vbi dicit, q; ſi quis imponat penſionẽ pro alimentis ſuper aliqua re, q; ipſa res dicitur affecta ꝑ tali pẽſione perpetuò ad quemcunq; tranſeat poſſeſſorem. all. l. hactenus. ff. de vſufru.ſic in ſimili dicẽdum videtur in annua penſione pro anniuerſario defunctorũ data preſbyteris talis Eccleſiæ, quibus cenſetur donata aut legata, vt orent ꝑ defunctis, & per conſequens vt viuant, & viuendo anno quolibet orent pro fidelibus defunctis. Et ita reſpectu anniuerſariorum recordor vidiſſe iudicari in hac Curia Parla. tempore, quo practicabã in quadã cauſa, in qua parte tunc faciebam. Et facit ratio ꝑ anniuerſariis: nam videmus, q; pro tributo Principis tertius poſſeſſor poteſt actione perſonali conueniri.l.Imperatores.ff.de vecti.& commiſsis. Idem ergo dicamus in Eccleſia, cui debet anniuerſariũ pro defunctis.ar.in l.fi. C. de ſacroſ.Ecc. & in authen.de non ali.re.Ec. §. ſumus. col.2. Et hanc opi.de alimentis & anniuerſ. annuis defunctorũ, tenet Pet.Iac.in tit.de act.in rem, quæ ꝑ re emph.competit.licèt per verbum, fortè reſpectu anniuerſariorũ: tamen, vt ſuprà dixi, fuit iudicatum pro anniuerſa.defunctorum contra tertium poſſeſſorem. Et non mirãdum, quia multa in fauorem animæ ſeu legatorũ pro anima, & ad pias cauſas relictorum, à iure ſtatuuntur, quæ tamen reſpectu aliorũ legatorum, non reperiuntur ſtatuta, ꝓut colligitur ex auth. ſed cùm teſtator. C.
2 ad l.Fal.& l.1.C.de fidei. ¶ † Collige ergo ex prędictis, q; actio perſonalis ſequitur fundi poſſeſſorem. primò, pro annua pẽſione ſuper aliquo fundo pro alimentis impoſita: ſecundò, pro annuã penſione anniuerſariorum defunctorum: tertiò, pro decimis: quartò, pro oblationibus: quintò, ꝑ tributo Principis. ¶ Eſt etiã alius caſus, in quo agitur actione perſonali cõtra tertiũ poſſeſſorem, videlicet, qñ annua penſio imponitur ſuper fundo, quo caſu agi poteſt cõfeſſoria contra tertium
3 poſſeſſorẽ, vt plenè ſcripſi ſuprà, q.42.in fi. ¶ † An poſsit agi actione perſonali cõtra donatariũ om-
4 nium bonorũ, vide q̃ ſcripſi ſuprà, q.105. ¶ † Sed an cauſa, quæ oritur ſuper annua præſtatione pro anniuerſariis defunctorum pertineat ad forũ Eccleſiaſticũ? Videtur q; ſic, ſicut videmus de cauſis mortalegiorum, quæ ad forum Eccl.pertinẽt: vt dicit Ioan.An.& Hoſt.in c.ſuſcepto. extrà, de fo.comp. omne id, quod relinquitur pro anima, cenſetur eſſe relictum ad pias cauſas. l. ſi quis Titio.& ibi gl.& Bart. ff. de leg.2. l.Lucius.§.1.ff.ad Treb.& ibi etiã gl.& Bart. & not. per Sal.in l.1.C. de ſac.ſan.Eccl.in ſua repet. ¶ De legato ad pias cauſas, ſi debeatur teſtamento nullo ſeu reuocato, vide q̃ ſcripſi ſuprà, q.200.in fi. ¶ Quia legatũ in cauſam alimẽtorum relictum debetur, etiã ex teſtamento minùs ſolenni, quod confirmatur ex præſtatione triennali.per l.1. C.de fideic.quæro, an idem ſit, in quocunq; legato pio? Dic, q; ſic, ſecundum Angel.de Peru. in l.ſi certis annis.C.de pact.in ſua rep.& Bart.in l.1.C.de ſac.ſanct.Eccl.
5 ¶ † An poſsit peti annua præſtatio pro annis futu-
6 ris? tex.q; ſic.in l.1.C.de fideic. ¶ † Sed an preciũ poſsit peti pro annis præteritis, quib. non fuit legatum annuum præſtitũ? Dic q; non, per l.nulli. C.de ero.mili. anno. Ita tenet Bar.in tract. ſuo alimentorum. Sed debet peti in ſpecie, in qua debetur, iuxta l.1. C. de fideicommiſſis. ſuprà alleg.

a ¶ Pro dicta penſione conueniri. *Vide in ſimili dom.Bald.in l.ſi plures. in 3.colum.in verſ.item ſi debeas mihi.& in ver.item ſeruitus eſt.& in ver.tamen fuit.C.de condi.inſer.*

¶ *Hæc eſt bona quæſt. quam bene not.& repone in occiput tuum. quia rarò tam inuenies.*

¶ *Adde tamen, q; in Seneſcalia Lug. poteſt quicunque poſſeſſor cõueniri pro penſione ſituata ſuper poſſeſſione, quã impræſentiarũ tenet: imò plus etiam pro arreragiis incurſis.& hoc ex conſuetudine Seneſcaliæ Lugdun.*

## QVÆST. DLXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio in via publica ad quem pertineat.*

2 *Delinquens ad flumen Rhodanum, per quos poſsit puniri.*

3 *Rhodani Flumen an pertineat inſolidum ad regem Franciæ, an verò ad Principes circumuicinos?*

1 AD quem pertinet iuriſdictio in via † publi-
a ca? a Pet.Iac.in tit.ſuper iuriſdictione libellus.circa ſim. vbi tract. de baſſa iuriſdictione. ibi, nunc quæritur, ad quẽ pertineat,&c. mouet iſtã quæſt.& cõcludit, quòd pertinet ad illos, qui ha-
b bent circumquaq; iuriſdictionem, b per ſex rationes, ibi per eum ſatis latè declaratas, quas hîc longum eſſet enarrare. & ex hac determinatio-
2 ne dicerem, q; † delinquẽtes ſuper flumen Rho.

Hh 2 debe-

deberent puniri per Officiarios Regios, vel per officia. Papæ, & per offic. Del. ac etiam per offic. Ducis Sab. cõmuniter qui circumcirca flumen Rho. habent eorum terras & iuriſdictiones, cùm etiam illud flumen & ſimilia flumina ſunt de regalijs, c vt in feudis, quæ ſunt reg. in c. vno. & ad dictos Principes cuilibet in ſuo territorio perti-
d 3 neant Regalia. d Tamen, † quicquid ſit de iure, rex Franciæ dom. noſter, & ſui Officiarij dicunt, quòd inſolidum pertinet Rhodanus, & per conſequens in eo iuriſdictio ad ipſum Regẽ Franciæ,
e e & quando Officiarij dom. Ducis Sabaudiæ in ipſo Rhodano aliquid exercitij iuriſdictionis facere attentant Officiarij Regis Lugd. ipſos inqueſtant, & cõdemnant, prout vidi temporibus meis pluries fieri in Curia Balliui Lugd. ¶ De q. quæ eſt ad cauſam Rhodoni inter illos de Taraſcone, & illos de Belliquadro, facit mentionem Pet. Iac. in ti. de ſeruitute pecoris paſcendi. circa fin. in quadam additione, &c.

a Iuriſdictio in via publica. *Adde quod dicit d. Bal. in l. ſi plures. in 4 col. ver. vidi dubitari. C. de cõd. inſer.*

b ¶ Qui circumcirca flumen hñt eorũ terras & & iuriſd. *Adde d. Bald. in præall. l. ſi plures. in 3. col. in ver. itẽ alleg. C. de cond. inſer. vbi dicit, quòd omnia flumina nauigabilia, pertinent ad ſtatum Imperij, & ſunt Regalia alleg. c. 1. quæ ſint rega. colu. 10. & hoc dicit eſſe verum in vniuerſali, ſed in particulari ſunt earũ ciuitatum, per quarũ territorium tranſit flumen. nam vnũ, & idem eſt territoriũ. quod eminet ſuper aquas, & quod immergitur aquis: & hæc ſat is probantur. argu. Littorum Maris. nam Littora, quæ ſunt ſub Imperio alicuius populi: vt Venetorũ, vel Ianuenſium, ſunt illius populi.*

c ¶ Sunt de Regalijs. *Regaliæ ſiue Regalia, id eſt, res & iure præcipuæ Regis vel Imperij, ſeu fiſci Roma. vel cuiuſcunque Regis, qui in Regno ſuo eſt Monarcha. & hæc pertinent ad Regem, ita, quòd non ad alium, niſi ex Regia cõceſſione, vel largitate: vt dicit Bal. ſuper rubr. quæ ſint Regal. colum. 10. iuncto eo, quod not. in princip. nigri eiuſdem. tit.*

d ¶ Pertineant Regalia. *Hic dicit authent. inſpecta Regia cõceſſione, aut aliàs cõſuetudine maximè ad Barones referendo, qui ſuperiores habent: nam & hi non poſſunt prohibere, quo minus piſcetur in fluminibus, niſi conſuetudo pinguius ius eis tribuat, & ita ſeruat Curia Franciæ vt dicit d. Ioan. Fab. in §. flumina. in verſ. quid ergo. Inſtit. de rer. diuiſ.*

e ¶ Ipſi Regi Franciæ. *Et rectè. Nemo enim poteſt prætendere tale ius Regale ſibi competere, niſi vel ex conſuetudine vel Regia largitate: attento quòd flumen diſcurrit in ambitu ſui Imperij, tranſit q́ per diſtrictum ſui Regni, vnde ius Commune ſibi aſſiſtit, & ideò contrariũ contendens, de ſuo tit. docere tenetur. arg. eorũ, quæ leguntur, & not. in c. dudum. extra. de deci.*

## QVÆST. DLXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Duo ſi contendant, vter eorũ poſſideat, & dubitetur de veritate facti, Iudex qualiter prouidebit.*

1 SI agatur † negatoria vel cõfeſſoria inter duos, & conſtet Iudici illum, qui pro ſeruitute agit confeſſoria, vel ſeruitutem defendat in negatoria, eſſe in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, tunc Iudex debet prohibere aduerſario, ne eum impediat vti prædicta ſeruitute, vel quaſi, lite pendente, ſuper confeſſoria vel negatoria. Si autem ille non ſit in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, tunc Iudex prohibebit eum vti, pendente cauſa. arg. ff. de vſufru. l. cuiuſcunque. §. 1. & de itiner. actuq; priuato. l. 1. §. hoc interdictum. ¶ Si autem non conſtet Iudici quis eorum quaſi poſſideat, & cõtentio ſit inter eos, quis eorum quaſi poſſideat, & timeat veriſimiliter, quòd partes deueniant ad
a arma & rixas, a tunc illis tribus concurrentibus poterit & debebit Iudex rem, ſuper qua eſt con-
b trouerſia, ponere ad manum ſuam, b donec cognitum fuerit, quis illorum ſit potior. argu. ff. de vſufru. l. ſi cuius. §. ſed ſi inter duos. Ita dicit Petr. Iac. in tit. de negatoria. ibi, item notandum, &c. Et ita ſeruare conſueuit dicta Curia Parlamenti, & ſimiliter aliæ Curiæ inferiores.

a ¶ Et rixas. *Quando timetur de rixa, poteſt Iudex cogere partes ad concordiam & tranſactionem faciendam: vt in l. æquiſſimum. aliàs eſt §. & incipit princ. in l. ſi vſufructus. de vſufr. & non aliter, ſecundum do. Ange. in authent. vt litigan. iurent. §. quia verò. in fin. col. 9. debet tamen Iudex ſemper niti, vt partes ad concordiam reducat: vt dicit Bal. in Margarita. Iudex. in in verſi. Iudex debet.*

b ¶ Manum ſuam. *Id eſt, facere ſequeſtrum: vt not. d. Bald. in præd. l. æquiſſimum. in prin. poteſt etiam Iudex alium modum ſeruare, ſcilicet, præcipere partibus ſub banno, ne vadant ad locum contentioſum, ſaluo iure vtriuſq; partis ſecundum d. Odof. in præ. l. æquiſſimum. in verſ. verum. & hunc modum tangit tacitè d. Bald. vbi ſupra, in verſic. poteſt etiam.*

## QVÆST. DLXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Captiuatum eripiens à manibus Curiæ, an, & qualiter puniatur.*
2 *Pœnam corporalem poteſt Curia ſæpe mutare in pecuniariam.*
3 *Appellatio aufert iuriſdictionem Iudici à quo.*
4 *Opponi de nullitate contra tres conformes ſententias, quando poſſit.*
5 *Amouens literas Curiæ, qua pœna puniatur.*

a 1 COntigit in facto, a quòd nobilis Humbertus de Viriaco, † quendam vocatum Bigordam eripuit à manibus duorum ſeruientium Delphi. quem ceperant vigore literarum Delph. pro incarcerando pro quodam debito quinquaginta ſcutorum auri, in quo ipſe Bigorda tenebat cuidam Mercatori Lugd. & eum euadere fecit à manibus dictorum ſeruientium, ita quòd ipſe Bigorda debitor receſsit. quorum prætextu fuit dictus de Viriaco intitulatus inſtante parte fiſcali & priuata in Curia Parla. in manibus Ioan. Boturi, Secretarij Delph. Nunc ergo quæritur, in q̃ pœnã ipſe de Viriaco delatus inciderit? & vide-
b tur, q; ipſe incidit in crimen læſæ maieſtatis, b per l. quiſquis. §. ſi. ff. ad legẽ Iuliã maieſtatis. de quo tamen dic, vt ibi per Bar. in quadã ſua diſtinctione. Tamẽ in diffinitione dicti proceſſus facta in vigilia ramiſpalmarum, 1461. Curia Parla. mitiùs agendo cõdemnauit dictũ de Viriaco, delatum in 30. libris, dãdis & ſoluendis fiſci ærario Delph. & in damno intereſſe, & expẽſis dictæ partis pri-
2 uatæ. Et ita ex hoc patet, † q; ipſa Curia, qñ ſibi æquum videtur, pœnã corporalem mutat in pecuniaram? ſic etiã fuit factum in quodam alio caſu, vt dixi ſuprà, q. 433. circa finem. Et ita ſemper vidi fieri, & obſeruari in ipſa Curia Parl. à 30. annis, proximè lapſis circà, quibus ipſam Curiam Parl. frequentaui, vt Aduocatus ibi practicans, & deinde vt Conſiliarius. ¶ Circa hanc materiam dic latiùs, qualiter teneatur eximens aliquẽ de manu familiæ ſeu ſeruien. Curiæ: vt per Bal. in addi-
c ctos. c C. de Epiſc. audien. dicit q; tenetur, ac ſi ꝑ eo in omnem caſum fideiuſſiſſet. l. 3. C. de exact. trib. lib. 10. Si autem ſeruiẽs iam poſuiſſet eum in carcerem, tunc exiens de carceribus tenetur. l. Iul. maieſt. l. 4. ff. ad Iuliã maieſt. quod intellige verũ, qñ iam erat condemnatus aut condemnandus, q̃ aut confeſſus vel cõuictus de crimine: vt d. l. 4. aliàs autem ſi nondũ damnatum vel cõfeſſum eximat, tunc eximens punitur, iuxta §. arri-
d piatur. d in authen. vt omnes obediant Iudicibus Prouinciarũ. col. 5. niſi in caſu legis fin. C. de maleſic. & Mathe. vbi punitur ad mortem. iſta ſunt verba Bar. in d. l. 4. facit quod not. idem Bart. in l.
3 e lege Iul. de vi pub. ¶ † Aduertendum e tamen, q; ſiue malefactor ſit in carcerẽ damnatus, ſiue ducatur ad ſupplicium, & coniuncti ſui iuſtè appellent pro eodem, iuxta l. nõ tantùm. ff. de appell. & Iudex non obſtãte appellatione iſta vult vlteriùs procedere in exequendo, q; iſto caſu poteſt Iudici de facto reſiſti, & talis executio impediri, q̃ per appellationem ablata eſt iuriſdictio Iudici à quo, ſecundũ Innoc. in c. ſi quando. de offic. deleg. quod eſt notandũ. Et hoc non eſt mirum, quia qñ executio eſt reuocabilis ſeu retractabilis, tunc faciliter poteſt impediri. facit l. ſi quis ꝑ-
4 uocatione. & qđ ibi notatur, de appellat. † Hinc eſt, q; licèt contra tres ſententias conformes non poſſit de nullitate opponi: vt in Cle. 1. de re iud. illud tamẽ eſt verũ, niſi executio eſſet irretractabilis vel perſonalis. Ita dicit Paulus de Leazaris, & Petr. de Anch. Nam vt etiam dicit Innoc. in c. paſtoralis. de offic. deleg. neque executor pœnæ corporalis debet illã exequi, qñ videt cauſam iniuſtam, ſed debet referre ſuperiori, ꝑ quo eſt caſus in l. 1. in fi. & quod ibi not. ff. de quæſtio. ita dicit Ang. de Aret. in tract. ſuo de maleficiis. in gl. ſuper verbo, Quòd fama. in 14. col. ibi, ſecundò quæro, qñ, &c. Et ibi etiam quærit, an poſſit fieri violentia capienti criminoſum. ibi, & primò.



¶ Quia ſuprà dixi de illo, q; remouet captiuatum
5 à manu ſeruientis. † quæro modò de illo, qui remouet literas Curiæ Parl. vel alterius Curię inferioris à manu ſeruiẽtis, in q̃ pœnam incidat. Bal.
f in l. ſi quis id, quod. f ff. de iuriſ. om. iu. dicit q; in
g pœnam falſi. ¶ Qualiter puniatur frangens g literas iudiciales, vide quę dixi ſuprà, q. 233. ¶ Item qualiter puniantur falſificantes literas Principũ, vel Iudicum? vide quæ dixi ſuprà, q. 455. ¶ Iuxta præmiſſa quæro, quid ſi Clericus ducatur ꝑ Officiarios temporales, an poterit impunè auferri? vide quæ dixi ſuprà, q. 73. in fin. ¶ Qualiter puniatur offendens Officiarium Delphin. in exercendo eius officium? vide ſuprà, quæſt. 562.

a ¶ Contigit in facto. *Tu vide de hoc per iſtum, Conſil. 211. incip. iuxta materiam proceſſus. num. 3. verſi. 4. dicti delati. vbi plenè.*

b ¶ In crimen læſæ maieſtatis. *Ad hoc enim, vt eximens quem à manibus Curiæ, incidat in crimen læſæ maieſtatis, requiritur, q; talis exemptus ſeu exceptus fuerit de crimine accuſatus, & condemnatus, aut cõfeſſus. imò fortè videtur requiri, q; ipſe eximens iuerit ad carceres, & illinc in illis reum detentũ, & de crimine condemnatũ ſeu confeſſum emiſerit, vt videtur ſonare text. in l. 4. in ver. item qui ibi in vincula contra. ff. ad l. Iul. maie. & ibi d. Azo. in ſum. §. cõmittitur autẽ aliàs. in verſ. item hac lege tenetur. iuncto eo quod dicit d. Bal. in l. addictos. in verſ. 2. quæritur. C. de Epiſ. audi. Sed veriùs videtur, quòd & is l. Iul. maie. teneatur, qui reũ iam condemnatum, aut confeſſum à manibus Curiæ ſiue ſeruientis aufert. Nam verbũ Vincula, quo vtitur tex. & verbũ Cuſtodia, quo vtitur d. Azo. in locis præalle. verificãtur tàm in manibus ſeruientium, quàm in manſione carcerũ: vt l. 1. iuncta l. in eos. ff. de cuſto. reo. prætereà, nõ minùs eſt reũ condemnatũ vel cõfeſſum à manibus ſeruientiũ ſiue Curiæ eripere, quàm vinculis carceris ſoluere, cùm vtrobiq; maieſtas Principis in myſterio iuſtitiæ pariformiter lædatur. & hoc voluit nõtare d. Bar. in l. cuiuſq;. in 3. notab. ff. ad l. Iul. maie. Verũ, ſi quis hoc faceret, antequã captus fuiſſet cõfeſſus, vel condẽnatus de crimine, tũc non eſſet locus edicto l. Iul. mai. ſed tenetur pro reo, ac ſi eo nomine in omnẽ caſum fideiuſſiſſet, & hoc videtur dicere d. Bald. licèt ſufficienter loquatur, vbi ſuprà in præalleg. verſi. 2. quæritur.*

c ¶ L. addictos. *Adde, q; d. Card. non ſeruant hanc l. in prin. habentes ex conſuetudine priuilegium, quòd ſi obuient alicui reo ducto ad ſupplicium, poſſunt mittendo ſuum pileum, illum à morte liberare: vt dicit dom. Salyc. in l. addictos. in fin. C. de Epiſc. audien.*

d ¶ Punitur iuxta §. arripiatur. *Hoc eſt, pœna l. Iuliæ. de vi priuata: vt dicit d. Bar. in prædi. §. arripiat. & adde d. Bart. in l. 1. §. is videtur. in 3. col. in ver. quæro vtrum. ff. ſi quis ius dicen. non ob. & nihilominùs quatenus poteſt concernere intereſſe partis, habebit locum, quod dicit do. Bal. in verſicu. 2. quæritur. ad hoc bene facit, quod dicit idem d. Bal. in iam alleg. §. is videtur. in 2. col. in verſi. in eadem glo. & Doct. in l. ſed eximendi. in §. item ſi quis. in ver. vlt. quæro. ff. ne quis eum, qui in ius voc. eſt vi ex.*

e ¶ Aduertendum. *Quò ad quæſtiones in §. tract. ad- de Bald.*

*de Bald.in prææalleg.l. addictos. in verſi. & adde & in verſi.dicit etiam iu.*

*f* ¶ Bal.in l.ſi quis id quod. *videlicet in verſi. in eadem gloſſ.ibi, falſi. & tali pœna falſi etiam venit is Puniendus vltra pœnam quinquaginta aureorum, vt in prææalle. l.ſi quis. in glo. in verſic. quingentorum, aliàs quinquaginta.*

*g* ¶ Frangens.*vide dom. Bart.in prææalle. verſi.in eadem gloſ. vbi idem ſentit eſſe iudicium in amouente & corrumpente literas iudic.*

## QVÆST. DLXXX.

SVMMARIVM.

1 *Baſtardus non retinet Nobilitatem generis. Fallit in Delphin. num.3.*
2 *Baſtardi quibus prærogatiuis priuentur de iure.*
4 *Legitimatio an habeat locum in filijs natis ex clandeſtino matrimonio.*

1 AN Baſtardus retineat † Nobilitatem gene-
ris? Dic, quòd nõ, de iure. l.humilem. C. de in-
ceſ.nup. & tenet per expreſſum Bar.in l.ſi vt pro-
ponis.C.de dign.li.12.in ſua repetitione. circa fi.
& idem tenet Bart. in l. tutelas. ff.de capitis dim.
2 Ideò non † poſſunt eſſe Conſiliarij Principum: vt
tenet Bal. in l.cùm legitimè. de ſtatu hominum.
*a* Nec poſſunt tales portare arma agnationis, *a* vt
tenet Bal.in l.generaliter.in fi. C.de inſt.& ſubſt.
ſub cond.factis.& per Bart.in l.fi.de verbor.ſign.
3 *b* ¶ † Sed quicquid ſit de iure, de cõſuetudine *b* ta-
men generali præſentis patriæ Delph. & patriarum
circumuicinarũ Baſtardi retinent Nobilitatem
generis, & portãt nomẽ & arma ſui generis: cùm
tamen aliqua differentia armorũ & pro Nobilibus
habentur & reputãtur, & nõ contribuunt in ſub-
ſidiis Delph. ſi tamen viuãt nobiliter, ſed gaudẽt
omnibus prærogatiuis Nobiliũ: ac ſi eſſent legi-
timi, niſi in ſuccedẽdo parentibus, agnatis & co-
gnatis, quo caſu reſpectu ſucceſſionis ex teſta-
mento, vel ab inteſtato ſeruantur iura cõmunia.
*c* Et an Baſtardi poſſint ſuccedere parentib. *c* ſuis,
vide in l.ſi qua illuſtris. ff. ad Tert. & quib. mod.
nat.effi.ſui.§.fi.col.7. ¶ De ſpurio, & an poſſit ſi-
bi relinqui per patrẽ naturalem, vide quæ ſcripſi
ſuprà, q. 280. ¶ De modo articulandi ad proba-
tionem Nobilitatis, vide plenè per Bart. in d.l.ſi vt
proponis.C.de dig.circa.fin. ¶ Vtrum legitimati à
Papa, cenſeantur ad temporalia legitimati, vide
in c.per venerabilem, extrà.qui filij ſint leg.& ibi
Inn.Hoſt.& gl. tangit Bart.in l.cunctos populos.
4 C.de ſumma Trin. & fide Cathol. ¶ † Vtrũ legi-
timatio locũ habeat in filiis natis ex clandeſtino
matrimonio? Ioan. Fab. dicit quòd non, in §.fi.Inſt.
de pup. ¶ Quid operetur legitimatio, vide Bart.
in l.qui in Prouin. ff. de ri.nup. ¶ De materia le-
gitimationis liberorum, vide quæ ſcripſi ſuprà,
q.482. ¶ Vtrum Baſtardus poſſit effici Mona-
*d* chus, *d* vide Inn.in c.1.extrà, de filiis presbyt.

*a* ¶ Arma agnationis. *Adde d. Bart. in l. filius. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie.iu.*

*b* ¶ Conſuetudine. *Poteſt enim conſuetudo hîc efficere, ſcilicet, quòd Baſtardi habeant Nobilitatẽ genitoris. Nam communis vſus loquendi poteſt inducere, vt appellatione domus ſiue familiæ cõtineantur Baſtardi: vt per d. Bar. in l.ſuggeſtioni. in verſ.& ideò cõmunis modus. C.de verb.ſig. Item ſtatutũ poteſt facere, quòd Baſtardi ſuccedant ab inteſtato: vt videtur velle d.Bar.in l.hæredibus.§.1.in verſi.tamen gloſſ.facit.ff.ad Treb.*
** Tu adde, nunquid Baſtardi dicantur de deſcendentibus de domo, vide quòd eleganter conſulendo tenuit Phil. Corn.in Conſil. 159.incip. in hac conſultatione.in tertio volumine.*

*c* ¶ Succedere parentibus. *Vide in l. humanitatis. & in authen. licèt patrum. C. de natu. lib. & ibi dom. Azo in ſum.in §.ſuccedunt autem.*

*d* ¶ Monachus. *Ipſe d. Inno.in præ.c.1.in verſ. Monachus. dicit quod ſic, videlicet, quòd Baſtardus poſſit effici Monachus. Quinetiam Baſtardus legitimatur per ingreſſum Monaſterij: vt alibi dicit d. Bart. Et adde quòd Baſtardus dicitur naturalis tantùm: vt dicit gloſſ. infrà. l. quoties. ff. de reg. iur.*

## QVÆST. DLXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Soluta per Simoniam, an poſſint repeti.*
2 *Perdita in ludo alearum, an poſſint repeti. diſtin.*
3 *Peccatum non eſt in promittente ſoluere vſuras.*
4 *Soluta per Simoniam, cui applicabuntur.*

IOannes Polleti de Crimiaco, & Io.de Latra de
Burgundio, fecerũt inter ſe quædam pacta Si-
moniaca, ad cauſam præpoſituræ ſancti Anton.
Burgundij, & vigore dictorũ pactorum d. de La-
tra realiter ſoluit & tradidit d. Polleto centũ ſcu-
ta auri, ſub ſpe, habendi pro filio ſuo dictam præ-
poſituram. Verùm, quia obſtantibus certis impe-
dimentis dictus de Latra non potuit obtinere di-
ctam præpoſituram, ipſe conueniri fecit dictum
Polleti in hac Curia Parlamenti, & inter cætera
petiit à d. Polleto ſibi reſtitui dicta centum ſcuta
1 auri. † Et fuit iſte caſus poſitus in deliberatione
in Camera Conſilij, & opinando dixerunt aliqui
ex dominis, quòd ipſe Polleti non tenetur ad reſtitu-
tionem d. centum ſcutorũ auri, cùm in pari cau-
ſa turpitudinis potior ſit conditio poſſidentis, iu-
xta regulam iuris, in pari cauſa de regu. iur. & l. ſi
duo. ff. de dolo. Sed dom. Franc. de Cizerino, v-
triuſque Iuris Doctor, Conſiliarius Delph. dicit,
quòd imò dictus de Latra, poteſt repetere dicta
centũ ſcuta ad inſtar vſuræ ſolutæ, quæ repetitur,
iuxta c.debitores. extrà, de iureiur. Alij verò di-
xerunt, ſic diſtinguendo, quia aut dictus de Latra
prouocauit d.Polleti, ad d. pacta ſimoniaca ineun-
da, & tunc non tenetur d.Polleti d.centum ſcuta
auri reſtituere d. de Latra. Aut d.Polleti prouoca-
uit d.de Latra ad d. pacta ineunda, tũc eo caſu d.
centum ſcuta auri reſtituere tenetur d.de Latra.
*a* Et hanc diſtinctionem *a* ponit Innoc. in ſimili
materia in c.quia plerique.extrà, de immunitate
2 Eccleſiarũ, vbi ipſe tract. An † quis teneatur re-
ſtituere



*b* ſtituere id, quod lucratur in ludo taxillorũ, *b* iu-
xta materiam authent.alearum vſus. C.de reli.&
ſumpt.funerum.& not.per glo.in l.fi.ff.de alia.&
determinat ibi Innocen.quòd ſi ille, qui traxit a-
lium ad ludendum, lucretur, tenetur ad reſtitu-
tionem. Si autem ille, qui perdidit, traxerit ad lu-
dendum, nõ repetit: vt ibi, pleniùs per eum. Sed
qualiter reſpõdebitur ad dictum cap. debitores.
per quod dictus dom. Franc. de Cizerino voluit
dicere, quod ſolutum per ſimoniam, poteſt in-
diſtinctè repeti, ſicut vſura ſoluta indiſtinctè re-
petitur, per dictum cap. debitores. Ad hoc dice-
bant aliqui, quòd aliud eſt in ſimonia, & aliud in
vſura. Et ratio diuerſitatis eſt, quia in ſimonia ver-
ſatur peccatum, non ſolùm reſpectu recipientis,
ſed etiam reſpectu ſoluentis: vt in c. de hoc. ex-
3 trà, de ſimonia. ¶ † Quod ſecùs eſt in vſura, vbi
licet ex parte recipientis vſuram, verſetur pecca-
tum, non tamen reſpectu promittẽtis. Quod pà-
tet, quia iurans ſoluere vſuram, debet iuramen-
tum ſeruare: vt d.c.debitores. quod non faceret,
ſi iuramentũ reſpectu ipſius iurãtis eſſet inducti-
uum peccati: vt c.cùm contingat. extrà, de iure.
Et ideò non mirũ, ſi ſoluens vſuram, repetat: cùm
in eo non verſetur peccatũ, quod ſecùs eſt in ſol-
uente ſimoniã, in quo verſatur peccatũ, ſicut in
reperiente, in quo propterea paritas delicti ſiue
peccati facit ceſſare repetitionem indebiti ſolu-
ti, iuxta dictam regulam iuris, in pari cauſa turpi-
tudinis, &c. Et ſic non obſtat d.c.debitores. cùm
caſus ſint diuerſi, & non aduerſi, per prædicta. Et
pro hac ſolutione faciunt etiam ea, quæ dixi ſu-
prà, quæſt.80.in fi.vbi etiam tetigi de hac materia
ſimoniæ.& de materia, & intellectu dicti c.debi-
tores. de qua materia vide pleniùs per Humbert.
de Bouen. & Raphaëlem Cuman.in authent. ſa-
cramenta puberum. C. ſi aduer.ven.& per Bart.
in l.ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ. & per Canoniſtas
in d.c.cùm contingat.extrà, de iureiur. Fuit ergo
tunc concluſum per Dominos Parlamenti, quòd di-
ctus de Latra dicta centum ſcuta per ſimoniam
ſoluta repetere non poterat, per ſuprà proximè
4 alleg. † Sed cùm ſolutum per ſimoniam non poſ-
ſit repeti, cui applicabitur? Dic, quòd illi Eccle cui
facta eſt iniuria, vt dicit gl.in d. cap. de hoc. de ſi-
monia.in gloſ.fi.ſuper verbo, Reſtituant. Et ideò
dictus de Latra dicta centum ſcuta ſoluere, & re-
ſtituere tenebitur dictæ præpoſituræ ſancti Ant.
Burgundij, cui facta fuit dicta iniuria per dictam
gl.in d.c.de hoc.extrà, de ſimonia.

*a* ¶ Diſtinctionem. *Aduerte. quia author non intendit approbare huiuſmodi diſtinctionem, quò ad deciſionem præſentis quæſtionis, ſecundum op. ſuprà primo ordine recitatam. Nam licet prohibitum ſit ludere ad aleas & taxillos, non tamen eſt perpetuò prohibitum. Nec quidem talis ludus principaliter prohibetur, propter ſe, ſed propter mala, quæ exinde ſequuntur: vt dicunt dom. Azo & Panormita. in locis infrà in proxima Apoſtilla allegatis: ergo non ritè argueretur à ludo prætacto, ad ſimoniam. cùm illa perpetuò, & principaliter propter ſe ſit prohibita, tanquam de ſe mala, & in ſeipſa pernicioſa, adeò, vt omnia crimina ad comparationem ſimoniacæ hæreſis, quaſi pro nihilo reputentur: vt infrà, q. vlt. patet. ita dicit dom. Goffr. in Summa, de ſimonia. in princip.*

*b* ¶ In ludo taxillorum. *An & quando quis teneatur reſtituere, quòd lucratur in ludo alearum, ſiue taxillorum? vide do. Panor. plenè tractantem in c. Clerici. 2. in addit. in 3.col. in gl. in verſ. ad aleas. extrà, de vit. & ho. Cler. & adde dom. Azo. in Summa. C. de relig. & ſump. fun. in 5. col. in §. accedamus ad ſequentem partem. & dom. Salyc. eod. tit. in l. alearum vſus. in verſic. quæro, an huic.*
** Tu adde Hoſtien. in Summa. de exceſſ. Præla. verſic. Clericus. & in Sum. de pœnis. §.1. verſic. quid de luſoribus. & latè per Ioan. de Imol. in l. is qui cum ſciret. ff. pro empto. & per Alex. in conſ. 77. incip. circa primum. in 5. vol. col. fin. vbi decidit, nunquid bona acquiſita ex ludo Azardi, debeant tanquam communia diuidi.*

## QVÆST. DLXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum, in quo dies eſt errore omiſſa, an valeat. diſting. num. 2.*
3 *Negocia quænam debeant omninò fieri in ſcriptis.*
4 *Scripturæ in monumentis faciunt rem notoriã, non tamen fidem.*
5 *Inſtrumenti clauſula an ſufficiat ad fidẽ faciendam.*

1 REperitur inſtrumentum publicum † manu
Notarij confectum, in quo dies non eſt ap-
poſita, quæritur, an valeat? Et videtur, quòd non:
quia dies eſt de ſolennitate inſtrumenti, vnde ſi
deeſt, videtur quòd non valeat, in auth. vt præpo. no.
Imperatoris. §.1. col.6. & in auth. quib.mod.na.
efficiuntur legitimi. §.ad hæc.col.7. & C.de apo-
chis publicis.l.1.lib.10. C. de diuerſis reſcript.l.3.
& C. de contrahen. & commit. ſtip. l. optimam.
In contrarium videtur, quòd valeat, vt in prima
conſtitutione Codicis, ver. ibi tamen. & C. de
iuſt.cod.confi.vbi vide. Et ſi quid deficiat de ſol-
ennitate, non tamen vitiatur negocium. ff. de vẽ.
inſpi.l.1.in fin. &.C.de teſtam.mil.l.milites.& ff.
2 de in integ.reſtit.l.diuus. Dic ergo: † Aut eſt ta-
le negocium, quod debet fieri in ſcriptis omni-
no aut non. Primo caſu, ſi dies deſit, dico inſtru-
mentum & rem non valere. C.de fide inſtrumẽ.
l. contractus. Secundo caſu, quando non exigit
ſolennitatem ſcripturæ, ſed fuit facta, vt id, quod
fiebat, faciliùs probaretur, & tunc videtur dicen-
dum, quòd valeat. ff. de fid. inſtr. l. penult. & C. de
pignor. l. contrahitur. quia ſi tabellio facit inſtru-
mentum, & deficit aliquid de ſolennitate, errore
lapſus, & poſteà per diem vel annum tabellio re-
*a* cordetur de illa die, ponere poteſt: *a* quia ve-
ritas ſcripturæ debet probari per ſuum autho-
rem. C. de falſ. l. ſi quis decurio. & faciunt, quæ
dicit Bartolus in l. ſi liberarium. ff. de verbor. ſi-
gnifica. vbi iſtam ponit materiam. Et de hac ma-
3 teria etiam tetigi ſuprà, q.131. ¶ † Sed quæ ſunt

 illa

b illa negocia,quæ omnino fieri debēt in ſcriptis.b Dic,ꝙ ſequentia.Primò enim exigitur ſcriptura in emancipatione liberorum: vt C. de fid.inſt.l. in emancipatione. & C. de emanc. lib.l.fi. Item, cùm res ſtabilis datur Aduocato pro patrocinio. C.de ſuff.l.vna. Item,in contractu cum Eccleſia celebrato.C.de ſacroſ.Eccl.auth. hoc ius porrectum. Item in teſtamento ſolenni in ſcriptis habito, & Codicillis. C. de teſta.l.hac cõſultiſſima. Item in ſententiis diffinitiuis & interlocutoriis, quæ in ſcriptis ferendæ ſunt. C. de ſent. ex bre. rec.l.1.& 2. Item in contractu emphyteuticario. C.de iure emphyt.l.1.& in c.1.de cenſi. li.6.& ibi per gl. Item, cùm aliquis dicit ſe fore Clericum, debet docere ꝑ literas ſui Epiſcopi teſtimoniales,alioquin ꝓ Clerico non habetur. l. ſi qua per calumniã.C.de Epiſ.&Cle.Item,cùm aliquis dicit ſe habere mandatũ ſuper aliquibus negociis à Papa, vel Imperatore, literas oſtendere debet, aliàs nõ adhibetur ſibi fides. C.de mand.prin.l.1. extrà,de off.& poteſtat.iudi.deleg. c. imperitos. Item in inſinuatione donationis, q̃ excedit ſummam quingentorũ aureorum. & in ſingulis caſibus,in quib. exigitur prætoris authoritas: vt in emancipationibus,in arrogationibus,& cautionibus tutorũ, inuẽtariis, & in alienatione minorũ. extrà,de prob.c.qm̃ contra falſam.C.arb.tut.l.fi. & C.de admini.tut.l.hæredi.& Inſtit. de adop.§. 2.& 3.& C.de don. l. ſi quis argentum. & l. ſancimus. Itẽ in proteſtationibus faciendis, ne currat tempus alicui ad interrumpendam præſcriptionem. C. de anna. præſcr. l. vt præfectus. Item in quodã caſu,ꝙ legitur. C. ſi minor ſe ma.dixerit.l. ſi quis alterius. Item, ſi actum fuerit, vt cõtractus non valeat, niſi in ſcriptis fiat. in l.contractus. C. de fid.inſtr. Et in iſtis caſibus, in quib. requiritur ſcriptura, ſi fiat inſtrumentum, in quo dies apponi omittatur: non valet inſtrumentum,nec res, ſiue actus,qui geritur, iuxta diſtinctionem ſuprà poſitam. ¶ De inſtrumento ſeu antiqua charta, vide Spec.in tit.de locato. in §. tunc aliqua.verſ. 57.& tetigi ſuprà.q.404.in fi. ¶ De materia Pro-
4 thocollorum,vide,quæ dixi ſuprà,q.19. ¶†Quid de ſcripturis, quæ reperiuntur in lapide monumentorum? Dic, ꝙ licèt plenam fidem non faciant,tamen faciunt rem notoriam. ita dicit Bal. in l.monumentorum.C.de relig.& ſum.fu. ¶ V-
5 trum ſufficiat, quòd † clauſula inſtrumenti producatur? Dic,quòd non: imò debet totũ inſtrumentum produci,ſecundum Bart.in rub.in 1. & 2.quæſt.ff.de no.ope.nunc.& Cyn. in l.fin. C. de precib. Imperatori offerend.

a ¶ Ponere poteſt. *de hoc vide quod dicit dom. Bald. in addit. ad Spec. de inſtrumentorum edit. in tertia col. in §. Notarius non poteſt. & in quinta columna, in ver. rogitus Notarij.*

b ¶ In ſcriptis. *Adde Spec. in tit. præal de inſtru edit. in §. reſtat videre. in verſ. primus eſt. vſq; ad verſ. 29. in requiſitione tranſcripti. & ibi dom. Bald. in addit. eiuſdem, in 5. col. in verſ. commune Peruſij.*

## QVÆST. DLXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Protectio & defenſio, an intelligantur cum armis.*

2 *Protegere verbum quid importet.*

QVæſitum fuit, & dubitatum in Camera Cõ-
1 ſilij, quid importent illa † verba: Recipio te in protectionem, & defenſionem meam. Canoniſtæ de hoc ſe expediunt, & dicunt, quòd ſi quis reciperetur ſub defenſione Eccleſiæ,nõ debet Eccleſia eum defendere cũ armis. Sed videtur ei magis reuerentia haberi, q̃ alteri,vt probatur ex tex.c.recepimus.extrà, de priuil.cum glo. ibi poſita.Sed poſſet probari oppoſitum,per ver-
2 bum, Protegere: † quod videtur importare etiã
a cum armis defendere, a vt tenet gl. in l. deſertorem.§.ſi.ff.de re milit.item poteſt probari. in l.fi. C.de profeſ. & med. quicquid iſti Canoniſtæ dicant. Sed ſi loqueris in materia contrahentium, de quorum natura eſt iudicialis defenſio: vt l.fi. C.de act.empt.ſi autem natura contractus nõ repugnet, dico, quòd etiã tenetur defendere cum armis, vt habetur per Bart. in 1. conſtitutione.ff. circa prin. Et de hac materia tetigi ſuprà,q.551.in verſ.venio ad quintum quæſitum.

a ¶ Armis defendere. *Pro hoc videtur facere, quod dicit dom. Panor. in c. Clerici. infrà in 2. colu. in ver. in tertio membro. de vita & hone. Cle.*

## QVÆST. DLXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Iura & actiones an contineantur appellatione rerum.*

2 *Bonorum appellatione an contineantur nomina, iura & actiones.*

FVit dubitatum inter nos in Camera Conſilij, quia quidam dixerat: Dono tibi res meas, ſi
1 ſub iſtis verbis contineantur † iura & actiones, quos habebat contra Titium.gl. & Bart.in l.omne ius.ff.de ſtat.hom.videtur velle,ꝙ ſic: Guli.de Cun.ibi tenet contrarium.quia dicit ipſe,gl. procedit, quando donaretur res. In quæſtione propoſita, dicitur, Dono res meas,ſed verbũ, Meas,
b denotat dominium: b vt l.ſuos.in prin.ff.de leg.3. & l.non ſolùm. §. meum. de rei vend. quod non poteſt in actionibus verificari, quia meæ non dicuntur: vt l.rei. in princ. ff. de leg.3.& hoc tenet ipſe Gul.& no.in l.ſi lega.§. ſi bona.ff.ad Trebel. & in l.rei.ff.de verb. ſignif. & de bon.poſſeſſ.l.1.&
2 dic.vt ibi not.in glo. ¶ † An appellatione bono-
c rum c contineantur nomina, Iura, & actiones?
d d vide Bartol. in l. Quintus. §.argen.ff.de aur.& arg. leg. & in l.1. C. ſi aduerſ.tranſact. & quæ dixi ſuprà,q.291.& 341. ¶ Sed quid de legato bonorũ mobilium & immobilium, an veniant nomina?
e e vide quæ ſcripſi ſuprà, quæſt. 499. An vſufructuarius omnium bonorũ teneatur ſoluere debita? vide quæ dixi ſuprà, q.551.



a ¶ Gloſſ. *Opinio huius gloſſ. eſt vera, ſecundum Bald. qui eam (poſtpoſita opi. d. Gul. de Cun.) approbat in l. omne ius. hic allegat.*

b ¶ Meum. *d. Bartol. in l. certum. §. ſed & ſi. ff. de confeſſ.*

c ¶ An appellatione bonorum. *Tu vide de hoc quæſito iſtum, Conſil incip. factum tale eſt in rem. num. 1. ver. ad quod puto. vbi alleg Conſil. 214. & Conſil. 215.*

d ¶ Contineantur actiones. *Idem in hoc caſu videtur ſentire d. Bal. vbi ſuprà, in verſ. & per hoc patet.*

e ¶ An veniant nomina. *Vide glo. & Doct. in l. mouentium ff. de verborum ſignificat. & d. Bald. in l. 1. C. ſi aduer. tranſact.*

## QVÆST. DLXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Teſtibus examinatis ſuper valore alicuius rei, pars aduerſa producit alium articulum, quòd res plus valet: An debeant ſuper hoc articulo teſtes examinari.*

1 TEſtes fuerunt examinati ſuper articulo † cõtinente, quòd res valet cẽtum, ſi poſt publicationem teſtium, pars aduerſa tradat alium articulum, quòd res valet centum & quinquaginta, vtrum teſtes ſuper hoc articulo debeant examinari? Dic, quòd ſic: & eſt ratio, quia talis articulus non eſt contrarius, imò omninò diuerſus, quia poteſt eſſe vnũ & aliud. & hanc opin. tenet Bart.in l.cum furt.in prin.ff.de in litem iur.& ita fuit determinatum per Dominos meos de Parlamẽto in cauſa caſtri Rupiſchinardi,in qua cauſa in materia reuiſionis partes fuerũt admiſſæ ad probandum maiorem valorem dicti caſtri, aliorum bonorum petitorum per Nobilem Claudium Alamandi, cõtra Nobilem Ioan. Alamandi. ¶ Quæ conſideratio ſit habenda in probatione valoris, alicuius rei. Et de probatione valoris vide per Ang. de Aret. Inſt. de act. in §. ſi quis a-
a gens.in 3.col. a in materia l.2. C. de reſcind. ven. attenditur valor rei, tempore contractus: vt dicit idem Ang. de Are. in d. §. ſi quis agens. & ibi ponit multa ſingularia in materia d. l. 2. & format ibi libellum. & vide quæ ſcripſi ſuprà, q. 157. ¶ De articulis impertinentib. & examinatione teſtiũ ſuper eiſdem, vide quæ dixi ſuprà, q.347. ¶ Licet in iudicio non ſit probatum de valore rei, Iudex
b tamen ex officio ſuo debet æſtimare. b l. ſi quod ex Pamphila.in fi.ibi, æſtimauerit. ff. de leg.2. facit l.ſemper.ff.quod vi aut clam. §.officiũ. & nota per Doctores in lege vnica. C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt, proferuntur. in illa quæſtione, qualiter intereſſe probetur.

a ¶ Agens in 3. colum. *Videlicet, in ver. 4. etiam. & iunge, quod per eundem dom. Angel. ibidem docetur in 2. col. in verſic. vlt. not. vbi etiam tradit modum formandi articulos de æſtimatione precij rerum.*

b ¶ Debet æſtimare. *Iſtud quod hic ponitur, puta, licet in iudicio, &c. ponit formaliter domin. Bart. in l. ſi quod ex Pamphila. hic allega. in vltim. not. & adde d. Angel. de Aret. prææalleg. verſic. vltim. not. ibi, & pro hoc tu alleg. &c.*

## QVÆST. DLXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, lata teſtibus non publicatis, an ſit ipſo iure nulla. Vide & num. 2.*

1 QVæritur, Vtrum † ſententia, lata teſtib. non publicatis, ſit ipſo iure nulla? In Curia Romana ſeruatur, ꝙ fertur ſententia teſtibus non publicatis, vt fertur, vſq; ad tertiam ſentẽtiam. & hoc vt nõ generetur præiudicium in teſtib. producendis in cauſa appellationis, & ſic partes procedunt oculis clauſis. Idem etiam ſeruat ſtylus Curiæ Parlamen. Pariſius, & in Iudice ſedet tantùm ſcientia veritatis. Et iſte error naſcitur ex illo errore, quòd teſtibus publicatis non poſſunt produci ſuper eiſdem articulis teſtes in cauſa appellationis. Nam licet ius Ciuile præſumat cauſam ſubornationis in cauſa prima, non tamen in cauſa appellationis: quia teſtes non ita audent dicere falſitatem coram ſuperiori Iudice, ſicut coram minore, maximè coram Principe, vt dixi etiam in tractatu meo de præſup. ver. ratio quare, &c. Et in multis locis, & iudiciis ſeruatur ius Ciuile, videlicet opinio Legiſtarum, quæ eſt vera de iure Ciuili: vt C. de tempor. appel. l. per hanc. & de app. l. eos. Qui ſuperior etiam poſſet punire de falſo teſtes receptos, in prima cauſa; eò, quia in eum transfertur iuriſdictio plena omnium perſonarum, quæ ſunt in iudicio totius cauſæ, & dicitur ſucceſſor: vt ff. iudicatum ſolui.
2 l.cum apud Sempronium. † Concluſio eſt ergo, quòd publicatio teſtium omiſſa, non reddit iu-
a dicium nullum. a licet gl. ſentiat contrarium. in l.prolatam.C.de ſent.& interd.om.iud. Nam & ſine vllis teſtibus ſententia lata eſt aliqua: & maximè abſolutoria. ff.fam. erciſc. l. cùm putarem. & ff.de pec.l.eo tempore.in prin. ff. de cond. inde.l.ſi non ſurtem. §.hæred.in glo.2.ibi, verbum autem poteſt, &c. Ita dicit Bald. in c.1. ſi de inueſtit. inter dom. & vaſal.lis oriatur. Et ita etiam de ſtylo vidi ſeruari in Curia Parlam. Del. quòd omiſſio publicationis teſtium non reddit proceſſum nullum, cùm etiam in ipſa Curia Parlam. procedatur, talibus ſubtilitatibus iure reiectis. licet gl.& Bart. in l.ſolam. C. de teſt. & idem Bart. in l.cum mota. ff. iud. ſolui. teneant, quòd teſtes non publicati non probent, ſed de ſtylo d.Curiæ Parla. Delphin. ſi à caſu omittatur publicatio fieri in iudicio, probant depoſitiones talium teſtium, & habentur pro publicatis. Ita vidi ſeruari, tamen reſpectu materiæ dict. l. per hanc. C. de temp.

de temp. app. ſeruatur in Curia Parlam. Delphi.
b diſpoſitio cle.fin. *b* de teſtib. vt dicit plenè ſuprà,
q.14. Niſi ex aliqua iuſta cauſa æquum videretur
Curiæ contrarium fiendum, vt dixi pleniùs in d.
tracta. de præſumpt. ver. ratio quare, &c.

a ¶ Non reddit iudicium nullum. *Iſtud tenet dom. Bart. in l. prolatam hîc alle. in q. & aſſignat rationem, quia examinatio & publicatio non ſunt de ordine ſubſtantiali ipſius iudicij, & iſtud videtur innuere text. in c. cum & ibi, minimè publicatis. extrà, de ſent. & re iu. & hoc videtur ibi ſentire dom. Innoc. in glo. ſua. in ver. publicatis. & hoc eſt verum, niſi apertè fuerit petitum. ſecundum glo. ver. iudicis. & in c. fin. C. ceſſante. de hæreticis. lib. 6. quod etiam ſequitur d. Alex. in addit. dom. Bart. in præd. l. prolatam. Aduerte tamen, quòd tu quicunque es Iudex, cauere debes, ne reum priues debito iuris ordine, ſine magna cauſa, quoniam fieri non poteſt ſine offenſione Dei: vt dicit d. Archi. in præd. c. fi. in gl. ſua. in ver. graue periculum. & hoc videtur voluiſſe d. Inno. in loco præalleg. in princ. ſuæ d. gl. ibi, ſi non publicauit, deliquit. & dom. Ioan. And. poſt d. Archi. in præall. c. fin. circa prin. in ver. potentiam.*

b ¶ Diſpoſitio Cle. ſi. *Tu vide de hac cle. & inter quas perſonas habeat locum, vide iſtum Conſil. 35. incip. appellatio. num. 1. ver. & ideò.*

## QVÆST. DLXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Pars vna an poſſit cōpellere aliam ad concludendum in cauſa.*

a 1 QVæſitum fuit, *a* etiam, † Vtrum vna pars poſ-
ſit cogere aliam ad concludendum in cau-
b ſa? Et videtur quòd ſic: *b* quia concluſio eſt pars
iudicij, quod redditur in inuitum, vt ff. de verbo.
obligat. l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de pecu. l. ſumma cum ratione. §. fi. cùm igitur iudicium reddatur in inuitum, ergo quælibet eius pars. ff. de rei vend. l. quæ de tota. Item cōcluſio in ea ponitur inter alia, quæ ſunt ordinis iudiciarij, vt extrà, de probation. c. quoniā contra falſam. & de procur. c. auditis. & in auth. de teſtibus. §. quia verò multi. colla. 7. Certum eſt, quòd ad ordinem iudicij quis cogitur inuitus. C. quomodo & quādo. iud. l. cōſentaneum. Præterea, hoc probatur expreſsè in authen. vt cum de appella. cogn. in prin. vbi fugam nolentis concludere, malitiam appellat Imperator. Vnde ſumpta eſt auth. iubemus. de iudic. reſtat ergo, vt plenè inſtructa cauſa, dum nil reſtat ampliùs allegandum, præter neceſſitatem ordinis iudiciarij (ꝙ maximè redditur in inuitum) in cauſa cōcludendi: vt aliquis terminus imponatur diſceptationi, vt not. Innoc. extrà, de cauſa poſſeſ. cap. paſtoralis. & ita tenet Bal. in c. 1. ſi de inueſtitura inter do. & vaſal. lis oriatur. Et ita ſeruat hæc Curia Parla. Delph. Item, quando altera pars differt concludere, ipſa Curia habito, ꝙ
c renunciatio *c* & cōcluſio in cauſa aſſignat ad diffiniēdum. & de hac materia dic, vt plenè not. per Ioan. Andr. in Cle. ſæpe. de verb. ſign. & Doct. in d. c. paſtoralis, qui ponit differentiam inter Renunciare & Concludere.

a ¶ Quæſitum fuit. *Vide materiam huius deciſio. in deciſ. q. 14. & quòd ibi notatur.*

b ¶ Quòd ſic. *Idem tenet dom. Alex. in præall. l. prolatam. in addit. ibi ad d. Bart. quæ ponitur ſuper ver. ſi remanceres. vide tamē Spec. de renun. & conclu. in prin. & in verſic. & not.*

c ¶ Pro renunciato. *Et facit, quia ſi non fuerit renunciatum, bene tenet ſententia, vt dicit d. Ioan. And. poſt ipſum. in additio. Specul. in præall. tit. de renunciat. & conclu. in prin. in addit. quæ incipit: §. fina.*

## QVÆST. DLXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio Officialis de Clerico confeſſo debitum in iudicio, & cui mandatum fuit vt ſolueret infra 10. dies, & non fecerit, an valeat?*

2 *Clauſula exnunc, prout extunc, quomodo accipiatur.*

CLericus confeſſus eſt in iudicio debitum, ideò Officialis mandat, ꝙ ſoluat infra 10. dies, adiecit, quòd ſi non ſoluerit, exnunc te excom-
1 munico: † Vtrum valeat talis excommunicatio? Et videtur quòd non: quia illa verba, Exnunc, ſignificant tempus cōtinuum, vt in c. cupientes. §. cæterùm. de ele. liber. 6. & not. in c. cum in cunctis. extrà, de elect. in Nouel. & patet ff. de verb. oblig. l. huiuſmodi ſtipul. Item patet Grammaticaliter, quia eſt Aduerbium præſentis temporis: vt ff. de tu. & ratio. diſtrahen. l. 1. §. nūc tractemus. Sed impoſſibile eſt, quòd pœna præueniat delictum, vel quòd excommunicatio præueniat cōtumaciam, cùm ſit ordo præpoſterus. de ſentent. excommun. c. ſacro. Cōtrarium eſt verum: quia hæc verba: Ex nunc Excōmunico te, ſignificant præſentem verbi actum, ſed futurum effectum,
2 vt ff. ſi cert. pet. l. lecta. Et ex hoc patet, † qualiter debeant intelligi verba, quæ ſæpe ponuntur in ſcripturis, videlicet exnunc, prout extunc, & econtrà, quia dictio Nunc, ſignificat actum verbi prolati, & tūc ſignificat effectum verbi conſummati: vt §. 1. ff. de cond. & demon. & ſic. non eſt aliqua perplexitas in iſtis ſermonibus, & ita dicit
a Bal. in c. 1. *a* de mi. vaſall. qui contumax eſt in feudis. Et de hac clauſula, Exnunc, prout Extunc, vide etiam in c. ex parte. extrà, de Clericis non reſidentibus. per B.

a ¶ Bald. in c. 1. *Videlicet in 6. colum. in ver. ſed pone, Clericus. vbi ponuntur iſta ad literam.*

## QVÆST. DLXXXIX.

### De furcis, & qui furcis ſunt ſuſpendendi.

SVMMARIVM.

1 *Fur non famoſus, an poſſit pro vno furto de iure ſuſpendi.*



2 *Principes adorantes falſos Deos, qua pœna puniantur.*

3 *Schiſmatici, adorantes falſam Eccleſiam, capti in bello, furca ſuſpenduntur.*

4 *Rebelles & infideles qui dicantur.*

5 *Papæ authoritas.*

6 *Rebellis contra Papam, qua pœna puniatur.*

1 QVæritur, Vtrum † fur non famoſus circumſcripta lege Federici pro vno furto, poſſit
a de iure cōmuni ſuſpendi? Dic quòd ſic: *a* vt not. per Cyn. C. de ſer. fug. aut. ſed nouo iure. & faciunt not. in l. pen. C. de con. ob cau. Pro hoc ibi dum dicit glo. furtū etiam capitale, eſt priuatum delictum. Dicit Dy. quòd propter publicam vtilitatem etiam in priuatis delictis poſſunt extranei accuſare. ff. de publi. l. licitatio. §. quod illicitè. Dicit Accurſius, quòd iura fiſcalia poteſt intentare quilibet idoneus in ſubſidiū. ff. de bonorum poſſeſſ. l. 3. §. à municipibus. item famoſi
b latrones furca ſuſpenduntur. *b* Item Piratæ & ſimiles, vt d. auth. ſed de nouo iure. verſus locum, in quo furati ſunt. ff. de pœn. l. capitaliū. §. famoſos. Itē ſacrilegi. ff. ad leg. Iul. pec. l. ſacrilegij. §. 1. Item transfugientes ad hoſtes. Item reuelantes conſilia Principis. Item author ſeditionis vel tumultus: vt ff. de re mil. l. 3. §. is, qui. & ff. de pœnis l. ſi quis aliquid. §. 1. & 2. Item ſeruus Regis, qui mortē intulit alicui, debet ſuſpendi ſupra foſſam mortui: vt in Lombardia. de culpa ſeruo. l. 1. & de homicidio liberi hominis. l. ſi ſeruus Regis. Itē, † Principes populi adorantes falſos Deos, ſuſpen-
2 duntur in patibulis cōtra Solem. Et ita poteſt dici, quòd Reges & Principes hoſtium ſi deprehēdantur, quòd debēt ſuſpendi in patibulis, ſed vltra eandem diem non debent morari. Numero. c. 16. & Deut. c. 10. & Ioſuæ c. 8. † Ex hoc apparet,
3 quòd ſchiſmatici, qui odorant falſam Eccleſiam. qui in bello capiuntur. debent furca ſuſpendi. Ita ponit Bald. in c. 1. *c* de pac. iura. fir. Incurrunt etiam ſchiſmatici alias pœnas: quia rebelles dicuntur, & rebellis eſt idem, quod in fidelis. Omnis enim deuiatio à fidelitate, eſt in fidelitas, de ſtat. & conſuet. contra liber. Eccle. edit. Com. Fride. 10. col. in §. Nos Friderichus. & not. in lit. de for-
4 ma fidelitat. in vſib. feud. Et ideò illi, † qui cùm eſſent ſubditi, expreſsè rebellāt Principi, dicuntur rebelles, *d* & infideles, vt l. ꝓditores. ff. de re mil. & l. amiſsione. §. qui deficiunt. ff. de cap. dimi. Qui enim machinant contra Principem, incidunt in crimen proditionis: vt l. oēs. §. exploratores. ff. de re mil. & d. l. proditores. & l. ſi quis ali-
e quid. §. 1. ff. de pœn. Rebellare *e* enim cōtra Principem, eſt quid mortale: nec poteſt remitti. niſi ex mera gratia, iuxta not. in authent. item nulla communitas. C. de Epiſc. & Cler. & ſolet. not. in c. medicinalis. de ſen. excom. lib. 6. Rebellare enim eſt idem, quod Reſiſtere. Et ꝓbatur in l. 2. C. de deſer. lib. 12. & hoc Reſiſtere pōt fieri faciēdo aliquid contra, vel non faciendo, & non obediendo, & vtrunq; continet ſignificatio vocabuli Reſiſtere, & extrà, de off. de leg. c. ſanè. Dicitur etiam Rebellare quis retinendo locum contra Principis obedientiam: vt d. l. amiſsione. §. qui deficiunt. Et eſt attendendū, ꝙ quocunque modo aliquis machinatur contra honorem Principis rebellando, rebellis eſt. Et de homine rebellante, in diuina ſcriptura, hēt in multis locis: vt in 3. Reg. 14. c. & 4. Reg. 17. 18. & 19. ca. poſito etiam ꝙ quis opera hoſtilia non faceret, diceret rebellis, & hoc propriè congruit his, qui cùm eſſent de ſubditis, deſierunt eſſe: vt d. §. qui deficiunt. & (vt ſuprà dictum eſt) quis dicitur rebellis, reſiſtēdo vel non obediendo, licèt guerram non faciat. Nec ſubditus, qui rebellat contra Principem pōt prætendere aliquam iuſtam cauſam reſiſtendi. Nam pro Principe præſumitur, & pro geſtis eiuſdem: vt not. in l. quoties. C. de ꝑci. imper. offer.
5 Quod enim Papa † facit vel confirmat, nemo infirmet: vt 10. diſtin. c. fi. Nam Papali approbationi ſtandum eſt. 19. diſtin. c. ſi Romanorum. Et eſt ipſius authoritas maior, quam ſanctorū. 20. diſti. c. de libellis. & c. 1. Ipſe enim ſolus tenet locum Principis Apoſtolorum. 12. q. 2. videntes. & habet oēs dignitates & omnem poteſtatem, quam habent oēs Patriarchæ: vt dicit Beatus Bern. & eius Conſtitutiones ſunt ſeruandæ, prout Conſtitutiones Beati Pet. 11. diſt. c. palàm. habet nāq; plenitudinem poteſtatis, vt 82. diſ. c. propoſuiſti. & poteſt parcere, cui vult. 6. q. 3. ca. deniq;. & auferri ius vni & alteri conferre. 6. q. 3. c. Eccleſiæ. Quinimò ipſe Papa deponit Imperatorem. ex-
6 trà, de re iud. c. ad Apoſtolicæ. Meritò ergo † qui contra Papam machinatur rebellando, vel non obediendo, dici poteſt rebellis, & incidit in crimen læſæ maieſtatis, quo crimine irretitus non ſolùm prohibetur noua acquirere, ſed vetera acquiſita debet amittere, & maximè iuriſdictionalia & honores, cùm ſit infamis & inhabilis. l. quiſquis. C. ad legem Iul. maieſtatis. & l. decernimus. C. de ſacroſan. Eccl. Et facit, quod dicitur de heretico, in auth. credētes. C. de hær. & c. qđ ſuper. de voto. Pœna namq; talium rebellium irrogat
f ipſo iure, *f* perdunt namq; omnia, quæ ſunt iuris Ciuilis, & Poſitiui: vt d. l. amiſsione. & poſſunt à quocunq; impunè occidi. in l. 3. §. fi. ff. ad legem Cor. de ſic. & d. l. ꝓditores. ff. de re mili. Et ſi capiant in bello, dn̄t furca ſuſpendi: vt dicit Bald. vbi ſuprà. Poſſunt etiam capi & detineri, vt ſerui. vt l. transfuga. ff. de acqui. re. do. poteſt etiam talibus per Iudicem pœna imponi, vt capite puniantur. d. l. ſi quis. §. transfuga. ff. de pœn. videmus etiam, ꝙ tranſgreſſores Apoſtolicæ ſedis ſunt infames. extra, de ma. & obedien. cap. illud. & de elect. c. dudū. & in 3. q. 4. c. ſi quis à ſuo. Nam tales videntur quatuor Euangelia contemnere: vt 20. diſt. cap. de libellis. in fin.

¶ An confeſsio vnius latronis valeat contra alium? Dic quòd ſic, quò ad præſumptionem, ſecundum Innocentium in capit. 1. de confeſ.

¶ Qui

¶ Qui ſunt furca ſuſpendendi, & de pœna furibus imponenda: vide multa per Bald. in feudis, in tit. de pac. iur. fir. & conſeruanda.

a ¶ Quòd ſic. *Quidam tenent, quòd non: ſecundum quod dicit dom. Cyn. in authent. nouo iure. hic alleg. in ver. item no. ibi, quòd non eſt faciendum, &c. & de hoc vide omninò dom. Aluar. in vſibus feud. de pace tenen. in c. 1. in §. ſi quis quinq; ſolidos. in verſi. oppo. ab extra. verum tamen eſt, quòd author in hoc ſectatur dom. Bal. qui ſic dixiſſe legitur in tit. de pace iura. fir. & in prædi. auth. ſed nouo iure. in ver. tertiò not. ipſe tamen do. Bal. non format quæſtionem ſimpliciter de furto, ſed qualificatiuè, videlicet de furto enormi. Et credo, ꝙ hoc fuit omiſſum in Curia impreſſoris, non quidem authoris. dicit enim d. Bald. in locis prælleg. ꝙ pro vno furto multum enormi poteſt fur, non famoſus ſuſpendi, quia ſæpe vnum magnum æquiualet tribus paruis: ſed contra & verius ꝙ fur non famoſus pro vno furto, quantumcunque enormi, nõ debet ſuſpendi, quia ponderatur conſuetudo furandi, non furtum: vt dicit do. Alex. in d. auth. ſed nouo iure. in addi. do. Bald. ſuper verbo, enormi. & ibi dom. Sal. in verſ. quæro ſecundo.*

b ¶ Furca ſuſpenduntur. *Adde ꝙ in l. quandoque dicitur, laqueo ſuſpendatur: vt in d. §. ſi quinq; ſolidos. alibi dicit, furcis figatur: vt in l. capitalium. in §. famoſos. ff. de pœn. Alibi dicit Lex: Furca ſuſpendatur: vt l. ſacrilegij. ff. ad legẽ Iul. pec. & ff. de pœn. l. ſi quis aliquid. §. primo. Alibi dicit Lex: Furca tolluntur. d. l. ſi quis aliquid. §. 1. Alibi dicit: Furca damnatur: vt ff. de re mil. in l. 3. §. is qui. Et ex prædictis potuerunt colligi caſus, in quibus de iure quis furca ſuſpendendus eſt: vt dicit dominus Aluarot. in præall. §. ſi quis quinq; ſolidos. in 1. col. paulò poſt princ. ibi, laqueo.*

c ¶ Bald. in c. 1. *Voluit allegare. in c. vno. & §. iniuria. in 2. col. in verſ. feudorum furtum, in prima quæſtione ibidem poſita.*

d ¶ Rebelles. *Quis dicatur rebellis, & ex quibus cauſis, quótve modis, vide do. Bart. in apparatu ſuo, col. 11. qui ſunt rebelles. in l. quoniam nuper. in princ. in glo. in verſ. rebellis.*

e ¶ Rebellare. *De hoc, vbi ſuprà proximè in præ. l. quoniam nuper. in glo in verbo, Tenore. & in glo. in verbo, Rebellando.*

f ¶ Ipſo iure. *Vt in præ. l. quoniam.*

## QVÆST. DXC.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus an poſſit agere ad commiſſum, ex contractu alienationis nulliter facto.*

2 *Pœna ſtatuti non habet locum ſi ſtatuto ciuitatis caueatur, ne quis alienet rem, ſine ſolutione gabellæ.*

1 QVidam vẽdidit † & tradidit rem emphyteuticariam, ſine cõſenſu Domini directi, quæ venditio aliquo caſu reperitur de iure nulla: An Dominus directus poterit agere ad commiſſum a contra emptorẽ rei? Credo quòd non: a obſtante nullitate talis venditionis, pro quo adduco in ſimili, quod ponit & tenet Bart. in l. fin. §. fin au-
2 tem ſub conditione. C. com. de leg. vbi dicit, † ſi ſtatuto ciuitatis caueatur, quòd ſi aliquis alienauerit rem, & non ſoluerit gabellã, perdat eam, b & alienatio fuerit nulla, b quòd nõ habet locum c pœna c ſtatuti. Sed hoc verum dico, ſi pars, à qua petitur commiſſum, hoc opponat, per ea, quę dixi ſuprà, quæſt. 221. Si cõtractus ſit nullus, an pœna poſſit peti, tetigi in 31. Conſil. meorum, in primo dubio.

a ¶ Credo quòd non. *Tu vide de hoc per iſtum, Conſil. 192. incip. ex furti narratione. num. 2. verſic. ad ſecundum quæſitum.*

b ¶ Nulla. *Facit, quod non præſtat impedimentũ, quod de iure non ſortitur effectum: vt in regu. lib. 6.*

c ¶ Non habet locum pœna. *Tu vide de hoc, & an ex contractu nullo debeatur pœna, iſtum, Conſi. 31. incip. In Ieſu Chriſti nomine, Amen. num. 1. ad fin. verſic. imò vltrà dici poſſet.*

## QVÆST. DXCI.

SVMMARIVM.

1 *Hæres Verbum, qualiter ſumatur in teſtamentis, & in contractibus. num. 2.*

1 VErbum Hæres, poſitũ in teſtamento in ſubſtitutione † aliqua ſumitur pro filio, vel alio a ex proprio corpore deſcendente. l. ex facto. §. fi. a ff. ad Trebell. & talis appellatur legitimus, poſtquam ex corpore deſcendit. l. 1. 2. & 3. C. de ſuis & leg. hæred. & ita etiam voluit gloſ. poſita ſuper rub. aliter ſequeretur, quòd alij aſcendentes, vel collaterales vſque ad ſeptem gradus, qui legitimi dicuntur. C. de legi. hæred. per totum. & Inſtit. de leg. agna. ſucceſſione. ſubſtitutos excluderent, quod tamen non eſt dicendum, nec ita fuiſſe de mente teſtatoris, quæ in his debet præcipuè attendi. l. 11. §. item ſi quis. ff. de leg. 3. l. pen. ff. de legat. 1. & l. cum virum. C. de fideicomm. Et pro hoc bene facit, quod ponit Spec. in tit. de teſta. §. in primis. verſic. fin. vbi dicit, quòd nomen Hæredis poſitum in vltim. voluntate in ſubſtitutio. non ſignificat alios, quàm deſcendentes, li-
2 b cet in contractibus † b & legib. ſignificet directò ſuccedentes in vniuerſum regulariter. l. fi. C. de hære. inſtit. & l. ſub diuerſis. §. 1. ff. de cond. & demonſt. & l. quidam. §. his autem. ff. de eden. facit etiam, quod ponit Bald. in c. 1. de natu. ſucceſſ. feud. vbi dicit, quòd verbum Hæres, non comprehendit patrem. Et ita vidi determinari in dicta Curia Parlamenti, & vide, quæ ſcripſi ſuprà, c quæſt. 59. & quæſt. 457. De hoc verbo Hæres, c ſcripſi in notabili. meis. in §. appellatione hæredum, &c.

a ¶ §. fin. *Adde ibi dom. Bart. qui aſſignat rationem, & dom. Bald. in l. 1. in 1. not. C. de cond. inſer.*

b ¶ In contractibus. *Hoc videtur procedere, niſi hinc inde naſcatur obligat. quia tunc etiam intelligitur de filio hærede: vt ſentit d. Bart. in prædi. § fina. & apertè exprimit do. Bal in d. l. in verſ. conſidera.*

c ¶ De



c ¶ De hoc verbo Hæres. *Tu vide de materia in hîc facti iſtum conſ. 37. incip. addendo ad allegationes. nu. 1. ver. & videtur. ibi. & licet illa clauſula. & per totum conſilium.*

## QVÆST. DXCII.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianicæ prohibitio facta per patrem filio, reſpectu primi gradus, porrigatur ad omnes ſubſtitutiones ſubiunctas.*

1 VTrum prohibitio Trebellianicæ a † facta per patrem filio reſpectu primi gradus, porrigatur ad omnes ſubſtitutiones ſubiũctas? Videtur b quòd ſic, b quia prohibitio indefinitè reſpectu primi gradus inſtitutorum facta, porrigitur ad omnes ſucceſſores. l. Lucius. in princ. à contrario ſenſu. & l. ſi plures. ff. de lega. 3. Ita dicit Bar. in d. l. Lucius. Et cùm in caſu iſto detractio Trebellian. fuerit in gradu indiffinitè facta, & in præiudicium filiorum, cui magis hæreditas debetur, quàm ſubſtitutis extraneis. Inſtitut. de hæredum qualit. & differ. §. ſui ipſa etiam, & multò magis cenſetur facta reſpectu omnium ſubſtitutorum, quia clauſula in principio, vel circa principium inſtitutionis adiecta, porrigitur ad omnia capitula ſubſequentia. l. 3. §. filius. & ibi etiã hoc ponit Bar. ff. de lib. & poſthum. l. 1. C. eod. tit. & maximè, quando nulla ſubeſt ratio, quare ita ad ſequentia non debeat referri, vt in d. l. 1. habetur. Nec aliqua ſubeſt diuerſitas vel repugnantia, ſi ad ſubſequentia capitula referatur. l. cohæredi. §. qui patrem. ff. de vulga. Ita dicit Bar. in l. talis ſcriptura. §. fi. ff. de legat. 1. ¶ Et de hac materia etiam ſcripſi ſuprà, q. 545. ¶ Et de mate. Trebellianicæ tetigi ſuprà, q. 51. ¶ Sed quid de verbo Maſculis, ſubiũcto in primo gradu ſubſtitutionis, an cenſeatur repetitum in ſequentibus gradibus? Vide quæ ſcripſi ſuprà, q. 485. Sed quid de verbo Maſculis, ſubiuncto in primo gradu ſubſtitutionis, an cenſeatur eſſe repetitum in ſequentibus, vide, quæ ſcripſi ſuprà, q. 485. Sed quid de verbo Maſculis, ſubiũcto in primo gradu ſubſtitutionis, an cenſeatur eſſe repetitum in ſequentibus, vide quæ ſcripſi ſuprà, q. 485. & in 87. conſ. meorum. ibi ex alio capite, &c.

a ¶ Prohibitio Trebellianicæ. *Tu vide de quæſito, iſtum plenè, conſ. 96. incip. caſus ſub nominibus. n. 5. ver. ad quintum. ibi, quartam verò.*

b ¶ Videtur quòd ſic. *Facit, quia quod in inſtitutione dicitur, in ſubſtitutione repetitum eſſe videtur: vt inſtitut. de vulg. & pup. ſubſt. in §. & ſi ex diſparibus. [illegible] facit, quòd adiectæ portiones in inſtit. cenſentur repetitæ in fideicommiſſo vniuerſali. l. quoties. ff. ad Treb.*

## QVÆST. DXCIII.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ſi variè deponunt, vtri depoſitioni ſit ſtandum.*

2 *Teſtes an poſſint recipi in cauſa inquiſitionali, ante lit. conteſt.*

1 TEſtis † in vno iudicio inter aliquos habito, depoſuit medio iuramento vnum, & poſt in alio iudicio depoſuit aliud, etiam ſuo medio iuramento, cui dicto eſt ſtandum? Dicendum videtur a quòd primò, a iuxta ea, quæ ponit Barto. in l. ſi poſtulauerit. §. penult. ff. de adult. quod ponit gl. in Authent. de teſti. §. illud tamen. collat. 7. nam publicatis teſtibus eſt veriſimile, quòd teſtis loqui potuerit cum parte producente, vel cum alio parti producẽti amico ſeu affectionato, ipſe præſumitur ſubornatus aliter deponendo in ſecunda ſua depoſitione, quàm depoſuerit in prima. Et ideò tanquam varianti non eſt credendum. Ita dicit glo. ord. in c. ſuper his. gloſſ. 1. extrà, de pœn. Nec eſt ſecundæ depoſitioni credendum, quia ipſe in ea eſt periturus, deponendo contra illud, quod primo ſuo medio iuramento depoſuerat, & ita eſt infamis. l. Lucius. ff. de his, qui not. inf. l. ſi quis maior. C. de tranſact. pro hoc, quòd periurus à teſtimonio repellatur, tenet Spec. in tit. de teſte. §. 1. verſ. item excipitur, quòd eſt infamis. ibi, vnde periuri non admittuntur, &c. & verſic. itẽ qui eſt periurus. Sed quod depoſitioni ſecundæ non ſit ſtandum, nec etiam primę, hoc tenere videtur Spec. eo. tit. de teſte. §. [illegible] ver. quid ſi teſtis ſecundò inductus, &c. Attamẽ credo opinionem Bar. & glo. fore veram, videlicet, quòd primæ ſtetur, & ita ſeruatur, vt dicit Bar. in d. l. ſi poſtulauerit. §. pen. tamen de hoc vide, quæ ponit Inn. in c. præterea. extrà, de teſti. cogen. & Specu. in tit. de teſte. §. 1. verſic. item quod teſtis obſcurè, &c. De
2 hoc etiã tetigi ſuprà, q. 546. ¶ † Vtrum teſtes poſſint recipi in cauſa inquiſitionali ante lit. conteſt. Dic quòd ſic, ſecundum Innoc. in c. veritatis. extrà, de dolo, & contum. ¶ Si teſtes contradicant inſtrumento, cui potiùs ſit ſtandum, an teſtibus vel Notario? Vide quæ dixi ſuprà, q. 540. & vide Abb. Pan. Doct. nouiſſimum & Docto. in c. cum Ioan. herem. extrà, de fide inſtrum.

a ¶ Quod primò. *Idem tenet etiam dom. Odofred. de Peru. in Conſ. inc. In Chriſti nomine. in præſenti puncto. Minor tamen fides adhibetur teſti. vt tenet d. Io. And. in c. præterea. in gloſ. in verſicul. in continenti. extrà, de teſti. cogen. An autem teſtis vſque ad ſententiam valeat errorem ſuum corrigere, eſt arbitrariũ ex circumſtantiis, an ſit admittendus, vel non: vt dicit d. Ioann. And. poſt Hoſtien. vbi ſuprà in gloſſ. final. & an teſtis poſſit ſtatim mutare? Dic ſecundum Alexand. in conſil. 70. in 4. colum. in 1. volum.*

## QVÆST. DXCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Res Eccleſiæ, quibus de cauſis poſſint alienari.*

2 *Eccleſia an reſtituatur aduerſus præſcriptionem.*

1 RES eccleſiæ poſſunt alienari *a* † ob neceſſita-
*a* tem, in Authen. hoc ius perrectum. C. de ſacroſ. Eccl. Item ob pietatem. Item, ob redemptionem captiuorum, & alimoniam pauperum. l. ſancimus. C. de ſacroſ. Eccle. 12. q. 2. c. aurũ. Item & ob cõmoditatem, vt ſit res ſterilis. d. c. aurum. Item, & ob vtilitatẽ, vtputa ſi meliora proſpiciat, & tunc alienat Epiſcopus cum conſenſu totius capituli, vel maioris partis eiuſdem. 12. q. 2. c. ſine exceptione. & de his, quæ fiunt à Præl. ſine conſenſu ſui Ca. c. ſuper aliquo. in fi. De terrulis verò & vineolis exiguis, Abbas vel Epiſcopus poteſt alienare ſine conſenſu ſuorum fratrum, ſi neceſſitas expoſcat: vt 12. q. 2. cap. terrulas. & maximè ſi conſuetudo hoc ſuadeat. vt c. cæterum. extrà, de do. Vbi autem neceſſitas non ſuaderet ſeu expoſceret, tunc tales terrulæ non poſſent alienari, ſine conſenſu ſuorum fratrum, ſeu Capituli: vt d. c. terrulas. ar. à cõtrario ſenſu, quod eſt fortiſſimum in iure. l. 1. §. 1. ff. de offic. eius cui eſt mand. iuriſdiction. & Abbas rem Eccleſiæ ſuæ alienat cum conſenſu ſui capituli, & ſui Epiſcopi. 12. q. 1. c. Abbatibus. & 17. q. 4. c. in venditionibus. vbi autem fit alienatio in caſibus non permiſſis, vel ſine iuris ſolennitate, non valet alienatio ipſo iure. c. nulli. & c. ſi quis preſbyterorum. extrà, de rebus Eccle. non alie. Et ſi fiat in caſibus permiſſis, vel cum iuris ſolẽnitate, valet alienatio. Sed debet precium conuerti in vtilitatem Eccleſiæ, & illud probari, vt dicit Inno. in c. 1. extrà, depoſ. Et ſi Eccleſia læ datur, poteſt reſtitui, ſi læſio manifeſtè apparet. in c. 1. extrà, de in integr. reſtit. In datione in emphyteuſim, ſi fiat, obſeruetur forma data in Authent. perpetua. C. de ſacroſanct. Eccle. & in corpore vnde ſumitur. quæ Authen. ſumitur ex §. licentia. in Auth. de ali. & emph. col. 9. & vide quæ dixi circa hoc. ſuprà, q. 149. & vide plenè per Bar. in d. Authẽ. perpetua. ¶ Sed quia ſuprà proximè fit mentio de reſtit. in integ. ſi Eccleſia reperiatur
2 læſa. † Quæro, an Eccleſia reſtituatur aduerſus præſcriptionem? Gul. videtur velle, quòd ſic. Alij contra, quòd contra præſcrip. de quibus in Auth. quas actiones. C. de ſacroſ. Eccl. non reſtituetur. per c. auditis. extrà, de præſumpt. Alij, quòd reſtituatur, ſed reſtitutio debet peti intra quadriennium, & hoc tenebat Paul. de Leaza. in Cle. de in integ. reſt. Ita dicit Bar. in d. Auth. quas actiones. ¶ Quærit gl. in d. Auth. quas actiones. quid ſi Eccleſia ſuccedat priuato, an vtatur illa præſcriptione, vide ibi plenè glo. Bar. & ibi ſufficiat remiſſio. Eccleſia poteſt cum Principe permutare. in Authen. ſed & permutare. C. de ſacroſ. Eccl.

*a* ¶ Alienari. *Vide do. Azo. in Sum. C. de ſacroſ. Eccl. in 2. col. in §. in remittendo. & d. Gofred. in Sum. de rebus Eccl. alien. vel non. in §. prohibentur.*

## QVÆST. DXCV.

SVMMARIVM.

1 *Vſuſfructus an finiatur, vſufructuario ingrediente Monaſterium.*

1 SI vſufructuarius † ingrediatur Monaſterium,
*a* vtrum finiatur vſuſfructus? *a* gloſſ. dicit quòd non. in Auth. Idem eſt. C. de bon. quæ lib. & hoc eſt verum, quando tali Monaſterio licet habere proprium. Inſt. de acq. per arro. §. 1. hoc tenet expreſsè Innoc. in c. in præſentia, extrà, de probat. & Spec. in tit. de ſtatu Mon. verſ. 47. Vbi verò tali Monaſterio non licet habere proprium, tunc iſto caſu dicit etiam Spec. quòd non finitur. in tit. de ſtatu Monach. verſ. 3. quæritur. allegat ibi ſua iura. Et pòteſt eſſe ratio, quia tale legatum potius concernit alimenta, quàm aliud. & ideò tale Monaſterũ dici poteſt capax ratione alimentorum. Ita notauit Bar. in l. ſeruos. ff. de ali. facit. l. metallum. in prin. ff. de his, quæ pro non ſcriptis hab. & facit etiam, quod ibidem per eum notatur. Et ita vidi in hac Curia Parl. Delph. determinari. ¶ De hoc etiam tetigi ſuprà, q. 477. in fin.

*a* ¶ Finiatur vſuſfructus. *Adde, ſi pater ingrediatur Monaſterium, an extinguatur vſuſfructus eius in aduentitiis. dom. Bal. poſt argumentationem ad partes videtur inclinare in partem negatiuam, in verſic. excipitur. in 2. colum. in verſic. quærit gl. nunquid ſi pater. C. de bon. quæ lib.*

**Tu adde, quòd vſuſfructus ingredientis Monaſterium finitur morte eius: vt tenet Bartolus in repet. Authent. ingreſſi. colum. 9. verſic. breuiter quæro. C. de ſacroſanct. Eccleſ.*

## QVÆST. DXCVI.

SVMMARIVM.

1 *L. filio præterito. ff. de iniuſto, rupto & irrit. teſta. an locum habeat in filio præterito à matre.*

1 IN reuiſione † proceſſus Nobilis Claudij Alamandi, originaliter actoris, & Nobilis Ioan. Alamandi rei, ſuper facto caſtri Rupiſchinardi diffiniti, in d. Curia Parlam. de anno currente Domini 1441. & die 2. menſis Iulij, fuerũt factæ concluſiones & deciſiones infrà proximè ſequentes.
*a* Primò, quòd lex filio præterito. *a* ff. de iniuſto & irrito teſtam. locum habet etiam in filio à matre præterito. prout etiam ita tenet Petr. de Muri. & in d. l. filio præterito. in ſua rep. in q. quæ incipit: 13. & 4. & ut dixi ſuprà, q. 426. Et hoc dubium interuenit in dicto proceſſu, propter teſtamentum Falconæ vxoris Io. Alamandi, aui dicti Claudij, quæ in ſuo teſtamento præteriit filias ſuas, & inſtituit tantummodò filios ſuos maſculos, videlicet Ioan. Abbatis & Michaelem.

*a* ¶ Lex filio præterito. *Vide omnino dom. Bart. materiam illius l. per quæſtionem tripartitè collectam, plenius attingentem. & adde ea, quæ traduntur in Authent. ex cauſa. C. de lib. præt. vel exhæred. per d. Odoff. Cyn. Bart. Bal. & Salyc.*



## QVÆST. DXCVII.

SVMMARIVM.

1 *Filius præteritus, an poſſit dicere teſtamentum nullum, vſq. ad 30. ann.*

ITem, & ſecundò fuit in dicto proceſſu conclu-
1 ſum † & deciſum, quòd licet Bartol. in d. l. filio præterito. ff. de iniuſto & irrito teſtamento. & l. 2. C. de poſth. hær. inſt. tenuerit, quòd in caſu d. l. filio præterito, quòd filius præteritus non poſſit dicere teſtamentum nullum, poſt annum, tamen fuit determinatum in d. proceſſu, quòd imò vſ-
*a* que ad triginta annos. *a* Inſequẽdo communem opinionem Bal. Ang. de Peruſino, Ioan. de Imol. Raph. Cuma. l. filius, qui in poteſtate. ff. de lib. & poſthum. quos ſequitur do. Pe. de Beſucio in d. l. filio præterito. & Salyc. in d. l. 2. C. de poſth. hær. inſtitut. & de hoc etiam tetigi ſuprà, quæſt. 426. ¶ Sed quanto tempore præſcribatur ius agendi ad ſupplementum legitimæ, vide ſuprà, quæſtio. 82. Et iuri adeundi hæreditatem, vide in 96. Conſil. meorum.

*a* ¶ 30. annos. *Imò videtur, quòd duret perpetuò, quia ius dicendi nullum, nõ eſt actio, nec officium iudicis eſt, ſed potiùs quædam materia facultatis, quæ etiam eſt iudicium, poteſt ſupplicari, vnde ſufficit ſi præteritus coram teſtibus, dicat, volo teſtamentum eſſe nullum, ea enim quæ ſunt iure facultatis, & non reducuntur ad iudicium, de neceſſitate non videntur poſſe præſcribi tempore aliquo: tamen prima opinio, quòd tollatur 30. annis, magis placet do. Bal. in præ. l. filio præterito. ff. de iniuſto, rup. & irrito teſtamento. in 4. col. in verſi. quæro, ſi præteritus. Adde, quòd idem tenet Paulus de Caſtro in l. ſuum. C. de iure deliber. Et Alexand. in l. 1. C. quando non peten. par.*

## QVÆST. DXCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Filia, quæ quittauit bona paterna, an in aliquo debeat inſtitui in teſtamento patris, vt teſtamentum valeat.*

2 *Filij ex filia, ipſa viuente poterũtne dicere teſtamentum nullum.*

ITem, quòd non eſt neceſſe, quòd pater inſti-
1 tuat in ſuo teſtamento filiam, † quæ quittauit bona paterna cum iuramento, quòd ſit dote contenta, ſecundum Petr. Iaco. in tit. de condictione ex lege omnimodò ex teſtamento cumulata, in quæſt. quæ incipit: Sed quid erit, ſi filius, &c. quẽ ſequitur dom. Io. de Aramone, in l. pactum quod dotali. C. de collatio. in ſua repetit. dicens idem de Aremo, quòd licet tale teſtamentum ſit nullum iure Ciuili, eſto, quòd renunciauerit bonis paternis, cum iuramẽto per plures rationes, quas ibidem allegat, tamen ex æquitate Canonica, & Prætoria eſt, quantum ad hoc confirmatum, vt filius non poſſit tale teſtamẽtum nullum dicere, exceptione iuramẽti excluſus. Hanc opinionem etiam ſequitur do. Ioan. Aguillionis, quondam actu legens tempore meo in Monteperſſulano, in quodam ſuo conſilio, incipiente: In dubiis extra-ctis ex quæſtione ſuperius, &c. qui mouetur tali ratione, quia ipſe filius, vel filia, qui cũ iuramento quittauit, cogitur iuramentum ſeruare omninò:
*a* c. quamuis. de pact. *a* lib. 6. ibi, omninò ſeruari debebit, &c. ergo debet intelligi, q ſiue pater nihil reliquerit, nec in aliquo eam hæredem inſtituerit, quòd non impugnabit, nec annulabit teſtamentum, quia qui Omne dicit, nihil excludit: vt iuribus vulgatis, & generaliter dictum, generaliter eſt intelligendũ. l. 1. §. & generaliter. ff. de leg. præſt. & ſic ſub illo iuramento cenſetur compre-
*b* henſus omnis modus *b* per quem poſſit voluntatem patris impugnare. & ſic: q non poſſit dicere nullum, licet ſibi nihil relinquatur. Et ita fuit cõcluſum & determinatũ in diffinitione dicti proceſſus, hanc opinionem tenet etiam do. Ray. de Sabanaco, in d. l. pactum. in repetit. & in l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſt. vide etiam in 96. Conſil. meor. ¶ De hac materia etiam tetigi ſu-
2 prà, q. 295. ¶ † Sed an filij ex filia *c* ipſa viuente po-
*c* terunt dicere tale teſtamentum nullum? d. Ray. de Sabanaco in ſua repet. d. l. pactum. dicit, quòd non: quia non poteſt operari edictum ſucceſſorium obſtante iuramẽto matris, pro quo inducit l. filio. ff. de iniuſt. & irrit. teſtam. & l. 3. §. ſi quis ex lib. cum ibi not. ff. de contratab. & quod not. in §. eadem. Inſtit. de hære. quæ ab inteſt. deferuntur. hanc opin. etiam tenet, vbi ſuprà, Pet. Iacob. in §. ſed nunquid filius. vide ſuper hac quæſtione Bal. in l. fin. C. de pactis. Sed quid ſi viuente patre, filia quæ quittauit, decedat, an nepos ex tali filia poterit dicere teſtamentum nullum, in quo nihil eſt ſibi relictum? vide Bal. in l. fin. C. de pact. & Bar. in l. quæ ſuperſtitis. ff. de acq. hær.

*a* ¶ De iureiur. *Quantũ ad intellectum illius c. quamuis. vide omninò do. Sal. in l. pactis, quod dotali. in verſ. quæro modò, & verſ. ſeq. C. de pact.*

*b* ¶ Omnis modus. *Facit, cùm quid prohibetur, omnia prohibentur, quæ ſequuntur ex illo: vt c. nam concupiſcentiam. de conſti. Item, cùm quid vna via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti: vt in c. cum quid. de reg. iur. lib. 6.*

*c* Filij ex filia. *Ad materiam de multis quæſtionibus facientibus, vide do. Bar. in l. qui ſuperſtitis. in verſ. quæro, ſecundum prædicta. ff. de acq. hære. vbi ſentire videtur, quòd renunciatio filiæ de ſucceſſione paterna, nõ nocet filiis: niſi quando ſuccedunt in locum matris. Vide tamen quò ad hoc, quod pulchrè dicit dom. Saly. in l. pactum quod dotali. C. de pact. in vltima quæſt.*

## QVÆST. DXCIX.

SVMMARIVM.

1 *Filia, quæ quittauit bona paterna, an faciat partem, licet non admittatur ad partem.*

2 *Et an ea poterit ſuccedere, ſi in aliquo inſtituatur. num. 3.*

1 ITem, etiam in dicto proceſſu fuit concluſum, †quòd licet filia quæ quittauit mediante dote, cum iuramento bona paterna, nõ admittatur ad paterna, ipſa tamẽ filia facit patrem, quæ pars cedit lucro hæredis patris, cui eſt facta quittatio, ſecundum etiam Petr. Iac. in tit. de condictione ex l. omnimodò ex teſtamento. cumulat. in q. quæ incipit: Sed quid erit, ſi filius, &c. Et de hoc tetigi ſuprà, q. 295. & pleniùs in tractatu meo, de detractio. feu. per Herod. in decima quæſt. ¶ Sed quid de filio emancipato, an computetur in numero liberorum? Dicit ibidem Pet. Iacob. quòd non. idem de deportato, vel exhæredato iuſta de cauſa,
2 & probata, vel de fratre minore exiſtente. ¶ † Sed ſi talis filia, quæ quittauit bona paterna, inſtituatur vel ſubſtituatur per patrem, nunquid poterit
a ſuccedere *a* non obſtante quittantia cum iura-
b mento? Dic quòd ſic: *b* vt in c. 1. extrà, de renunciatione. & facit, quod ibi not. per Innoc. & Ioan. And. hoc tenet Bar. in l. 1. §. & poſt. ff. de no. oper. nunc. & do. Io. de Aret. in l. pactum. C. de collat. vide in 96. Conſil. meorum.

*a* ¶Poterit ſuccedere. *Vide dom. Salyc. in præalleg. l. pactum, quod dotali. C. de pact. in 2. col. in verſic. quæro modo. & in verſ. aut paciſcitur.*

*b* ¶Quòd ſic. *Tu vide omninò iſtum, Conſil. 96. incip. caſus ſub nominibus falſis. nu. 5. verſi. ad quintum. ibi, tamen quia dicta Sempronia.*

## QVÆST. DC.

SVMMARIVM.

1 *Filij maſculi an cenſeantur inuitati ad bona teſtatoris ex diſpoſitione teſtamentaria, per verba hæc: Si ſine hærede maſculo, &c.*

1 ITem, circa teſtamentum domini † Aymarij Alaman. proaui, d. nob. Claud. Alaman. fuit deciſum, quòd dictus Claudius pronepos d. do. Aymar. non cenſetur inuitatus ex ipſo teſtamento dom. Aymarij, per illa verba: Si ſine hærede vel hæredibus maſculo, vel maſculis, de ſuo proprio corpore procreatis, &c. licet inter Dominos Parlam. opinando ego in medium adduxerim iura & rationes in contrarium, de quibus plenè tetigi ſuprà, quæſt. 184. quia maior pars Dominorum, qui in reuiſione proceſſus interfuerunt, concluſerunt, quòd per illud verbum Maſculis, non poteſt coniecturari mens teſtatoris, quòd voluerit filios ſuos admitti ex teſtamento ad bona ſua, ſed quòd illa verba magis operantur conditionem,
a quàm diſpoſitionẽ teſtamentariam *a* iuxta communem opinionem, de qua in l. Lucius. la 2. ff. de hæred. inſtit. Et de qua communi opinione dictę l. Lucius. etiam plenè tetigi ſuprà, q. 39. licet dicti domini tunc concluſerunt, quòd per illa verba: Si ſine hærede vel hęredibus, &c. intelligantur filij. iuxta l. ex facto. §. ſi. ff. ad Treb. ¶ De hac q. vide quæ dixi ſuprà, q. 299. & 591.

*a* ¶Quam diſpoſitionem teſta. *Adde d. Bal. in l. Lucius Titius. 2. in ver. quærit gl. ff. de hær. inſtit.*

## QVÆST. DCI.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario an competat rei vendicatio pro rebus alienatis ante reſtitutionem fideicommiſſi.*

ITem etiam fuit cõcluſum in dicta cauſa, quòd
1 fideicommiſſarius vniuerſalis pro rebus † alienatis poteſt agere rei vendicatione, contra tertiũ poſſeſſorem, etiam non facta ſibi reſtitutione fi-
a deicommiſſi, re, vel verbo, *a* ſecundum Bart. in l.
b ſi. §. ſin autem *b* ſub conditione. in fi. C. communia de leg. & in l. Marcellus. §. res, quæ. in fin. ff. ad Trebell. Idem tenet gl. in l. penult. C. ad Treb. & propterea competebat rei vendicatio dicto Nobili Claudio per eum in ſuo libello intentata ad cauſam dicti caſtri Rupiſchinardi.

*a* ¶Re vel verbo. *Vide dom. Salyc. in l. ſi duobus. §. ſin autem. in 3. oppoſ. C. communia de lega.*

*b* ¶§. ſin autem. *Vide pleniùs per Paul. de Caſtr. in d. l. vltim. §. Sed quia noſtra. vbi dilucidius tractat hanc quæſtionem.*

## QVÆST. DCII.

SVMMARIVM.

1 *Donator omnium bonorum medietatis, an poſſit vnam rem inſolidum alienare inuitò donatario.*

ITem, in dicta cauſa fuit etiam determinatum,
1 quòd donator † medietatis omniũ bonorum ſuorum, qualis fuit dictus Nobilis Ioan. Alamandi auus dicti Claudij, potuit vnam rem inſolidum alienare, & dominium totius rei in alienum trãſferre. Et quòd donator liberetur tantundem de alia medietate bonorum donatario, expedien-
a do, per l. ſi quis argentum. *a* C. de donatio. facit l. non ampliùs. §. cum bonorum. & ibi Docto. ff. de legat. 1. & iſtud eſt ſpeciale in donatione fauore donantis. quod ſecus eſſet in contractu venditionis, & ſimili. &c.

*a* ¶L. ſi quis argentum. *Puta in principio. & ratio eſt, ne donatio ſit cum præiudicio donatoris, ſecundum do. Cyn. in præ. l. ſi quis argentum.*

## QVÆST. DCIII.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio naturalis an transferatur, ſi fiat contractus infra rem propriam.*





ET dictis Deciſionibus ſicut præmittitur fa-
1 ctis præmiſſis. Quæro, † an valuerit ſecunda donatio ſecundo loco hîc per d. Ioan. auum facta dicto Ioan. Alaman. reo. de di. caſtro. Videtur q; non: cùm Alber. pater do. Claudij actoris primò habuerit realem poſſ. d. caſtri. antequam ipſe Io. reus ſecũdus donatarius, quia donatio primo facta d. Alber. reperitur fuiſſe facta intra ipſum caſtrum ipſo Alb. donatario præſente, iuxta §. venditæ. Inſtit. de rer. diuiſ. & not. per Bart. in l. quædam mulier. ff. de rei vendi. facit l. clauibus. ff. de contrah. empt. & ven. & l. quòd meo. §. per vend. ff. de acquir. poſſeſ. iuncta l. quoties duobus. C. de rei vend. Sed quia d. donator medietatem d. ſuorum bon. potuit vnam rem inſolidum poſtea alienare: vt dixi ſuprà, in præced. quæſtio. fuit determinatum, donationem ſecundo loco d. Ioan. reo de d. caſtro factam valuiſſe. ¶ Sed poſſet contra hoc dici, quomodo poteſt ſortiri effectum ſecunda donatio, cùm in primum donatarium fuiſſet tranſlatum dominium, quod non potuit donator auferre à primo donatario, quia quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro non poteſt à nobis tolli, regula iuris. Sed ad hoc reſpondetur, quòd vbi omnia bona fuiſſent donata, vel vna res inſolidum, tunc procederet iſtud argumentum per dict. l. quoties duobus. Sed vbi donatur medietas bonorum, etiamſi ex tali donatione transferatur dominium, talis donator nihilominus poteſt vnam rem inſolidum poſtea alienare: vt proba-
a tur in dict. l. non ampliùs. §. cum bonorum. *a* ff. de leg. 1.

*a* ¶§. cum bonorum. *Iunge illam l. ſi quis argentum.*

## QVÆST. DCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Legata an debeantur hæreditate non adita.*

1 SEd ſi dictum caſtrum non deberetur † d. Ioanni Reo vigore dictæ ſecũdæ donationis, an ſaltem ſibi debeatur vigore legati de eo ſibi reo in teſtamento d. Ioannis aui. d. Claudij facti? Credo quòd non: cùm ipſe Claudius minor, & læſus,
a fuit reſtitutus in integrum aduerſus aditionem *a* hæreditatis d. Ioan. aui, quia ex teſtamento, ex quo non aditur hæreditas, non debentur legata. l. eam, quam. C. de fideicom. cum multis ſim. niſi
b eſſent legata ad pias cauſas *b* facta: vt voluit Bart. in l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Nec apparet, quòd Ioannes reus eidem Claudio vulgariter ſubſtitutus d. hæreditatem adiuerit.

*a* ¶Aduerſus aditionem. *Adde dom. Alex. 1. parte Conſil. 20. in 1. & 2. col.*

*b* ¶Pias cauſas. *Adde Specul. in titul. de inſtru. edit. §. nunc aliqua. verſ. ſed pone. & domin. Salycet. in l. 1. in quæſtio. 13. & ibi applicatur fiſco. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & omnino domin. Bald. in l. qui filio. §. ſeruus. ff. de hæred. inſtit.*

## QVÆST. DCV.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debeátne arbitrari, quòd in re mala fide poſſeſſa, alienata, detrahatur Trebellianica inuito fideicommiſſario, vide & num. 2.*

1 SEd † an debeat d. caſtrum Rupiſchinardi imputari in quartam Trebellianicam d. reo pertinentem ex perſona do. Ioan. aui ipſius Claudij, vigore teſtamenti d. Nobilis Alberti Alamandi, inuito d. Claudio fideicommiſ. Credo quòd non cauſis ſubſcriptis. Primò, nam dom. Ioan. auus d. Claudij, mala mente ſeu mala fide voluit d. caſtrũ in d. reum alienare. Quod patet triplici conſideratione: Prima conſideratio, quia ſciebat ipſe Ioan. auus, quòd primò fecerat donationem Alberto patri d. Claudij actoris, in qua comprehendebatur d. caſtrum. Secunda conſideratio, quia ex inſolitis præſumitur fraus: vt not. per Doctor. in l. quæ ſub conditione. ff. de cond. indeb. & Bal. in feudis. in titul. de feudo dato in vicem legis commiſſoriæ, in c. 1. in quæſt. quæ incipit: pone fœnerator. Sed non eſt ſolitum primò legare, & eadem poſtea donare, quod tamen fecit do. Ioan. auus. Igitur, &c. Tertia conſideratio, quia ipſe Ioan. auus do. Claudij, & hæres do. Nobilis Alberti Alamandi, ſciuiſſe præſumitur teſtamentum ipſius Alberti, cùm non ſit de extraneis, iuxta notata per Bartol. in l. qui Romæ. §. duos fratres. ff. de verborum obligat. in quo quidem teſtamen-
2 to Alberti d. Claudius actor eſt ſubſtitutus. † Sed Docto. pro conſtanti habent & tenent, quòd vbi hæres mala fide alienauerit, alienata non computantur in quartam Trebellianicam inuito fideicommiſſario, etiam de æquitate. Ita dicit Bar. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebellian. Bald. & Salyce. in l. filium quem habentem. C. familiæ erciſcundæ. Nec debet Iudex ex æquitate iudiciaria deſeruienti iudicio diuiſorio arbitrari, quòd in re mala fide alienata computetur hæredi Trebellianica, vt expreſsè dicit Bald. in d. l. fi-
a lium quem habentem. ibi, quia Iudex *a* debet arbitrari, quòd in re nõ malitiosè alienata computetur legitima, & Trebellianica. Vult ergo, quòd ſi malitiosè ſit alienata, quòd Iudex non debet arbitrari, quòd ibi fiat imputatio legitimæ & Trebellianicæ, &c.

*a* ¶Ibi, quia Iudex, &c. *Ita ponit formaliter do. Bald. vbi ſuprà in 9. col. in verſ. Vlterius quæritur. ibi, & hoc verum, ſi filius malitiosè non alienauit, &c.*

## QVÆST. DCVI.

SVMMARIVM.

1 *Filius non poteſt de æquitate ſibi eligere legitimam & Trebellianicam in vna re inter viuos teſtãdo.*

1 ET corroborantur proximè dicta,†quia licet
filius rogatus poſſit de æquitate ſibi eligere
a legitimam & Trebellianicam in vna re, *a* inter
viuos alienando bona fide, & non in fraudem fi-
deicommiſſarij, non tamen ſic poſſet facere te-
ſtando. Ita dicit Bal.d.l.filium, quem habentem,
ibi,ſed vlteriùs quæritur, Nunquid ſicut filius de
æquitate, &c. & rationem diuerſitatis ibi ponit
Bal.ſubiungens ibidem Bal.verba ſequentia. Se-
quitur ergo quòd legatarius ipſius filij non habe-
bit totam rem legatam, ſed eam tantũmodò par-
tem,quæ irreuocabiliter contingebat,filium pro
ſua legitima & Trebellianica poſſe alienare, &c.
Allegat c. Rayn. extrà, de teſt. Et ſic ex hoc alio
capite,dicto legato,ſic(vt pręmittitur)facto ſe iu-
uare non poteſt d.Ioan.reus,reſpectu donationis
Trebellianicæ eidem Ioanni competentis in hę-
reditate dicti Alberti Alamandi,&c.

*a* ¶In vna re. *Vide do.Saly.in alleg.in l.filium quem in 5.col.in ver.reprobatis igitur.ibi,quia ex his intro,&c.*

## QVÆST. DCVII.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica an poßit detrahi in vna re, inuito fideicommiſſario.*

TErtiò,quia & ſi in dicto caſtro Rupiſchinar-
1 di alienato,deberet quarta † Trebellianica
imputari,nõ deberet tamen imputari inſolidum
a in ipſo caſtro, cùm in vna re *a* non poſſit detrahi
inuito fideicommiſſario. Hanc opinionem tenet
gl.in d.l.filium quem habentem. idem not.in l.ſi
peculium.ſi.de pec.leg.& in d.l. Marcellus.§.res
quæ.in fin.glo.magnæ.ff.ad Trebell.& hanc opi-
nionem ſequitur Richardus Malumbra.Pet.Cy.
Iac.de Ra.& communiter Doct. Et ideò Saly.in
dict.l.filium quem habentem.in 7.col.ſubiungit
dicens: Ego ſequor hanc communẽ opinionem.
Et pro hac parte facit l.2.C.ad l.Falcid. quæ licet
loquatur in Falcidia,non tamen eſt diuerſa ratio,
quare magis detrahatur Falcidia de ſingulis re-
bus,quàm Trebellianica:vt dicit Bart.in d.l. filiũ
quem habentem.in 2. col. ibi,venio ad ſecũdam
gl.&c.Et ita ibi dicit Bal.licet Iac.de Butr.volue-
rit dicere contrarium, cuius opinio à Doctor.in
hoc reprobatur communiter, vt dicunt Bald.&
Salyc.in d.l.filium quem habentem.

*a* ¶In vna re. *Adde do.Bald. vbi ſuprà in præd.verſic.vlterius quæritur. ibi, nam licet, vbi fideicommiſſum eſſet purum, vel iam purificatum.*

¶ *Tu adde dom. Iaſ.l. Marcellus.§.res. quæ hîc allega. in fi.commenti ſui.*

## QVÆST. DCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in qua re detrahendam Trebellianicam arbitrari debeat.*

1 QVartò,quia poſito † quòd dictus Ioan. Ala-
mandi auus,dictum caſtrum bona fide alie-
naſſet,prout non videtur feciſſe, per ea, quæ dixi
ſuprà,q.605.Iudex tamen non debet arbitrari, ꝙ
eius Trebellianica imputaretur in dicto caſtro
meliori, & magis precioſo membro totius dictæ
a hæreditatis,ſed in mediocri. *a* vt dicit Bald.in l.fi-
lium quem habentem,in quæſt. Quæro filius ro-
gatus à patre,&c. & in d.l.2. C. ad l.Falc. pro quo
adduco l.ſi quis argentum.in prin.C.de don.Ibi-
dem etiam dicit Ludo. de Roma. in d.l.Marcel-
lus.§.res quæ.ff.ad Trebellia. Ex quibus videtur
mihi debuiſſe adiudicari in dicto caſtro Rupi-
ſchinardi dicto Claudio medietas ipſius caſtri,&
vltra quarta pars vnius vnciæ ſuper alia medieta-
te ipſius caſtri, pro ſex vnciis, & quarto alterius
vnciæ dict.Claudio pertinentibus de octo vnciis,
quæ ad dictum Ioannem eius auum peruenerãt,
de bonis dicti domini Aymari eius proaui,tam
virtute dictæ donationis factæ in contractu ma-
trimonij,quàm ex teſtamẽto Alberti eius patrui
magni. Et ſi dicatur, quòd dictus Claudius actor
tenet in loco Viſiliæ alia bona dictæ hæreditatis,
in quibus dictus Ioannes,reus deberet detrahere
quartam Trebellianicam.& propterea in illis de-
beret fieri compenſatio cum portionibus com-
petentibus ipſi Claudio in dicto caſtro,Iſtud non
credo fiendum.Primò,quia aliud pro alio inuito
creditore ſolui non poteſt.l.Paulus reſpondet.ff.
de ſolu.cum ſim. Secundò,quia ipſe reus non pe-
tit talem compenſationem fieri. Ideò ſuper hoc
non debet iudex eius officium impartiri:vt tenet
gl.in l.ſi conſtat.C.de cõpenſ. Tertiò, quia Clau-
dius actor ſe paratum offert in ſuo libello expedi-
re de bonis Viſiliæ ea,ad quę tenebitur dicto reo.
¶Sed his non obſtantibus dicta Curia Parlamẽti
facit effectualiter dictam compẽſationem in diſ-
finitione dictæ cauſæ: licet expreſsè in ſententia
non dicatur,& declarauit,quòd dictus Ioan.Ala-
mandi reus non teneatur expedire dicto Clau-
dio Alamandi actori dictum caſtrum. Et credo
quòd malè,quia dicto Claudio pertinent in dicto
caſtro ſex vnciæ,& quartum alterius vnciæ:vt ſu-
prà dixi. Et ſi dicatur, quòd ipſe Ioan. auus dona-
tor potuit de vna re donata inſolidũ alibi diſpo-
nere,vt ſuprà dixi,q.603. Adhuc tamen remanet
grauatus ipſe Claudius ex dicta ſentẽtia, cùm ſal-
tem debuerit ipſa Curia Parlamenti eidem Clau-
dio adiudicare ſuper ipſo caſtro vnam vnciam,&
quartam alterius vnciæ eidem Claudio debitas
ex teſtamẽto dicti Alberti eius patrui magni,nec
debuit arbitrari dicta Curia,quòd ipſe Ioan. reus
iura ſua perciperet inſolidum ſuper dicto caſtro,
attento quòd mala fide fuerat per d. Io.auum di-
cti Claudij alienatum:vt dixi ſuprà, q.505. Conſi-
derato, quòd dictum caſtrum inter ipſos diuidi
poterat,& cuilibet ſua portio adiudicari, tam ſu-
per dicto caſtro, quàm alibi in aliis bonis Viſiliæ
exiſtent,pro quo facit text.in d.l. non ampliùs.§.
cum bonorum.ff.de leg.1.circa fin.&c.





*a* ¶Mediocri. *Adde d.Salyc.in præ.l.filium,quem in 6.colum.ibi,dixi tamen Iac.de Ra.*

## QVÆST. DCIX.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius an poßit accipere poſſeßionem propria authoritate.*

1 ITem,etiam *a* in diſcurſu viſitationis † & rela-
a tionis dicti proceſſus fuit concluſum, quòd le-
gatarius põt propria author. accipere poſſeſſio-
nem rei ſibi legatæ, ſi teſtator ita voluit, & licen-
b tiam *b* legatario contulerit,per l.Titia cum teſta-
mento.§.1.& ff.de leg.2.& ibi tenet Bart.in l.cre-
ditoris.C.de pigno.in ſua repetitione. Et hoc ve-
rum, ſi teſtator res legatas tempore ſuæ mortis
poſſidebat. Sed non, ſi per alium poſſiderentur.
l.quamuis.§.1.ff.de acq.poſſ.& faciunt quę ponit
in l.quod meo. ibi, ſed iuxta prædicta quæro,&c.
ff.de acq.poſſ.

*a* ¶Item etiam. *Tu vide de materia, de qua in hac q. per iſtum,Conſil.115.incip.dom.Ioan.num.3.verſic.ſed ſubeſt.*

*b* ¶Licentiam. *Adde dom.Bar. in l.legitimos.in prin. ff.de leg.tuto. & in l.nemo poteſt.ff.de legat.1.& in l.3. C.de pign.& do.Alexand.in l.extraneum. in 5. colum. in verſic.tamen.Pau.de Caſt.C.de hæred.inſtit.Et not. quòd legatarius occupans propria authoritate legata in caſibus,in quibus non poteſt de iure, tenetur illud reſtituere per interdictum. Quorum legatorum. nõ obſtante exceptione, quòd incontinenti hæres reſtituturus ſit, quando ſcilicet hæres ipſe vult vti Falcidia, non aliàs. dom.Bart.& gloſſ.in l.1.in princ.ff.quo.leg. & glo.in l. bona.C.eod.tit.*

## QVÆST. DCX.

SVMMARIVM.

1 *Donatio cauſa mortis an debeat inſinuari.*
2 *Inſinuatio an requiratur in donatione mutua.*

ITem,etiam in dicta cauſa fuit determinatum,
quòd in donatione cauſa mortis, licèt excedat
1 ſummam † quingentorum aureorum, nõ requi-
a ritur inſinuatio, *a* quia licèt olim ad inſtar dona-
tionis inter viuos erat generaliter inſinuanda: vt
l.donat.C.de donat.hodie tamen, ſi quinq; teſti-
bus fuerit vallata,non requiritur inſinuatio,vt eſt
hodie expreſſum in l.fi.C.de donat.cauſa mor.&
not.in l.ſi quis pro redemptione.C.de don.& te-
2 net Spec.in tit.de inſtr.ed.§.porrò. ¶An † in do-
natione mutua requiratur inſinuatio? vide quæ
dixi in nota.meis.in §.Angelus. ¶De materia in-
ſinuationis,vide quæ plenè dixi ſuprà, q.325.

*a* ¶Non requiritur inſinuatio. *Et hoc eſt verum, quantumcunq; ſit donatio,quod not.d.Cyn. in l.cum de mortis cauſa.C.de don.cauſ.mort.*

## QVÆST. DCXI.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei ſubiacentis reſtitutioni, vtrum ſit ipſo iure nulla,etiam pendente conditione.Limit.nu. 2.& 3.in quatuor caſibus.*
4 *Teſtator ſi prohibuerit alienationem, an res ſubiacentes reſtitutioni in caſibus exceptis in Authen. res,quæ poterunt alienari.*

a VTrum alienatio *a* rei ſubiacentis reſtitutio-
1 ni,ſit ipſo † iure nulla, *b* etiam pendẽte con-
b ditione? gl.in l.fi. §. ſin autem ſub conditione.C.
comm.de leg. tenet quòd non valet:imò eſt nul-
la etiam medio tempore,per Auth. res, quæ. per
quam corrigitur in hoc d. §. ſin autẽ. vt ibi tenet
gl.Sed gl.in duobus aliis locis tenet contrarium,
quòd imò valeat medio tempore alienatio: vt l.
cũ pater.§.libertis.ff.de leg. 2. Et in corpore,vn-
de ſumitur.d.Auth.res,quæ.circa prin. in gl.quæ
incipit:quòd verbum alienationis,&c. quas duas
gl.approbant Doct.videlicet,Cy.Pet.& Bar.in d.
§.ſin autem.& iteratò Cyn.in Auth. res quæ.Sed
adueniente conditione reſtitutionis fiendæ fin-
c gitur nulla *c* talis alienatio,& pro non facta habe-
tur:vt poſſit vẽdicari,per d. §. ſin autem ſub con-
2 ditione.quem §.ſic ſummat Bart.Niſi † in duob.
caſibus,videlicet,dotis & donationis propter nu-
d ptias, *d* in quibus valet alienatio irreuocabiliter:
vt in d.Auth.res quæ.quæ Auth. in hoc venit ad-
denda ad l.Codicis, vt ibi dicit Cy. in cæteris au-
tem caſibus res ſubiacentes reſtitutioni,non poſ-
ſunt irreuocabiliter alienari. Etiam pro alimẽtis
e *e* filij rogati:vt dicit gl.in d.Aut.res,quę.licèt Bar.
ibi voluerit contrariũ, ꝙ filius hæres rogatus poſ-
f ſit alienare irreuocabiliter *f* pro alimentis,ſi non
habet vnde aliàs poſſint viuere. Itẽ dicit ibi Bart.
3 pro redemptione filij capti à latronibus. † Et ſic
reperiuntur quatuor caſus, in quibus poteſt alie-
nari irreuocabiliter res ſubiacens reſtitutioni,vi-
delicet in cauſam dotis, & donationis ꝓpter nu-
ptias,alimentorum, & redemptionis filij. Sed ꝙ
hæres rogatus poſſit irreuocabiliter alienare pro
legitima & Trebellianica ſuis,non reperitur iure
cautũ,& ita in diffinitione dictæ cauſæ caſtri Ru-
piſchinardi fuit inter nos in relatione proceſſus
concluſum. Sed quid ſi alienatio rei ſubiacentis
reſtitutioni,fiat ab ignorante,an debeat retracta-
ri? de hoc tetigi in no.meis,in §. alienatio rei, &c.
& ibi vide.& in d.Auth. res quæ,&c. Sed quid ſi
4 teſtator † prohibuerit alienationem,an res ſubia-
centes reſtitutioni,in caſibus exceptatis in d.Au-
then.res,quæ.poterunt alienari? Dic quòd non,
quia illa prohibitio teſtatoris comprehendit ca-
ſus exceptos:vt dicit Bal.in feud.in tit.qual.feud.
pot.olim al.in §.donare autem. Et vide de hoc in
ſingula.meis.§.not.de materia d.Auth. res,quæ.
vide in iiſdem ſing.meis. & in 140. Conſil. meor.

a ¶Vtrum alienatio. *Hanc quæſtionem bene expli-
cat Paul.de Caſtr.in l.fin.§.ſed quia noſtra. C.commu.
de leg.*
b ¶Ipſo iure nulla. *Tu vide de hoc plenè per iſtum,
Conſil.140.incip.Conſil.pro nobili Aymone.nu.6.verſi.
ad ſextum.*
c ¶Fingitur nulla.*Et ita eſſe ſentit do.Bal.in præall. l.
fin.in §.ſed quia noſtra.*
d ¶Dotis & donationis ꝓpter nuptias. *Tu vide de
hoc iſtum, Conſi.incip.pacta ligant homines. nu.1.verſ.
nec obſtant.ibi,ſicut etiam.*
e ¶Alimentis.*Adde do.Salyc.in d.Auth.res,quæ.in
2.colum.in verſic. quæro, an pro ſumptibus.C.commu-
nia de lega.*
f ¶Irreuocabiliter.*Hoc tamen intellige,ſi hoc fiat pro
modo facultatum & honeſtatis perſonarum, & non in
fraudem illorum,quibus reſtitutio fieri debet,ſecundum
do.Ant.in Auth.de reſtitu.& ea,quæ parit in 11.menſe.
in prin.in gl.ibi, quæ incipit.*

## QVÆST. DCXII.

### SVMMARIVM.

1 *Nepos ex filia,an excludat ſubſtitutum. Et quid ne-
pote nato ex filia poſt mortem hæredis.nu.2.*

PRo latiori declaratione materiæ, de qua teti-
gi ſuprà, q. 133. Quæro,teſtator in ſuo teſta-
mento adiecit talia verba : ſi filius vel filia mea ſi-
ne liberis maſculis deceſſerit, Titium ſubſtituo,
&c.Contigit,ꝙ filius vel filià decedit relictis libe-
ris maſculis natis, & procreatis ex filia ſua, nun-
a quid eripiat fideicommiſſum ? Credo ꝙ ſic.*a* per
l.iubemus.§.pen. C. ad Trebell. l. cognoſcere.§.
liberorum.& l.liberorum. circa fi.ff.de verb.ſig.
& l.1.C.de cond.inſer.& l.fi. ff. de pollicitat.Nec
eſt curandum, vtrum talis nepos vel neptis ex fi-
lia,ſit hæres inſtitutus, vel ne.l. filiusfamiliàs. §.
cùm quis.ff.de leg.1. Nec etiam eſt curandum,v-
trum maſculus vel fœmella,vt dictis iuribus alle.
Nec etiam eſt curandum, vtrum filia, ex qua ne-
pos vel neptis natus exiſtat, ſuperuiuat : vt bene
probat d.l.iubemus.in §.pen.& l.cùm acutiſſimi.
C.de fideic.& l.cùm auus.ff. de cond. & demon.
iuncta l.in conditionibus.ff.eod.tit.Sed aduerte,
quia præmiſſa ſunt vera,ſi ex coniecturata mente
teſtatoris apparet, ꝙ teſtator voluerit ſucceſſio-
nem ſuam præſeruare illis de agnatione ſua: quo
caſu filius ex filia,nõ excluderet ſubſtitutionum:
vt dixi in d.quæſt. 133. De hac materia etiam teti-
gi plenè ſuprà,quæſt.353.Sed iuxta hoc quæro,an
poſthumus conceptus poſt mortem aui,ſi de ſuc-
ceſſione eius agatur, vel alicuius collateralis, ad-
mittatur ad ſucceſſionem,verbi gratia, Titius de-
cedit relicto vno nepote ex filio defuncto, poſt
cuius mortem ſibi naſcitur vnus nepos ex filia,v-
trum ipſe admittetur ad hæreditatem? Dic,quòd
ſi conceptus & natus fuerit poſt mortem aui,vi-
b detur,quòd nõ debeat admitti:*b* vt in l.1.§. ſi quis
c proximior.*c* ff.vnde cogn. & l.Titius.ff. de ſuis &
2 leg.hær. ¶†Iuxta hoc quæro,quid ſi teſtator ſub-
ſtituat filio ſuo hæredi liberos maſculos, quos fi-
lia ſua haberet tempore mortis dicti eius hęredis:
Vtrum liberi ex filia poſtea nati admittantur ad
bona dicti teſtatoris? videtur quòd non, per dicta
iura. Sed ſi ſimpliciter locutus fuiſſet teſtator de
liberis maſculis,tunc iſto caſu huiuſmodi deciſio
non procederet,quia tales liberi quandocunque
nati vel concepti forent, ipſi ex voluntate teſta-
toris eſſent inuitati ad ſucceſſionem, poſtquam
de ipſis fecit mentionem : ſicut hoc clarè probat
l.Lucius.la 2.ff.de hær.inſt.iuncta l cùm acutiſſi-
mi.C.de fideic. Ipſe enim tot & tãtas ſubſtitutio-
nes faciẽdo,cogitauit de liberis, qui per centum
annos poſt eius deceſſum eſſent naſcituri, quæ
voluntas debet attendi.l.fideic. §. item ſi quis.ff.
de leg.3.& l.cùm virum.C.de fideic. non obſt. ad
hoc dicta iura,videlicet l.1.§.ſi quis proximior.ff.
vnde cogn.& l.Titius.ff.de ſuis leg.hære.quia lo-
quuntur in hæreditate, quæ defertur ex l.12.tab.
quæ non admittit, niſi natos vel conceptos tem-
pore mortis.Ideò dicit tex.in d.l.Titius. quia lex
12.tab.eum vocat ad hæreditatem, qui moriente
eo,de cuius bonis quæritur, in rerum natura fue-
rit & continuatur leg. proximis ſeq. hîc verò agi-
tur de hæreditate,quam teſtator ad quoſcunque
liberos quandocunq; naſcituros voluit deueni-
re,quod potuit facere.in Auth. de nupt.§.diſpo-
nat.collat.4.Ita voluit dicere Bart.in d.l. Lucius.
in contrarium allegat. ¶ De hac materia etiam
tetigi ſuprà,q.511.
a ¶Quòd ſic.*Adde do.Bal.in l.1.in 1.col.verſ.quæ-
ro,an dicatur.C.de condit.inſer.*
b ¶Non debeat admitti. *Vide omnino do. Ioan.Fab.
in §.cùm autem quæritur.in verſi.ſed cur ſaltem.Inſt.
de hær.quæ ab inteſt. deferuntur.*
c ¶§.ſi quis proximior.*Adde,quod d.Bart.dicit in §.
interdum.in l.1.ff. de ſuis & legi.*

## QVÆST. DCXIII.

### SVMMARIVM.

1 *Pater an poſſit per fideicommiſſum in dote filiæ ſub-
ſtituere.*

1 AN pater poſſit † filiæ ſubſtituere per fideicõ-
a miſſum in dote?*a* Videtur quòd non, arg. l.à
filia.in prin.ff.ad Treb.& in l.mulier. §.cùm pro-
poneretur.eo.tit.arg. contra.ff.de leg.2.l. ſequẽs
quæſtio. ſed illud præcipitur ex morte tantum-
modò,quãtum ad acquiſitionem dominij. Item
contra in l.Lucius Titius.§.filiam ſuã. ff.ad Tre-
bell.vbi loquitur de ſubſtitutione fideicommiſ-
ſaria. Dicendum eſt ergo ſecundum Dyn. quòd
b aut ſubſtituitur vulgariter *b* in dote, *c* aut per fi-
c deicommiſſum. ſi vulgariter, ſubſtitutio tenet,
cùm ſit in poteſtate filiæ adire vel non. Si autem
per fideicommiſſum, tunc in eo, quod eſt vltra
debitum



debitum bonorum ſubſidium, tenet, vt d.l.Luci-
us Titius.§. filiam. in eo verò, quod eſt infrà, non
tenet, cùm grauamen non recipiat, vt bonorum
ſubſidium : vt C. de inoffic.teſtam.l. quoniam in
prioribus. & ita iudicatur in hac curia Parlamen-
ti.& ſuper hoc vide Cyn. C. de iure dot. in l.cùm
patrem.in fin.facit ff.ad l. Falcid.l.pater filiam.&
ibi not.in gl.ſuper verbo, Inueniretur. & no. hæc
quæſtio.C.de inoffic.teſt. in l. quoniam nouella.
loquuntur tamẽ illæ duæ gl.in inſtitutione. ¶De
hac materia etiam vide ſuprà,q.522. & vide Bart.
in l.Lucius.§.maritus.ff.ad Trebel.& in 98.Con-
ſiliorum meor.circa 2.dubium. ¶Sed an filia poſ-
ſit in dote hæres inſtitui? vide Spec.in tit.de inſtr.
edi.in §.vt autem cautè præmiſſas, &c. in verſ.Si
ſuper for.præc.&c. Adde, quæ dixi in 63.Conſil.
meor.in 3.dub.& 98. in 1. dub.
a ¶In dote.*Vide dom.Cyn.in l.vnica.in §.videamus.
in vlt.quæſt.C.de rei vxor.ac.& dom.Bar. in l.Lucius
Titius.§.maritus.ff.ad Trebell.& omnino do. Sal. in l.
quoniam nouella.in 2.col.in 2.q.ibi,mihi videtur.C.de
inoffic.teſta.*
b ¶Vulgariter.*Vide do.Salyc. in præd. l. quoniam no-
uella.in verſ.quæro,an in dote.*
c ¶In dote.*An poſſit filia in dote inſtitui, vide iſtum
Conſil.64.incip.circa contractum.nu. 4.verſ. nec ob.ſi
dicatur.& eundem verſ.97.in primo dubio. Et an poſ-
ſit ei in dote ſubſtitui.conſil.98.in c. ex duabus, de vtro-
que in primo & ſecundo dubio.*

## QVÆST. DCXIIII.

### SVMMARIVM.

1 *Iuramento executoris vel curati, ſuper complemen-
to relictorum ad pias cauſas, an ſtari debeat.*
2 *Proteſtatio vel denunciatio alicui facta, an poſſit
per iuramentum probari.*

SI relinquatur aliquid diſtribuendum paupe-
ribus per executores, & oriatur dubitatio, an
1 totum diſtributum ſit. † an ſuper hoc debet ſtari
iuramento executorum & eorum iuratorię rela-
a tioni? Cyn.& Barto.dicunt quòd ſic,*a* per l.ſi quis
pro redemptione.in §.penul.C. de don. Et idem
dico in ſimili, ſi fiat legatum alicui Eccleſiæ pro
Miſſis celebrandis, quòd debet ſtari iuramento
curati, vel Gardiani fratrum Minorum; ſi eis fue-
rit factum tale legatum. Et ita vidi in hac Curia
ſæpiſſimè determinari, & fieri. & dicit Bart. in d.
l.ſi quis pro redemptione, vnum ſingulare, quòd
vbi agitur de modica expenſa, ſtatur iuramento
petentis. & ita etiam vidi ſeruari in dicta Curia,
quando ſcilicet petens tale iuramentum ſibi de-
ferri, eſt honeſta, & nõ ſuſpecta perſona. De pro-
batione, quæ etiam fit per iuramentum, vide quę
dixi ſuprà, quæſtio.205. Ex his enim, quæ depen-
dent ex animo, ſtatur iuramento : vt dixi in tract.
de præſumption.per me Guidonem compilato,
in verſicu.in his,&c. De hoc etiam tetigi in appa-
ratu meo ſtatu.ſi quis per literas.in glo.ſuper ver-
bo, Clandeſtinè. ibi, ſed qualiter probabitur ille
2 animus,&c. † An proteſtatio vel denunciatio a-
licui facta poſſit per iuramentum probari, vide
Bart.in l.ſi quis. C. depoſiti. De probatione, quæ
fit per iuramentum, videlicet, an amiſſio inſtru-
menti probetur per iuramentum illius, qui per-
didit, vide quæ dixi in notabilibus meis. in §.pro-
batur amiſſio inſtrumenti,&c.

a ¶Quòd ſic.*Imò videtur, quòd non, quia in hac ſpe-
cie videtur ipſe executor prætendere intereſſe.& ſic non
fore ſtandum eius iuramento. Nam ad hoc, vt ſtetur iu-
ramento executoris, requiruntur, ſcilicet, quòd non præ-
tendatur intereſſe, & quòd executor ſit perſona honeſta.
do.Bal.in l.captatorias.in 2.colum.in verſic.modò cir-
ca hoc quæritur. 2. de mil.teſt.*

## QVÆST. DCXV.

### SVMMARIVM.

1 *Religioſus an ſufficiat quòd iuret ad pectus. Et quid
de conuerſo, num.2.*

1 REligioſi, qui † producuntur in teſtes, de-
a bent iurare ad ſancta Dei Euangelia, *a* &
non ſufficit iuramentum ad pectus, aliàs non va-
let eorum teſtimonium : vt in c. nuper. extrà, de
teſtibus. Sed conſuetudo generalis præſentis pa-
triæ Delphin.& ſtylus omnium Curiarum ſeruat
contrarium, & valent eorum depoſitiones per
2 iuramentum ad eorum pectus pręſtitum. ¶†Sed
quid erit in conuerſis? Dic, quòd debent iurare
ad ſancta Dei Euangelia, quia ipſi conuerſi non
dicuntur religioſi, & poſſunt contrahere matri-
monium, & habere proprium : vt dicit Barth.in
Authen.ingreſſi.ibi, expeditus de contrariis, &c.
C.de ſacroſanct.Eccleſ. ¶An religioſi poſſint ad-
hiberi in teſtes in Teſtamentis vel Codicillis, ple-
nè dixi ſuprà, quæſtione 517. De teſtimonio fe-
rendo per Clericos & Religioſos, in Curia tem-
porali, dixi ſuprà, q.65.

a ¶Ad ſancta Dei Euangelia. *Adde, q[illegible] leguntur
& not.in cap.& ſi Chriſtus. & ibi dom. Innoc. in gloſſ.
ſua.in verb.per quodcunq; aliud. in verſi. in iuramen-
tis tamen.extrà, de iureiur.*

## QVÆST. DCXVI.

### SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum publicum poteſt fieri de actis factis
in iudicio: fallit in Delphinatu.*
2 *Acta quæ dicantur.*
3 *Acta, Facta & Geſta, quid differant.*
4 *Acta duplicia ſunt.*
5 *Acta iudicij non faciunt fidem abſque ſigillo Iudi-
cis.*

DE

DE actis, quæ fuerunt in iudicio, poteſt fieri
a publicum inſtrumentum, *a* vt l.emancipa-
1 tione.C.de fi.inſtru.& l.geſta.C. de re iud.† Sed
de ſtylo præſentis Curiæ Parlamenti Delph. non
conſueuerunt de actis ipſius Curiæ fieri publica
inſtrumenta, adeò ꝙ quando partes litigantes in
ipſa Curia Parlamenti petunt inſtrumentum de
aliqua parte actorum, domini ipſius Parlamenti
conſueuerunt reſpondere petentibus, nõ fiet eis
2 inſtrumentum, ſed litera teſtificatoria. ¶ †Sed
iuxta hoc quæro, quæ dicantur acta? Dic, ꝙ pro-
b priè acta *b* dicuntur, ſcripturæ de his, quæ in iudi-
cio apud Iudicem acta ſunt, vel dicta: ſicut dicit
gl.1.in l.acta.in princ.ff.de re iud.& parte aduerſa
præſente, quod probat tex. in c. quoniam contra
falſam.extrà, de probat. Inde habemus acta, geſta
3 & facta.† Acta ſunt ea, quæ fiunt in iudicio: facta,
quæ fiunt extra iudicium: & geſta ſunt, quæ fiunt
ſine verbis, vtpote ſcribere, vel fodere. Ita dicunt
tex.in l.2.circa princ.ibi, acta, facta & geſta, &c.ff.
de cur.bonis dando, iuncta l. Labeo.la 2.§. geſtũ.
ff.de verbor.ſign. Et alibi dicit Archid. in c.inde-
mnitatibus.de elect.libr. 6. quòd duplicia ſunt a-
4 cta.† Nam alia ſunt acta litis, alia acta iudicij: nam
teſtium atteſtationes, confeſſiones, ac omnia ad
factum reſpicientia, potiùs dicuntur acta litis, q̃
iudicij. Alia, vt cautiones, ſatiſdationes, & conſi-
milia, dicuntur tantùm acta iudicij. Ita dicere vo-
luerunt Innoc.Hoſt.in c.cum cauſa.lo 1. circa fi.
extrà, de teſtib. ¶De materia actorum, vide quæ
dixi ſuprà, q.241.cum tribus ibi ſeq. quæſt. quali-
ter falſificans acta debeat puniri, vide Bart. in l.1.
ff.de his, quæ in teſtamento delen. & in l. in frau-
dem.§.quoties.ff.de iure fiſci.allegatur text.in c.
5 cùm olim Magiſter.extrà, de offic.delegat. ¶†Et
circa hoc eſt aduertendum, quia acta iudicij non
faciunt fidem, ſi non habeant ſignum iudicis, ſe-
cundum Dy.in l.in fraudem.§.quoties.ff.de iure
fiſci.ſicut nec inſtrumenta ſigno Notarij caren-
tia.l.fin.§.nec calidis. C. de offic.aſſeſſ.& vide ſu-
per hoc Innoc.in c.poſt ceſſionem.extrà, de pro-
bat. ¶De materia actorum iudicialium etiam te-
tigi ſuprà, quæſt.564. ¶De inſtrumento produ-
cto in actis cauſæ, an debeat patri producenti re-
ſtitui, vide quæ dixi ſuprà, q. 471. ¶An error, qui
allegatur in actis Curię, poſſit per duos teſtes pro-
bari, vide quæ dixi ſuprà, q.528. ¶An acta facta in
vno iudicio, fidem faciant in alio, vide plenè, quæ
dixi ſuprà, q.136. An Iudex poſſit acta ſcribere, vi-
de ſuprà, q. 564.

*a* ¶Publicum inſtrumentum. *Adde gloſſ.quæ ad hoc
bene facit.Inſt.de adopt.§.fin.in verſ. actis.*

*b* ¶Acta. *Appellatione actorum comprehenduntur o-
mnia, quæ fiunt in forma iudicij, vel quaſi.per gloſſ.&
Docto.in cap.quoniam contra falſam.extrà, de probat.
& ſic appellatione actorum continetur ſententia, vt no.
dom.Bart.in l.actorum.in fi.ff.de re iud. Quinetiam a-
cta dicuntur non ſolùm, quæ fiunt in contradictorio iu-
dicio, ſed & omnia, in quibus decretum Iudicis interpo-
nitur.l.emancipatio, cura, tutela, &c.talia.d.Innoc.in
c.1.in glo.1.in verſ.alij tamen dicunt.iuncto verſ.item
acta forenſia.extrà, de proba.*

## QVÆST. DCXVII.

### SVMMARIVM.

1 *Duellum quomodo fiat.*
2 *Reſcriptum Philippi, Francorum Regis, circa mate-
riam duelli.*
3 *Duellum in quatuor caſibus conceditur tantùm.*

DIxi plenè ſuprà, q.191.de diffidamentis, quæ
quandoque Nobiles inter ſe faciunt. Sed
1 †quia etiã inter Nobiles & Magnates quandoq;
a duellum *a* fieri cõtingit, ideò de ipſius duelli ma-
teria hîc duxi plenè tractare. Et pro huius mate-
riæ euidentia duxi primò hîc inſerendum quod-
dam reſcriptum, per Regem Philippum ſuper fa-
cto dicti duelli, dudum conceſſum, tenoris ſe-
2 quentis.†

¶*Hîc ponitur intellectus ante lati Regij
mandati.*

## *Forma reſcripti Principis, circa duellum.*

PHILIPPE par la grace de Dieu Roy de Frã-
ce, à tous ceux, qui ces preſentes lettres ver-
ront, ſalut. Scauoir vois faiſons, que comme cà
en arriere, pour noz guerres, & pour autres iuſtes
cauſes, pour le commun profit de noſtre Roy-
aume, euſſions defendu à tous noz ſubiectz, tou-
tes manieres de guerres, & tous gaiges de batail-
les: là ou pluſieurs malfaiſans ſe ſoient aduancez
de faire homicides, & autres malefices: pource
que quand ilz les ont faictis conuertement, & à
requoy, ilz ne peuuent par teſmoings eſtre prou-
uez. Pource que, ce qua nous en auons fait, pour
le commun profit, ne donne aux mauuais cauſe
de mal faire, nous auons pourueu, que au cas ou
il aperra euidemment homicide ou autres ma-
lefices, griefz, larrecins, excepté dequoy peine
de mort ſen doi uent enſuiuir, auoir eſtè fait en
trahyſon, ou en requoy, ſi que celuy, qui ha mal
fait, ne peut eſtre conuaincu par teſmoings ne
en autre maniere ſuffiſamment, Nous voulons,
qu' on puiſſe en defaut dautre prouue, ſans ce
que par indices, preſumptions, & ſemblans au-
cuns, ſoient de tel fait ſuſpectionneux, appeller
de gaiges de bataille, & le ſouffrons en tel cas.
Et en ce cas tant ſeulement, nous attrempons
noſtre defenſe es lieux, & es terres, és quelz leſ-
dits gaiges de bataille, auoient lieu, & eſtoient
accouſtumez auant ceſte defenſe. Et n' eſt mye
noſtre intention quelle ſoit rappellee ne at-
trempee en nul cas, deuant la date de ces let-
tres: deſquelles abſolutions ou condemnations
ont eſté faites enqueſtes: à fin que lon les puiſ-
ſe iuger



ſe iuger & abſouldre, ou cõdemner. Et n' eſt mye
noſtre entente, que ceſte deffenſe ſoit rapellee
ne attrempee en nul cas, qui napparoiſſe euidem
ment, que le fait fuſt aduenu. En teſmoing de ce,
Nous auons fait ſeéller ces lettres de noſtre ſeél.
Donné à Paris, le Mecredy apres la Trinité, l' an
de grace, Mille trois cens & ſix.

3 ¶†Ex tenore dictæ literę nota, quòd quatuor re-
quiruntur ad hoc, ꝙ contra aliquem vadium pro
b duello *b* iudicetur, & in facto propoſito duellum
ſequatur. Primò, ꝙ caſus propoſitus contra ali-
quem ad finem duelli requirat pœnã mortis. Se-
cundò, ꝙ proditionaliter & in occulto factum
fuiſſe proponatur, & taliter ꝙ per teſtes vel aliàs
ſufficienter probari non poſſit, q̃ per duellum.
Tertiò, ꝙ ille, qui ſuper dicto facto prouocatur,
de dicto caſu propoſito, per indicia vel præſum-
c ptiones veriſimiles habeatur ſuſpectus. *c* Quartò,
quòd euidenter apparet factum, de quo talis pro-
d uocatur, contigiſſe: *d* quod eſt iuri conſonum, iu-
xta l.1.§.illud.ff.ad Silleia. Item collige ex tex.di-
ctæ literæ, ꝙ licèt ex latrocinio mortis pœna in-
ferri poſſit: tamẽ propter ipſum latrocinium non
poſſet quis prouocari ad duellum. Item nota, ꝙ,
vbi aliquis caſus excepto latrocinio, de quo mor-
tis pœna inferri poſſit cõtra aliquem, proponitur
ad finem duelli, ſufficit, ꝙ prouocãs dicat prouo-
catum dictum maleficium per ſe vel per alium, li-
cèt non nominet, certum commiſiſſe, ad hoc, vt
aliis ſuprà dictis concurrentibus ibi cadat duellũ.
Ita dictum fuit per arreſtum Curiæ contra Caro-
lum artus pro Rogerio de Anduſia. Item ſi caſus
prædictus generaliter proponatur dicẽdo taliter,
talis interfecit vel fecit interfici talem proditio-
naliter: talis propoſitio eſſet inſufficiẽs & indigna
reſpõſione de ſtylo dictæ Curiæ, quia oportet de-
clarare locum, in quo maleficium fuit perpetra-
tum, & tempus & perſonam interfecti, nõ autem
oportet declarare horam. Et ita fuit dictum inter
partes prædictas. Et etiam in cauſa duelli pro Ar-
mando de Monte Acuto contra Aymericum de
duro forti. Item, ſi contra hanc conſtitutionem
duellum fiat, nullum eſt iudicium, vel ſaltem an-
e nulabitur *e* per hãc Curiam. Et quicquid in con-
trarium geſtum erit ſuper præmiſſis reuocari de-
bebit. Ita dictũ fuit in cauſa Epiſcopi Priotis, qui
fuit compulſus reſtituere equos, & arma Gul.de
Boſco Boyſelli, & Io. ignoti, qui inter ſe duellum
fecerant ex ſententia ſeneſcali temporalis d. Epi-
ſcopi contra tenorem dictæ conſtitutionis, &c.

*a* ¶Duellum. *Vtrum duellum ſit licitum in aliquo ca-
ſu, etiam Iudice deferente, ſeu ratione conſuetudinis: vi-
detur quòd non, etiam inter laicos, quia in duello Deus
tentatur.q.5.Monomachiam.vt dicit do. Gof. in Sum.
de Cler.pug.in duello.& adde do.Ioan.de li.in tract.de
duello.in §.circa tertiũ membrum. & in §. circa quar-
tum membrũ.& d.Alua.col.10.de pace ten.in c.1.in pr.
4.col.in verſ.ex hac ergo gl.ſed vide do.Bal.in d.c.1.in
5.col.& not.iſtam gl.& eundem do.Bald.ex hoc iure.in
§.q.ff.de iuſt.& iur.& do.Petr.Iac.de Aure, in Practi-
ca libell.in tit. de duello, ſeu pugna.l.1.2.& 3.col. & o-
mnino in 14.col.in §.nunc dico. Tenor reſcripti emanat
à Rege ſuper facto duelli, quidnam ſit duellum, vide do.
Bald.col.10.in vſib.feudor.in tit.de pace tenen.in cap.
vni.in princ.in 6.colum.in verſicu.ſed iſtud.ibi, porrò
duellum. vbi dicit, quòd duellum eſt ſingularis pugna
inter aliquos, ad probationem veritatis. Aliter diffini-
tur duellum ſecundum do.Io.de Lig.in tract.de duello.
in §.circa quintum. vbi dicit, quòd duellum eſt pugna
corporalis, deliberata hinc inde duorum ad purgatio-
nem vel gloriam conſequendam, vel ad odij exaggera-
tionem tendens.*

*b* ¶Duello. *Caſus, in quib. de iure Lombardo permit-
titur duellum, enumerantur per do.Io.de Ligna.in tra-
ctatu de duello.in §. circa quintum. & do.Bal.in alleg.
c.1.in 6.col.in verſ.not.ple.caſus.*

*c* ¶Habeatur ſuſpectus. *Adde do.Bal.in præd.c.1.de
pace tenen.col.10.in princ.in 6.colum.in verſ.ſed nun-
quid ille.*

*d* ¶Contigiſſe. *Adde gl.in iam alleg.c.1.in princ.in
verſ.per duellum.*

*e* ¶Annullabitur. *Adde, quod dicit d.Bald.in d.c.1.in
7.col.in ver.& in ſeq.c.*

## QVÆST. DCXVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Aduocati & partis officium in cauſa duelli.*

SCiendum eſt, quòd Aduocatus, qui intendit
1 proponere cauſam vadij pro † duello, debet
maturè, & cum reuerentia ſe ſuper his, quę dictu-
rus eſt, excuſare, penes Curiam & penes partem,
& ſuper his proponendis licentiam à Curia pete-
re. Item debet pręcauere, ꝙ dum concludet, non
dicat, Et ſi prædicta negauerit, cùm non poſſit ea
probare per teſtes, vel aliàs ſufficiẽter, offert ſe eã
probaturũ ſuo corpore contra ſuũ aduerſarium,
a vel per ſuum Aduocatum *a* in campo clauſo, & i-
pſum reddere mortuũ, & defictum facta retenuta
b de equo & armis, & aliis decentibus nobili *b* ho-
mini & tali, qualis eſt. Quia ſic concludendo co-
c pulatiuè ſe obligaret ad vtrunq; *c* & ad vincẽdum
& interficiendum. Vnde ex multis poſſet pericli-
d tari: *d* vt dicam infrà, in agendis pro reo. Itẽ debet
Aduocatus præcauere, vt faciat mentionem de
Aduocato ſuo, quia ſi non faceret, oportet ꝙ per
ſeipſum duellaret. Ita fuit dudum obiectum Ma-
giſtro Hugoni Fabri fortis, in cauſa duelli, quam
propoſuit pro Armando de Monte Acuto cõtra
Aymericum de Duro forti. Item caueat, quòd
faciat retenutam de equo & armis, vt ſuprà dixi.
quia aliàs pedes & cũ armis vnius pugillis opor-
teret ipſum duellare. Et ſunt quidam, qui dicunt,
hoc eſſe de cõſuetudine Gallicana. Sed talis con-
ſuetudo eſt nimis aſpera, quia licèt in talibus mi-
nimè exprimeretur, tamen videtur, ſe tacitè ob-
ligare ad talia peragenda cum armis, quæ ipſum
decent ſecundum ius ſtatutum. Sed tamen Con-
ſilium eſt, vt nihil omittat.

*a* ¶Aduo-

a ¶ Aduocatum. *Id eſt, Campionem. & hoc termino vtuntur Dd. & d. Bald. & Alua. in præall. c. 1. in §. ſi ruſticus. Et aduerte, quòd de iure pugnæ debet fieri perſonaliter, & non per Campionem, niſi in certis caſibus: vt notatur in preal. c. 1. §. ſi ruſticus. & ib. d. Alua. circa prin. regulare enim eſt, ꝙ duellum fiat inter principales. Sed illa regula fallit in certis caſibus. Primus, ſi iuuenilis ætas hoc impediat. Secundus, ſi decrepitus, quia in ea labor & dolor. Tertius, ſi infirmitas aliquem duellare prohibeat. Et iſti caſus habentur in Lombarda, qualiter qs ſe defen. l. quacunque. & in Lombarda de parr. in l. vlt. Quartus, ſi ſeruus, qui in poſſeſſione ſeruitutis eſt, clamat in libertatem: vt in Lombar. qual. quis ſe defen. l. ſi quis ſeruus propter appetitum. Quintus eſt, ſi Eccleſiaſtica perſona, vel Eccleſiaſticus, vel Comes, vel cauſas habens adinuicem, vel cum alijs, in Lombar. eod. ti. l. ſi. Sextus, vbi mulier accuſatur de adulterio. eod. tit. l. ſi qs vxo. Septimus eſt, ſi teſtes actoris ſunt contrarij teſtibus rei, tunc teſtes actoris debent aſſumere vnum Campionem, & teſtes rei aſſument alium ex teſtibus met. vt in Lomba. eo. tit. l. ſi quis cum altero. Octauus eſt, ſi ſeruus accuſetur de furto, vt in Lomb. de furt. l. ſi ſeruus. hodie tamen de conſuetudine permittitur habere Campionem vt per d. Ioan. de lig. in tract. de duel. in §. circa ſextum. & quò ad hoc, quod dicitur de conſuetudine, idem dom. Petr. Iac. in tit. de duello, in 5. colum. in verſi. item rectè dicitur per me vel alium.*

b ¶ Nobili. *Adde, quòd ignobilis poteſt nobilem ad pugnam interpellare, vt in præalleg. §. ſi ruſticus.*

c ¶ Ad vtrumque. *De forma autem verborum, quibus vti debet pugil in hac ſpecie, vide dom. Petr. Iac. de aure. in pract. l. 1. in tit. de duello. propè princ.*

d ¶ Periclitari. *Adde d. Pet. Iac. in eod. tit. in 4. colu. in verſic. item rectè dicitur, faciam ſibi confiteri. & in ſequen. vſque ad ver. item rectè dicitur. & ſuper dicta pugna.*

## QVÆST. DCXIX.

### SVMMARIVM.

*Excuſationis forma inſtituendæ per Aduocatum, in cauſa duelli.*

MEſſeigneurs, i' ay à ꝓpoſer par deuãt vous, contre le ſeigneur tel, que ie voy là (ſi la partie eſt cheualier) pour le ſeigneur tel, lequel eſt icy, aucunes choſes, eſquelles il chiet villenie. Ainſi Dieu m' ayde, il m' en poyſe. Car tant comme i' ay veſcu, ie ne veiz oncques, audict tel, que bien & houneur. mais ce que i' entends à dire & à propoſer contre luy, ie le diray, comme aduocat des cauſes, pourtant comme ma partie le m' a fait entendant, & veult que ie le die, & propoſe, & m'en aduouera, s'il luy plaiſt, & promis le m'a, ẽ preſence de vous, & le m'a baillé par eſcrit, en ſubſtance, & le tien en ma main. car iamais par moy ne le feiſſe: car le dict tel, ne fiſt oncques mal à moy, ne moy à luy, que ie ſache. Et auſſi, que vous, Meſſeigneurs, ſauez mieulx, que moy, chacun aduocat doit dire ce que à la querelle de ſon cliẽt faict. Pourquoy, Meſſeigneurs, ie vous ſupplie que ne vous deſplaiſe, & que vous me vuelleiz octroyer, que ie le die & propoſe de voſtre licẽce. Et auec ſe prie au ſeigneur tel, qu'il me pardonne: car ſe Dieu m'ayde, en tous autres cas, ie le ſeruiroye & obieroye à ſon commandement. mais en ceſtuy conuient il que ie face mon deuoir. Et lors la Cour luy dira: Or propoſez voſtre querelle, & vous prenez garde, que vous ne ditez choſe en laquelle il chée villenie, qui ne face à voſtre querelle, car la Cour le vous deffend. Item l. aduocat doit dire, Meſſeigneurs, ie ne diray choſe, dequoy ie ne ſoye, aduoue, & qui ne face à ma cauſe. Et ce faict il doit propoſer ſon faict au mieulx qu'il pourra, & au ꝓfit de la querelle, par les plus belles parolles & les mieulx ordonnees, qu'il pourra. Et ce faict il dira comme il s' enſuyt, &c.

## QVÆST. DCXX.

### SVMMARIVM.

*Actoris concluſio in cauſa duelli.*

MOn faict ainſi propoſé, comme vous, Meſſeigneurs, auez ouy, ie conclus ainſi que ſi ledict tel, confeſſe les choſes, que i'ay propoſées eſtre vrayes, ie requiers, que vous le condemnez auoir forfaict, corps, & biens au Roy noſtre ſire. Si ſit in Regno Franciȩ, vel ſi ſit in hac patria Del. à monſeigneur le Daulphin, pour les cauſes deſſuſdictes, ou que vous le puniſſez de telle peine que droit, ou couſtume, ou la nature du cas propoſé deſire. Et s' il le nye, ie di que le ſeigneur tel, ne le pourroit prouuer par teſmoings, ne autrement ſuffiſſamment. mais il le prouuera par luy, ou par ſon aduoué en champ clos comme gentil homme, faicte, retenue de cheual, d'armes, & de toutes autres choſes neceſſaires, ou cõuenables, à gaige de batailles ſelon la nobleſſe, & luy en rend ſon gaige.

## QVÆST. DCXXI.

### SVMMARIVM.

1 *Concluſio pro reo in cauſa duelli, per Aduocatum ſuum inſtituenda.*

IT au cas que la Cour diroit, que au faict que l' aduerſe partie ha propoſé, cherreoit gaige de bataille, il nye les choſes propoſees au contraire, & dit que celuy, qui les ha faict propoſer, ment, & qu'il ſe defendra comme bon, & loyal gẽtil homme, qu'il eſt par luy ou par ſon aduoué faicte retenue, &c. (vt ſuprà in actore dictum eſt.) Et en baille ſon gaige. Et lors le defendant doit dire à la Cour auant ce qu'il rende ſon gaige: Meſſeigneurs, ie diz que de tout ce, que tel ha faict propoſer contre moy, par tel aduocat, & il en ha aduoué, & trait ſon gaige, contre moy: il mẽt, comme mauuais, quil eſt de le dire, & tout ce quil ha faict dire & propoſer, ie luy nye tout. Et dy que au cas, qua vous diriez, que gaige de bataille y cheé, ie m' en defendray comme gentil homme & loyal, que ie ſuis, & comme celuy qui n' ha tort en la cauſe propoſeé contre moy.

1 ¶ † Aduertendum tamẽ, antequam reus *a* defen-
a dens præmiſſa dicat, ipſe ſeu eius Aduocatus debet proponere omnes cauſas, quas poterit ad oſtendendum, quòd locus non ſit duello. Et ſuper hoc ante omnia petere pronunciari per Curiam. Item etiam eſt aduertendum, ꝙ antequam reus dicat, velle cauſam ſuam per duellum defendere, ipſe debet priùs negare ex aduerſo propoſita: nam ſi priùs dictam oblationẽ faceret, quàm dictam negationem, videretur confiteri propoſita contra eum de conſuetudine, quod eſſet valde periculoſum. Nam ſi ipſe eſſet ita confeſſus, non eſſet locus duello. Item caueat reus in cõcludendo, vt non dicat vltra ſuprà dicta. Et eum reddam mortuum vel deuictum, quia tunc vt actor, ſe obligaret ad vnum de his, quod non faceret, ſed ſolùm dicat, vt ſuprà dixi, quia ſi dicat, & ego defen-
b dam me, &c. vt ſuprà. & non vltrà procedat, *b* ad dicendum dicta verba, & eum reddam, &c. ſufficeret ſibi, licèt nihil faceret in campo ad lucrandum cauſam, niſi aduerſarius eum incitaret, & idem eſſet, ſi aduerſarius ſe non præſentaſſet, quia in iſtis caſibus lucraretur cauſam ſuam, quod nõ faceret in caſu, in quo dicta verba protuliſſet in primo caſu, licèt in alio ſecùs.

a ¶ Reus. *Qualiter autem prouocatus pignore pro pugna porrecto, & alius dicendis de more dictis, & propoſitis per prouocantem, dicere, & reſpondere debeat, vide do. Pet. Iac. in prædict. tit. de duello. in 5. colum. in §. Martinus verò auditis.*

b ¶ Non vltrà procedat. *Adde do. Petr. Iac. vbi ſuprà proximè in verſ. item eſt cautela.*

## QVÆST. DCXXII.

### SVMMARIVM.

a 1 *Præſentatio in campo duelli, a quomodo & quando fieri debeat, & quæ proteſtationes ſint præſtandæ.*

1 DE conſuetudine † debet ſe prȩſentare actor antequã labatur meridies, & reus ante nonam: aliàs quicunque deficeret, caderet à cauſa ſua. Item fit præſentatio corã Conneſtabili Fran-
b ciæ ad campũ, *b* qui in hoc caſu repræſentat perſonam Regis, vel ſi ſit in hac patria Delph. coram Gubernatore Delph. qui repræſentat perſonam domini noſtri Delph. prout vidi fieri coram Domino de Gaucort 1436. pro tunc Gubernatore huius patriæ Delphina. in facto pignoris dati per Nobilem Pellerini mandamenti Seruiaci ad effectum duelli contra quendam Burgundum. Et fit dicta præſentatio per verba ſequentia:

Monſeigneur le Conneſtable, (ſi ſit in Regno; vel ſi ſit in hac patria Del. dicetur: Monſeigneur le gouuerneur) veéz cy tel hõme, lequel par deuant vous, (comme celuy qui en tel cas, repreſentés la perſonne du Roy noſtre ſire (vel ſi ſit in hac patria Del. dicetur) comme celuy qui en tel cas repreſente la perſonne de monſeigneur le Daulphin. Se preſente à tout ſon cheual, & ſes armes: & en habit de gentil homme, & de homme qui doibt entrer en camp pour combatre contre tel homme, au nõ de Dieu & de noſtre dame ſa mere, & de ſainct George, le bõ cheualier, au lieu, au iour, & à l'heure à luy par le Roy & ſa Cour aſſignee. Et ſi ſit in Del. dicatur: Par monſeigneur le Daulphin, & par ſa Cour aſſigné. Et s'apareille de faire ſon deuoir par luy ou par ſon aduoüé des choſes, qu' il ha faict propoſer contre le dict tel, pour leſquelz gages de bataille ha eſte iugé entre eux en parlament par la maniere, que par la dicte Cour ha eſte ordõné. Et vous requiert, que vous luy faſſiez partie, & baillie de camp: & ſe offre par luy ou par ſon aduoué, de faire ſon deuoir à l' aide de Dieu, &c. Et faict proteſtation & retenue; tant pour luy comme pour ſon aduoué, de muer; & changer cheual & armes tant pour luy cõme pour ſon cheual & pour ſon aduoué & ſon cheual & de deſcendre & remonter, & reſtraindre ſon cheual, & elargi & de laiſſaier cõbatre à pied ou à cheual, & de ſoy aider de toutes ſes armes, & de chaſcune d' icelles. Et laiſſer celles, quil auroit prinſes, ou doit prendre premierement, & de prendre autres. Et de reprendre celles, quil auroit laiſſees premierement, ou autres. Et de toutes les choſes deſſuſdictes & chacune d' icelles; faire par luy, ou par ſon aduoué toutes & quantefoys qu'il luy plaira, & Dieu luy en donnera l' aiſement de faire. Item faict proteſtation, que ſi le dict tel portoit autres armes au champ, qu'il ne pourroit ou deuroit porter par la couſtume, que icelles luy ſoyent oſteés, & que au lieu d'icelles nullus autres il n' ayt, ne puiſſe auoir. Item faict proteſtatiõ, que s'il plaiſoit, à Dieu, qu'il ne peult deſconfir ou vaincre ſon aduerſaire de iour, (laquelle choſe il fera ſi Dieu plaiſt) que il puiſſe cõtinuer ſa bataille du iour au l' endemain, ou tel iour, que la Cour donnera. Et encores faict proteſtation expreſſe, de dire & de faire, & d'auoir tous les autres garniments qui ſonts neceſſaires ou profitables ou conuenables à gentil homme, en tel cas. Encores faict proteſtation expreſſe en general, & en ſpecial, & retenue que les choſes deſſuſdictes luy vaillent & proffitent comme s'il de chaſcune choſe à luy, ou à ſon aduoué, neceſſaire, ou prouffitable, ou conuenable, en tel cas faiſoit ſpeciale proteſtation, & diuiſemment par le nom deſſuſdict de chaſcune. Et les receuez, & ſes proteſtations, & ces choſes deſſuſdictes luy octroyez.

¶Item reus faciet ſimiles proteſtationes ſuperioribus. ¶Item dicunt quidam eſſe de conſuetudine, q͏ prouocatus anteq̃ Aduocatus ſuus ad aliquem finem aliqua proponat, debet dicere, quæ ſequuntur: Saluis & retentis meis rationibus,& defenſionibus,per me vel Aduocatum meũ proponendis contra propoſita cõtra me ad finem,q͏ ibi non cadat duellum. Dico ego talis, q͏ in caſu, in quo Curia iudicaret ſuper propoſito cõtra me cadere duellum:dico,q͏ talis mentitur de omnibus,quæ contra me propoſuit,& proponi fecit,& quòd ego me defendam,&c. Nam vt ipſi dicunt: Si non dementiatur eum,antequam aliquid proponat,habetur pro conuicto, licèt retentam feciſſet de ſe defendendo. Sed iſtud nõ vidi obſeruari. Et credo,q͏ ſuperiùs dicta ſufficiant. ¶Item dicunt in vtroque,q͏ ſi poſt dicti vadij propoſitionem recedunt à Curia Parlamenti ſine licentia
c Curiæ,q͏ recedens habetur pro conuicto,*c* Quod credo verum, maximè, ſi partes per Curiã eſſent arreſtatæ poſt propoſitionem duelli, vel ſi recederet à villa,in qua eſſet facta propoſitio duelli ad locum remotum,vel ad patriam ſuam. Prouocãs ad duellũ, debet portare omnes armaturas ſuas, dum volet intrare campum,quibus volet ſe iuuare in campo,& tenere capellum laxatum & viceriam baiſſatam,& ſe gerere ſicut cùm certabit cũ aduerſario ſuo.Si autem faceret in introitu Campi,vel Lanceam,vel Scutum, vel Galeam, vel arma alij deferre dum intrabit,& ea non acceperit, antequam intret Campum, vel viſeriam Galeæ leuatam deferret armis ſic per alium delatis, vti non poterit,& etiam oportebit eum ſic duellare, vt intrabit campum de conſuetudine prędicta,& econtrariò, reus poteſt intrare Campum viſeria Galeæ leuata,& ita eſt conſuetum,& poteſt facere deferri per alium,ſcilicet Scutũ vel Lanceam, & poſt ſe iuuare, & de conſuetudine. ¶Et poſtquam ingreſſi ſunt Campum coram eis præpoſi-
d tis Dei Euangeliis,*d* Prouocans accipiet Prouocatum ſuum cum manu ſiniſtra,& dextram tenebit ſuper ſancta Euangelia. Et dicet verba, quę ſequuntur:

Homme que ie tien par la main, par Dieu & par ſes ſainctz ie te appelle à bonne cauſe, que i'ay bonne querelle contre toy,& que tu occis tel hõme en trahiſon,dont ie te appelle,& que tu le feiz faulcement & mauuaiſement,& que ie n'ay bref, ne pierre,ne herbe,ſur moy,par quoy ie te cuide vaincre:mais par layde de Dieu, & de mes armes pour cauſe de bon droict que i'ay. Et le deffendant,ſera ainſi,comme dict eſt, de le tenir par la main & dira:Par Dieu & par ſes ſainctz, i'ay bonne defence contre toy,& m'as appellé faulcemẽt & mauuaiſement & as mauuaiſe querelle contre moy & que ie n'ay bref,ne herbe,ne pierre,n'autre choſe,pour la quelle ie te doiue vaincre, ſi ce n'eſt par l'ayde de Dieu & de mes armes,& pour cauſe du bon droict que i'ay.

¶Et eſt ſciendum,quòd licèt actor proteſtatus fuerit,de & ſuper premiſſis iuxta ſuperiùs expreſſa,& licèt velit deſcedere vel mutare equum, vel alia facere de præmiſſis, licèt poſſit facere licitè ſecundum dictam conſuetudinem: tamẽ aduerſarius,ſi velit, poterit ipſum in deſcendendo occidere,vel eum grauare,prout volet, & Deus ſibi miniſtrabit non obſtantibus proteſtationib. ſuis, quibus non tenetur deferre,niſi velit. Nec oportet in contrarium proteſtari, &c.

a ¶Duelli. *Duellum an ſit licitum, vide Alexand. poſt Bar. in l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iur.*

b ¶Campum. *Adde, quòd Campus iſte eſt locus amplus, ad decertandum electus, in ciuitate vel extrà, qui locus circumcirca clauditur chordis, & miſſo banno, q͏ nullus audeat illum intrare præterquam pugiles, vt dicit do. Io. de Ligna. in præſen. tract. de duello. in §. circa ſeptimum. in verſ. 5. quæro.*

c ¶Pro conuicto. *Vide quod dicit do. Ioan. de Ligna: in tract. de duel. in præ. §. circa ſeptimum. in verſic. 14. & verſ. 15. & verſ. 16.*

d ¶Euangeliis. *Et ſic præſtat iuramentum ſub forma infrà ſcripta, de quo quidem iuramento tangit dom. Aluar. in verſ. feud. de pace iuram. firm. in c. 1. in princ. in vlt. col. in verſ. quæro ſubſequenter. do. Pet. Iac. in alleg. tit. de duello. circa princip. ibi, & promitto me per iuramentum, &c.*

## QVÆST. DCXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Duelli vnum exemplum, & eius origo.*

DOminus Reginaldus de Põte in Curia Franciæ, Bernardum Comitem Conuenarum adornari fecit ad ea, quæ ſibi ciuiliter vel criminaliter proponere vellet contra eum in præſentia Curiæ ad certam diem,ad quam proponi fecit,q͏ cùm quædam controuerſia fuiſſet inter do. Gaufridum,& eius patrem,& dom. Margar. eiuſdem Comitis vxorem, ſuper vice comitatu Torane: demũ mortuo d. Gaufrido, & d. Reginaldo, eius filio,& hærede ſolo,& inſolidũ relicto,dictus Comes ad dictam eius vxorem in mortis tali periculo conſtitutã,q͏ euadere non poterat,dictæ vxori ſuæ,quæ nunquam prægnans fuerat, falſum partum ſuppoſuit,vel ſupponi fecit ad hoc,vt d. Reginaldum ſucceſſione de bonis prædictæ Margaretæ priuaret. Et quòd natum ex ea dictum partum publicauit : & poſt tres dies mortua dicta Margareta dictus falſus partus, ſicut per incantamentum venerat, receſſit, & quòd hîc eſt actus, qui ſecretè per vnam perſonam fieri poterat, & qui ſecretè fieri conſueuerat,& per teſtes probari nõ poſſet. Sed ſi dictus Comes prædicta vera confiteretur, petebat dictum Comitem condemnari,fieri feciſſe corpus & bona. & ſi negaret dictus Reginal. paratus erat ipſa probare per ſe, aut Aduocatum ſuum cõtra dictum Comitem facta retenta. Vlteriùs proponi fecit, quòd poſt mortem Regis



Regis Ludouic. cogitans quòd Regina Clem. remanſerat ex eo prægnãs, & quòd bonũ eſt piſcari in aqua turbida, & q͏ diſſenſio inter fratres eius eſſet,ſi dicta Regina pareret filium ſuper regimine Regni,& ſi filiã, ſuper Regno, volẽs diminuere iura Regni & Coronæ, q̃ ſemper ſunt, & quibus vaſalli Regi mortuo debent fidelitatẽ cõtra Sacramentũ & fidelitatẽ veniens proditionaliter & falsò venit ad dictũ Regin. & ſibi dixit vel dici fecit,quòd ſi ſe ligaret per iuramentũ cum eo, & quòd ſi faceret & haberet à futuro Principe Priuilegia,& ea,quæ vellent, & quòd eſſent domini ipſius, & quòd finaliter cũ plur. de parti. illis præmiſſa tẽtauit, & quòd dictus Reg. vt bonus aſſen-
a tire noluit,& hoc eſt crimen læſæ maieſtatis,*a* cõcludens,vt prius dictus Reg. aduoc. ipſum,& proiecit vadiũ. Et poſteà Aduocatus dicti Reg. dixit, quòd pręmiſſa faciebat ad hoc,vt aliqua,quæ ſi ſibi peteret,nõ auderet refutare. Dictus verò Comes ad finẽ quòd ad dictã accuſationem proponendam admitti non deberet,& ſi admitteretur, petitioni ſuæ reſpõdere non teneretur tanquam ineptæ & obſcuræ,& ſi teneretur, quòd in ꝓpoſitis non caderet duellũ, & ſi non caderet, pars aduerſa dictum actorẽ per viã accuſationis inſequi vellet ad finẽ abſolutionis,& hoc ciuiliter petẽdo ius per ordinẽ ſuper proponendis ſibi reddi. Sub proteſtationibus,&c. proponi fecit, quòd à tẽpore Regis Ludou. vſq; nunc elapſi erãt quatuordecim anni,& vltrà,& quòd ex tunc fuerãt quatuor Reges in Fran. & quòd tanto tẽpore celaſſet præmiſſa, & ipſe in ſui propoſitione cõfiteretur ſe vaſallũ & hominẽ ligium Regis, & quòd talia dum priùs ad eius deuenerant notitiã reuelare domi. ſuo,cuius honorem & ſtatũ tangebat, & nõ fecerat, confitebatur ſe proditorẽ domi. noſtro Regi eſſe,& fuiſſe, & ſic non reſtabat niſi executio in corpore & bonis, & ſic ad æqualẽ accuſationẽ, vt erat vltimò propoſita, vel minorẽ, vt erat prima, admitti non debebat: iuxta l. neganda. C. qui accuſ. non poſ. Itẽ, quia ipſe pro pacificando ſuper his,quę proponere intendebat contra ipſum Comitem,licentiã obtinuerat abſq; eo, quòd dixiſſet Regi,& ipſum tangebat,&c. Petiit ius dici ſuper præmiſſis. Secundò propoſuit, quòd dictus Reg. petitionẽ ſuã in vtroq; de dictis caſibus fecerat alternativè,& non deſignando tẽpus vel locũ, vbi præmiſſa euenerant, quòd facere tenebatur, iuxta l. libellorũ vulgatam. Quare non tenebatur eis reſpondere. Tũ quia in tantis criminib. nõ eſt licitũ vagari. Tũ quia præmiſſa declaratione factas ſuas defenſiones proponere poſſet magis clarè. Et quòd ſic factũ fuerat in vadijs propoſitis in dicta Curia per Rogerium de Anduſia, cõtra Carolũ Artus, & Arnaudũ de monte Acuto contra Aymer. de Duro Forti. & petijt ius ſuper pręmiſſis. Item, ad tertiũ contra primã accuſationẽm, licèt dictũ crimen fuiſſet cõmiſſum per dictũ Comitẽ, quod ipſe non fatebatur, propoſuit in caſu dictæ accuſationis,quod crimen partus ſuppoſiti erat ſpecies criminis legis Cornelię de falſis. C. ad leg. Corn. de fal. l. 1. & l. cũ ſuppoſiti. & ff. eo. l. cõtra falſam. Ex quo crimine cauſa mortis non imponitur. ff. eo. l. 2. §. fin. & C. eo. l. vbi cũ ibi not. Et ſic ibi nõ cadebat vadiũ duelli, iuxta dictas ordinationes. Itẽ, quia ſi partus eſſet falſus, vel verus, ꝓbari poterat per teſtes. ff. de Car. edi. l. 2. §. duel. & de q. l. cũ extraneo. §. 1. & ſic ſecundũ dictas ordinationes ibi nõ cadebat duellum. Itẽ,quia non propoſuerat d. Comitẽ per indicia vel veriſimiles præſumptiones ſuſpectũ, & ſic ſecundum dictas ordinationes non cadebat ibi duellum. Itẽ dicta Marg. fuerat prægnans, & pro tali ſe gerebat, & prægnãs exiſtens fecerat teſtamentũ, in quo partum ex ea naſcendũ hæredum inſtituerat, & ſibi ſubſtituerat dictũ ſuum virum, & pepererat, ſana exiſtens, illa infirmitate excepta, quã pro illa habuerat vnã filiam viuã,& verã ſigna partus de nouo partu, ex dicta domina habentẽ, in præſentia quã plurimarum perſonarum bonarum. & fuerat baptizata tunc per Epiſcopum Carcaſſonẽſis. Et quòd poſt dictum puerperiũ dicta domina Margareta per ſex ſeptimanas vixit. Et poſtquã deceſſerat dicta eius filia ſuperſtite, quæ poſt mortẽ dictæ matris ſuæ vixit per ſeptẽ ſeptimanas. Ad ſecundum,quòd dicebat caſum prędictum eueniſſe,imò contrarium,nõ eueniſſe,nec ipſum ſuſpectum pro his. Itẽ dato abſq; præiudicio, quòd ita accidiſſet,non commiſiſſet crimen,quia ligare ſe pro habẽdis libertatibus,non erat res illicita,imò ſic ſe ligauerant ad Regẽ Campani & Normani.
b Itẽ,quòd non erat crimen læſæ maieſtatis, *b* cùm nec contra Principẽ vel eius Aciẽ, vel Rempublicã factum proponeretur,quia Comes poſt mortẽ dicti Regis bene & fideliter ſe geſſerat ad maiora, quæ eſſent in Regno, cui eidẽ commiſſa fuerant, hæc offerens, prout in facto ſunt ſe probaturum, negãs cætera. Et dictus Comes vltrà procedens, ſaluis proteſtationib. pro ipſo propoſitis,& reddito iure ſuper vtroq;, per ordinẽ, expeditus fuerat: Et Aduocatus ſuus dixit, quòd vbi Curiæ videretur,quòd vltrà procedere haberet, & quòd ibidẽ vadium caderet facta retenuta de equo & armis: & Aduocato ſuo dicit, quòd dictus Reginaldus mentiebatur ſuper præmiſſis,& ſe defendere per ſe vel Aduocatum ſuum, vt bonus & legalis proiecit vadium ſuum. Et duplicatum & triplicatum fuit ibidẽ hincinde. Et dictum fuit per arreſtum Curiæ, quòd nõ obſtantibus ꝓpoſitis, dictus Reginaldus admitteretur ad accuſandum, & quòd petitio erat reſponſalis. ¶ Itẽ, quia de primo caſu ad quãdã propoſita per dictum Comitẽ ꝓbatio erat admittẽda, licèt criminalis eſſet de ſe. Sed in ſecundo caſu, non obſtantibus ex aduerſo ꝓpoſitis, inſpecta natura ipſius, & quòd in dictis ordinationib. fiebat de eo expreſſa mentio, & aliàs fuerat arreſtum datũ, ſuper hoc vadium cadebat. Et eum ibi Curia ꝓnunciauit. Notã ergo de ſtylo in perſonã condemnandã pro tali crimine ad dictã accuſationẽ admitti. Sed fortè ideò hoc fuit

factum,quia fortè dictus Reginaldus reuelauerat
Regi Philippo, & etiam Curiæ tempore dictæ li-
centiæ impetratæ,& hæc dicit Aduocatus d. Re-
ginaldi, & hoc fore conſtabat Curiæ.Item quòd
ſolus conatus ſufficit. Item, nõ oportet aliquem
dicere ſuſpectum.Item,erratum fuit in præmiſſis
pro parte dicti Comitis. Primò,quòd Aduocatus
ſuus non accuſauit pro honore. Secundò, quòd
ad finem abſolutionis non propoſuit,vt ſuprà, li-
cèt ipſe feciſſet. Tertiò, quòd dictus Comes vo-
cauit,eum de mentiendo proditorem falſum,&
ſic ſe quaſi actorem dedit. De materia duelli, vi-
de gloſſ. & Bald. in feud. de pace tenen. & eius
c violat.in 6. colum.*c* & ibi etiam habetur de ban-
nido,& quare quis banniatur. ¶ De materia du-
d elli, *d* vide plenè per dominum Iacob. Rebuffi
Docto. nouiſſimum actu legentẽ dudum, 1460.
in Montepeſſulano,in l.vna.C. de Gladiator.lib.
10. ¶ De hac materia duelli, vide etiam plenè
per fratrem Raymundum in Summa ſua de caſi-
bus in tit. de duello,vide etiam Petr.Iacob.in tit.
de duello & ſub Rubrica,vi bonorũ raptorum.Et
Ioannem Lignanum in tractatu de duello.

*a* ¶ Læſæ maieſtatis. *Maximè pro hoc crimine iure permittitur iniri duellum: vt Inſt.de hered. quæ ab inteſtato defer.in §.per contrarium.in gloſ.in verbo,Perduellionis.*

*b* ¶ Læſæ maieſtatis. *Verum crimen aliquod cenſeatur eſſe de capitibus legis Iuliæ maieſtatis, vide dom. Azo.in Summa.C.ad leg. Iuliam Maieſt.*

*c* ¶ 6.col. *Videlicet in verſ.ſed iſtud. & adde ibi do.Aluar.à principio vſq; ad §.Mercator. & vide omnino d. Roſre.Beneu.in tractatu de pug. vbi per duodecim quæſtiones materiam duelli plenè explicat, vt refert do. Aluar.vbi ſuprà in 4.col.in verſ.& hac gl.224.*

*d* ¶ Duelli. *Sunt enim, qui autumant ex quadam conſideratione paris vel imparis numeri literarum nominum ipſorum pugillum in vtroq; ſeu eorum altero exiſtentis euentum duelli ſe poſſe verè prænoſticare, vt his verſibus legitur contineri. Si paribus, vel diſparibus, conſtent Elementis Nomina, pugnatur, pars vincitur aggredientis. Imparitas autem paritati ſi ſocietur, Hoc tibi ſit certũ, quòd defenſor ſuperatur. Sed hoc quidem pertractare, his ve fidem adhibere, vtiq; ſuperſtitioſum & trufas eſſe non ambigitur, quia & gladio vltore ſanctiones Imperiales perſequuntur: vt l.nemo.C. de male. & Matthem. de hoc plenius per do.Petr. Iac. in præ.tit. de duello.in 13.col.in §.circa duellum.*

**Tu adde, quòd de conſuetudine non poteſt duellum à iure reprobatum fieri licitum, & impunè committi, vt not.Pet.de Anch.in c.Henricus.de Clem.pug.in duel.in 2.not.& ibi etiam aſſignat plures rationes, quare in defectum probationis duellum eſt prohibitum.*

## QVÆST. DCXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus à Principe an poſſit cauſam criminalem ſubdelegare.*

2 *Locumtenens poteſt expedire ea, quæ ſunt meri Imperij, de iure Canonico.*

1 CLarum eſt,quòd Princeps delegat † cauſam
criminalem,vt probatur in l. quoties.circa
prin.ibi mandauerit,&c.C.vbi Senatores vel cla-
riſſimi,ſed eſt dubium inter Doct.an Delegatus
à Principe poſſit cauſam criminalem ſubdelega-
re.Sed Bar.in l.1.in fi.C.qui pro ſua iuriſdictio.te-
a net quòd ſic,videlicet, quòd poteſt *a* cauſam cri-
minalem ſubdelegare,& ita ſecundum hanc par-
tem vidi iudicari & ſeruari in hac Curia Parlam.
2 Del. ¶ † Vnum aliud nota circa hanc materiam,
quòd etiam ea,quæ ſunt meri Imperij,per locum-
tenentem non poſſunt iure Ciuili expediri.l.ſug-
gerente. C. de officio eius, qui vicem alterius Iu-
dicis gerit. tamen de iure Canonico poſſunt: vt
not.Bald.in Auth.ſed nouo iure.C.de ſeruis fug.
& hoc caſu ſeruatur ius Canonicum de ſtylo Cu-
riarum præſentis patriæ Delph. &c.

*a* ¶ Quòd poteſt. *Hanc opinionem firmat pluribus rationibus do.Cyn.in l. vna. in 4.quæſt. C.qui pro ſua iuriſdict.iud.da.poſ.*

## QVÆST. DCXXV.

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ, quas quis domi feciſſet, an debeant referri in taxam expenſarum.*

SI quis condemnatur per hanc Curiam Parla.
aut per alium Iudicem inferiorem, in expen-
1 ſis cauſæ,an in taxatione ipſarum † expenſarum
debeat de iure haberi conſideratio ad expenſas,
a quas quis domi ſuæ *a* feciſſet? verbi gratia, taxan-
tur viagia ad rationem quinque Groſſorum pro
die incluſo equo: certè debet haberi cõſideratio,
quòd ipſe,qui fecit expenſas, expendiſſet in eius
domo pro ſe & equo ſuo, pro qualibet die duos
Groſſos,& illi duo Groſſi debent deduci de qua-
libet die viagiorum, & portuum literarũ. Ita vo-
luit Inn.in c.fin.extrà,de dol.& contum.Sed ego
nunquam vidi talem deductionem in taxatione
expenſarum fieri in hac Curia Parlamenti, nec
in aliis Curiis præſentis patriæ Delphin.& credo,
quòd ſtylus Curiarum in hoc derogaret iuri.
¶ De hac materia vide per Ioan.Fab.Inſt.de pœ.
te.liti.&c.

*a* ¶ Domi ſuæ. *Ratio autem expenſarum, quas quis domi feciſſet, niſi in domo vixiſſet ex artificio, vt not.dicit do.Pan.in c.finem.in antepen.col.verſ.quid autem.ibi, an autem.extrà, de dol. & contum.*

## QVÆST. DCXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Caſtellani an poſſint mulctas imponere.*

2 *Caſtellanorum iuriſdictio an poſſit prorogari.*



DE iure Caſtellani Delphinales non poſſunt
1 † mulctare.*a* caſus eſt expreſſus in l.2. in §.
a fi.ff.de iu.Tamen de conſuetudine generali hu-
ius patriæ Caſtellani Delph.mediati, & immedi-
b ati,cõſueuerunt mulctare,*b* & inde Iudices Del-
phin. & ſimiliter Iudices Baronum & Bannere-
torum conſueuerũt dictas mulctas in eorum Aſ-
ſiſiis & in Sedibus ſuarum iudicaturarum decla-
rare & adiudicare. ¶ Sed quid de Iudicibus dele-
gatis, an poſſint mulctare? vide ſuprà,quæſt.60.
2 ¶ † Sed quia Caſtellani *c* habẽt in hac patria Del-
c phin. iuriſdictionem limitatam poſſe cognoſce-
d re,vſq; ad duos florenos: *d* An eorum iuriſdictio
poſſit de maiori ſumma vel de alia re prorogari
conſenſu partium? quòd ſic contra Bal. in l.certa
ratione.in quæſt.penult.C. quando prouoc.non
eſt nec.pro Salycet.eſt tex.in l.de qua re.in §.1.ff.
de iud.vide Angel.in l.ſi idem cum eodem. ff.de
iur.omn.iud.& Alber.de Roſ. vbi dicit circa fin.
quòd ſi Iudex iudicet contra ſuã iuriſdictionem,
non valet ſententia.l.2.ff.de iud. niſi de conſenſu
partium.l.1.ff.de iud.& hæc fuit opinio Odofr.in
l.fin.ff.de iur.om.iud.& de hoc not.per Io.And.
in c.ea,quæ fiunt.de reg.iur.vide Specu. in tit.de
ſent.§.iuxta propoſitiones.verſ.item eſt nulla ra-
tione quantitatis. ¶ Circa hanc materiam aduer-
te,quia ſi ſententia non valeret vigore proroga-
tionis,tamen valere poſſent in vim pacti.gloſ.eſt,
quam ibi ſequitur Iac.de Butr.in l.2. C. commu.
vtriuſ.iud.& gloſſ.in c.à nobis.in gloſſ. fin. extrà,
de ſent.excommun. ¶ De materia prorogationis
iuriſdictionis Caſtellanorum,vide etiam quæ di-
xi ſuprà,q.285.

*a* ¶ Non poſſunt mulctare. *Et eſt ratio, quia, cùm Caſtellani nõ habeant poteſtatem caſtigandi, etiam mediocriter, aut leuiter, non valent mulctam de iure iudicare. Is enim Magiſtratus poteſt mulctare, qui poteſt caſtigare, & pro modo caſtigare, mulctam imponere: vt not.domin.Azo, in Sum. C.de defen. ciuitat.in §. quod autem.*

*b* ¶ Conſueuerunt mulctare. *Videtur tamen, quòd non poſſint, niſi paruis mulctis, per ea, quæ dicit do.Pau. de Caſtr.in l.2.§.is autem.circa princ.ff.de iud.*

*c* ¶ Sed quia Caſtellani. *Adde de hac materia per iſtum, conſil.130.incipien.videtur quòd domini. num.5. nec poteſt inualidari. ibi, tum quia iuriſdictio. & conſil.116.incipien. circa proceſſum.in princip. & per totum.*

*d* ¶ Duos florenos. *Imò vſq; ad 60.ſolidos: vt in primo capite ſtatutorum Delphin.ſuper poteſtate Caſtellano.edict.cautum erat.*

## QVÆST. DCXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum an faciat quem teneri præciſè ad factum.*

IN obligationibus facti, in quibus quis non po-
1 teſt † de iure præciſè compelli ad factum.in l.
ſtipulationes.§.Celſus.ff.de ver.obl.& in l. ſi quis
ab alio.ff.de re iu. ¶ Tamen propter interpoſitio-
a nem iuramenti poteſt quis præciſè compelli *a* ad
b obſeruantiam facti,*b* per c. ex reſcripto. extrà,de
iureiur.& not.glo.in l.ſi pecuniam.ff.de condict.
ob cauſ.ita etiã expreſsè tenet Humb.de Bouen.
in ſua rep.Authen. ſacramen.C.ſi aduer.vend.in
materia effectus iuramenti, & quòd prætextu iu-
ramenti quis poſſit compelli præciſè ad factum,
tenet gl.in terminis,in l.ſi pecuniam.ff. de cond.
cau.data,cauſa non ſecuta, & hoc tenet ibi Bald.
Item iuramentum operatur, vt quis nec iure nec
de facto cõtraueniri poſſit aduerſus contractum
iuratum,hoc tenet gl.& Bal. in l.id,quòd paupe-
ribus.C.de Epiſco. & Cler. ſuper verbo, Ratum.
ibi,dum dicit, ratum ſcilicet, de iure firmum &
de facto. Et ita etiam fuit determinatum in Ca-
mera Conſilij per dominos meos Parlamenti die
12.mẽſis Septemb.1461. circa diffinitionem pro-
ceſſus,tunc diffiniti in manibus Ioan. Iofred. Se-
cretarij Delphin.inter Ioannem Faucharenti ci-
uem Grationop.& And.de Salyc. & Stephanum
Autrandi,in d.cauſa interuentum.

*a* ¶ Præciſè compelli. *Iſtud limita, niſi ingrederetur religionem, tunc poteſt promiſſionem facti non ſeruare. Spec.de ſtat.Mon.§.2.verſ.28.& ſeq.*

*b* ¶ Ad obſeruantiam facti. *Idem tenet d.Iaſ.in rep. l.ſtipulationes non diuiduntur.col.22.verſ.vltra limitationes.in 2.lect.ff.de verbo.oblig.vbi ponit regulam, quòd in obligationibus facti non tenetur quis præciſè ad factum, ſed ſoluendo intereſſe, liberatur. quam regulam limitat quatuor not. modis, & inter cætera dicit, quòd propter iuramentum obligatur præciſè facere, nec ſoluendo intereſſe, liberaretur per glo.reputatam ſingularem in l.ſi pecuniam.in prin.in gloſſ. paruula, in verbo Neceſſe. hic alleg. Quatuor alias fallentias ponit do. Alex.in d.l.ſtipulationes non diuiduntur. & quinq; alias fallentias enumerat Bald.in addit.Spec.in tit.de intereſſe.verſ.& nota, quòd aut merum factum.*

## QVÆST. DCXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Nuncio Delphinali ſuper opprobrioſa reſponſione ſibi, vt ait, facta, non creditur. Fallit, num.2.*

3 *Seruiens Delphin. qui falsò refert, qua pœna puniatur.*

4 *Seruiens, ex officio ſuo poſſitne quem citare.*

NOn debet de iure credi nuncio ſeu ſeruien-
1 ti Delph. † ſuper opprobrioſa reſponſione
ſibi vt aſſerit facta per citatum. Nec etiam ſi talis
Seruiens referret ſe fuiſſe percuſſum vel verbe-
ratum per talem citãdum: vt C.de accuſ.l.ea qui-
dem.Sed ſimpliciter ei credi debet ſuper citatio-
a ne.*a* & hoc ex quadam conſuetudine: ſicut & ſa-
cerdoti creditur, ſi dicat citaſſe ſuum Parochia-

num. Ad idem etiam creditur ſeruienti referenti
ſe non reperiſſe bona mobilia in executione iu-
dicati. ita dicit Bart. in l. à diuo Pio. in §. in vendi-
tione. ff. de re iud. Admittetur tamen ille, qui di-
cetur citatus, ad probandum contrarium. arg. C.
de contrah. & commit. ſtip. in l. optimam in fi. &
b fortè per iuramentum *b* inſpecta cõditione nun-
cij, ſeu ſeruientis, & illius citati, & cõſiderata qua-
litate negocij, ſecundum Pet. Iac. in tit. de conſti.
pecu. §. libellus. ibi, nec etiam deberet credi exe-
2 cutori, &c. Quicquid † tamen ſit de iure, conſue-
tudo Franciæ & pręſentis patriæ Delph. ſeruat, ꝙ
creditur tali nuncio ſeruienti Del. vel ſacerdoti,
ſi referat ſe fuiſſe percuſſum vel verberatum per
3 citãdum in ipſa executione. ¶ † Sed qualiter pu-
niatur talis ſeruiens Del. ſi falſam relationem fa-
ciat? vide Specul. in tit. de executore. §. 1. verſ. ſed
qualiter, &c. ¶ In quam pœnam incidat ille, qui
remouet literas iudiciales à manu ſeruientis Del.
vide quæ ſcripſi ſuprà, q. 579. circa fi. ¶ Et de illo,
qui eripit aliquem à manu ſeruiẽtis, vide ibidem.
¶ Si nuncius ſeu ſeruiens accedat ad aliquem ci-
tandum, & eum non reperiat, an ſufficiat ſibi di-
mittere copiam literarum in domo habitationis,
aut alicui ex familia citandi? vide quæ plenè dixi
4 ſuprà, q. 191. in gloſ. ſuper verbo Domicilia. ¶ † V-
trum ſeruiens ex officio ſuo poſſit aliquem cita-
c re? Dic ꝙ non, ſine mandato *c* Iudicis. l. cùm Cle-
ricus. C. de Epiſc. & Cler. & vide Bart. in l. fi. C. de
req. reis. Qualiter puniatur ille, qui eripit & libe-
rat captiuatum à manibus ſeruientis? vide quæ
ſcripſi ſuprà, q. 579. ¶ Qualiter offendẽs ſeruien-
tem, vel alterum Officiarium Delp. exercentem
eius officium, puniatur, vide ſuprà, q. 557.

*a* ¶ Citatione. *Adde do. Bart. in extrauagan. ad repri-
mẽdum. in ver. per nuncium. circa ſi. ibi, ſed an eodem.
& c. cum parati. de app. Spec. de cita. §. ſequitur videre.
ver. ſed nunquid verum in denunciando crimina, non
creditur nũcio etiam publico, & iurato, vt ibi dicit Spe.
& hoc intellige verum, quò ad condemnandum, nõ qui-
dem quò ad inquirendum, quia ad relationem nuncij
poteſt inquiſitio formari: vt not. dom. Bar. in l. 1. §. cura
carnis. in verſic. & nota. ibi, ad referendum ſibi. ibi, &
hoc quantum ad maleficium puniendum, &c. ff. de offi.
præfe. vrbis. Et vide omnia, quæ primo loco in hac Apo-
ſtilla inducta, & alia ad materiam facientia. d. Ang. A-
ret. in tract. maleficiorum. in gl. ſua, in ver. Petro publi-
co, & iurato nuncio.*

*b* ¶ Per iuramentum. *Adde d. Ang. vbi ſuprà, in gl.
præ. in ver. ſi autem dicat, ſe citaſſe.*

*c* ¶ Non ſine mandato. *Adde do. Barth. vbi ſuprà, in
extrauag. ad reprimendam. in præ. glo. ſuper verbo, Per
nuncium. in ver. nec poteſt nuncius.*

## QVÆST. DCXXIX.

### SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio an continuetur contra ſucceſſorem in bene-
ficio, vel in re prophana.*
2 *Tunc, dictio, denotat extremitatem temporis.*
3 *Verba ad aptitudinem ſæpe, non ad actum referun-
tur.*
4 *Poſſeſſio duplex eſt.*
5 *Poſſeſſio, dictio, eſt ambigua.*

SVprà, q. 355. tetigi de poſſeſſione, quæ trãsfer-
tur in prælatum, vel aliud beneficium, cano-
nicè obtinentem, abſq; noua apprehẽſione. Sed
iuxta hæc quæro: ¶ Ego pręlatus vel obtinens ali-
quod aliud beneficiũ ſui in poſſeſſione ſeu quaſi
exigendi ab vno tertio ſuper ſuo beneficio, vel à
laico ſuper aliqua poſſeſſione certam annuã pen-
ſionem. Ille tertius, qui ſoluit penſionem, mori-
tur, eius ſucceſſor mihi denegat ſoluere, & ſic me
ſpoliat? an poſſum intentare contra illum ſucceſ-
ſorem, qui nunq̃ ſoluit, interdictum recuperãdæ
poſſeſſionis: dubium facit, quia iſte tertius nunq̃.
ſoluit dictam annuam penſionem, & ſic non poſ-
a ſum dici fuiſſe in poſſeſſione *a* exigẽdi à dicto ter-
tio, licèt à ſuo prædeceſſore exegerim. Quid di-
cendum? Ego reperio inter Conſilia Domini Pe-
tri Papæ, patrui mei, quoddam Conſilium incipi-
ens: Ego dico hunc libellum, &c. in quo ipſe do.
Petrus decidit hoc dubium, & tenet, quòd poteſt
agi dicto interdicto cõtra ſucceſſorem, licèt nun-
quàm ſoluerit, & fecit dictum Conſilium pro Sa-
criſta Eccleſiæ S. Mauricij Viennenſis, contra
quendam Priorem, cuius Prioris prędeceſſor ſol-
uerat dicto domino Sacriſtæ duas libras cæræ de
annua præſtatione, & hoc probat ſic: Certum eſt
(dicit ipſe dom. Petrus Papæ) quòd ex variatione
perſonarum, ex parte rei, nunquam mutatur ius
actoris, quin remaneat ſemper idem: vt l. 2. §. ex
his. ff. de verb. obl. facit Clem. fi. de iure patr. Ra-
b tio huius eſt, *b* quia prædeceſſor & ſucceſſor etiã
in officiis & dignitatibus vna perſona reputãtur,
cùm dignitas & officium nunquam moriantur,
vt habetur not. ext. de offic. del. in c. quoniam d.
Abbas. glo. ſuper verbo, Subſtitutis. & in c. ſi gra-
tioſè. de reſcr. lib. 6. & 11. q. 2. c. de libertis. & c. li-
berti. Alia ratio, quia nõ mutatur ius actoris pro-
pter variationẽ ex perſona rei, quia iura metiun-
c tur ex parte actoris, *c* non ex parte rei, vt not. per
Inn. in c. prudentia. ſuper verbo, Conſtare. de of-
fic. dele. ita quòd conſideramus magis perſonam
actoris, quàm rei: vt ff. ſi pars hær. pet. l. 1. circa pr.
ibi, ius ex eo nõ metitur, &c. & notabiliter habe-
tur Inſti. de act. in §. ſed iſte quidem. in gl. Ergo i-
dem dicamus in propoſito, cùm Sacriſta fuerit in
poſſeſſione vel quaſi exigendi & leuandi à Priore
Moderno, vſque ad tempus denegationis, cùm
ius actoris nunquam mutetur ex variatione per-
ſonarum, ex parte rei: imò (quod eſt fortius) non
videtur variatio ex parte rei, cùm vna & eadẽ per-
ſona iſte Prior & Prædeceſſor reputetur, vt ſuprà
dixi. Cùm ergo vna & eadem perſona reputetur,
verum eſt dicere, quòd ſi Sacriſta fuit in poſſeſ-
ſione vel quaſi exigendi, & leuandi à prædeceſſo-
ribus, ergo eſt in poſſeſſione vel quaſi exigendi
& le-



& leuandi à Moderno Priore, vſq; ad tempus de-
negationis & ſpoliationis, cùm per ius fingatur i-
dentitas perſonarũ: vt habetur & not. in d. c. quo-
niam Abbas. nõ poteſt dici variatio. Item poſito,
& non conceſſo, ꝙ poſſet dici variatio, adhuc ius
metimur ex perſona actoris, vt ſuprà dixi, ita, ꝙ
conſideramus illud ius, quod eſt in perſona acto-
ris, non illud, quod eſt in perſona rei: vt in d. §. ſed
iſte quidẽ. Præterea, ꝙ ex variatione perſonarum
ex parte rei non mutetur ius actoris, ꝓbatur: quia
qui ſemel fuit in poſſeſſione, ſemper præſumitur
d eſſe, *d* quia cõſtat nos poſſidere, donec aut noſtra
voluntate receſſerimus, aut expulſi fuerimus: vt
not. per Hoſt. extrà, de reſt. ſpoli. cùm ad ſedem.
& ff. de acq. poſſ. l. 3. §. quod ſi ſeruus. ver. nam cõ-
ſtat poſſidere. Sed per proceſſum agitatũ in Cu-
ria Officialis probatur, ꝙ d. Sacriſta fuit in poſſeſ-
ſione, vel quaſi exigendi, & leuandi à prędeceſſo-
ribus Prioris Moderni: Ergo ſemper præſumun-
tur poſſidere etiam cum Priore Moderno, vſque
ad tempus denegationis: quia tunc d. Sacriſta ex-
pulſus fuit ſua poſſeſſione. Quia ſi bene inſpicia-
mus tex. in d. ver. nam conſtat poſſidere. loquitur
indiſtinctè in perſona poſſidentis, non curando
de perſona, contra quam poſſidetur. Cùm ergo
d. verſ. loquatur indiſtinctè, indiſtinctè eſt intelli-
gendus, cùm non reperiatur per aliam legem, vel
decretalem diſtinctus, & vbi lex non diſtinguit,
nec nos diſtinguere debemus. no. ff. de publicia.
l. de precio. extrà, de maior. & obedi. c. ſolitæ. §. 1.
& de coniugio leproſorum. c. 2. ergo patet, cùm
d. vſ. nam cõſtat. non diſtinguat de perſona, con-
tra quam poſſidetur, ꝙ ex variatione ex parte rei
non mutetur ius actoris, & ſic d. Sacriſta pręſumi-
tur eſſe ſemper in poſſeſſione, vſq; ad tempus de-
negationis factæ per Priorem Modernum, & id-
eò bene dicitur in d. verſ. nam conſtat. aut expul-
ſi fuerimus: vt ibi habetur. Præterea videtur ca-
ſus. extrà, de reſt. ſpol. c. cùm veniſſent. & ibi gl. 2.
in fin. quia licet prædeceſſor Prioris Moderni ſit
mortuus, vel alias ſublatus à Prioratu, nõ propter
hoc d. Sacriſta perdidit poſſeſſionem, vel quaſi,
penſionis exigendæ & leuandæ, nec põt dici ne-
gligentia ex parte Sacriſtæ, quia ſui Procuratores
ſatis petierunt. Ratio prædictorũ eſt, quia poſſeſ-
ſio ſine animo perdi non põt, vt not. per Inn. in c.
querelam. gl. ſuper ṽbo, de nouo. extrà, de elect.
& in l. 3. in §. in amittenda. ff. de acq. poſſ. Cũ ergo
per mortem vel tranſlationem Prioris prædeceſ-
ſoris iſtius Moderni Prioris, d. Sacriſta habuerit
animum ſemper poſſidẽdi, quia ſine animo non
põt perdi poſſeſſio, (vt ſuprà dixi ſecundum Inn.)
patet, ꝙ etiam d. Sacriſta fuit in poſſeſſione, vel
quaſi exigendi & leuandi à Priore Moderno, vſq;
ad tempus denegationis, quia tunc quãdo dene-
gauit Prior Modernns, d. Sacriſta perdidit poſſeſ-
ſionem, & animum poſſidendi: vt not. per Inn. in
e d. c. querelam. in d. gl. vbi ponitur per *e* Inn. † Di-
2 ctio Tunc, *f* quæ dictio denotat extremitatem
f temporis. d. l. ſi is legatum. §. fin. ff. de cond. & de-
monſtr. not. in c. quam ſit. de elect. lib. 6. & c. 1. de
vſur. lib. 6. ergo in illa extremitate temporis, quia
g denegatur ſolutio penſionis, perditur poſſeſſio. *g*
Ergo patet, quòd ante denegationem eſt ibi poſ-
ſeſſio, cùm in ipſo tempore denegationis perdi-
h tur poſſeſſio, *h* quia ſi ibi antè non eſſet poſſeſſio,
non poſſet perdi, quia quod non eſt, non poteſt
perdi ſeu tolli. ff. de iniuſto teſta. l. nam & ſi, & no.
extrà, de ſpon. impub. c. ad diſſoluendum. & ita
patet ſecundum Inn. quòd tunc perditur poſſeſ-
ſio, quando denegatur ſolutio penſionis. Nec ibi
diſtinguit Inn. de perſona, contra quam poſſide-
tur, vtrũ mutetur ſeu varietur dicta perſona, ſed
ſimpliciter dicit, tunc perditur poſſeſſio, quando
denegatur ſolutio penſionis: Ergo manifeſtè pa-
tet ex prædictis, quòd bene dicit libellus dicti do-
mini Sacriſtę, qui dicit, licet dictus Sacriſta fuerit
in poſſeſſione, vel quaſi exigendi, & leuandi, in &
ſuper dicto Prioratu à Prioribus eiuſdẽ, maximè
à dicto Priore reo, quia licet dictus Prior Moder-
nus nunquam ſoluerit, nõ propter hoc ſequitur,
quòd dictus Sacriſta fuerat ante denegationem
Prioris Moderni in poſſeſſione, vel quaſi exigẽdi
& leuandi à d. Priore Moderno, per prædictas ra-
tiones hoc cõcludentes manifeſtè. Præterea alia
ratione hoc probatur, quòd dictus Sacriſta fuerit
in poſſeſſione exigendi & leuandi à dicto Priore
Moderno, vſque ad denegationem, licet d. Prior
Modernus nunquam ſoluerit dictas duas libras
cæræ, quia nõ ſequitur, Sacriſta eſt in poſſeſſione,
vel quaſi exigendi duas libras cæræ à dicto Priore
Moderno: Ergo Sacriſta fecit actum naturalem
3 & corporalem exactionis & leuationis. † Quia ſę-
piſſimè verba ſecundum communem vſum lo-
quendi, non ad actum, ſed ad aptitudinem refe-
runtur: vt habetur extrà, de Baptiſmo, in c. maio-
res. in 3. col. verſ. ſimiliter. & Inſt. ad legem Aqui-
liam. §. his autem verbis. & ibi not. Quia licet di-
ctus Sacriſta nihil exegerit à Priore Moderno a-
ctualiter: tamẽ aptitudine aptus natus fuit ad re-
cipiendum, vt locis præalleg. habetur, & notatur.
Item, ꝙ poſſit dicere Sacriſta, ꝙ fuit in poſſeſſio-
ne, vel quaſi exigendi & leuandi à d. Priore, vſque
ad tempus denegationis, licet nil ſoluerit dictus
Prior. Facit, quia nõ ſequitur. Sacriſta fuit in poſ-
ſeſſione exigendi & leuandi à dicto Priore: Ergo
fecit actum corporalem & naturalem exactionis
& leuationis duarum librarum cæræ, quia licet
nullum actũ naturalem fecerit Sacriſta cũ Priore
Moderno, nihilominus tamẽ dictus Sacriſta fuit
in poſſeſſione, vel quaſi exigendi & leuãdi à dicto
Priore Moderno, vſq; ad tempus denegationis.
4 † Et eſt ratio, quia duplex eſt poſſeſſio etiam in
iuribus incorporalibus, ſicut in corporalibus: vt
not. per Bal. in l. 1. ff. de acq. poſſ. Vna eſt poſſeſſio
naturalis & corporalis, quæ conſiſtit in actu cor-
poreo, & corporaliter exercetur, & ſtatim perdi-
tur ſicut exercitium corporale, quia vbi nihil fit
corporaliter, ſtatim perditur ipſa poſſeſſio natu-
ralis, nec poſſet dicere quis ſe eſſe in poſſeſſione

naturali aliquid faciendi,vt habetur not.ff.de ac-
quir.poſ.l.1.in verbo,Naturaliter. Alia eſt poſſeſ-
ſio ciuilis,quæ conſiſtit in animo, & ſolus animus
ibi operatur in retentione poſſeſſionis, licet nul-
lus actus corporeus ibi exerceatur, tamen quan-
tum ad retinẽdam poſſeſſionem ſufficit animus.
k *k* Et iſta poſſeſſio ciuilis eſt illa, quæ propriè parat
interdictum,vnde vi, ſeu recuperandæ poſſeſſio-
nis,nõ illa poſſeſſio naturalis,de qua prędixi,quia
propriè non parat interdictum recuperãdæ poſ-
ſeſſionis,ipſa poſſeſſio naturalis, ſed poſſeſſio ci-
uilis ſic. Et hæc omnia habentur & not.ff. de acq.
poſſ.l.clam poſſidere.in §.fi.gl.fin.verſ. Item iam
non eſt queſtio.& verſ.ſeq.Sed ſic eſt in caſu pro-
poſito,quoniam dictus Sacriſta ſemper habuit a-
nimum poſſidendi,& ſic ſemper in animo poſſe-
dit vſq; ad denegationem factã per Priorem Mo-
dernum,quia tũc quando denegauit ſoluere, di-
ctum Sacriſtam ſpoliauit, & ideò dictus Sacriſta
agit interdicto recuperandæ poſſ. quod interdi-
ctum recuperandæ poſſeſſionis propriè eſt inter-
dictum pro ciuili poſſeſſ. quæ in animo conſiſtit,
quando eſt amiſſa:vt in caſu libelli noſtri,vt ſuprà
proximè dixi. Et ita patet ex prædictis, ꝙ non ſe-
quitur,Sacriſta eſt in poſſeſſione exigendi: Ergo
naturaliter & corporaliter exigit, ſicut alibi dici-
tur:Nõ ſequitur,Ego ſum in poſſeſſione talis do-
mus: Ergo ego ſum corporalitcr in domo, quia
poteſt eſſe ꝙ ego ſum in vinea, & domus eſt Pari-
ſius. Et tamen verũ erit dicere, ꝙ ego ſum in poſ-
ſeſſione talis domus:vt habetur in d.l. clam poſſi-
dere.§.fi.& tunc intelligeretur de poſſeſſione ci-
ui.& ita debet intelligere d.libellus Sacriſtę,cùm
5 actus corporeus non fiat.† Et ita ex prædictis pa-
tet,ꝙ dictio,poſſeſſio,eſt ambigua,quia põt refer
ri ad poſſeſſionem ciuilem, & ad poſſeſſionẽ na-
turalem,& ideò,quia iſta dictio Poſſeſſio, quæ eſt
ambigua,poſita eſt in libello, intelligitur ſecun-
dũ voluntatem actoris,quia in exordio iudiciorũ
fauetur plus actori,q̃ reo.ff.de iud.l. ſi quis inten-
tione.not.extrà,de ſponſal.c.ex literis.gl. fi.extr.
de reſt.ſpo.c.cùm ad ſedem.Ideò d.Sacriſta dicta
verba poſita in libello intellexit de poſſeſſione ci-
uili,non naturali. Præterea ex præcedentibus &
ſequẽtib.debemus iudicare de mediis.ff.de lega.
1.l.ſi ſeruus plurium.§.fi.extrà,de app.c.ſecundò
requiris.in princ. Sed d.Sacriſta fecit ſimpliciter
mẽtionẽ de dictiõe poſſeſſio.Poſtea in libello cõ-
cludit ſuper interdicto recuperandę poſſeſſionis,
quod interdictũ propriè adaptatur ad poſſeſſio-
nem ciuilẽ,vt ſuprà dixi per no.in l.clàm poſſide-
re.§.fi.ſuprà alle.Ergo de illa ciuili debet intelligi
caſus eſt bonus.ff.de reg.iur.l.quoties idẽ ſermo,
cum ibi not.Cùm ergo ex præcedentib.& ſequẽ-
tibus debeamus iudicare, de mediis patet, quia
dictio Poſſeſſio,in libello impoſita,intelligitur de
ciuili poſſeſſione,ex eo,ꝙ poſtea facit mẽtionem
in libello de interdicto recuperandę poſſeſſionis,
quod propriè adaptatur in poſſeſſionẽ ciuilem,&
nõ in poſſeſſionem naturalem,vt ſuprà dixi. Præ-
terea ex concluſione videtur indicari præcedens
petitio,vt not.expreſsè per Cy.in l.nec exemplũ.
circa fi.C.de fal.ergo manifeſtè ex omnibus præ-
miſſis concluditur, ꝙ bene dicatur in d.libello,
maximè à d. reo, quia licet nunq̃ ſoluerit. Prior
Modernus,poteſt dici Sacriſta eſſe in poſſeſſione
à d. Priore, & intelligitur de ciuili,vt clarè ſuprà
deduxi,Dicit d.dñs Petrus Papę.De hac q.etiam
tetigi ego Guido Papæ in apparatu meo ſtatut.Si
quis per literas.in gl.ſuper verbo,Vel quaſi. Qui-
dam tamẽ probus dicebat,ꝙ d. Sacriſta non pro-
bauit cauſam ſeu titulum, quare peteret d.duas
libras cæræ.Cui probo reſpõdet ipſe d.Pet.Papæ,
ꝙ agent poſſeſſorio recuperãdæ poſſeſſionis,duo
tantummodò debet probare, ſcil. ſe poſſediſſe &
ſpoliatũ eſſe,vt habetur & not.extrà,de reſt.ſpol.
c.olim.la 1.& not.14.q.1.in Sum.& multa ſunt iu-
ra,quib.aſſeritur,ꝙ de titulo non curantur,quan-
do poſſeſſio agitur,vt no.per Inno.in c.peruenit.
de cenſ.& in d.c.querelam.per gl.& Inn.& Spec.
in tit.de reſti.ſpol.§.nunc dicamus.in fi. Patet et-
iam,quia Prædo,qui nullum titulum habet,reſti-
tuitur,cùm agitur poſſeſſorio, teſtes non ſunt in-
terrogandi ſuper petitorio,vt expreſsè no. C.qui
legi.perſ.ſtãdi in iud.in l.fi.in gloſſ.fin. & pro hoc
extrà,d.teſt.c.veniẽs.quia ſuper eo, ſuper quo eſt
controuerſia,ſunt inducendi teſtes, & non ſuper
alio,ſed hîc erat cõtentio ſuper poſſeſſorio.ergo,
&c.vt not.in l.ob carmen.§.fi.in gl.fi.ff.de teſt.I-
tem poſſeſſor nõ cogitur dicere titulum ſuæ poſ-
ſeſſionis,2.q.5.quaſi per totũ.& 6.q.vlt.in c.actor
cum ſimili.Item ex eo,ꝙ d.probus dicebat,quòd
Prior Modernus intentans negatoriã,non debet
probare prioratum liberum, quia negatiua per
rerum naturam,&c. Multum malè dicebat,quia
intentans negatoriam cõtra illum,qui eſt in qua-
ſi poſſeſſione, ſicut d. Sacriſta vt probatur per ꝓ-
ceſſum,talis intentans negatoriam, debet ꝓbare
rem eſſe liberam,vt clarè ponit Spe.in tit.de pro-
prietate.§.in confeſſoria.ỽ.ſed qualiter probabit
de iure ſuo.vbi Spe.expreſsè dixit,ꝙ intẽtans ne-
gatoriam,probabit cõtra illũ,qui eſt in quaſi poſ-
ſeſſione ſeruitutis,aliàs ſecùs.Idem tenet Io.Fab.
ſicut Specu.Inſt.de act.§.æquè. Nec obſtat illud,
quod dicebat d.Probus, ꝙ iſta poſſeſſio eſt cõtra
l ius Cõe. *l* & ideò non releuat poſſidentẽ ab onere
probãdi,cùm omnia ſunt libera de iure Cõi. l. al-
tius.C.de ſeru.& aq.& not. per Inn.in c.bo.lo 2.
extrà,de poſt.Præl.Et ideò d. Sacriſta debet pro-
bare,ſecundum d.Probum,qui multum malè di-
cit,quia iſta poſſeſſio non eſt contra ius,quia ſi eſ-
ſet contra ius,bene diceret d. Probus, per c.1.ex-
trà,de præſcr.li.6.Sed iſta poſſeſſio eſt præter ius:
vt no.per Inn.in c.ſi diligenti.extrà,de præſcr.gl.
ſuper verbo Titulus,circa medium.& per gloſ.in
c.1.de præſcript.libr.6. Et ideò,quia iſta poſſeſſio
eſt præter ius,bene releuat poſſidentem ab one-
re probandi:vt not.per Docto.in d.c.1.de præſcr.
lib.6.& in c.Eccleſia.de cauſa poſſeſſionis & pro-
priet.Item non obſt. quòd Probus dicebat,quòd
teſtes



teſtes qui depoſuerũt in dicta cauſa, pro dicto Sa-
criſta, ſunt de Eccleſia S. Mauricij, quia contra
eum eſt caſus,in c.fi.extrà,de offic. Archid. &c.

*a* ¶In poſſeſſione. *Ad hoc quod hîc dicitur, ſcilicet, ꝙ perceptio penſionis non probat penſionem. Vide iſtum, conſ.144.in verſ.plus dico.& incipit dictum conſ.circa proceſſum diffinitum.*

*b* ¶Ratio huius eſt. *Facit, quòd ſucceſſor debet ſequi veſtigia prædeceſſoris.Cle.1.ver.porrò.& ibi d.Card.de iureiur.1.not.*

*c* ¶Ex parte actoris. *Huiuſmodi iuris articulum inducit do.Odofr.in arg. ad quandam pulchram q.in 1.l. ver.vlt.ſuper iſta.ff. de iu.*

*d* ¶Præſumitur eſſe. *Adde,quod legitur & not.in l. ſiue poſſidetis.C.de probat.*

*e* ¶Dictio Tunc. *De hac dictione Tunc,vide d.Bar.in l.in ſubſtitutione.ff.de vulg.& pup. & in l.in tutorib. ff.de teſt.tut.& in l.in illa.ff.de verbor.obl.in l.lecta.2. oppo.ff.ſi cer.pet.& etiam ibi vide d.Alex.& d. Abb.in c.paſtoralis.extrà,de exce.& do.Arch.63.diſt.ego.& d. Bal.in l.ex illo.C.de appell. & in Auth.contra rogatus. C.ad Trebel.& in præall.l.lecta.& Spec.de inſtr.edit. videndum reſtat.verſ.quid ſi.*

*f* ¶Extremitatem temporis. *Iſte articulus tũc ſignificat tempus extremi termini: vt optimè & apertè probatur in l.ſi is legatum.§.fi.in fi.ff.de cond.& dem.& ibidem vide d.Pau.de Caſ. qui videtur quandam limitationem facere.& adde Doct.in locis in proxima apoſtil.alleg.*

*g* ¶Perditur poſſeſſio. *Poſſeſſio autem iurium ſeu dignitatum,quomodo perdatur,vel acquiratur, vide per Bal.in l.2.C.de ſerui.vbi tractat de multiplici iure poſſeſſionis in rebus incorporalibus.Et notat,ꝙ turbatus in poſſeſſione,perdit poſſeſſionem,ſi non agit cùm primùm poteſt contra turbantẽ,quia ſolo animo videtur perdere poſſeſſionem,& nõ habet interdictum Vti poſſidetis. De hoc vide Innoc.in c.2.in gl.magna.in 1.col. de in integ. reſt.& per Flo.in l.loci.§.ſciendum.ff.ſi ſer.vend.*

*h* ¶Perditur poſſeſſio. *Quib. autem modis perdatur & acquiratur poſſeſſio,ſeu quaſi iurium ſeu rerum incorporalium, ac dignitatum, & præbendarum, ac huiuſmodi:recurre ad do. Inn. egregiè & copioſè differentem in c.in literis.extrà,de reſt.ſpol.in gloſſ.ſua.verſ. prius. Quod autem dicitur ciuilem poſſeſſionem perdi,ſi per modicum tempus negligatur recuperari poſ.naturalis vacans,quæ ſcitur ab alio occupata,vt legitur & not. in l.ſi de eo fundo.in §.ſi fortè colonus.ff. de acq.poſ. & ibi d.Pau.de Caſt.Alexan.de Imo.& Doct.Hæc limita,niſi quis negligeret recuperare poſſeſſionem ſuam ab alio occupatam non eò,quòd ſuſpicetur ſe poſſe repelli,ſed quia non vult eſſe author rixæ vel cauſa mali. Bart.in l.1.§. interdictum.ff.vti poſſi.*

*i* ¶Quia duplex. *Quotuplex ſit poſſeſſio.vide d. Bald. in Auth.defuncto.C.ad Tertul.& in c.1.de controu.inter vaſ.in vſi.feud.& d.Hoſt.in c.quoniam.vt lite non conteſt. Quid autem eſt poſſeſſio ciuilis,& quid naturalis,& quos effectus pariat:vide per d.Bar.in l.1.& 2.ff. de vi & vi ar.& in l.2.C.de fun.patrim.libr.10.*

*k* ¶Sufficit animus. *Adde induci per do. Soc.in l.1.in prin.in 8.col.in verſ.3.& vlt.ff.de acq.poſſ.*

*l* ¶Et contra ius commune. *Vide, quòd ſcripſit ipſe conſil.ſuo 1.incip.in actione negatoria.num. 10.verſ.ſecunda conſideratio eſt.vol.1.*

## QVÆST. DCXXX.

### SVMMARIVM.

1 *Penſionis diminutio an debeat fieri propter belli aut peſtis interuentum.num.2.*
3 *Theſaurarius Delphin.vel locator,an debeat facere diminutionem mercedis.*
4 *Firmarij Curiarum Delph. an habeantur loco conductoris,vel emptoris, vt eis poſſit fieri remiſſio mercedis.diſting.*

THeſaurarius Delphi.per ſe vel eius commiſ-
ſos,facit anno quolibet vel de trib. annis aſ-
ſenſari & arrendari gabellas, pædagia, vt alia iura
1 Delph. ¶ †Contigit quòd medio tempore ſuper-
uenit guerra in hac patria, vel marcha, quæritur,
an debeat fieri diminutio aſſentatori de parte pẽ-
a ſionis? Credo de iure,quòd ſic: *a* per gloſſ.in l.3.C.
loca.Idem tenet Bartol.in l.interdum.§.quod ex
b naufragio. *b* ff.de acquire. poſſeſſio. vide pleniùs
Bald. in Extrauagan. imperialis clementiæ.ſuper
verbo,Non admittant. & ibi vide an guerra enu-
meretur inter caſus fortuitos. Et ita vidi pluries
ſeruari in iudicando in dicta Curia Parlam. non
obſtante quacunque oppoſitione theſaurarij.
2 ¶ †Sed an propter mortalitatem ſuperueniẽtem
debeat fieri diminutio conductori? tex.eſt,quòd
ſic: in c.propter ſterilitatem. extrà, de locato.ſu-
per hoc dicunt Doct.vnum ſingulare,quòd con-
ductori propter ſterilitatẽ non fit diminutio mer
cedis, ſi non ſoluerit decimam curato. Ita dicit
Dom.de ſancto Geminiano in c.1. de decimis. li.
6.Et ponit Mart.de Laude in ſuo tract.de conſci-
entia.in 5.col.ideò ibi dicit Mart. quòd ſint cauti
Domini opponere exceptionem decimæ non
ſolutæ,& tunc nõ fiet diminutio mercedis. Item
etiam in alio caſu non fiet diminutio mercedis,
quando videlicet cum vbertate præcedentis vel
ſequentis anni valeat ſterilitas compenſari: vt in
3 d.c.propter ſterilitatem.in fin. ¶ †Sed circa hanc
materiam quæro, an propter mortalitatem do-
minus Theſaurarius Delphin.vel locator aliúſve
dominus debeat facere diminutionẽ mercedis?
pro cuius deciſione hîc ſubiungo verba domini
Raph.Fulgo.in l.habitatores.§. iterum.& in l.ſe-
quenti,quæ incipit: Quod ſi dominus. ff.locati.
vbi dicit,quòd aliquando nullus iuſtus timor mi-
grandi ſubfuit, & tunc merces integra debetur,
& iſte eſt caſus in d.l.habitatores. in fi. reſpon. A-
liquandò,& ſecundò ſubfuit iuſtus timor? verun-
tamen inquilinus non receſſit, & adhuc idem,
quia debetur integra merces: vt l. quòd ſi domus
conducendæ.& adhuc idem, ſiue aliam domum
conduxerit, ſiue non: debebit tamen locator
mercedem ſecundæ locationis ipſi conductori,ſi
condu-

conduxerit, vel quantum conducturus fuiſſet, ſi ipſe inquilinus non conduxerit, quaſi de hoc pepigiſſe videatur, hoc ipſo, ꝙ pepigit talē domum conducere. Et iſte eſt caſus in verſi. idem iuris. in d.l.ſi domus. Sed aliquando iuſtus timor ſubfuit, & migrauit inquilinus, ſed non habebat factum, & tūc in arbitrio locatoris eſt, vt precium ſecundæ conductionis præſtet, quod ipſe inquilinus ſine dolo malo præſtitiſſet, vt in ℣ſ. ꝙ ſi locator, vel ſi malit mercedem pro rata remittere, vt l. ſed addes. §. ſed cum in annum. ff. locat. & in gl. quę ponitur ſuper verbo, Non ſtetiſſe. Sed aliquando, & quartò, & vltimò, iuſtus ſubfuit timor, & migrauit, & ſpacium non habebat aliam domum conducendi. Sed ſi aliā domum habuerit gratis, tunc non remittitur merces pro rata: vt in ℣. cæterùm. Iſta ſunt verba dom. Raph. Fulg. Sed quidam alij Doct. in caſu peſtilentiæ aliter loquuntur, & magis indiſtinctè facientes illationem, in l. de ætate. ff. ad Treb. per illam legem. & ibi not. ꝙ propter aerem peſtiferum licet ſcholari migrari de domo conducta, & quòd non teneatur ſoluere penſionem, & allegant in arg. d.l. habitatores. §. fi. ff. locati. & gl. in l. damnum. in gl. fi. ibi, ſed ibi de di-
4 uina, &c. C. locat. ¶ † Sed an firmarij Curiarum Delphinalium habeantur loco conductoris vel emptoris, vt eis fiat remiſſio mercedis, vel nō fiat. Vide plenè per Bar. in l. cotem ferro. ff. de public. & vect. Crederem, ꝙ non deberet eis fieri remiſ-
6 ſio propter mortalitatem, *c* quia ſi in vno loco ſit peſtis, poſſunt per totam iudicaturā alibi Curiam tenere, vt ipſi firmarij Curiarum facere conſueuerunt. In hoc caſu tamen poſſet haberi aliqua conſideratio, quòd damnum ſupportant propter peſtem, quia ad eos non affluunt tot gentes ſicut ſolebāt, ideò poſſet eis aliqua modica diminutio fieri. Sed vbi mortalitas eſſet in toto Delphin. ita. quòd alibi in Delph. nō poſſet Curia teneri, tunc crederem, quòd deberet fieri remiſſio ſalarij, pro illo tempore, quo peſtis durauit. Sed circa hunc caſum occurrentem propter peſtem, non recordor vidiſſe deciſionem fieri.

*a* ¶ Quòd ſic. *Adde do. Bal. in l. 1. in 3. col. in verſ. quæro, ān propter ſterilitatē, C. de iure emph. vbi dicit iſtud eſſe verum, etiam in cōductore ad longum tempus, imò & emphyteutæ cenſum remitti, ſi propter guerram nil coli, vel nihil percipi potuit, dummodò eſſet cenſus notabilis quantitatis, ſecùs ſi parua, vt ibi dicit d. Bal. Sed vnum videtur non omittendum, quòd ſi vno anno non extant fructus, alio autē anno extant fructus abundantes, ſupplenda eſt penſio præcedentis anni: nam cùm annua præſtatio fienda eſt ex reditibus certæ rei, ſi vno anno fructus non extant, expectanda eſt vbertas anni ſequentis, & fertilitas cum ſterilitate compenſanda. ff. de vi. trit. & ol. leg. vt l. ex eo. maximè, cùm præſtatio conſiſtit in pecunia. ff. quando di. leg. ced. l. Firmio. in princ. ita dicit Paul. de Caſtr. in vol. antiq. conſil. 333. incip. In Chriſti nomine, Amen. Quia exceptiones, quæ opponi. in 3. col. in verſ. ſed hic ſubnectitur dubium.*

*b* ¶ Vide etiam ibidem. *Per Alex. & ibi do. Bart. qui tamen loquitur in alio caſu magis dubitabili, ſcilicet in emphyteuſi, in qua iſtud non procederet; in puncto iuris, ſecundum do. Alex. poſt do. Abb. & Raph. Cu. in præall. §. quod ex naufragio. in 2. col. in verſ. extra gloſ. inducitur, quia penſio, quæ ſoluitur per emphyteutam; ſoluitur in ſignum recognitionis dominij, non propriè pro fructibus: vt colligitur ex l. 1. C. de iure emphyt. Secùs autem in locatione, vt in caſu præſentis quæſtionis. Ex quo clarum eſt, quòd conductori remittitur penſio, ſi poteſt vti, frui re conduct. 1. l. ex conducto. in princ. l. ſi merces. §. vis maior. C. loca.*

*c* ¶ Propter mortalitatem. *Et nunquid peſtis ſit iuſta cauſa petendi remiſſionem ſterilitatis, vide Phil. Corn. in conſ. 228. incip. videtur. 1. col. 2. verſ. prætereà. in 2. volum. Et an debeat fieri aliqua remiſſio conductoribus datiorum, ſi propter aliquem ſuperuenientem caſum, enorme damnum patiantur. Et quis caſus inſolitus, & extraordinarius eſſe dicatur, latè tradit do. Alexand. in conſ. 107. incip. proſpectis verbis. in 3. vol. & de materia vide Petr. de Anchar. in c. propter. vbi latiùs. de loca. & adde, quæ dixi ſuprà, in q. 172. in Apoſtil. ad iſtum. in verbo, Diſtinguunt.*

## QVÆST. DCXXXI

SVMMARIVM.

1 *Dominus an poſſit facere inuentarium bonorum decedentium, non obſtante conſuetudine in contrarium. & nu. 2.*
3 *Pupilli cauſa fauorabilis eſt, vtroq; iure teſtante.*
4 *Domino & ſuis Officiariis competátne dare tutelas & curas in bonis decedentium.*
5 *Domini an debeant vocari ad decretum talliarum, diſting. & vide nu. 6.*
7 *Pars maior congregatorū ad collectæ impoſitionem, an liget minorem.*
8 *Syndici debent præſtare iuramentum fidelitatis.*
9 *Domino competit cogere ſyndicos ad rationes reſerendas.*
10 *Domino competátne ius conſtituendi vigilias, & præſidia nocturna.*
11 *Conſuetudo, aſſuetudo, & deſuetudo. Et vniuſcuiuſque vis, & Etymologia.*
12 *Conſuetudo, & deſuetudo, contraria ſunt.*
13 *Iura negatiua vt alicui competant, & ab alio auelli iura affirmatiua poſſint, duo debent concurrere.*
14 *Vſus nihil operatur, niſi habeat implicitum factum.*

IN quadam cauſa in dicta Curia vertente, fuerunt quinq; dubia à proceſſu extracta, & infra ſcripta, in diffinitione ipſius cauſę. Primò, vbi Bānneretus habens merum & miſtum imperium, & omnimodā iuriſdictionem, ſi homines ſui commorantes in ſuo territorio, ſe poſſint defendere prætextu conſuetudinis, per eos allegatæ, ne fiat inuentarium bonorum decedentium per Officiarios d. Bannereti. Et hoc propter creditores & pupillos remanentes. Secundò, an prætextu dictæ aſſertæ cōſuetudinis, dicti homines ſe poſſint tueri, ne dentur tutelæ & curæ per dictum Banneretum,



neretum vel eius iudicem, in forma iuris. Tertiò, an prætextu dictæ aſſertæ conſuetudinis, poſſint facere dicti homines tallias communes, & impoſitiones, domino vel Caſtellano ſuo non vocatis, & ponere Syndicos, qui nullum iuramentum facient domino. Quartò, an prætextu dictæ cōſuetudinis, poſſint ſe tueri dicti homines, ne reddāt computum coram dño, vel ſuis Officiariis, de his, quæ ipſi exegerunt ab habitatorib. loci, & ad hoc & voluntatem domini quoties, toties, &c. Quintò, an prætextu conſuetudinis ſe poſſint tueri dicti homines, ne faciant guetum, & ſi deficiant, ne puniantur per dñm & eius Officiarios. Et allegāt dicti homines conſuetudinem tenuiſſe, & eſſe in poſſeſſione à tanto tempore, ꝙ de contrario memoria hominum non exiſtit: licet namq; fuerit in iudicio contra eandem conſuetudinem oppoſitum. ¶ Ad iſtorum dubiorum enucleationem ſeu elucidationē, poſt recolendæ memoriæ dñm Petrum Papæ, patruum meū, prout reperi in ſuis Conſiliis. Quia nulla conſuetudo allegatur per homines contra dñm, imò potiùs allegatur con-
1 ſuetudo pro dño, vt infrà declarabo. † Primò & ante omnia videndū eſt neceſſariò, an dictus dñs habeat ius, & ſibi de iure ſcripto competat contrarium eorum, quę continentur in dictis dubiis, videlicet, an eidem domino & ſuis Officiariis de iure ſcripto competat facere inuentarium bonorum decedentium, &c. vt in primo dubio continetur. Et an eidem domino & ſuis Officiariis de iure ſcripto competat dare tutelas, & curas, &c. vt in ſecundo dubio. Et an eidem domino & ſuis Officiariis de iure ſcripto cōpetat, vt debeat vocari, quando dicti ſui homines faciunt collectas ſeu tallias. Et an debeant Syndici iurare domino & ſuis Officiariis, vt in tertio dubio. Et an eidem dño & ſuis Officiariis de iure ſcripto competat compulſio ad reddendum computum coram ipſo, vel ſuis Officiariis de tallia exacta ab habitantibus: vt in quarto dubio. Et an eidē domino vel ſuis Officiariis de iure ſcripto cōpetat facere fieri per habitantes guetum, & eos puniri, ſi deficiant, vt in quinto dubio. ¶ Quibus omnibus præmiſſis & viſis elucidatis, clara erit reſpōſio ad dicta quin-
2 que dubia. Igitur † accedendo ad primum dubium dicendum eſt, ꝙ de iure ipſi domino & ſuis Officiariis competit facere inuentariū bonorum decedentium ſuperſtitibus pupillis, quoniam Iudicis officium eſt latiſſimum vtroq; iure teſtante: vt l. 1. ff. de iur. omn. iud. & extrà, de off. iud. c. 2. & ibi per gl. & Doct. Et ob hoc ad ipſum Iudicē ſpectat & pertinet ſeruare commoda ſubiectorum, vtroq; iure teſtante: vt in feudis, de prohi. feu. ali. per Fed. c. Imperialem. in prin. & in Auth. iuſiurandum, quod præſtatur ab his. §. deuotos. col. 2. & extrà, de off. ord. in c. 1. & ibi per Doct. nec non obuiare fraudibus & malitiis hominum, vtroque iure teſtante: vt ff. de rei vendi. l. in fundo. & de elect. c. auaritiæ. lib. 6. & extrà, qui matr. accuſ. poſ. c. ſignificante. Et maximè in materia pupillari, & pro hoc textu not. Decret. 87. diſt. in c. deſolatis. Nempe in bonis talium decedentium, ſuperſtitibus ſibi pupillis ſe defendere neſciētibus, & quicquid vident ignorantibus, vtroque iure teſtante: vt C. de fal. Mon. l. 1. §. fin. & no. in Decretis. 30. q. 1. §. his itaque. & extrà, qui ma. accuſ. poſ. c. cum in tua. & ibi per gl. multi deniq; malitioſi vidētes bona indefenſa ipſa bona attentarēt ſubtrahere, & furtum cōmittere, & de facto furarentur: ſicq; commoda ſubiectorum non bene ſeruarentur, & ideò ad euitandas tales malitias, ad ipſum Iudicem de iure ſpectat facere inuētarium bonorum talium decedentium: vt c. deſolatis. diſt. ſuprà alleg. & etiam expreſsè & clarè probat tex. nota. & ſing. C. de bo. præſcr. l. ſi quis intra. circa prin. ibi, ne quid rei, &c. Nec obſtat, quod ibi loquitur in fiſco, quia idem eſt in pupillo, attenta ratione ipſius legis, poſita in d. verſ. ne quid, &c. quæ ratio eſt generalis. Ratio enim legis, vel Canonis vbi ſubſunt, potiùs debet attēdi, quàm Legis, vel Canonis verba vtroque iure teſtante: vt not. per Archid. in c. vbi periculum in prin. ſuper verb. ratio. de elect. lib. 6. & ff. de leg. 2. l. cùm pater. §. dulciſſimis. & ff. de iur. patr. l. adigere. §. quamuis. & in Decr. 61. diſt. §. ſed ſciēdum. & 1. q. 7. c. quod pro
3 remedio. Sed † ratio d. l. ſi quis intra. ſuprà alleg. vendicat ſibi ita bene locum in pupillo, ſicut in fiſco, quare, &c. Ea enim quæ conueniunt penes eandem rationē, & conuenire debent penes eandem iuris diſpoſitionem: vt vbicūq; eadem ratio ſibi vendicat locum, & ibi eadem iuris diſpoſitio: vtroque iure teſtante: vt ff. ad leg. Aquil. l. illud. & extrà, de cel. Miſſ. c. cum Marthæ. §. fi. & ibi not. per gl. extrà, de Baptiſ. c. maiores. §. verum. Cùm ergo eadē ratio ſit in pupillo, ſicut in fiſco. Ergo eadem iuris diſpoſitio. Potiſſimè cùm Reſpublica, Eccleſia, Fiſcus & Pupillus pari paſſu ambulēt, eiſdem Fauoribus & priuilegiis gaudeant, vtroq; iure teſtante. C. de iure Reip. l. Rempublicā. lib. 11. & extrà, de in inte. reſt. c. 1. cum ſi. Quinimò in ꝑſeruatione ſeu conſeruatione bonorū delatorū pupillo, ipſe pupillus habet maius priuilegium & maiorem fauorē habet, q̃ Fiſcus in bonis ſibi delatis, vtrūq; ius magis fauet pupillo, q̃ fiſco. Quod clarè apparet, quia durante pupillari ætate non currit ꝑſcriptio: vtroq; iure teſtante: vt C. de pſcr. 30. ann. l. ſicut. & per Inn. extrà, de in int. reſti. c. 1. & c. auditis. per eundem. & per gl. ord. & ſic præſcriptio poteſt excedere vltra 40. annos, ſi ponamus pupillum habere vnū annum, vel duos, vel tres annos. Et tamē res & bona delata fiſco, multò minori tempore præſcribuntur, vtroque iure teſtante: vt Inſt. de vſuc. §. res fiſci. & ibi per gl. ordin. & in Summa Hoſt. extrà, de vſuca. §. quæ verò. verſic. item poteſt dici in rebus fiſcalibus. Prætereà & fortiùs, quia præſcriptiones minores 30. annorum non currunt pupillis, imò ſeruantur ipſo iure illæſæ, vtroque iure teſtante. C. in quib. cau. reſt. in int. non eſt neceſſ. l. fi. & extrà, de reſti. in integ. c. cum ex literis. per Inn. in gl. ſua penul. verſ.

verſi.hoc tamen rarò,&c.Melius eſt enim mino-
rum intacta iura ſeruari,q̃ poſt vulnus remedium
quærere,vtroq; iure teſtante,in d.l.fin.in fi. & 16.
q.3.§.de præſcri.& not.extrà,de homi. c.ſuſcepi-
mus.& tamen minores præſcrip.30.ann. currunt
cõtra fiſcum,iuxta not.per gl.in d.§.res fiſci.Inſt.
de vſuc.& per Hoſt.vbi ſuprà.Cùm ergo vtrunq;
ius magis faueat pupillo,q̃ fiſco, pupilluſq; maio-
rem fauorem habeat,in preſeruatione bonorum
ſibi delatorum,q̃ fiſcus in bonis ſibi delatis : vt ex
iuribus præmiſſis apparet manifeſtè? Dicendum
eſt,q d.l.ſi quis intra.C.de bon.præſcr.ſuprà alle.
a habet locum in pupillo,ſicut in fiſco:a vt in bonis
delatis pupillo Iudex poſſit & valeat facere inuẽ-
tarium.Nec obſtat,ſi dicatur, q ſunt alia iuris re-
media,videlicet dare tutores,vel curatores, quo-
niam hoc,videlicet facere per Iudicem inuenta-
rium,à iure non prohibetur,imò potiùs permit-
titur : vt ex prædictis apparet. Et potiſſimè, quia
cùm debeat dari tutor vel curator idoneus, inte-
rim antè, q̃ reperiatur talis, ſicut decet, multæ
fraudes & furta plura committi poſſent in bonis
ipſius pupilli:vt ſuprà dictum eſt,intereſtq; etiam
pupilli & Reip.habere multa genera defenſionũ
& conſeruationum bonorum ſuorum,vtroq; iu-
re teſtante.ff.de noui oper.nun.l.nam rei.& not.
4 de imm.Eccl.c.peruenit. gl.fi. ¶† Ad ſecundum
dubium accedendo, videlicet, an eidem dño,&
ſuis Officiariis de iure competat dare tutelas &
curas.Et certè dicẽdum eſt,q ſic : quoniam cùm
ipſe dñs & ſui Officiarij,vt præſupponitur, in fa-
cto habeant merum & miſtum imperium, & o-
mnimodam iuriſdictionẽ,patet manifeſtè, q ius
dandi tutores & curatores habent. Tutoris enim
b & curatoris datio,eſt miſti imperij.b ff. de tute.l.
inuito.§.tutoris.& ibi not.per gl. ff.de tut. & cur.
datis ab his.l.nec mandante.& extrà,de procu.c.
petitio.per Inn.ibi expreſsè hoc dicentem. in gl.
1.extrà,de iud.c.fi.lib. 6. per Archid.ibi,ſuper ỿ-
bo,Valeant.¶ Ad tertium dubium accedẽdo,vi-
delicet, an eidem dño & ſuis Officiariis de iure
competat,vt debeant vocari, qñ homines faciũt
tallias : Et an debeant Syndici iurare dño & ſuis
Officiariis? Et certè dicendum eſt, cùm hîc ſint
5 duo puncta,†videlicet,an debeant vocari c dñs &
c ſui Officiarij,qñ homines faciunt tallias.Et dico,
q ſi fiũt talliæ & impoſitiones pro neceſſitate vil-
læ,pro ſoluẽdis debitis communitatis,& villæ,vel
proſequendo litigia ſua vel ſimilia,q tunc ipſi ho-
mines poſſunt tallias facere ſine licẽtia ſuperioris
ſeu dñi,vel ſuorum Officiariorum, & ipſis dño &
Officiariis non vocatis:vt not.per Bar.& Alua.C.
de muli.& in quo loco l.1.circa prin.lib. 10.& no.
per Inn.extrà,de ſen.excom.c.grauem.& ibi per
Doct.& per Bar.ff.quod cuiuſq; vniuer.l.1. §. pe.
& ibi gl.& per Dyn.ff. de alimen.& cibar.leg.l.4.
& per Docto.in l.1.C.de ſuperin.lib. 10. & ibi per
Andr.de Piſis,& Bertrandum de Deo,& alios.&
facit,quod not.per Inno. extrà, de conſtitutio.c.
cùm acceſſiſſent.glo.ſuper verbo,Sedis,&c.verſ.
de aliis tamen Vniuerſitatibus,&c.& ibi per Dd.
& facit etiam l.1.C.de ſpecta.libr.10. dum tamen
d ipſi homines ſe congregent d inſimul, & conſen-
tiant,ac in vnum conueniant ſeu cõcordent.Ad
vnum tamen eſt aduertendum,q licet ipſi homi-
nes ſine licentia,& non vocatis dño & ſuis Offici-
ariis,poſſint facere collectas & impoſitiones, pro
neceſſitatibus cõitatis & villæ, attamẽ ipſi homi-
nes non poſſunt ſe cõgregare inſimul pro facien-
dis collectis & impoſitionibus ſine licentia dñi,&
ſuorum Officiariorum:vt l.2.C.de Decur.lib.10.
& l.ſi id.C.de legation.eo.lib.11.q.1.c.ſi quis Cle-
ricorum.& not.per Spec.in tit.de Syndico. ỿſ.fi.
& ỿ.ſed nunquid vniuerſitas,&c.Et expreſsè no.
Bar.ff.rem rat.hab.l.actor. circa fin.ỿſ. poſſumus
tamen ſuſtinere.& per Bar.in l.omnes populi.ỿ.
deinde quæro,qualiter ſtatuta,&c.& no.per Dd.
de verb.ſig.c.conſtitutionem.lib.6.& ibi per Ar-
chid.& alios.& in feud. in tit. de pace iur.firm.§.
conuenticulas.& not.expreſsè per Ioan. Fab.In-
ſtitu.de rer. diui.§.vniuerſitatis. Et eſt ratio, quia
ſub ſpecie boni,videlicet dicendo, q communi-
tas indiget & habet neceſſitatem ſemper ſe con-
gregarent, & ſic daretur occaſio malignandi, &
per tales congregationes poſſent machinari, &
plura mala concipere , ideò regulariter cõgrega-
e tiones prohibẽtur,e & de hoc etiam ſcripſi ſuprà,
q.106.& ratione,q minus poſſunt ſinguli, plus p-
ſumant vniuerſi:vt ait Seneca,poſſent enim con-
uenticulas & conſpirationes facere contra domi-
num,q non debet fieri, niſi dominus eſſet talis,
qui propter ſua demerita veniret priuãdus omni
bono & honore,vt in Decretis, 16. q. 7. c.ſanè.&
6 no.in d.c.conſtitutionem.de verb.ſig.lib.6. †Ex
quibus præmiſſis apparet, q habita licentia à do-
mino vel ſuis Officiariis homines ſe poſſunt con-
gregare inſimul.Sed quis congregabit ſeu cõuo-
cabit ipſos?vide pulchrè Inn.in c.2.de op. no.nũ.
& in c.1.de maior.& ob.& per Bar.ff. de albo ſcri.
in l.1.§.fi. Et ipſis congregatis de licentia,vt præ-
mittitur,ipſis conſentientibus,ipſi homines con-
gregati & conſentientes poſſunt facere talliam &
collectam nõ vocato domino vel ſuis Officiariis,
f cùm ipſam talliam faciãt pro neceſſitate f eorum
loci,vel villæ, & communitatis, vt dictum eſt: &
ſic expeditum eſt primum punctum huius dubij.
Sed contrà ſuprà dictum eſt, quòd homines poſ-
ſunt pro neceſſitatibus eorum communitatis fa-
cere collecta in talliam , non vocato domino, li-
cet de ſui licentia ſe congregent, oppono modò
fortiter de not.per Bart.C.de ſacroſ. Eccle.l. pla-
cet.circa med. ſuæ Lecturæ. in ver. circa tertium
quis ipſa,&c.vbi dicit,quòd vniuerſitates & com-
munitates, quæ nullam iuriſdictionem habent,
ſed ſunt ſubditæ & ſubiectę ſub alio domino,non
poſſunt facere collectas, nec tallias,vt ibi expreſ-
sè dicit. Et nimirum, cùm talia munera proce-
dant ex vi & virtute iuriſdictionis,nullique com-
petat munera indicere, niſi habeat iuriſdictio-
nem:vt ibi not.per Bartolum & Doctores. extrà,
de imm.



de imm.Eccl.c.nõ minus. de cen. c. innouamus.
7 & l.1.C.de ſuperindict.lib.10.& ibi Dd. Sed † di-
cti homines nullam habent iuriſdictionem, imò
dominus habet omnimodam.Sic etiã eſt de iure,
cùm populus tranſtulerit in dominum omnem
iuriſdictionem,quare videtur, q ipſi homines nõ
poſſunt facere collectã etiam pro neceſſitate eo-
rum communitatis.Solutio ad remouendum di-
ctum contrarium. Dictum eſt ſuprà,quòd homi-
nes ſe debent congregare inſimul, & conſentire,
quoniam hoc inſimul cõſentire,eſt neceſſarium,
cùm talia munera procedant vi & virtute iuriſdi-
ctionis,quã homines non habent.Et ideò,vt poſ-
ſint imponere talliam,& compellere homines v-
niuerſitatis ad ſoluendum,neceſſarium eſt,quòd
ipſi congregent inſimul & ad inuicem, & cõſen-
tiant,& tunc propter conſenſum ipſorum adhi-
bitum emanat quoddam pactum ſeu contractus
inter ipſos factus,ſicut ſi ex quolibet alio contra-
ctu ſeu pacto multi ſe obligarent, & cõpellentur.
Ex quo infero tale corollarium, q talis tallia ſeu
collecta ſic facta,vt pręmittitur,nõ debet propriè
dici,nec eſt propriè collecta ſeu tallia, cùm ipſa
procedat ex vi & virtute pacti & cõuentionis,ſeu
contractus inter ipſos inſimul congregatos,initi.
Sed propriè collecta ſeu tallia pcedit ex vi & vir-
tute iuriſdictionis tantũ, quæ non in conſentien-
tem & inuitũ exercetur,vt dictum eſt,quare, &c.
Ex quibus poſſumus videre clarè,quare ſit neceſ-
ſaria cõgregatio,de qua ſuprà dictum eſt. Et ideò
in groſſis villis, in quibus eſt maxima multitudo
hominum,quando nihil habet commune, cùm
totum iam ſit expenſum imminẽte maximè ne-
ceſſitate pro debitis cõitatis,vel pro aliis neceſſi-
g tatibus cõitatis, Cõſules g ſeu Syndici loco totius
cõitatis deputati:vt no.per glo.in l.aliud.§. refer-
tur.ff.de re.iur.volẽtes cautè agere, licet hoc per
ſe poſſent facere,cùm repræſent totam vniuerſi-
tatẽ:vt d.l.aliud.§. refertur.vidẽtes indigentiam,
& conſiderãtes vniuerſitatem nullam habere iu-
riſdictionem,& q multùm eſſet difficile congre-
gare inſimul omnes homines cõitatis, pro tanta
multitudine,vide ſuprà hoc gl.multũ notabilem,
in Auth.de defẽn.ciu.& in §.interim. coll.3. & p
hoc quod not.Inn.in c.fi.gl.1.de maio.& obed.&
Io.And.in c.cũ ex iniuncto.de noui.op.nun. Ipſi
inquam Conſules ſeu Syndici ſolent impetrare à
ſuperiore ſuo,videlicet dño ſuo,vt ipſi poſſint fa-
cere collectam ſeu talliam pro neceſſitate eorum
cõitatis,quo obtento à dicto ſuperiore habente
iuriſdictionem,poterunt d.Conſules ſeu Syndici
vocatis ſaltem maiorib. aut ſaltem ſenioribus eo-
rum cõitatis,vt expreſsè habetur. C. de ſpect. l.1.
lib.11.poterũt,inquam,facere collectam,& com-
pellere homines,licet non conſenſerint,& iſta p-
priè poteſt dici collecta vel tallia, cùm procedat
ex vi & virtute iuriſdictionis à ſuperiore : vt ſuprà
8 dictum eſt. ¶† Sed iuxta præmiſſa quæro,quãdo
collecta ſeu tallia fit per congregationem & con-
ſenſum hominũ:vt ſuprà dictũ eſt,An maior pars
conſentientium & præſentium, licet minorem
partem non præſentem,nec cõſentientem com-
pellere poſſit ad ſoluẽdum collectam ſeu talliam,
& videtur, q non:cùm talis tallia ſeu collecta pro-
cedat vi pacti,& contractus : vt ſuprà dictum eſt.
Sed minor pars contradixit, nec conſenſit, & ſic
non poteſt dici pactũ vel contractus, nec per hoc
ligatur nec obligatur,vt expreſsè not.glo. magna
circa medium.C.quæ ſit lon.conſuet. & per Inn.
in c.ex parte.extrà,de conſu. & ita ſcripſi de Iure
procedere ſuprà,q.424.in prin.reſpectu talliarũ,
quæ faciunt homines communitatum, pro ſuis
communibus negociationibus. Contrarium ta-
men tenet d.Petrus Papę.Et ratio (ſecundum eũ)
eſt,quia cùm neceſſitas immineat in cõmunita-
te, ipſa dicatur eſſe vniuerſitas habens priuilegia
vniuerſitatis,& arcam communem, & Conſules,
& ſimilia. Et inter cætera priuilegia cõmunitatis
ſiue vniuerſitatis exiſtat, videlicet, q illud, quod
h maior pars facit, ligat minorem partem, h vt in l.
quod maior pars.ff.ad mũ. patet manifeſtè,quòd
licet minor pars non cõſentiat, habetur pro con-
ſentiente,eò,q maior pars conſenſit.Et de hoc ẽt
ſcripſi,reſpectu tamen ſubſidiorum Del.ſuprà,q.
424.Alioquin ſi non immineret neceſſitas in cõ-
munitate, non eſſet vniuerſitas, i. quia homines
ibi exiſtentes non habent vniuerſitatem,tunc ſe-
cùs eſſet:vt not.Bar.ff.quod cuiuſq; vniuerſitatis.
l.ſicut.§.1.& per Inno.in c. cùm ab Eccleſiarum.
de offic.ordin.& pro hoc c. dilecta. extrà, de ex-
ceſſ.Prælat.Nec obſtant not. in d. l. 2. C. quæ ſit
longa conſuet.& Innoc. in d. c. ex parte. quia ibi
loquitur,quando non imminet neceſſitas. & no.
per Docto.in d.l. quod maior pars.Et ſic concor-
datur d.l.2.C.quæ ſit longa conſuet. & in l.aliud.
§.refertur.ibi,in cõtractibus. ¶ Ad tertium pun-
ctum,an debeant per dictos homines eligi,& po-
ni Syndici,qui non iurent domino. & ad hoc di-
cendum eſt,quòd Syndici & alij quicunq; Offi-
ciales publici,non debent poni nec cõſtitui ſine
conſenſu domini.& ſuorum Officiariorum : vt l.
i 2.i C.de decur.lib.10.& l.exactores.C. de ſuſcep.
præpo.& arcar.eod.lib. & extrà, de iura. calum.
in c.Imperator. & ibi gloſſ. ordin. & eſt gloſſ.or-
dina.C.de decret.Decur. in Rub. & not.Specul.
in tit.de ſyndic.verſ.nunquid vniuerſitas,&c. ỿſ.
fin.Ex quibus apparet, quòd de conſenſu & au-
thoritate domini & ſuorum Officiariorum dicti
9 Syndici debent eligi & conſtitui. Qui Syndici †
debent iurare domino fideliter gerere & nego-
ciari ad modum Tutorum & Curatorum, & ali-
orum Officiariorum,in Auth.de his,qui oblig.ſe
ha.per §.pe.& ibi not.collat.6.in Auth. iuſiuran-
dum, quod præſtatur ab his, in rubro & nigro.
collat.2.& 63.d.c. tibi domino. & extrà, de iure-
iur.in c.ego.& in c.intellecto. & de ma. & obe. c.
dilecti filij. Quinimò homines vniuerſitatis de-
bent præſentare probos & Syndicos electos do-
mino & ſuis Officiarijs,cùm dominus dicatur pa-
ter ſubiectorum,vt videat,an ſint electi idonei,vt

tex.eſt in l.fi.in fi.C.de debi.ciui.lib.11.& in Aut. de armis.§.ſi verò nouum aliquid.col.6.& ibi etiam not.Pro hoc de admi.rerumpub.l.fi.§.fi.co. lib.10.Ex quibus omnib. apparet,quòd homines debent petere licētiam & conſenſum domini,& ſuorum Officiariorum, ſi ſe congregent inſimul, & præſtare iuramentum domino, & ſuis Officiariis Syndici ab eiſdē hominibus electi. ¶ Ad quartum dubium veniendo videlicet, an domino & ſuis Officiariis de iure competat cōpulſio,ad reddendum computum coram domino & ſuis Officiariis de tallia exacta ab habitātibus communitatis. Et certè dicendum eſt,ꝙ hoc dubiū depen-
10 det à præcedentibus.† Quare dicēdum eſt,quòd competit domino cogere Probos & Syndicos electos ad reddendum cōputum ſibi domino,vnà cum aliis,quoniam cùm dominus dicatur pater ſuorum ſubiectorū,& ſe debeat habere erga ſubditos,ſicut pater erga filios,vt C.de deb.ciuit.l.fi. in fin.lib.11.& ibi tex.& eſt etiam tex.in Auth.de armis.§.ſi verò nouum.col.6.& ibi not. & tex. de cenſ.c.cùm Apoſtolis.& extrà,de reſtitut.ſpol.c. conquerente.& not.per gl.in c.contingit.lo 1.in 1.gl.poſt medium.extrà,de ſent.excom.& in Authen.vt hi,qui oblig.ſe ha.per.in fin.col.6.& tex. in Auth.iuſiurandū,quòd præſtatur ab his.§.deuotos.col.3.& in Authen.vt iudices ſine quoquo ſuffr.§.eos.igitur ad ipſum dominum & ſuos Officiarios ſpectat cura,an idoneo modo pecuniæ & bona villæ & communitatis fuerit expenſa & diſtributa,ac tractata,quod nullo modo poſſet ſcire dominus,niſi audiret per ſe,vel per ſuos Officiarios computum,præmiſſam conſequentiam facit expreſsè d.l.fi.in fi.C.de debitor.ciuitatum. lib.11.& facit C.de adminiſtr.rerumpubl.l.fi.§.fi. cod.libr.& l.2. k C.de iure fiſci.libr.10.& ibi not. per gl.& Doct.& etiam ſpectat tuitio & defenſio ſimplicium non valentium ſe defendere:vt in d. Auth.vt hi,qui oblig.res.in fi.& not.68.diſtinct. c.quorum vices.Quia etiam intereſt domini habere ſubiectos locupletes, l vt ſi opus ſit, melius valeant ſibi ſuccurrere:vt not.extrà,de except.c.
11 3.in gl.1. ¶† Ad quintū dubium,videlicet, an ipſi domino & ſuis Officiariis ſpectet ſeu competat facere fieri per homines ſuos monſtrans,guetum & echargutū,necnon & ipſos punire,ſi deficiant. Et certè dicendum eſt, ꝙ ipſi domino & ſuis Officiariis competit facere fieri prædicta, & poſſunt compelli homines,vt faciāt,vt eſt tex. expreſſus, extrà,de immun.Eccl.c.peruenit.& ibi not. per Doct.& ff.de mun.& hon.l.1.circa prin.& l.fi.in prin.& §.1.eo.tit.Talia enim facere,per ipſos homines incolas,ſunt munera merè perſonalia.l.1. circa prin.ibi,& quæcunq; aliæ curiæ,&c.l.fin.in princ.ff.de mun.& hon.Quæ gratia vtilitatis publicæ inducuntur ipſis hominibus, & ab ipſis hominib.incolis ſunt ſubeunda,& coguntur ea ſubire:vt not.per Bar.C.de ſacroſ.Eccl.l.placet.verſ. circa tertium.& ver.circa quartum.& l.incola.la 2.ff.ad mu.& in l.2.C.de mu.pat.lib.10.& no.per Dd.in c.nō minus.extrà,de imm.Eccl.& ibi plenè per omnes Doct. Dubium enim non eſt,ꝙ ad dn̄m & ſuos Officiarios pertinēt & ſpectant talia munera indicere: vt no.per oēs Dd. vtriuſq; iuris in locis ſuprà alleg.& in l.neminem.C.de ſacroſ. Eccl.& in l.placet.eo.tit.per Bar.in ver.circa tertium.& verſ.circa quartum.& de mulie.& in quo loco.l.1.C.de ſuperind.& de indict.l.1.lib.10.& in d.c.non minus.& c.peruenit.& c.aduerſus.Nam ſalutem reip.tueri, nulli hominū magis creditur cōuenire,nec alium ſufficere,ꝙ̄ dominum: vt dicit tex.not.ff.de offic.præf.vigi.l.1.nam ſalutem.& quod not.per glo.de Baptiſmo.c.1.in Cle.& ideò non eſt dubium, ꝙ ſi non obediant, & deficiant in munere eiſdem hominibus indicto, per dn̄m vel ſuos Officiarios, ꝙ ipſi homines inobediētes veniunt puniēdi,etiam(ꝙ fortius eſt)ſi bene aliàs agerem m veniunt puniendi:vt ff.de re mil.l.3.§. in bello.& de conſecr.diſt.5.c.omnibus.& ibi gl. & quod not.extrà,de temporib.ord.c.ad aures. ¶His igitur quinq; dubiis præmiſſis, reſtat videre, an dicti homines prætextu conſuetudinis ſe poſſint tueri & defendere, ne fiant illa, quæ in dictis quinq; dubiis cōtinentur. Et breuiter dicendum eſt,ꝙ nō:per modum,per quē ipſi homines allegant dictam conſuetudinem, licet eam allegent de tanto tēpore,quod de contrario memo-
12 ria hominis non exiſtat.† Et pro declaratione dicendorum ſciendum eſt,ꝙ nos habemus tria: Aſſuetudinem, & Conſuetudinem, & Deſuetudinem. De primo, ſecundum Etymologiam vocabuli,dicitur Aſſuetudo,quaſi aſſiduus actus.ſimile de vocabulo Iudex,quaſi ius dicens,in c.forus. §.Iudex.extrà,de ver.ſig.Et ſimile in iurgio,quaſi iuris garrium:vt eo.c.§.iurgiū.& ſimile in poſſeſſio.quaſi pedum poſitio.ff.de acq.poſ.l.1.in pr. Simile in teſtamento,quaſi teſtatio mentis.Inſt. de teſta.in prin.& no.extrà,de teſt.c.2.in pri.Simile in mutuo,quaſi de meo tuum.ff.ſi cert.pet. l.2.§.appella.Simile in excōicatione,quaſi extra cōionem:vt no.extrà,de ſent.excom.in c.1.Item conſuetudo & deſuetudo deſcendūt & deriuantur à d.vocabulo Suetudo, n additis ſolū iſtis monoſyllabis Con,& De, ex quarū additione reſultat totaliter contrarius effectus,quoniam monoſyllaba Con,auget & ponit.Sed monoſyllaba De, o non auget, o nec ponit, imò totaliter diminuit & priuat.Et dicitur conſuetudo, quaſi cōis aſſuetudo. p hoc probatur prima diſt.in c.cōſuetudo ibi, vocatur aūt,&c.Simile eſt in conteſtatione,quia conteſtatio dicitur,quaſi cōis teſtatio:vt not.per Inn.extr.de li.con.c.1.in gl.verſ.item licet ponā, &c.Simile in conſpiratione quaſi cōis ſpiratio.11. q.1.c.conſpirationū.Simile in cōiuratione,quaſi cōis iuratio.ea.cauſa.c.coniurationum.& ibi no. per Doct.& in c.conſtitutionem.extr.de ver.ſig. Simile in conſtitution.quaſi communis inſtitutio:vt not.per Doctor.ext.de conſti.in rubro.Simile in cōiugibus quaſi communiter ſe iungentes, hinc eſt, quòd de propria virtute vocabuli Conſue-



conſuetudo non cadit propriè in vna ſingulari perſona, q & vna perſona ſingularis non poteſt dici propriè habere conſuetudinem, quia vbi ſingularitas exiſtit, ibi communio eſſe non poteſt,quæ requiritur in conſuetudine, vt ſuprà dictum eſt. Maxima enim eſt differentia inter Commune & Singulare:vt notatur per gloſ.& Doct.in l.1.C.de ſen.q̄ pro eo ꝙ int.pr.& no.per Inn.& Dd.ext.de ſent.exc.c.ſacro.in gl.magna.licet quandoq; impropriè loquendo dicamus,conſuetudo patrisfamiliâs eſt attendenda, quando illud debet exponi,id eſt, aſſuetudo patrisfam.&c. quaſi ſic paterfamiliâs aſſiduè agebat & operabatur, & illud videlicet aſſiduum actum debemus attendere, &c. Sed deſuetudo dicitur à monoſyllaba De, quæ diminuit & priuat: vt notat.23.diſt.c.fi. Et de hac monoſyllaba De,habetur per Bar.ff.de coniung. cum eman.libe.l.1.§.emancipatus.& dicitur deſuetudo,quaſi nulla aſſuetudo, & ita ſunt contra-
12 ria † Conſuetudo & Deſuetudo, quoniam Conſuetudo reſpicit factum & communem vſum: vt in c.conſuetudo.1.diſt.& ff.de ll.l.de quibus.§.1. ibi,an rebus ipſis,&c. Et ſic ponit ſeu affirmat aliquid eſſe in rerum natura. Sed Deſuetudo r reſpicit contrarium, videlicet non factum, & non vſum,& ſic nihil ponit,imò negat, aliquid in rerū natura eſſe,vt Inſt.de iniu.§.ſed & quidem. Modò ad propoſitum, cùm dicti homines allegent conſuetudinem contra dominum,& ſuos Officiarios, & nullum factum nec vſum ſe allegent feciſſe, & ſic nihil affirment in rerum natura eſſe, quod eſt neceſſe.per iura ſuprà proximè allegata patet manifeſtè, quòd conſuetudinem allegare non poſſunt, imò potiùs ſuum contrarium, videlicet deſuetudinem, vt ex præmiſſis patet clarè. Nunc igitur arguitur, & ſic certum eſt, quòd domino & ſuis Officiariis de iure competūt omnia ſuperiùs,ſuper dictis quinq; dubiis declarata, per quæ apparet intētionem domini fore fundatam de iure Communi, ipſeq; dominus & ſui Officiarij habent illud ius,quod eſt in eſſe productum,& in rerum natura:vt patet per iura ſuprà alle.ſuper ipſis quinq; dubiis. Quomodo ergo non factum ſeu non vſus ipſorum hominū, tollet s & priuabit dn̄m & ſuos Officiarios iure ſuo ſibi competenti, & in rerū natura exiſtenti. certè hoc nullo modo eſt dicendum. Quoniam ſic ſequeretur maxima abſurditas,vt nō ens priuet ens,& illud quod non eſt in rerum natura,videlicet non factum non vſus,priuet illud quod eſt in rerū natura,videlicet ius competens ipſi dn̄o & ſuis Officiariis. Omnis enim priuatio requirit neceſſariò duo extrema, conſiſtere in eſſentia,videlicet extremum agens, ſc.priuans,& extremum patiens,ſc.priuatum.facit ff.de iniuſt.rupto & irr.teſtam.l.nam & ſi ſub conditione.extrà,de deſponſ.impub.c.ad diſſoluendum.& ibi no.32.q.2.quod verò.& ibi glo.& de vul.l.ſi quis eum,quem.§.fi.quare,&c.Præterea,vtroq; iure clarum exiſtit, ꝙ qui in iuribus incorporalibus vtitur iure corporali in parte ſeu in vno c.& id in cæteris ſeu in totum retinet. ff.quēadm.ſer.amit.l.ſtillicidij.§.fi.ff.de ſer.ruſt.præd. l.vna eſt via in fi.& no.Inno.in c.dilectus.de cap. Mon.& ibi per Doct. Sed certum eſt,vt præſupponitur in facto,ꝙ dn̄s habet merum & miſtum imperium, & omnimodam iuriſdict. & vtitur,ac ſemper vſus fuit iuriſdictione in ſuo territorio.Et ſi reperiatur, ꝙ in aliquo capitulo iuriſdictionis dn̄s non fuiſſet vſus: attamē, quia in aliis capitulis iuriſdictionis vſus fuit per ſe, & eius Officiarios, certè per hoc retinet etiam iuriſdictione in aliis capitulis,in quibus non fuiſſet vſus: vt clarè probant iura prædicta. Et hæc concluſio in propria materia iuriſdictionis,not.per Inn. expreſsè in d. c.dilectus. t de cap.Mona. pro hoc.ff.de ſer.ruſt. præd.l.vna eſt via.& quod not.extrà,de præſcr. c. auditis.& de re iu.c.cū Bertol.& 10.q.1.c.relata. Nec mirandū,qm̄ qui partem tangit, totū tangit, & qui aurem hominis tangit,totum hominē tangit:vt ff.de fur.l.vulgaris.circa princ. Et de pœnitentia,diſt.1.§.vulgaris.& no.per Archid.in c.accuſatus.de hæret.libr.6. Ex quibus clarè apparet, ꝙ homines non poſſunt allegare, ꝙ ipſi domino non competit iuriſdictio in capitulis illis,de quibus vertitur debitum,quare, &c. ¶Præterea certum eſt,ꝙ hîc tractamus principaliter de iuribus incorporalibus negatiuis,quod apparet,quia homines ſe prætendunt habere ius & conſuetudinem,quòd dn̄s non debeat hoc facere,videlicet, ne poſſit facere inuentarium, nec debeat vocari, nec debeat eidem domino iurari,nec debeat ſibi reddi computum,nec debeant fieri monſtra,nec guetum & ſimilia,de quibus prætēdunt d.homines ſe habere conſuetudinem, & ſic iſta ſunt iura negatiua,& per conſequentiam hîc loquimur de iuribus affirmatiuis, quia dominus prætendit af-
13 firmatiuè, quòd poteſt illa facere de iure. † Sed ſic eſt quod in acquiſitione iurium negatiuorum ad hoc, vt poſſint alicui competere iura negatiua,& ab alio auelli ſeu tolli iura affirmatiua,duo neceſſariò debent cōcurrere, videlicet prohibitio ſeu contradictio ex parte illius, qui aſſerit ſibi competere tale ius negatiuum, vt ſunt dicti homines,& patientia ſeu admiſſa prohibitio,& obtemperamentum ex parte illius, contra quē prohibetur & contradicitur,vt eſt d.dominus,habēs ius affirmatiuū,alioquin ſi aliquod prædictorum deficiat,nunquam poteſt dici,ꝙ competat alicui talia iura negatiua,nec quòd ab eo tollantur iura affirmatiua,vt expreſsè tenent gl.& Doct. vtriuſque Iuris:vt expreſsè not.extrà,de verb.ſign.cap. Abbate.glo. quæ incipit:Hoc modò bene,&c.& Cyn.C.de ſeruit.& aqua.l.1.in 6.q.& eſt glo. ord. in d.l.1.de ſeruit.& aqua.& ibi etiam per Io. Fab. & not.per Bar.ff.de noui.oper.nunc.l.ſi prius.in ſeptima oppoſ.verſi.reſtat.& not.in Speculat.in tit.de proprie.§.in confeſſoria.verſicu.ſed pone, habuiſti fortè aream.&c.& not.per gloſſ.ordi.ff. de ſeruitut.ruſtic.præd.l.qui luminibus.Sed dicti homines, prout præſupponitur in facto, non alle-

allegant,ꝙ quãdo dominus vtebatur iuriſdictio-
ne ſua,in dictis iurib.ſuis,ſuperiùs in dictis quinq;
dubiis declaratis, ꝙ ipſi homines vnq̃ prohibue-
rint dominum vti,vel cõtradixerint ipſi domino
volenti vti. Nec etiam allegant dicti homines,ꝙ
dominus obtemperauerit ſeu admiſerit eorum
prohibitionẽ, ſeu ceſſauerit vti ſua iuriſdictione
propter eorum contradictionem ſeu prohibitio-
nẽ, quæ ſunt neceſſaria per iura prædicta,quare,
&c. Et potiſſimè, quia hîc loquimur in iure pu-
blico,videlicet in iuriſdictione, quæ magis diffi-
culter auellitur, ſeu remouetur ab illo, qui ipſam
habet,q̃ alia iura priuata, quia iuriſdictio eſt tam
magnum pondus,quod non poteſt auelli ſine iu-
uamine alterius, ſic ꝙ per ſe non poteſt quis à ſe
iuriſdictionem,quam habet, abdicare:vt ff.de of-
fic.præſ.l.legatus.& no.per Inn.de elect.c.in cau-
ſis.gl.fi.&per eundem in c.cùm ex offic.extrà,de
præſcr. Quod tamen ſecus eſt in iuribus priuatis,
quia ſine iuuamine alterius pôt quis à ſe ius ſuum
abdicare:vt l.1.ff.pro derelicto. & per totum titu.
& extrà,de renunc.c.veniens. & ibi per Inn. in 1.
gloſſ.verſicul. & hoc ipſo, &c. Si ergo in iuribus
priuatis,quæ faciliùs auelluntur,requirantur illa,
quæ ſuperiùs proximè dicta ſunt,videlicet prohi-
bitio,ſeu contradictio, ab vna parte, & patientia,
ſeu admiſſa prohibitio ab altera parte, fortiùs re-
quiruntur in iuribus publicis, vt in iuriſdictione
quæ difficiliùs auellitur.Sed dicti homines,prout
præſupponitur, in facto, non allegant aliqua de
prædictis,ſed duntaxat allegant puram & meram
abſtinentiam, & nõ vſum ex parte dñi & ſuorum
Officiariorum,& nihil ſeu nullũ factum ex parte
ipſorũ allegant,quare,&c. ¶Sed contra proximè
dicta fortiſſimè opponitur, & videtur, ꝙ pro ipſis
hominibus ſufficiat allegare abſtinẽtiam, & non
vſum ex parte dñi,& per hoc ius negatiuum ipſis
hominibus acquiratur:vt apparet in præſcriptio-
ne,vbi ſi quis non petat per 30.vel 40. annos,vel
non vtatur iure ſibi debito,perdit,& alteri acqui-
ritur ius negatiuum.Ita ꝙ poterit dicere à modo,
& ex nunc in antea allegare,ꝙ non potes petere,
v nõ potes facere,& ſimilia.v Solutio: Aliud eſt in
præſcriptione,vbi allegando ius negatiuum, non
potes petere,nõ potes facere,& ſimilia implican-
tur,& habet factum implicitũ, quia allegans tale
ius negatiuũ,in præſcriptione, implicat aliquod
factum,ſeu aliquid ſe feciſſe, puta,detinuiſſe de-
bitum creditorũ, & ipſum debitum quaſi poſſe-
diſſe.Detẽtio enim & Poſſeſſio ſunt facti:vt ff.ex
quib.cau.ma.l.denique.&extrà,de conceſ.preb.
c.cum noſtris.& ibi gl.ord. Et ꝙ debitor poſſide-
at debitum,ſeu ius alienum,eſt gl. multùm nota-
bilis.ff.de pe.hær.l.regulariter.Et ita cùm ius ne-
gatiuum non ſit ſimplex,ſed habet factum impli-
citum,ex parte allegantis præſcriptionem, nõ eſt
mirum,ſi pręſcriptio habeat locum,hęc expreſsè
not.per Doct.& Cyn.in l.2.C.quæ ſit long.conſ.
in q.2.principali. Et pro hoc, quod not.in Spe.in
tit.de iuriſd.omn.iud.ver.illud etiam not.& verſ.
ſequ.Sed aliud eſt in omnibus prædictis, quia ipſi
homines allegant ius negatiuum,merum,& ſim-
plex,contra dominũ,non implicando ſe aliquod
factum feciſſe.Ex quibus proximè dictis,infertur
tale corollarium,videlicet,ꝙ ſi dicti homines ali-
quod factum expletaſſent,contra dominũ in prę-
miſſis quinq; dubiis, quòd certè allegatio cõſue-
tudinis facta per ipſos homines valeret,& eis pro-
deſſet,dñoq; & ſuis Officiariis noceret, vt puta,ſi
quando dominus & ſui Officiarij voluerunt vti
iuriſdictione tali volendo facere inuentarium in
bonis decedẽtium relictis pupillis,vel facere fieri
guetum,vel intereſſe in computo receptoris tal-
liarum, & ſimilia. Et ipſi homines contradixerũt
domino & Officiariis ſuis.Et ipſe dñs & Officiarij
x obtemperauerunt, certè per hoc,conſuetudo x
poteſt bene allegari. Idem eſt etiam ſi homines
conueniſſent facere aliquid aliud circa pręmiſſa,
& ſic allegarent aliquod factũ per ipſos homines
expletatum, eneruans ius domini, quia tunc no-
14 ceret domino. † Et hoc eſt, quod dicunt omnes
Dd.vtriuſq; Iuris,videlicet diſtinguendo ſic, aut
non vſus habet implicitum factum, & tunc ope-
ratur,& habet effectum,& tollit ius,aut nõ habet
implicitum factum,& tũc nihil operatur, nullũq;
habet effectum,& ſic non tollit ius. In hac cõclu-
ſione reſident omnes Dd.¶Et ex præmiſſis patet
ſolutio ad difficillimum contrarium, de l.de qui-
bus.§.fi.in fi.ff. de legi.vbi dicitur, ꝙ conſuetudo
operatur,& habet effectum : vt ibi expreſsè dicit
textus,& tamen ſuperiùs dixi,ꝙ cõſuetudo nihil
ponit eſſe in rerũ natura, imò negat aliquid eſſe,
quomodo ergo operatur illud, quod nõ eſt hoc,
eſt certè impoſſibile. Ad hoc reſpondeo per præ-
miſſa proximè dicta, videlicet,ꝙ in illa conſuetu-
dine allegabatur factum implicitum : vt clarè ap-
paret,& colligitur continuãdo tex.ad præceden-
tia,ibi,an rebus ipſis & factis, &c. Et demũ ſequi-
tur in tex.quare rectiſſimè,&c.Ita ꝙ bene intelli-
gendo illum textum non obſtat. Sic ergo reſtat
concluſio ex præmiſſis,aut ius negatiuum allega-
tum eſt merum & ſimplex,nullum factum impli-
y cans,y & tunc nihil valet, nullumq; effectum tol-
lendi ius alterius,poſito etiã ꝙ ſuo iure nunquam
fuiſſet vſus. Aut ius negatiuum allegatum habet
factum aliquod implicitum, & tamen operatur,
& habet effectum tollendi ius alterius, niſi illud
factum implicitum eſſet irrationabile, & tẽderet
ad noxam,ſeu nutriret peccatum. Omnis enim
conſuetudo irrationabilis, nõ valet & reproban-
da eſt, potiuſq; corruptela, q̃ conſuetudo debet
dici,vtroq; Iure vulgatiſſimo teſtante.¶Sed facit
contra d.gl.in c.l.cùm multæ.16.q.fi. gl.ergo pa-
tet,&c.vbi per non vſum perditur ius & gl. in c.ſi
de terra.extrà, de priuil. & per Ioan. Mon.in c.1.
de verb.ſign.in magna glo.verſ.ſed quæritur,&c.
z Sed ſatis reſpondetur z ad d.gl.ſi præmiſſa omnia
bene videntur.

a ¶Sicut in fiſco. *Adde ꝙ ſicut ratione fiſci dominus
poteſt prætẽdere intereſſe,ita ratione pupilli,vt eius ſub-
ſtantia*



*ſtantia integra conſeruetur.Nam intereſt ipſius domini
locupletes habere ſubiectos,vt in Auth.vt iud.ſine quo-
quo ſuffr.§.cogitatio.col.2.Item pupillus gaudet Priui-
legijs Eccl.c.1.in fi.de reſt.in int.Sicut.n.Iudex poteſt ſe
intromittere de his,quæ cõcernunt vtilitatem Eccleſiæ,
cùm in huiuſmodi conſiſtat ius publicũ.ff.de iuſt.& iur.
l.1.in §.publicum.Ita quoq; de his,quæ in rem pupilli re-
ſpiciunt,cùm in eius re verſatur & Reip. vtilitas, quod
etiam argumento tutelæ probatur,quæ eſt munus publi-
cum,vt Inſt.de excu.tut.in prin.in ver.nam & tutelã.
præterea,ſicut Iudex ex officio cogit pupillum pati admi-
niſtrare tutorem:vt per d.Bar.in l.1.in prin.in ver.ſed
quæro pone,quia intereſt pupilli,vt adminiſtret.vbi ſu-
prà,in verſi.item intereſt. Cur non ſic ſuas vices inter-
ponere poſſit Iudex,quò ad confectionem Inuẽtarij,cùm
interſit pupilli illud fieri,propter illibatam ſuarum fa-
cultatum præſeruationem.*

b ¶Miſti Imperij. *Adde,quæ habentur in l.1.ff. de iu-
riſd.omn.iud.Adde,quod do.Cy.in l.cùm oportet.C.de
bon.quæ lib.in q.Quartò quærit,an pater,qui eſt admi-
niſtrator bonorum filiorum,teneatur facere Inuentari-
um.& videtur reſidere in hoc,quòd non teneatur,ſecũ-
dum opin. Martin. dicentis,ꝙ hæc conſuetudo non ha-
bet.Per hoc dictum poteſt concludi,quòd ſecundum con-
ſuetudinem Regionis,eſt faciendum Inuentarium, aut
non faciendum.Idem videtur tenere Ioan.Andr.in ad-
dit.Spec.ſi de inſtr.edi.§.vlt.verſic. quid de patre. vbi
allegat prædictam opin.Mart.*

c ¶Debeant vocari. *Et ratio fortè dubitãdi fuit,quia
ius imponendi talliam,ſeu collectam,eſt ius publicum,
authoritate & vtilitate,& eſt meri Imperij : vt per do.
Bal.in l.etiam.in 8.col.verſ.item non puto. C.de execu.
rei iud.Item videtur eſſe de regalibus.c.1.quæ ſit regа-
lia.in vſib.feud.*

d ¶Se congregent. *Caue,quia iſtud fieri infrà verta-
tur.& ſic vbi deficere videtur negatiua, & deinde vbi
ponitur copula, & videtur debere eſſe aduerſatiua. vn-
de fortè debet ſic hæc litera poni,ſcil.dum tamen ipſi ho-
mines ſe non congregent inſimul,ſed conſentiant, &c.
& poſt verbum Congregent,ſupple ſine licentia domi-
ni.Nota hæc dicta,quæ bene ſeruantur in Francia.*

e ¶Prohibentur. *Et bene,nam congregationes præſu-
muntur fieri ex mala cauſa,vt dicit Abb.in c.fi. de teſt.
cogen.*

f ¶Pro neceſſitate. *Et eſt ſciẽdum,ꝙ tallia ſeu collecta
fit quandoq; ex voluntate, vt ſi populus velit facere ho-
norem alicui Cardinali,vel Epiſcopo, aut Domino tem-
porali vel Nobili venienti ad partes. Quandoq; fit pro
vtilitate publ.vt pro ſoluendis ſtipendiis armigerorum
conducendorum ad ſeruitia communia,vel pro emendo
caſtrum ipſi villæ ſeu ciuitati. Quandoq; imponitur pro
neceſſitate publica,vt pro ſoluendo æs alienum iam con-
tractũ.Vel ipſi eſt ciuitati, vt villæ impoſita tallia à ſu-
periore,puta ꝙ ſoluent mille primo caſu, ciues ſeu incolæ
habẽt inter ſe diſtribuere.huic ſiquidẽ liberalitati meta
non imponitur. Nam in rebus volũtariis nemo neceſſa-
rius exiſtit:vt C.de neg.geſt.l.tutor. Secundo autem &
tertio caſibus,tunc iuſta eſt deſcriptio per æs & libram,
ſecundum do.Bal.in l.etiam.in 5.col.in verſ.nõ viden-
dum.C.de exec.rei iud. Sed an in his caſibus ciuitas,ſeu
villa ipſa poſſit ſibijpſi collectam imponere,videtur diſ-
tinguẽdum,an illud, quod pro collecta imponitur, con-
cernat negocium ipſius ciuitatis ſeu villæ,aut concernat
negotium totius Imperij,Regni,ſeu Principatus. Primo
caſu ſubdiſtinguit, aut imponitur ipſa tallia ſeu colle-
cta,ex cauſa volũtaria,vtilitatis,aut neceſſitatis:primo
membro ſubdiſtinctionis poteſt per modum concordiæ
& conſenſus in vnum:non autem, ꝙ qui conſentire no-
luit,poſſit cogi,quia tunc fieret per modum Imperij. Se-
cundò pariformiter videtur dicendum. Tertiò verò po-
teſt etiam per modum Imperij propter neceſſitatem,quæ
legem non habet.Secundo autem caſu non poteſt imponi
ſine expreſſa licentia ſuperioris : ita colligitur ex notatis
in l.placet.C.de excu.mun.lib.10. in cæteris ſcriptis. do.
Bal.in præall.l.etiam.& d.Bal.in l.1.C. de ſuperindict.
& in l.1.C.de mul.& in quo loc.& in l.1.§.ꝙ ſi nemo.ff.
ꝙ cuiuſq; vniuerſi.nomine.& do.Alex.de imol.in l.ſi ſe
non obtulit.in 3.col.in ver.iuxta hoc quærit.ff.de re iu.*

g ¶Conſules. *Vide gl.in l.1.§.pe.ſuper verbo, Procon-
ſul.in fi.ff.quod cuiusq; vniuerſ. nom. & ibi Bart. not.
quod pro neceſſitatibus vniuerſitatis poteſt imponi col-
lecta,per l.omnes.de ope.publ.*

h ¶Ligat minorem partem. *Et adde,ꝙ maior pars
capituli poteſt imponere collectam omnibus de capitulo,
non obſtante contradictione minoris partis,ſecundum
Pe.de Anch.in c.ex parte.de his,quæ fiũt à ma.par.Cap.*

i ¶L.2. *Adde ibi do.Bar.in vlt.not. & in l.Procura-
tores.in eod.tit.C.de decu.lib.10.*

k ¶Et l.2. *Facit in argu.inquantum illa lex vult, quòd
computatio facta à tabulariis ſeu calculatoribus, non
mandatur executioni aduerſus eum, contra quem eſt
facta ipſa computatio,ſi velit ſe opponere, niſi per Iudi-
cem fuiſſet confirmata. Et ſic patet, quomodo dominus
vel eius Iudex debet erigere oculũ ad exacta à ſuis ſub-
ditis,audiendo computum,& rationem exactorum.&
adde,quod ibi legitur per dom.Bart.*

l ¶Subiectos locupletes. *Adde quod no. Aug.in Au-
then.vt iud.ſine quoquo ſuffra.col.2.in prin.in 1.not.*

m ¶Si bene agerent. *Lex enim quandoq; aliquos pu-
nit,licèt res bene gerant, quia non ſequitur,bene agunt,
ſi in re bene,i.vtiliter,gerenda, bonum ſpernunt obedi-
entia,quæ præcipua virtus eſt:vt c.illud. extrà,de ma-
ior.& obed. Quinimò grauiter excedunt,etiam res be-
ne gerentes, inobedientiæ notam incurrendo. ideò iure
cautum extat,qui non obedierit Principi,morte moria-
tur:vt eo.tit.de maiorit. & obed.c.2.quod originaliter
habetur.1.Reg.14.cap.*

n ¶Suetudo. *Quod nõ eſt in vſu.ſicut dicitur de ver-
bo Suo,Suis,in Cath.in verb.Conſuo,Conſuis.*

o ¶Non auget. *Et idem eſt dicendum de dictione Dis,
vnde componitur diſſuetudo:vt in proœ. Inſt. in §.igi-
tur poſt libros.& no.quòd per deſuetudinem vel diſſue-
tudinem,ſiue non vſum,non tollitur lex aut ſtatutum,
niſi in non vſu aut deſuetudine ſit implicitus vſus con-
trarius,ſecundum dominum Ang.in præalleg.gl.igi-
tur.in verſicul.ex quibus. & idem ſentit dom. Bald.ibi
prope finem.*

p ¶Quaſi communis aſſuetudo. *Huiuſmodi allu-
ſionem vocabuli Conſuetudinis aſſignat domin. Azo in
Summa.C.quæ ſit longa conſuetu.circa princ. in verſic.*

*dicitur, quòd conſuetudo. adde, quòd conſuetudo, dicitur, quòd in communi eſt vſu, ſecundum d. Goſ. in Sum. de conſuet. in verſ. dicitur autem.*

*q* ¶Singulari perſona. *Vide dom. Ioan. Fabr. Inſtit. de iure nat. in §. ex non ſcripto. in* 1. *col. in verſi. item quòd ſingularis.*

*r* ¶Deſuetudo. *Adde an deſuetudo tollat legem. & videtur quòd ſic, vt in gl. not. legem tolli. in §. igitur. in proœ. Inſt. Sed hoc procedit, quando deſuetudo habet factum implicitum, de quo dic, vt plenius traditur per d. Ioan. Fab. Inſt. de iure Nat. gentium & ciu. in §. ex non ſcripto. in 5. col. in verſ. ſed quæritur.*

*s* ¶Tollet. *Siquidem ad huius articuli emendationem faciunt iam dicta in proxima Apoſtilla.*

*t* C. dilectus. *In glo. ſua in verbo, Poſſeſſoriũ. vbi etiam ſubdit ipſe d. Inno. quòd poſſeſsio generalis iuriſdictionis acquiritur, ſi vnus actus iuriſdictionis exerceatur.*

**Tu adde diſtinctionem, quam ponit Pet. de Anch. in c. dilectus. de capel. Mon. hîc alleg. in col. pen. verſic. 2. vbi declarat, qualiter acquiratur generalis iuriſdictio in perſonis, & etiam qualiter acquiratur generalis poſſeſsio iuriſdictionis. & adde, quòd exercens iuriſdictionem in vno articulo, totã exercere videtur: vt l. ſi priùs. in prin. cum ſi. ff. de aqua plu. arc. Barth. in l. hoſtes. ff. de capt. & poſtl. reuer.*

*v* ¶Et ſimilia. *Adde, quæ leguntur & notantur in l. omnes. C. de præſcr. 30. vel 40. annor.*

*x* ¶Conſuetudo. *Quænam requirantur ad conſuetudinem inducendam, vide do. Io. Fab. Inſt. de iure Natu. gent. & ciui. in §. ex non ſcripto. in 2. col. in verſic. circa tertium.*

*y* ¶Factum implicans. *Adde, quod not. do. Io. Fabr. in præall. §. ex non ſcripto. in* 1. *colum. in verſ. illud not. & quod ſubdit in 5. col. in verſ. ſed quæritur.*

*z* ¶Reſpondetur. *Ad illam enim gl. multipliciter poſſet reſpondere. vel quia ibi eſt factum implicitum, vel quia dictum illius gloſſ. continet quid odioſum, vel quia repugnat diſpoſitioni iuris naturalis, vel quia pœnale, vel quia contra iuris communis rationem repertum. & ideò nil mirum, ſi in tali ſpecie per non vſum perdatur ius, vt in ſimili videmus in priuilegio, quod itidem per non vſum amittitur. dom. Bar. in l. fin. in vltima col. in verſic. quæro, quanto tempore. ff. de conſti. & quod legitur, & not. in c. cùm acceſſiſſent. & ibi dom. Innoc. in gl. ſua, in verſ. contrauenerit. extrà, eo. tit. de conſtit. & in materia c. cùm multæ. hic per authorẽ allegato, aliquid eloquitur dom. Io. Fab. Inſt. de iure perſ. in §. ſeruitus eſt conſtitutio. in 2. col. in verſ. item alius modus.*

## QVÆST. DCXXXII.

### SVMMARIVM.

1 *Donatio facta per patrem naturalem filio, ſuo naturali, in præmium emancipationis, an valeat. & nu. 4. & 6.*

2 *Emancipare, quid.*

3 *Cauſa finali ceſſante, ceſſat etiam diſpoſitio.*

5 *Filius reputatur habere ius in ipſa legitima, viuente patre.*

7 *Pro, dictio, conditionem importat.*

a AN donatio *a* facta per † patrem naturalẽ filio
1 ſuo naturali in præmium emancipationis valeat & teneat? Dic ꝙ non. Pro quo adduco hîc rationes recolendæ memoriæ do. Petri Papæ Legũ Doctoris patrui mei, per eum poſitas in quodam ſuo Conſil. incip. ad finem, & effectum, &c. Nam primò dicit ipſe do. Petrus Papæ, In poteſtate noſtra ſunt liberi, quos ex iuſtis nuptiis procreamꝰ, ergo à contrario ſenſu, quos non procreamus ex iuſtis nuptiis, non ſunt in poteſtate noſtra: vt Inſt. de patria poteſt. in pr. & not. Inſt. de nupt. §. alioquin. not. per Archid. in c. ſtatutum. in fin. de hæret. lib. 6. Et ideò in illos, qui non ſunt in poteſtate patris, non cadit emancipatio, nec talis, ſi fiat, valet: bonum eſt enim argumentum in iure ab e-
b tymologia *b* ſeu ſignificatione verbi. ff. ſi cer. pe. l. 2. §. appellata. & not. per Inno. in c. 1. de litis cont. in gl. Inn. verſ. item licèt ponam, &c. per Barto. ff. de acq. poſſ. l. 1. in princ. & dixi pleniùs de etymologia vocabuli ſuprà, q. 631. in 5. dubio, in verſi. in
2 his igitur quinq; dubiis. † Emancipare enim eſt,
c extra manum ponere. *c* per etymologiam verbi. Et tunc deſinunt liberi eſſe in poteſtate patris. l. fi. C. de emancip. lib. Inſti. quib. mo. ius patr. pot. ſolui. §. prętereà. & not. extrà, de renunc. c. niſi §. verùm ſi propter. in gl. verba ſunt, &c. Modò ille, qui non eſt in manu, i. in poteſtate, nõ poteſt poni extra manum, i. extra poteſtatem. arg. l. nam & ſi ſub conditione. ff. de iniuſt. rupt. irr. teſt. extrà, de ſponſal. c. ad diſſoluendum. & ibi not. Prætereà, poſito ꝙ dictus filius eſſet in poteſtate dicti patris donatoris, adhuc non valeret emancipatio, quia emancipatio debet fieri coram Iudice ordi-
d nario: *d* vt not. per Spec. in tit. de natis ex lib. ventre. §. fi. ſed emãcipatio prædicta fuit facta coram extraordinario, ſcilicet, Iudice appellationũ, qui non dicitur Iudex ordinarius, igitur, &c. Nec etiam valet dicta donatio in dicta emancipatione facta, quia vbi fundamentum deſtruitur, vel non ſubſiſtit, quicquid ſuperædificatũ eſt, etiam corruit. l. egi. ff. de except. rei iud. & c. veniens. extrà, de preſbyt. non bapt. & not. in c. 1. de lit. conteſt. Fundamentum enim dictæ donationis duorum millium florenorum fuit emancipatio, ꝙ fundamentum eſt nullum ſeu nullius effectus, vt ſuprà dictũ eſt. Ergo & ipſa donatio debet eſſe nullius effectus, & corruit cũ dicta donatione, in qua fuit ſuperędificata, quare, &c. Prętereà, dicta donatio fuit celebrata in ſignum & præmium emancipationis, & ita ſi non valet emancipatio, nec valet eius ſequela, ſc. donatio. Pro hoc bene facit l. 3. ff. de iur. dot. & quod not. de dona. inter vir. & vxorem. l. & neceſſe. & per Innoc. in c. illud. in gloſſ. fin. in princip. extrà, de præſumpt. licèt enim verba contractus ſint purè concepta, nihilominus tacitè intelligitur conditio, ſcilicet, ſi valeat illud, in cuius ſignum donatur: vt l. ſtipulatione. ff. de iure dotium. & not. de reſtitut. ſpoliator. cap. ex parte ſuper verbo, Poſtulauit, &c. facit l. cõditiones, cum ſim. ff. de condit. & demonſt. Prætereà, quandocunque cauſa diſponendi, ſeu propter quam fit diſpoſitio, cohæret diſpoſitioni, tunc talis cauſa eſt finalis: ideò ſi ſit nulla ipſa cauſa, & diſpoſitio erit nulla. ff. de cond. & demonſtr. l. cum tale. §. legat. cum ibi. not. & in l. 2. §. fin. ff. de don. & c. magnam. in fin. extrà, de voto & voti redem. & in c. ceſſante. extrà, de appellationib. & quod notat. in capit. poſt tranſlationem. de renunciatione. Sed ex verbis inſtrumenti dictę emancipationis apparet, quòd diſpoſitioni ſeu donationi dictorum duorum millium florenorum cohæret omnino cauſa diſponendi ſeu donandi, ſcilicet, emancipatio, quæ fuit cauſa donandi, ergo talis cauſa ſcilicet emancipatio fuit finalis, ſi bene inſpiciantur omnia verba inſtrumẽti. Cùm ergo ſit finalis, dicamus, ꝙ ſi ceſſet vel ſit nulla, ꝙ d. donatio etiam ſit nulla, per iura prædicta. Et ꝙ ſit cauſa
3 finalis, probatur, † quia cõis doctrina omnium Doctorum habet, quòd quandocunq; exprimitur in diſpoſitione talis cauſa, quæ vera & valida foret, obligaret diſponentem, tunc talis cauſa eſt finalis, vt ſic ceſſante ea, ceſſet diſpoſitio. Hoc dicunt Iac. de Aret. & Pet. de Bellà Pertica, & Bart. in l. demonſtratio. ff. de condit. & demonſtr. & in l. ſi cum te. ff. de pactis. & ibi eſt text. de præmiſſa doctrina, & ibi tenent omnes Docto. & Dyn. in l. 2. §. fin. ff. de donat. Sed in dicto inſtrumento fuit expreſſa talis cauſa, quæ ſi vera exiſteret, obligaret diſponentem, ergo talis cauſa reputanda eſt finalis, vt ea ceſſante ceſſet donatio. Quòd autem in dicto inſtrumento emancipationis fuerit expreſſa talis cauſa, quæ ſi vera exiſteret, obligaret donantẽ, probatur dupliciter. Primò, de con-
4 ſuetudine † enim eſt, quòd quando fit emãcipatio, pater emancipãs tenetur donare filio in præmium emancipationis certum quid. Cùm ergo ſecundum conſuetudinem, quæ habet vim legis, pater teneatur, & ſic obligetur ad donandum filio, vt probatur in Spec. in tit. de natis ex lib. ventre. §. final. in formis inſtrumentorum. Concluditur clarè, quòd cùm dictus pater donator expreſſerit talem cauſam, quæ ſi vera foret, obligaretur, quòd talis cauſa eſt finalis, vt ea ceſſante ceſſet, &c. quòd ipſe pater donator expreſſerit talem cauſam, patet in dicto inſtrumento, cùm ibi dicatur cuiuſdã emancipationis cauſa. Et poſteà ibi dicitur, & in ſignum emancipationis, &c. Secũdò probatur, quòd expreſſit talem cauſam, quę ſi vera foret, obligaretur dictus pater, quia de iure ſic eſt, quòd pater eſt obligatus filio ad ſuam legitimam ſaltem poſt mortem patris, & etiam in vita ſua, quia quicquid vult, poteſt facere de omnibus bonis ſuis, excepta legitima, vt patet per
5 totum. C. de inoffic. dona. † & filius in ipſa legiti-
e ma reputatur habere ius viuente patre. *e* vt no. in Auth. de hęr. & Falcid. §. ſi quis autem. ſuper verbo, Auferri. in gl. ſuper ver. item hoc erat debitũ, &c. & ff. de inoffic. teſtam. l. Papinianus. §. ſi quis impubes, in fin. Et pro hoc notatur in l. 3. C. de iuris & facti ign. Cùm ergo de iure exiſtat, quòd pater obligetur filio ad dictam legitimam, vt probatum eſt, per iura ſuprà allegata, cõcluditur clarè, ꝙ cùm dictus pater expreſſit talẽ cauſam, quæ ſi vera foret obligaretur, ꝙ talis cauſa eſt finalis, vt ea ceſſante ceſſet, &c. Et ꝙ ipſe pater expreſſerit talem cauſam, patet in dicto inſtrumẽto, cùm ibi dicatur, ꝙ pro omnibus iuribus, legitima portione, & dreitura, &c. & tamen clarum eſt omni iure, ꝙ ipſi filio naturali nulla dreitura, ſeu legitima in bonis dicti patris naturalis competebat, quia legitima filio naturali non competit, niſi in certis caſibus, de quibus nullus ſibi vendicauit locum in dicto patre naturali: vt habetur & not. per Dd. in Auth. licèt. C. de nat. lib. ergo, &c. Ex quib. clarè patet, ꝙ dictus pater expreſſit tales cauſas, quæ ſi veræ forent, ipſum obligarent, ergo ſecundum
6 communem doctrinam Doctorum, † tali cauſæ ceſſante, ceſſare debet, &c. Et ita patet, quòd dicta donatio ceſſare debet ſecũdum prædicta. Pręterea dicta donatio fuit facta pro omnibus iuribus, dreituris, & legitima, &c. Ergo ſi reperiatur, ipſi filio naturali nullam legitimam competere, talis donatio non valeret. ff. de hære. inſtit. l. item quod Sabinus. verſ. aliter atque ſi. & ff. de hær. vel ac. vendita. l. ꝙ ſi ſit hæreditas. & quod no. in l. etiam. C. de falſa cauſa adie. & quod not. per Dy. & Bar. in l. ſi ſit. §. 1. ff. de legat. 1. Sed dicto filio naturali nulla legitima potuit competere in bonis dicti ſui patris naturalis, quia tã tempore donationis præfatæ, quàm etiam tempore mortis ipſius patris, & filij, ſupererant alij filij naturales & legitimi, ſuccedẽtes ipſi patri donatori ex teſtamento, in quo nulla fuit facta mẽtio de dicta donatione, quare, &c. Nec ipſe filius naturalis aliquod remedium poteſt habere contra dictum teſtamentum paternum, poſito ꝙ nihil ſibi foret relictum in ipſo teſtamento: vt not. in l. 1. in prin. gl. 2. ff. de bon. poſſ. contra tabulas. & not. per Bar. ff. de lib. & poſth. in l. Gallus. §. etiam ſi parente. & per Bal. C. quæ in fraudem patr. l. fin. Et etiam talis donatio fuit conditionalis, cùm dicat pro omnibus iu-
7 ribus, legitima, &c. † Quia dictio, Pro, importat conditionem: vt not. per Bart. ff. de condit. & demonſtr. l. Titio. §. fin. & ibi etiam per Iac. de Are. & Dyn. ſed clarè apparet nullam legitimam ſibi competere, ergo, &c. Cæterùm, etiam donabat pater ipſi filio, vt ipſi filio debitum, cùm nihil eſſet ſibi debitum, ergo non valet. l. 3. §. ſubtilius. ff. de condictio. cau. da. cum ſimilibus. Quid plura? videtur caſus in terminis. C. de hæred. inſti. l. nec
f apud. *f* & C. de fideicommiſſis. l. eam, quam. ſecũdum Lecturam Azo. Et ita ex præmiſſis omnibus clarè patet, ꝙ dicta emancipatio, & dicta donatio, ſunt nullius valoris. De ſpurio, & an poſſit ei per patrem naturalem donari, vide quæ ſcripſi ſuprà, quæſt. 280. An naturales ſuccedant in fundum, vide in 18. Conſil. meor. Et in ſingularibus meis, vbi quis propriè dicatur ſpurius, expoſui: & in

&in Conſ.94. An baſtardi legitimati ſuccedant, cum aliis legitimis, & aliis, vide Iacob. de Puteo in l.ex facto.ff.de vulgar.

a ¶Si donatio. *Tu vide, an donatio facta per patrem filio ſpurio, valeat, iſtum Conſil. 14. incip. ex facti narratione mihi tradita.num.2.verſicu. ad ſecundum dubium.vol.1.*

b ¶Ab etymologia. *Adde not.in §.ſerui autem. & ibi do.Ang.de Aret.in prin.Inſt. de iure perſ.*

c ¶Extra manum ponere. *Adde dom. Azo.in Sum. C.de emancip. circa princip.in §. eſt autem emancipatio.*

d ¶Coram iudice ordinario. *Adde dom. Azon. vbi ſuprà.C.de emancip. in §.qualiter fiat. & dom.Cyn.in l.ſi lex.in 1.oppoſit.C.de emancip.lit.& dom.Bald.in l. emancipari.ff.de adop.& ibi dom.Barto.& dom.Salyc. in præ.l.ſi lex.in 2.colum.in verſ.item, quòd lex municipÿ.vide tamen omnino dom.Bal.in alleg.l. emancipari.& in d. l.ſi lex.*

e *Habere ius viuente patre. *Contrarium tenet Barth. in l.fin.ff. de li. agno.quòd imò filius viuo patre nullum ius habet etiam ſpe legitima. & hoc idem ibi tenet Cyn.reprobata gloſ.in §.ſi quid autem non implens. hìc alleg. idem tenet Barth. in l. poſt emancipationem. in princip.ff.de lib.leg.Bal. & Modern.in l.lex Cornelia.ff.de vulga.& pupil.& adde, quòd pater in vita ſua de iure non tenetur dare legitimam filio, vt concludit Bar.in Authent.ſi qua mulier. circa finem. C.de ſacroſanctis Eccleſ.ſequitur dom.Iaſon.poſt alios, quos refert in Authent.nouiſſima.colum.2.verſic. & per not. C.de inoffic.teſta.per text. quem dicit eſſe principalem in l.1. §.ſi impubere.ff.de collat. Aduerte etiam, quòd de bonis patris nihil debetur filio, viuo patre præter alimenta, ſecundum Bald.in l.quamuis. C. de fideicomm. alleg. l. cùm oportet.§.cùm autem.C.de bon.quæ lib.& Auth.ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. Eccleſ. adde iſtum ſuprà, quæſt. 486.*

f ¶L.nec apud. *Adde ibi do. Bald. qui dicit, quòd contractus ex defectu cauſæ finalis, importans naturã verborum prolatorum, vitiatur.*

FINIS.

*Matthæus Antonianus I.V.C. recenſui Anno 1559.*

*Hic meus fuit luſus nefaſtorum dierum.*

# INDEX MATERIARVM, RERVM, ET VERBORVM SINGVLARIVM IN DECISIONES GRATIONOPOLITANAS, D. Guidonis Papæ.

A

*Abbates cùm nõ corrigunt ſtatim, correctio ad Epiſcopũ pertinet. quæſt. 459.in monito gloſſ.fol.* 348
*Abbreuiatura Notarÿ, an fidem faciat.q.19.num.1.& 2.fol.* 13
*Ablatiuus abſolutus, demonſtrat contractum conditionalem.q.15.num.2.fol.* 10
*Abſentis citandi forma.q.429. nume.2.fol.* 262
*Abſentes quot & quibus caſibus debeant vocari in alienatione rerum Eccleſiaſtic. quæſt.160. nume.2. fol.* 111
*Acta in vno iudicio, an fidem faciant in alio. q. 136. nume.1. & 3.fol.* 91.92
*Acta, quæ dicantur.q.616.nume.2.fol.* 382
*Acta, Facta & Geſta, quid differant. ibidem. num. 3.fol.* eod.
*Acta duplicia ſunt. ibid. num.4. fol.* eod.
*Acta iudicÿ non faciunt fidem, abſque ſigillo Iudicis. ibid.num.5.fol.* eod.
*Acta cauſa, ſi petatur Authorum inſtrumentum, an debeat concedi.q.241.nume.3.fol.* 165
*Acta in cauſa appellationis quis debeat producere, appellans, an appellatus? diſting. quæſt. 20. nume.1. fol.* 13
*Actio de dote conſequenda, an competat vxori, cui non fuit promiſſa dos ſolui, ſed viro. q.375.nu.1. & 2.fol.* 229
*Actio iniuriarum mihi competit contra illum, qui actum minùs iuridicum cõtra me exercuit. q.324. num.1.fol.* 202
*Actio iniuriarum an competat mihi, ſi iniuria illata ſit meo Seruitori, aut Officiario.q.557.num.1.fol.* 347
*Actio, quæ intentetur per fideicommiſſarium, vt hæreditas ei reſtituatur. quæſtio.303. numer.4.fol.* 194
*Actio negatoria, cui competat. quæſt. 28. nume.1. fol.* 17
*Actio perſonalis nõ ſequitur fundum, ſeu fundi poſſeſſorem. quæſt.576. numer.1. Limit. numer. 2. fol.* 163
*Actione perſonali an poſſit agi contra donatarium omnium bonorum.ibid.num.3.fol.* ibid.
*Actio popularis quid.q.549.nume.3.fol.* 339
*Actio & obligatio an oriantur ex pacto clientuli facto cum Aduocato de eminenti ſalario. q. 190. numer.2.fol.* 129
*Actio iniuriarum oritur ex re, aut verbo: vt, tu mentiris, ſaluo honore tuo. quæſt.465.num.1.fol.* 292
*Actio an efficiatur litigioſa, reſpectu ſummæ, quæ peti non poterat, quia dies nondum venerat. ibid. numer.2.fol.* eod.
*Actione perſonali ſi agatur, an res, quæ petitur, efficiatur litigioſa.q.479.num.1.fol.* 299
*Actioni reali conuenientia, conueniunt & perſonali. q.27.num.2.fol.* 17
*Actionis diffinitio.q.358.num.2.fol.* 221
*Actiones effectualiter tranſeunt contra emptorem hæreditatis.q.460.num.2.fol.* 290
*Actiones & iura an rerum appellatione cõtineantur. q.442.num.2.fol.* 281
*Actor faciens mentionem in libello, de aliquo inſtrumento, an debeat illud tradere reo ſuis ſumptib. q. 116.num.1.fol.* 78
*Actoris concluſio in cauſa duelli. quæſt. 620. nume.1. fol.* 384
*Aduocati immunes ad quid ſint à ſubſidiis Delphinalibus.q.388.num.1.2.3.4. & 5.fol.* 235
*Aduocati ſtrenuè militant. quæſtio.88.numer.2.fol.* 58
*Aduocati & partis officium in cauſa duelli. q. 618. nume.1.fol.* 383
*Aduocato non licet facere pactum de quota parte litis. Et quæ ſit eius pœna.quæſt.102. nume.1. & 2. fol.* 71
*Adultus & pupillus vbi æquiparentur. q.435. nu.2. fol.* 267
*Agens negatoria, quid probare debeat.q.28. nume.3. fol.* 17
*Aggreſſores domuum alienarum, ſiue depopulatores, qua pœna puniendi ſint. quæſt.422. nume.1.fol.* 257
*Agi an poſſit cõtra tertium poſſeſſorem, donatarium omnium bonorum.q.105.nume.1.fol.* 73
*Agi ne poſſit ad recognoſcendum contra tertium poſſeſſorem.q.42.num.1.fol.* 26
*Agi vt poſſit ad commiſſum, quæ requirãtur.q.454. per diſcurſum.num.1.2.3.4. & 5.fol.* 287
*Alienatio rei ſubiacentis reſtitutioni, vtrum ſit ipſo iure nulla, etiam pendente conditione. quæſt.611. numer.1. Limit.in quatuor caſibus. num.2. & 3. fol.* 379
*Alienatio poſtmodum facta ab eo, qui iurauerat non alienare, an valeat. quæſtio. 569. numero 4. fol.* 356
*Alienatio rei Eccleſiaſticæ ſolenniter facta, ex qua tamen Eccleſia eſt læſa, an ſit efficax. q.159. nume.1. fol.* 110
*Alienatio per Prælatum ſine conſenſu Capituli facta, quando valeat. ibid.num.2.fol.* eod.

Alienationes rerum Eccleſiæ, cum conſenſu Capituli valent, modò vocentur præſentes. q.160. nume.1. fol. 111
Allodialis res quæ dicatur. q.112. nume.2. fol. 76
Allodium quid ſit. q.560. nume.2. fol. 349
Amouens literas Curiæ, qua pœna puniatur. q.579. num.5. fol. 365
Animal Brutum an propter delictum puniatur. q.238. num.1. fol. 164
Animæ noſtræ qualiter abſoluantur, ſi non ſoluamus decimas. q.283. num.2. fol. 185
Annua penſio ſuper furno aſſignata, an furno minuto, nihilominus integra peti poſſit. quæſt. 8. nu.1. fol. 5
Annus & dies datus emptori rei feudalis, quando incipiat currere. q.166. num.1. fol. 115
Appellans coram Iudice à quo, an intelligatur delere eius appellationem. quæſtio.436. numer.69. fol. 274
Appellans non debet recedere à præſentia eius, à quo appellatur, antequàm ille deferat appellationem, vel renuat deferre. quæſt.436. numer.5. fol. 270
Appellans, an appellatus debeat probare in cauſa appellationis. quæſtio.436. numer.8. diſtin. nume.9. fol. eod.
Appellans ſi petat ſe remitti Iudici immediato, debet remitti. q.436. num.49. fol. 273
Appellans à ſimplici interlocutoria, an poſſit de nullitate agere coram Iudice ad quem. q. 436. nu. 80. fol. 275
Appellans ſi compareat coram Iudice à quo, cum proteſtatione, quòd ſua appellatio ſibi ſalua remaneat, an valeat proteſtatio. quæſt.364. numer.1. fol. 223
Si Appellem à ſententia, & appellatus negat eam eſſe latam, an ipſe perdat commodum dictæ ſententiæ. q.436. num.77. fol. 275
Appellaréne liceat à competentia Iudicis. q. 10. nu. 1. fol. 7
Appellans an debeat relaxari à carcere per Iudicem à quo. q.237. num.1. fol. 163
Appellanti ſuper impedimentis an ſtetur ſub iuramento. q.205. nume.1. fol. 145
Appellantes teneantúrne comparere, pro Apoſtolis petendis, coram Iudice. quæſtio. 25. numer. 1. fol. 16
Appellare an ſufficiat ad Iudicem competentem, nullo tamen expreſſo. quæſtione 436. numer. 59. fol. 274
Appellare an poſſim poſt decem dies, ſi Procurator meus non appellauit. quæſtio. 436. numer. 88. fol. 276
Appellare an poſſit tertia perſona. quæſt. 436. nu.71. fol. 274
Appellari an poſſit à ſententia lata ſuper poſſeſſorio. q.132. num.8. fol. 89
Appellari an poſſit à Iudice non ſuo communiter electo. q.436. num.83. fol. 275
Appellari an poſſit à ſententia, in qua Iudex pronunciauit benè vel malè appellatum. ibid. numer. 84. fol. eod.
Appellari an poſſit, ſi denegetur dilatio, quæ petitur, vel audientia. q.436. num.86. fol. eod.
Appellari an poſſit à pronunciatione ſuper executione ſententiæ. q.474. num.5. fol. 361
Appellari an poſſit propter locum non tutum. q.436. num.92. fol. 276
Appellari ad quem debeat à ſententia Vicarij. q. 436. num.41. fol. 273
Appellari an poſſit ab executore. quæſt.436. num.96. fol. 276
Appellari an poſſit ab omiſſione condemnationis expenſarum. q.436. num.63. fol. 274
Appellari an poſſit ab interlocutoria, ſi Iudex admittit ineptum libellum. quæſtione 75. numer. 3. fol. 46
Appellari an debeat ab interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ. q.436. num.19. fol. 271
Appellari an poſſit à futuro grauamine. quæſt. 436. num.33. fol. 272
Appellari an poſſit ſuper decimis. quæſt. 436. nu. 89. fol. 276
Appellari ad quem debeat ab Epiſcopo in temporalibus. q.436. num.110. fol. 277
Appellari an poſſit à citatione, quando citatur non citandus. q.436. num.58. fol. 274
Appellari an poſſit à comminatione per Iudicem illata. q.436. nume.15. fol. 271
Appellari an poſſit ab interlocutoria de iure Ciuili. q.436. num.72. & 85. fol. 275
Appellari an poſſit à ſẽtẽtia Iudicis requiſiti. q.574. num.2. fol. 361
Appellari an poſſit, ſi Iudex pronunciet ſententiam exequendam. ibid. num.3. fol. eod.
Appellari poteſt ad Papam, à ſuperiore non recognoſcente ſuperiorem. q.436. num.7. fol. 270
Appellari an poſſit in cauſa momentaneæ poſſeſſionis. q.436. num.98. fol. 276
Appellari an poſſit à ſtatuto vel edicto facto per Iudicem: Ne portentur arma. quæſt.436. nume.57. fol. 274
Appellari an poſſit à Iudice à quo, qui aſſignauerit ad ordinandum ſuper admiſſione articulorum traditorum, & ad diffiniendum ſuper tota cauſa, & cauſa diffiniatur omiſſa dicta ordinatione articu. q.436. nume.76. fol. 275
Appellatio ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ quo modo fieri debeat. quæſtio.12. numer.3. folio 8
Appellatio ab interlocutoria quot, & quibus caſibus ſit admiſſa. q.75. num.2. fol. 46
Appellatio inſtituta à non habente mandatum, infra quod tempus debeat ratificari. quæſt.13. numer.1. fol. 9
Appellatio quam procedendi rationem requirat. q. 37. numer.2. fol. 23. Et an idem in re mobili. ibid. num.3.
Appellatio à diffinitiua, valet. quæſtio.436. nume.11. fol. 270
Appellatio ad Papam, omiſſo medio, an & quãdo valeat. q.221. num.5. fol. 156
Appellatio an ſit deſerta, ſi eam quis non poſſit introducere præ inopia. quæſtione 436. num.22. fol. 271
Appellatio an poſſit interponi coram Notario. q.436. num.64. & 98. fol. 274. & 276
Appellatio an impediat executionem ſententiæ. ibid. num.65. fol. 274
Appellatio aufert Iuriſdictionem Iudici à quo. q.579. num.3. fol. 365
Appellatio quando cenſeatur deſerta. q.135. numer.1. fol. 90
Appellatio non petitis Apoſtolis, an valeat. q.436. numer.13. fol. 270
Appellatio ab interlocutoria, an admittatur in Curia Parlamen. Delphin. quæſtione 436. numer. 31. fol. 271
Appellatio an valeat à ſententiis Curiæ Parlamen. q. 436. num.53. fol. 273
Appellatio à competentia Iudicis, an ſit interlocutoria. q.10. num.2. fol. 7
Appellatio an dicatur deſerta, ſi non introducatur in termino à Iudice præfixo. q.336. num.1. & 2. fol. 207
Appellatio an erit deſerta, ſi quis non poſſit eam propter inopiam introducere. quæſt.213. nume.3. fol. 149
Appellatio extra iudiciũ facta, quid operetur. q. 436. num.62. fol. 274
Appellatio an ſit deſerta poſt lapſum triennij. q.240. num.2. fol. 165
Appellatione deſerta coram Iudice ad quem, an poſſim redire ad Iudicem à quo. quæſt.436. num.101. fol. 276
Appellatione pendente, an omnia debeant remanere in eodem ſtatu, in quo erant tempore ſententiæ. q. 436. num.10. fol. 270
Appellationem deſertam eſſe, an ſit ſententia interlocutoria vel diffinitiua. quæſtione 436. numer.16. fol. 271
Appellationẽ introducere verbo, an ſufficiat in Parlamento Delphinali, ſi non poſſit à Notario ſtatim habere inſtrumentum appella. q.436. num.50. fol. 273
Appellationem an poſſit pars introducere ante terminum ſibi præfixum. quæſtione 436. numer.48. fol. eod.
Appellationem deſertam poteſt Princeps admittere. q.185. num.1. fol. 137
Appellationes ab interlocutoria ſunt omnes ſublatæ, niſi in caſibus à iure præmiſſis. quæſt.20. nume.2. fol. 13
Appellationes ab interlocutoriis ſunt ſublatæ in cauſis ciuilibus. Limit. q.75. num.1. fol. 46
Appellationes duæ an requirantur, ſi ſimul & ſemel proferuntur interlocutoria & diffinitiua. q. 436. num.75. fol. 275
Appellationi per alium interpoſitæ, qui poſſint adhærere. q.436. num.87. fol. eod.
Appellationi ſuæ renuncians, an veniat condemnandus in expenſis. q.436. num.36. fol. 272
Appellationis inſtrumentum portans, coram Iudice ad quem introducens, an introducendo præſumatur habuiſſe mandatum introducendi dictam appellationem. q.436. num.108. fol. 277
Appellationis quis ſit effectus, cum quis primò appellat viua voce, ſaluo iure appellandi in ſcriptis. q. 436. num.91. fol. 276
Appellationis interpoſitæ virtute, quis conſtituitur in protectione Iudicis ad quem, & eximitur à poteſtate Iudicis à quo. q.436. num.1. fol. 269
Appellatum ſi fuerit ab interlocutoria, & Iudex ad quem, pronunciet benè vel malè appellatum, an talis ſententia erit interlocutoria. q.220. nume.5. fol. 155
non Appellatur à ſententiis latis per ipſam Curiam Parlamenti. q.50. num.1. fol. 31
Appellatus quo caſu poſſit ſententiam diffinitiuam executioni mandari curare. quæſtione 213. num.2. fol. 140
Argumentatio ab etymologia probabilis eſt in iure. q. 371. num.2. fol. 502
Argentarius pro Campſore ſumitur. q.287. nume.2. fol. 186
Argumentum ab etymologia validum eſt in iure. q. 309. num.2. fol. 196
Argumentum à contrario ſenſu in iure validum eſt. q.380. nume.1. fol. 231
Arma portans, animo vis inferendæ, qua pœna puniatur. Et quid de eum aſſociantibus. q.437. nu.1. & 2. fol. 269
Armorum portus cognitio ad quem ſpectet. q. 437. num.7. fol. 270
Arrendamenta & iura Delphinalia, an ſint locationes & venditiones. q.3. num.1. fol. 3
Arreſtum querelæ. q.552. num.2. fol. 343
Aſcendentes an dicantur legitimi heredes, vt excludant ſubſtitutum. quæſtione 457. numer.1. folio 288
Attenta medio tempore non reuocantur. q.212. nu.1. fol. 149
Attentata an debeant reuocari, ſi conſtet euidenter appellationem eſſe iniuſtam. q.213. nu.6. fol. 149. & q.436. num.21. fol. 271
Attentata qualiter debeant reuocari. quæſt. 436. nu. 90. fol. 276
Attentata an poſſint reuocari, ſi lis conteſtetur ſuper attentatis. q.436. num.111. fol. 277
Attentata an debeant reuocari, ſi conſtet appellationem euidenter eſſe iniuſtam. quæſt.436. nume.21. fol. 271
Authentic. hoc ſi debitor, an habeat locum circa diſcuſſionem fiendam, vbi debitor in inſtrumento hypothecæ ſe conſtituit bona hypothecaria poſſidere precario nomine creditoris. q.432. num.12. fol. 265
Aurei quot faciant libram auri. q.492. nu.2. fol. 306
Auus an teneatur inſtituere filium ex filia, vt teſtamentum valeat. q.436. nume.9. fol. 270

Auxiliantes eadémne pœna plectendi, qua impietatis duces. q.423.num.4.fol. 258

B

BAnnimentum ſuccedit hodie loco deportationis. q.423.nume.5.fol. 573
Baratator, quis dicatur. q.210.num.2.fol. 148
Barones & Bannereti, an poſſint prohibere piſcari in ſuis terris. q.514.num.1.fol. 319
Barones & Bannereti an debeant requiri in exequendis literis Parlamenti Delphinalis. q.346.num.1. & 2.fol. 212
Baſtardus non retinet nobilitatem generis. Fallit in Delphinatu. q.580.num.1.& 3.fol. 366
Baſtardi quibus prærogatiuis priuentur, de iure. ibi. num.2. 2
Bellum vt dicatur iuſtum quinq; requiruntur. q.191. num.3.fol. 132
Bellum licitum vel illicitum, quod dicatur. q.437. num.6.fol. 618
Bellum quis poſſit indicere. quæſtione 191. numero 4. fol. 132
Beneficium an poſſit conferri per ordinarium, irrequiſito patroni laici conſenſu. quæſt.374.nume.1. fol. 228
Beneficium l.edicto. C.de edi.di.Adri.toll. competátne pro re ſingulari. q.132.num.5.fol. 89
Beneficium l.edicto. C.de edict. Adr.toll.competátne fideicommiſſario vniuerſali. quæſt.132.numer.9. fol. eod.
Beneficium reſtitutionis in integrum an poſſit cedi. q. 141.num.2.fol. 98
Bona præſentia & futura, an poſſint obligari. q.291. nume.3.fol. 188
Bona futura poſſintne vendi. ibidem. numer.4.fol. eod.
Bona donata an veniant in fideicommiſſo, vbi quis ea reſtituere non fuit expreſſè rogatus. q.303.nu. 2.fol. 194
Bona quando dicātur applicata menſæ eccleſiæ. q.154. num.2.& 3.fol. 107
Bona quænam ſint in dominio vxoris. q.468.num.6. fol. 294
Bona damnatorū crimine hæreſis, cui ſint applicanda. q.76.num.1.& 2.fol. 47
Bona mortem ſibi conſciſcentis, cui applicantur. q.76. num.3.fol. eod.
Bona committentis crimen læſæ maieſtatis, eáque ſita ſub diuerſis dominis, vtrum & cui confiſcabuntur. q.341.num.1.fol. 210
Bonorum publicatione facta, an intelligantur publicata nomina debitorum. ibidem. numer.2.folio eod.
Bonis publicatis fiſco, an intelligatur publicatum ius patronatus. ibid.num.3. eod.
Bona fides an requiratur in præſcriptione libertatis contra ſeruitutem, vel liberationis contra obligationem. q.416.num.9.fol. 252
Bonorum appellatione an contineantur nomina, iura & actiones. q.584.num.2.fol. 368
Bonorum diſcuſſio qualiter fiat in actione hypothecaria. q.432.num.2.fol. 162
Bonorum hæreditariorum deſcriptio per quem fiat. q.351.num.4.fol. 216
Bonorum mobilium, præſentium & futurorum appellatione, non comprehenduntur debita. q.291. num.1.fol. 188
Bonorum paternorum diuiſio, qualiter facienda inter fratres. q.289.nume.1.fol. 187
Bonis emphyteutæ ex delicto applicatis, an directum dominium dicatur applicatum. quæſt.438.nume. 3.fol. 279
Borbonij Dux, feloniam commiſit contra Ludouicum Francorum Regem. quæſtione 487.numer.4. fol. 304
Borbonij Dux, quomodo debeat ſuccedere in regno Franciæ. q.476.num.3.fol.228. & quæſtio.487. num.3.fol. 304
Brianſonij conſuetudo, vt proximior agnatus poſſit rem alteri venditam, infra certum tempus pro eodem pretio habere. quæſtione 257.numer.1. & 6. fol. 170. & 171
Brutum animal an propter delictū puniatur. q.238. num.1.fol. 164

C

CAlendarij appellatione cōtinentur debita & credita. q.541.num.1. paulò ante fin.fol. 333
Camera fiſcalis: vnde orta, quæſtio.453.num.2.fol. 286
Campſor an quilibet propria authoritate eſſe poſſit. q.287.num.1.fol. 186
Campſoris officium in quo ſtet. ibidem. numer.2.fol. eod.
Canonis remiſſio an fiat propter guerram. diſting.q. 221.num.6.fol. 118
Capellano moriēte, inſtituto hærede laico, vtrum fieri inuentarium debeat per curiam eccleſiaſticam, vel ſecularem. q.261.num.1.fol. 172
Capellæ fundatæ per laicos in fundis propriis, ſintne beneficia eccleſiaſtica. quæſtione 187.numer.1.fol. 128
Cap.cùm eſſes, vt locum habeat, duo neceſſariò requiruntur. Et habet locum in relictis ad pias cauſas. q.543.num.11.& 13.fol. 334
Captiuatum eripiens à manibus curiæ, an, & qualiter puniatur. q.579.nume.1.fol. 364
Captiuus an poſſit poni ad finantiam per eius magiſtrum. q.113.num.2.fol. 77
Carnes edens in Quadrageſima de licentia Papæ, an peccet. q.111.num.1.fol. 76
Carolus Francorum Rex, in integrum eſt reſtitutus. q.302.num.2.fol. 193
Caſtellani an poſſint mulctas imponere. q.625.nu.1. fol. 389
Caſtellanorum iuriſdictio an poſſit prorogari. ibid. num. 2
Caſtellani an poſſint mulctare. quæſt.285.num.3.fol. 186
Caſtellanorum Delphin. iuriſdictio, an poſſit prorogari de conſenſu partium. quæſtione 285.nume.1. fol. eod.

Caſtrum



Caſtrum an poſſit vel vendicatione vendicari, vel agi confeſſoria. q.148.num.1.fol. 105
Cauſa, quæ exoritur ſuper annua præſtatione, pro anniuerſariis defunctorum, an pertineat ad forum Eccleſiaſticum. q.576.nume.4.fol. 363
Cauſa debet inſeri in ipſa diſpenſatione. q.140.nu.2. fol. 96
Cauſa, quæ debeat allegari in præſcriptione. diſting. q.408.num.3.fol. 546
Cauſa finali ceſſante, ceſſat etiam diſpoſitio. q.632. num.3.fol. 404
Cauſa ſi euocentur ab aliqua Curia inferiori, ad Curiam Parlamenti, quis producet acta. quæſt.440. num.2.fol. 280
Cauſa quæ iuſta concedendi repræſalias. q.32.num.2. fol. 20
Cauſæ, quibus Iudex mouetur ad minuendas vel augendas libertatis pœnas. quæſtione 206.numer.3. fol. 146
Cauſæ breuiores quæ dicantur. Et quando dicatur agi de paruo, vel magno. q.564.num.3.fol. 352
Cauſæ piæ quæ, remiſſiuè. quæſtione 188.nume.2.fol. 128
Cauſæ emergentes inter partes, ex vnione facta per Papam, an pertineant ad cognitionē Papæ. q.103. num.2.diſt.num.3.fol. 72
Cauſæ an debeant ſummariè iuramento partis terminari. q.64.nume.3.fol. 40
Cauſæ iuſtæ appellationis non proſequutæ quæ ſint. q. 436.num.109.fol. 277
Cauſam feudalē quis hodiè debeat cognoſcere. q.139. num.2.fol. 96
Cautio iuratoria an ſufficiat, ſi nō poſſit idonea præſtari. q.250.num.1.fol. 164
Cautio iuratoria an ſufficiat in materia authent. quæ ſupplicatio. C.de precib.Impe.offer. q.189.num.1. fol. 128
Cautio iuratoria qua forma præſtetur per Iudicem. ibid.num.2.fol. 129
Cautio de donario facta mulieri à viro, an debeat præſtari cum fideiuſſoribus. q.249.nu.1.fol. 168
Cautio iuratoria eius, qui obtinuit ſententiam, à qua ſupplicatur, quando admittatur. quæſt.50.nu.3. fol. 32
Cæci an ſubiiciantur ſubſidiis Delphinalibus. diſtin. num.2. q.400.num.1.fol. 241
Cedens bonis, non liberatur, quin ſoluat, ad pinguiorem fortunam euectus. quæſtione 343.num.1.fol. 211
Cenſu legato, an cenſeatur legatum dominium directum. q.264.num.1.fol. 174
Cenſus & dominium vt ſe habeant. ibidem.nume.3. fol. eod.
Ceſſio actionis in priuilegiatū facta non valet. q.273. num.1.fol. 179
Ceſſio bonorum Lugduni liberat, etiam in futurum. q.343.num.2.fol. 211
Ceſſione facta, ſi cedens agat contra debitorem, an ille poterit ei opponere, quòd fecerit ceſſionem debiti. q.567.num.2.fol. 355
Ceſſionarius an habeat vtilem actionem. q.530.nu.2. fol. 326
Circa, dictio, qualiter ab actore vſurpetur in ſuis articulis & poſitionibus. q.290.num.1.fol. 187
Circa, dictio, incerta eſt. ibid.nume.2.fol. 488
Citari an, & quando debeat quis à delegato, vel ab ordinario. q.445.num.4.fol. 283
Citari perſonaliter à delegato vel ab ordinario quando quis poſſit. q.255.num.1.fol. 170
Citatio facta in perſonam vxoris, & in domicilio viri an valeat, & an poſſit procedi cōtra maritum, tanquam contra contumacem. quæſt.445.nu.1. fol. 282
Citatio eſt actus iuriſdictionis. quæſt.275.numer.2. fol. 180
Citatio qualiter fieri debeat. quæſtione 255.numer.2. fol. 170
Citatio ſimplex interrumpit præſcriptionem 30. vel 40. annorum. q.488.nume.9.fol. 305
Citationis quod debeat eſſe interuallum. q.429.nu.6. fol. 262
Citatus coram diuerſis Iudicibus, coram quo potiùs debeat comparere. quæſtione 443. numero 1. folio 281
Citatus Regi potiùs, quàm Archiepiſcopo debet honorem in comparendo. ibid.num.2.fol. 282
Citatus coram Iudice delegato, an teneatur comparere, ſi in citatione non mittatur reſcripti ſui copia. q.445.num.2.fol. 283
Citatus à non ſuo Iudice an teneatur comparere. ibid. num.3.fol. eod.
Citatus à delegato, an teneatur comparere. q.450.numer.2.fol. 285
Citatus coram diuerſis Iudicibus, eadem die, coram quo debeat comparere. quæſtione 276.nume.1.fol. 182
Citatus per delegatum non tenetur comparere, niſi in citatione ſit inſerta eius commiſſio. q.286.num. 4.fol. 186
Ciuis an poſſit compelli pro re qualibet, etiam alibi ſita, ad contribuendum. q.5.num.1. diſtin.num.2. fol. 4
Ciuis Grationop. commiſit homicidium Valentiæ, an Iudex communis Grationop. poterit contra eum inquirere de dicto crimine. quæſt.202.num.5.fol. 143
Ciuitas poſſítne imponere collectas, ſine authoritate ſuperioris. q.87.num.9.fol. 57
Ciuitas non habens burſam communem, poteſt collectam imponere. Et id quomodo. q.87.nu.1.& 2. fol. 56
Clauſula, ex nunc, prout ex tunc, quomodo accipiatur. q.588.num.2.fol. 370
Clauſula, iurat omnia rata, & grata habere geſta per eum, quid importet. q.357.num.2.fol. 225
Clauſula renunciationis quid operetur. q.357.nu.1. fol. eod.
Clauſula codicillaris ſi ſit adiecta in teſtamento, nunquid teſtamentum valebit iure codicillorum, facto ſecundo teſtamento. q.323.num.3.fol. 201

Clauſula, citra onus ſuperfluæ probationis, quid operetur. q. 365. num. 2. fol. 224
Clauſula teſtamentaria ſiue codicillaris, Si non valet iure teſtamenti, valeat iure Codicillorum, quid operetur. q. 323. num. 1. fol. 201
Clauſula frequens cancellariæ, Si vobis conſtituerit, & cætera. quid operetur. quæſtione 70. num. 1. fol. 43
Clauſula generalis, ex alia quacunq; cauſa, &c. quid valeat. q. 229. num. 1. fol. 160
Clauſulæ, Quomodocunque, & Qualitercunque, vſus. ibid. nume. 2. fol. eod.
Clauſulæ, Detractis detrahendis, vſus in fideicommiſſoria ſubſtitutione. quæſtione 496. nume. 1. fol. 309
Clauſula codicillaris, Si nõ valet iure teſtamenti, valeat iure codicilli, quando locum habeat. Et de eius vi & effectu. q. 413. num. 1. fol. 202. & q. 513. nu. 2. & 3. fol. 319
Clauſula in fine libellorum appoſita, Et aliàs ſibi debitam iuſtitiam miniſtrari, quid operetur. q. 263. num. 1. fol. 174
Clauſula, Salua legali echuta, quid valeat. q. 192. nu. 1. fol. 133
Clauſula ſolita apponi in appellationibus, proteſtando quòd dictam meam appellationem poſſim proſequi per viam nullitatis, &c. quid operetur. q. 436. num. 38. fol. 272
Clementina fin. de Procurat. an habeat locũ in mortuo ciuiliter. q. 547. num. 1. fol. 337
Clementina fin. de Procurat. an habeat locum in renunciante, ſeu in depoſito translato. q. 547. nu. 5. fol. eod.
Clericatus an poſſit probari per teſtes. q. 449. nu. 4. fol. 285
Clericatus litera deperdita, an poſſit per teſtes probari, & gaudeat priuilegio Clericali. q. 474. num. 1. fol. 297
Clerici an mutent forum in cauſa feudali. q. 139. nu. 1. fol. 96
Clerici primæ tonſuræ, dantes operam literis, ſeu exiſtentes in ſcholis, contribuere non debent in ſubſidiis Delphinalibus, ſi modò viuant clericaliter. q. 83. num. 1. fol. 53
Clerici, aliàs immunes à ſubſidiis, an teneantur conferre quid, nomine earum rerum, quas à plebeis aut acquirunt, aut ſucceſſione obuenerunt. diſtin. q. 79. nume. 1. fol. 49
Clerici an poſſint de fructibus beneficiorum ſuorum teſtari. q. 110. num. 1. fol. 75
Clericus beneficiatus æquiparatur vſufructuario. ibi. num. 2. fol. eod.
Clerici vel Monachi fugientes depoſitionem, an poſſint per Iudicem laicum cogi. quæſt. 65. numer. 2. fol. 40
Clerici clericaliter viuentes, non tenentur ad ſubſidia Delphinalia. q. 381. num. 1. fol. 232
Clerici primæ tonſuræ, non coniugati; ſtudentes, non tenentur ad ſubſidia Delphinalia. Quid de coniugatis. q. 383. num. 1. & 2. fol. 233
Clerici ſtudentes, an dicantur viuere clericaliter. q. 196. num. 3. fol. 137
Clericorum depoſitiones ſine ſuperiorum licentia, reprobantur. q. 65. num. 1. fol. 40
Clericus an ſortiatur forum in cauſa reconuentionali. q. 139. num. 4. fol. 96
Clericus patronus præſentando indignum, priuatur ipſo iure. q. 374. num. 8. fol. 228
Clericus captus ſine habitu, an debeat remitti Eccleſiaſtico Iudici. q. 139. num. 2. fol. 94
Clericus ſi ducatur per Officiarios temporales, an poſſit eis impunè auferri. quæſtione 73. numer. 2. fol. 45
Codicillum poſſitne quis facere ſine teſtamẽto. q. 323. num. 2. fol. 201
Collecta pro via publica reficienda, an poſſit indici authoritate dominorum Parlamenti. q. 444. nu. 2. fol. 282
Collecta an debeat ſolui pro re dotali. q. 396. nume. 2. fol. 140
Collecta impoſita pro ſolido & libra, vtrum quis pro re, quam tenetur reſtituere, cogatur collectam ſoluere. q. 384. num. 2. fol. 233
Collectam an debeat quis ſoluere pro re, quam reſtituere tenetur. q. 87. num. 10. fol. 57
Columbos capere in Columbario alieno, furtum eſt. q. 218. num. 3. fol. 153
Comitatus Valentinenſis, & Dienſis, an dicantur de Delphinatu. q. 265. num. 1. fol. 174
Commentarienſis an pro expenſis & ſalario cuſtodiæ poſſit retinere incarceratum. quæſt. 448. numer. 1. fol. 284
Cõmentarienſis quòd debeat præſtare iuramentum. ibid. num. 2. fol. eod.
Cõmentarienſis capite punitur, ſi rem habuerit cum muliere incarcerata. ibid. num. 3. fol. eod.
Commiſſio procedendi in aliqua cauſa ſummariè & ſimpliciter, an poſſit concedi per Curiam Parlamenti. q. 198. num. 1. fol. 137
Commiſſio Iudicis ad formandam notam Notarij defuncti qualiter fiet. q. 2. num. 4. fol. 2
Commiſſio ad torturam reſpectu interlocutoriæ, relinquitur arbitrio Iudicis. quæſt. 74. nume. 2. fol. 45
Commiſſum ad quem pertineat, ſi durante vſufructu res committatur. quæſtione 477. numer. 3. fol. 298
Commiſſum in aliena Curia declaratum, aut diſcuſſio bonorum alterius cauſæ, impediátne curſum literarum Curiæ Cabeoli. quæſt. 428. num. 1. 2. & 3. fol. 261
Commiſſum rei emphyteuticariæ, locúmne habeat contra pupillum. quæſtione 435. numero 1. folio 267
Compenſatio an poſſit opponi contra ceſſionarium. q. 567. num. 1. fol. 355
Compenſatio an fiat ipſo iure. quæſt. 221. num. 2. fol. 155
Compenſatio non fit ipſo iure in pœnalibus. q. 171. nu. 5. fol. 117





Compoſitiones fieri prohibentur cum incarceratis & inqueſtratis Bannaretorum. quæſt. 326. numer. 1. fol. 203
Compromiſſum factum à partibus, intra decem dies, an impediat curſum dictorum decem dierùm, qui dantur ad appellandum. q. 115. nume. 1. fol. 77. & q. 336. num. 30. fol. 271
Compromiſſum vtrum expiret lapſu triennij. q. 240. num. 1. fol. 165
Compromitti non poteſt in Iudicem ordinarium. Et quid ita. q. 69. num. 1. fol. 43
Compromitti an poſſit in dominos Parlamenti Grationop. de cauſis beneficialibus ventilatis in materia poſſeſſorij. ibid. num. 2. fol. eod.
Compromitti an poſſit in dominos Parlamenti Delphin. q. 370. num. 2. fol. 226
Compulſoriarum literarum forma. q. 105. numer. 2. fol. 73
Conceſſio immunitatum, realis, an perſonalis. q. 489. num. 4. fol. 305
Concluſio pro reo in cauſa duelli, per Aduocatũ ſuum inſtituenda. q. 621. nume. 1. fol. 385
Concubinarius notorius, celebrans, num ſit ipſo iure irregularis, & priuandus beneficio. q. 558. num. 1. & 2. fol. 348
Condemnatio expenſarum cauſæ appellationis, vel ſupplicationis, qualiter fieri debeat. q. 137. num. 1. & 2. fol. 92
Conditio tacita, ſi res in eodem ſtatu permanſerit. ineſt omni contractui. quæſtione 226. numer. 2. fol. 159
Conductor, an dominus, debeant conferre in collectas, pro via reficienda. quæſtione 444. numer. 3. fol. 282
Cõductor an poſſit repelli propria authoritate locantis, finito tempore locationis. quæſti. 480. nume. 1. fol. 300
Confeſſio facta per creditorem extra iudicium, quid operetur. q. 176. nume. 1. fol. 122
Confeſſio extra iudicium ſine cauſa facta, non inducit obligationem. ibid. num. 2. fol. eod.
Confeſſio facta extra iudicium, an faciat iudicium ad torturam. q. 120. num. 2. fol. 80
Confeſſio ſimplex ſe eſſe talliabilem, an ſibi, & poſteritati præiudicet. quæſtione 315. numer. 1. & 2. fol. 198
Confeſſio operatur duo coram Iudice remittente. q. 202. nume. 7. fol. 143
Confeſſio facta in criminali, ſtatim non præiudicat: nec plenam facit probationem. q. 339. nume. 1. fol. 209
Confeſſio facta inter certas perſonas, an præiudicet aliis. q. 254. num. 1. fol. 169
Confeſſio extraiudicialis, inducit probationem debiti. q. 272. num. 4. fol. 177
Confeſſio facta, tormentis paratis, an valeat. q. 339. num. 3. fol. 209
Confines quomodo probentur in Delphinatu. q. 193. num. 1. fol. 134
Confines caſtri vel plebanatus, quomodo probentur. q. 193. num. 1. fol. eod.
Confiſcatio facta ad bona, quò porrigatur. q. 413. nu. 4. fol. 249
Confiſcatio bonorum damnatorum, cui applicetur. Et an ea competat pro armorum portu. q. 437. nu. 4. fol. 278
Confiſcationes an pertineant ad proprietarium, vel vſufructuarium. q. 413. num. 3. fol. 249
Conſenſus omnium an requiratur in indicendis collectis. q. 424. num. 1. fol. 259
Conſenſus Capituli ſuperueniens poſt collationem, an eam validet. q. 374. num. 2. fol. 228
Conſeruator, quis dicatur. Et ad quid conſtituatur. q. 247. num. 2. fol. 167
Conſeruatores priuilegiorum, non ſunt hodie reuocati per Pragmaticam ſanctionem. q. 18. numer. 1. fol. 12
Conſul quòd quis ſit in ciuitate, an ſit probandum. q. 259. num. 1. fol. 383
Conſules & Syndici quid pro ſuis laboribus & vigiliis in Remp. petere poſſint. q. 68. nu. 2. fol. 42
Conſules ciuitatis Grationopolitanæ, immunes ſunt à ſubſidiis. Et quid ita. quæſtio. 398. numer. 1. & 2. fol. 241
Conſulum creatio. q. 452. num. 1. fol. 286
Conſules cui iuramentum præſtare debeant. ibi. numer. 2. fol. eod.
Conſulum creatio, an fieri debeat cum decreto Iudicis. ibid. num. 3. fol. eod.
Conſulum vnus, an poterit negotium vniuerſitatis inſolidum gerere. ibid. num. 4. fol. eod.
Conſiliarij an teneantur cõtribuere in ſubſidiis Delphinalibus. q. 376. num. 1. fol. 230
Conſiliarius loco motus gaudet eiſdem priuilegiis & immunitatibus & prærogatiuis, quibus in conſulatu exercendo. q. 377. num. 1. Et quid ita. num. 2. fol. eod.
Conſtantinopolis per Turcas inuaſa. quæſt. 84. nu. 3. fol. 53
Conſtitutio precarij, quid operetur. quæſt. 268. nu. 1. fol. 176
Conſuetudo loci, in quo quis conuenitur, an ſit obſeruanda? q. 23. num. 3. fol. 15
Conſuetudo, aſſuetudo, & deſuetudo. Et vniuſcuiuſque vis & etymologia. quæſtione 631. num. 11. fol. 395
Conſuetudo, & deſuetudo, contraria ſunt. ibid. num. 12. fol. eod.
Conſuetudo regionis inſpicitur in ſolennitate actus, de quo agitur. q. 262. num. 3. fol. 173
Conſuetudo curiarum pro lege habetur. q. 198. nu. 2. fol. 137
Conſuetudo loci contractus, vel iudicij, in quo bona ſunt ſita, an debeat attendi. quæſt. 262. numer. 2. fol. 173
Conſuetudini villæ, & ſtylo Curiæ contradicentibus, vtri potius ſtandum. q. 198. num. 3. fol. 137
Conſuetudinis ſubſtantia. q. 91. num. 2. fol. 61
Conſuetudinis eadem eſt vis, quæ priuilegij. q. 402. num. 3. fol. 242

Contractus an ſit prohibitus in arreſto, ſicut in carcere.q.253.nume.1.fol. 169
Cõtractus feudalis, vel permutatio an dicatur, quãdo in infeudatione reperitur, quid datũ in re compenſam.q.155.num.1.fol. 109
Contractus ſapientes vſuram.remiſſ.q.186.nume.2.fol. 127
Contractus an ſit nullus, vel vſurarius, ex gratiæ redemptiuæ adiectione.q.516.num.1.fol. 320
Contrahentes an poßint impedire dominũ directum capere rem in venditione, iure Prælationis. q.47. nume.2.fol. 30
Contribuere an quis teneatur pro reſtauratione loci, in quo poſſeßiones habet. quæſtio.5.numer.3.folio 4
Conuentus Prædicatorum an poßint hæredes inſtitui q.327.numer.3.fol. 103
Conuerſi an poßint eſſe teſtes in teſtamẽto. q.563.nu.5.fol.352. & q.517.num.3.fol. 321
Corrumpens filiam nondum viri potentem qua pœna puniatur.q.555.num.1.fol. 346
Coruata quid, & vnde ducatur.q.472.num.1. & 2. fol. 296
Coruatæ vbi præſtari debeant.q.217.nu.2.fol. 153
Coruatæ cuius ſumptibus præſtandæ, de iure, & de conſuetudine.q.217.num.1.fol. eod.
Credit verbum, quam vim habeat.q.369.numer.3. fol. 226
Creditor, qui in cauſa iudicati pignus accepit, non poteſt, eo relicto ad aliud tranſire.q.358.numer.2. fol. 213
Creditor ſi egerit contra principalem, an poſtea poterit redire ad fideiuſſorem. quæſt.348.nume.1.fol. eod.
Creditor debet facere citari debitorem, viſurum venditionem pignoris in executione ſententiæ. q.329. num.1.fol. 204
Creditor ſi partem debiti recipiat ſine proteſtatione, an poßit poſtea agere ad reſiduum. q.177.num.1. fol. 122
Creditor tenetur dare quittãtiam toties, quoties fuerit à debitore requiſitus. quæſt.417.numer.2.fol. 254
Creditore vendente bona pupilli, an requiratur eadem ſolennitas, quæ in pupillo vendente.q.31.nu. 6.fol. 19
Creditore inuito & contradicente, nemo poteſt recipere ſolutionem à debitore.q.173.nu.4.fol. 120
Creditores an poßint agere actionibus perſonalibus contra donatarium omnium bonorum. q.460. num.4.fol. 290
Creditores an poßint coram conſeruatore trahi.q.18. num.3.fol. 12
Creditoris electio eſt in executione iudicati, vt capiantur mobilia & immobilia, præpoſtero etiam ordine.q.281.num.1.fol. 184
Creditori vxoris, quo remedio ſubueniatur. q.447. nume.3.fol. 283
Creditoris ius in pignora debitoris non apparentis in ſubhaſtatione bonorum.q.98.num.1.fol. 68
Cubiculary Papæ, vel Imperatoris, quam dignitatem habeant.q.453.num.3.fol. 286
Culpa lata in delictis non æquiparatur dolo.q.446. num.2.fol. 283
Cura an expiret prodigo reuocato ad bonam frugem. q.260.num.1.& 2.fol. 272
Curator an poßit ratificare geſta per pupillũ.q.320. num.4.fol. 200
Curia verbum, quid importet.q.451.nu.1.fol. 285
Curia Parlam.Delph.non reddit proceſſum irritum, defectu litis conteſtatio.quæſtio.369.numer.1.fol. 225
Curia Parlamẽti an poßit committere aliquam cauſam tractandam ſummariè, & de plano.q.58.numere.2.fol. 36
Curia Franciæ ſemper in caſu nouitatis tuetur eum in poſſeßione, qui reperitur poſſeſſor indiſtinctè. q.552.num.5.fol. 344
Cuſtodiæ vulgò gardæ, Delphinales, an ſequantur tertios poſſeſſores, & ſint onera realia.q.9.num.1. fol. 6

D

DEbitor poteſt interpellari die feriata, vt conſtituatur in mora.q.215.num.4.fol. 151
Debitor cui data ſunt quinquennalia, an de debitis ſuis ſoluendis cauere debeat.quæſt.109.num.2.fol. 75
Debitor conuentus coram duobus Iudicibus pro eodem debito, adhibitis à creditore literis compulſoriis, an poßit petere ſe remitti ad primum Iudicem.q.421.nume.3.fol. 256
Debitor an poßit cõueniri coram diuerſis Iudicibus, pro eodem debito.ibid.num.1.fol. eod.
Debitor ſi in fraudem creditorũ vendat rem pignori captam & incantatam, quis præferatur creditor, vel emptor.q.81.num.1.fol. 51
Debitor an poteſt renunciare beneficio ceßionis bonorum.q.211.num.1.fol. 148
Debitori incarcerato an debeat creditor miniſtrare expenſas, ſi non habeat vnde viuat. quæſtio.211. num.2.fol. eod.
Debitor fiſci an poßit cedere bonis.ibid.numer.3.fol. eod.
Debitum filio, an poßit ſolui patri, vel illi, qui ſine mandato poteſt agere.q.526.num.2.fol. 325
Decimæ quòd nõ ſoluantur, aut minus plenè, an conſuetudine poſsit introduci.quæſt.284.num.1.fol. 185
Decimale ius an poſsit à laicis præſcribi.q.284.nu.2. fol. eod.
Decimas an omnes ſoluere teneantur. q.266.num.1. fol. 175
Decimarum exactio, an habeat cauſam continuam. ibid.nume.2.fol. eod.
Decimarum ſolutio quæ bona tribuat.ibid.numer.3. fol. eod.
Decimator an poſsit prohiberi fructus efferri fundo, ante ſolutam decimam.q.283.nume.1.fol. 184
Decretum an poſsit interponi die feriata ob honorem Dei.q.215.num.10.fol. 152
Defen-



Defenſio & protectio an intelligantur cum armis. q. 583.num.1.fol. 368
Delatus ex confeßione facta coram Iudice remittente, an poßit puniri per Iudicem, cui remittitur, non facto nouo proceſſu.quæſtione 419.num.1.fol. 255
Delegatio ſuperueniens an retrotrahatur, vt confirmet proceſſum, vel ſententiam illius, qui proceſſit, vt Iudex delegatus.quæſtione 286.num.2.fol. 186
Delegatus eſt maior ordinario, in cauſa ſibi commiſſa.q.286.num.3.fol. eod.
Delegati iuriſdictio, an perpetuetur per citationem. q.285.num.4.fol. eod.
Delegatus à Principe, an poßit cauſam criminalem ſubdelegare.q.624.num.1.fol. 388
Delegatus an habeat iuriſdictionem ante præſentationem ſuæ commißionis.quæſtione 286.numer.1. fol. 186
Delegati ad vnam cauſam, an poßint aliquid petere à partibus, pro eorum laboribus. q.68. numer.7. fol. 42
Delinquendi poteſtas in criminum punitione attenditur.q.437.num.3.fol. 278
Delinquens ad flumen Rhodanum, per quos poßit puniri.q.577.num.2.fol. 364
Delphinale edictũ: Neblada extrahantur è Prouincia, extendatúrne ad Lugdunenſes, Sabaudienſes, & Prouinciales, habentes terras in ea patria. q. 373.nume.1.fol. 227
Delphinalis cõſuetudo circa ſtagnorum ſtructionem. q.91.num.1.& 3.fol. 61
Delphinalis patriæ conſuetudo fert, vt Iudices delegati à Principe, poßint mulctare. Et quid de arbitrio.q.60.num.1.fol. 37
Delphinalis conſuetudo, in quibus deroget conſtitutionibus feudalibus. quæſtione 297.numer.2.fol. 191
Delphinalium Caſtellanorum poteſtas, non latè patet.q.34.num.2.fol. 209
Delphinatus dominus, an poßit locũtenentem conſtituere.q.234.num.1.fol. 163
Delphinatus conſuetudo circa inſtrumentorum confectionem.q.262.nume.1.fol. 173
Delphinatus an vtatur manutenentia. q.552.nu.9. fol. 344
Delphino debetur ab agricolis Delph. meßis pro iugo boum, an itidem debeatur pro iugo mularum, aut aliorum animalium.q.470.num.1.fol. 295
Delphini literas frangens, qualiter puniatur. q.233. num.1.fol.162. & q.455.num.2.fol. 287
Denuncians debeátne in expenſis condemnari parti priuatæ.q.269.num.1.fol. 176
Denunciatio qualiter fieri debeat debitori, in materia l.3.de nouat.q.530.num.1.fol. 326
Depoſitiones teſtium ſuper impertinentibus articulis examinatorum, an valeant. quæſtio.347.num.1. fol. 212
Depoſitum quò caſu non debeat reddi.quæſt.152.numer.3.fol. 106
Deſſayſiniorum vſus in regno Franciæ.Item ſayſiniorum.q.552.num.1.fol. 343
Deſcriptio bonorum hæreditariorum à quo fieri debet.q.351.num.4.fol. 216
Deſertio an habeat locum in ſupplicatione ad Principem.q.135.num.2.fol. 91
Deſtituto exceptione debet ſubueniri officio Iudicis, ſi æquum fuerit viſum.quæſtione 292.numer.1.fol. 188
Detractio duarum quartarum non habet locum in teſtamento nullo, adiecta clauſula codicillari, Si non valet iure teſtamenti, &c. quæſt.513.num.1. fol. 319
Dies aßignata parti viſuræ iurare teſtes, ſi reperiatur feriata, an intelligatur de die ſequenti non feriata, vel opus ſit noua aßignatione. q.542.nu.1. fol. 334
Dies 30.dati ad Apoſtolos cõcedendos, à Iudice à quo, an incipiant currere à die ſententiæ, vel appellationis interpoſitæ.quæſtione 436.numer.34.folio 272
Dies termini an cõputetur in termino. diſtin. q.270. num.1.fol. 177
Dies 30. dati ad Apoſtolos concedendos, an currant de momento ad momentum.quæſt.436.nume.15. fol. 272
Differentia quò ad durationem reſcriptoris, inter Ius Canonicum & Ciuile. quæſtione 135.numer.206. fol. 91
Diffidamentum quomodo debeat denunciari. q.191. num.2.fol. 132
Differre, & Detractare, æquiparantur. q.569.num. 3.fol. 356
Dilatio ipſa an ſit perpetuata, per interruptionem præſcriptionis.q.416.num.6. 252
Dilationes à iure ordinatæ, an poßint augeri vel minui, ſi negocia dicãtur grauia vel maiora. q.429. num.5.fol. 262
Diſcußio bonorum alterius cauſæ impediátne curſum literarum curiæ Cabeoli. quæſt.428.num.1.2.& 3.fol. 261
Diſcußio principalis debitoris, poßítne fieri pendente iudicio contra tertium poſſeſſorem. q.432.numer.11.fol. 265
Diſpenſari an poßit ſuper iuramento, in cõtumaciam partis citatæ.q.224.nume.1.& 2.fol. 158
Diſpenſari an poßit ſuper iuramento, de quo in c. quamuis.q.224.num.1.& 2.fol. 158
Diſpenſatio facta per Epiſcopum, vel eius Vicarium ſuper iuramento, parte non citata, an valeat. q. 140.num.1.fol. 96
Diſpoſitio limitata in maſculis, non dicitur prohibita in fœmellis.q.485.nume.4.fol. 303
Diſpoſitio conditionalis, vt dignoſcatur.q.15.num.3. fol. 10
Doctor legum, an poßit agere lege Iulia, de vi publica, pro ſibi illata iniuria.q.88.nume.5.fol. 59
Doctoratus gradum recipientes ex reſcripto vel diplomate, an teneantur conferre pro ſubſidiis Delphinalibus.ibid.num.3.fol. eod.
Docto-

*Doctoratus gradum recipiens diplomate Principis, an gaudeat inſigniis Doctoratus. q.388. nume.11. fol.* 236
*Doctoris probabilis opinio releuat ab expenſis. q.277. nume.1. fol.* 182
*Doctores legum, ſacra miniſtrare dicuntur. q.388. num.8. fol.* 236
*Doctores legum ſunt in dignitate. ibidem. numer. 9. fol.* eod.
*Doctores aduocationis & procurationis officium paſſim vſurpantes, non ſunt exempti à ſubſidiis Delphin. ibid. num.10. fol.* eod.
*Doctores conferréne tenẽtur pro ſubſidiis Delphinalibus. q.88. num.1. fol.* 59
*Doctores legum, an debeant in integrum reſtitui. ibi. num.4. fol.* eod.
*Doctores legum, dicuntur viuere Nobiliter. q.388. nume.6. fol.* 236
*Dolus futurus an poßit tacitè per teſtatorem remitti. q.595. num.1. fol.* 320
*Domini de Parlamento poßintne contrahere inditione Delphinali, eis commiſſa. Et quid de Iudicibus inferioribus. q.195. num.1. & 2. fol.* 136
*Domini de Parlamento, an poßint concedere indicta ad poſtulationem alicuius ciuitatis. q.197. num.1. fol.* 137
*Dominij translatio, an poßit impediri pacto. q.569. num.1. fol.* 356
*Dominium rei donatæ abſenti, Notario ſtipulãte pro eo, an in donatarium tranſeat. quæſt.49. nume.1. fol.* 31
*Dominium vtile rerum, quæ infeudantur, ſi traditio rerum interueniat, an transferatur. q.304. nu.1. fol.* 194
*Dominium directum, an probetur ex recognitione, & transferatur. quæſt.272. numer.1. diſt. num.2. fol.* 177
*Dominium eſt triplex. quæſtione 551. numer. 4. folio* 341
*Dominis duobus exiſtentibus, vter vtetur ſuo iure in laudimio. q.411. num.3. fol.* 249
*Domino mortuo, an expiret mandatum Procuratoris. q.119. num.1. fol.* 79
*Domino & ſuis Officiariis competátne dare tutelas & curas in bonis decedentium. quæſt.631. num.4. fol.* 395
*Domini an debeant vocari ad decretum talliarum. ibid. num.5. diſting. num.6. fol.* eod.
*Domino competit cogere Syndicos ad rationes referendas. ibid. num.9. fol.* eod.
*Domino competátne ius cõſtituendi vigilias & præſidia nocturna. ibid. num.10. fol.* 396
*Dominium non præſumitur ex poſſeßione de præterito probata. q.28. num.2. fol.* 17
*Dominus recedente in Commiſſarium, non poterit agere poſt quinquennium. quæſtione 412. num.1. fol.* 249
*Dominus ſi vendat domum pendente locatione, an emptor teneatur ſtare locationi. quæſt.480. nume.2. fol.* 309
*Dominus exiſtens in poſſeßione rei ſuæ, an poßit agere actione in rem. q.219. num.2. fol.* 154
*Dominus recipiendo Canonem ſine proteſtatione, an renunciet commiſſo. quæſtione 171. numer.4. folio* 117
*Dominus comparens in iudicio cum aliquo, quem aſſerit eſſe ſuum Procuratorem, videatúrne eũ Procuratorem conſtituiſſe in tota illa cauſa. q.40. numer.1. fol.* 26
*Dominus directus an poßit agere ad commiſſum ex contractu alienationis nulliter facto. q.590. nu.1. fol.* 372
*Dominus directus an poßit capere rem Prælationis in donatione, vt in venditione. quæſt.47. num.1. fol.* 30
*Dominus directus an poßit ingredi in poſſeßionem propria authoritate, rei ſibi commiſſæ. q.107. nu.1. fol.* 74
*Dominus contumax, an poßit appellare per ſe, vel per Procuratorem. q.436. num.70. fol.* 274
*Dominus directus an poßit petere laudimia ab emptore. q.101. nume.3. fol.* 70
*Dominus an repellatur ab appellando, ſi Procurator fuerit verus contumax. quæſtione 436. num.104. fol.* 276
*Dominus an poßit appellare pro homine ſuo. q.436. num.26. fol.* 271
*Dominus directus, an teneatur reſarcire emphyteutæ impenſam factam in domus extructione. q.438. num.1. fol.* 279
*Dominus an poſsit dominium in alium transferre, irrequiſito vaſalli conſenſu. quæſt.560. num.1. fol.* 349
*Dominus appellare poteſt pro homine ſuo. q.203. nu.2. fol.* 144
*Dominus directus an per inueſtituram rei feudalis debeat exigere laudimia. quæſt.415. numer.3. fol.* 251
*Dominus aliquis ſi inueſtierit de re feudali aliquem nobilem, vel plebeium, an per talem inueſtituram videatur facta infeudatio rei. quæſt.415. num.4. fol.* eod.
*Dominus proprietaténe priuetur, ſi vaſallo deneget inueſtituram. q.168. nume.1. & 2. fol.* 115
*Dominus an poſsit facere inuentarium bonorum decedentium, non obſtante conſuetudine in contrarium. q.631. num.1. fol.* 394
*Dominus poteſt agere pro vaſallo ſuo aut ſubdito, cui illata eſt iniuria. q.464. nume.3. & 4. fol.* 292
*Dominus an conductor debeat conferre in collectas, pro via reficienda. q.444. num.3. fol.* 282
*Dominus qualiter aget ad commiſſum. q.454. nu.6. fol.* 287
*Dominus regulariter cognoſcit de cauſa feudali. q.139. nume.3. fol.* 96
*Dominus directus an cõmiſſum ſimul & penſionem petere poſsit. q.171. nume.1. fol.* 117
*Donatarius hæreditatis, poſsítne conueniri actione perſonali à creditoribus hæreditariis. q.460. nu.1. fol.* 290

*Donatio*



*Donatio facta à patre filio in poteſtate conſtituto, an confirmetur iuramento. quæſtio.146. nume.1. fol.* 102
*Donatio in qua facta eſt mentio de patre, & patria poteſtate, intelligitur facta cõtemplatione patris. q.565. num.2. fol.* 353
*Donatio facta filio in poteſtate conſtituto, contemplatione matrimonij, an valeat. quæſt.145. nu.1. fol.* 100
*Donatio facta filio, redeátne ad patrem eo mortuo. q.147. num.1. fol.* 103
*Donatio propter nuptias, an poßit peti dote non ſoluta. q.274. num.1. fol.* 179
*Donatio cauſa mortis vt confirmetur, an mors patris & filij requiratur. q.223. num.3. fol.* 157
*Donatio cauſa mortis per filium, de authoritate patris facta, an poßit reuocari ſine conſenſu patris. ibid. num.4. fol.* eod.
*Donatio primo filio naſcituro ex tali matrimonio facta, valeátne. q.267. num.1. fol.* 175
*Donatio facta abſenti, Notario pro eo ſtipulante, an valeat. q.222. nume.1. fol.* 156
*Donatio facta abſenti inter viuos non valet, niſi interueniente nuncio vel Epiſtola. quæſt.222. nu.3. fol.* 157
*Donatio confirmata morte, quo iure petatur. ibidem. num.3. fol.* eod.
*Donatio facta abſenti abſque miniſterio Epiſtolæ, vel nuncij, firmetúrne iuramento. quæſt.49. nume.2. fol.* 31
*Donatio an poßit impugnari, ſi per donatarium cauſæ donationis non ſpecificentur. quæſt.95. nume.1. fol.* 64
*Donatio inter virum & vxorem an firmetur iuramento. q.190. num.5. fol.* 130
*Donatio cauſa mortis an debeat inſinuari. q.610. numer.1. fol.* 379
*Donatio facta in contractu matrimonij, primo nato, & naſcatur primò filia, deinde filius, quis admittatur. q.506. num.1. fol.* 314
*Donatio facta per patrem naturalem filio ſuo naturali, in præmiũ emancipationis, an valeat. q.632. num.1.4. & 6. fol.* 402. & 403
*Donatio facta patri per filium, ipſo patre authorizante, an valeat. q.223. num.1. fol.* 157
*Donatio cauſa mortis, facta per filiumfamil. alteri quàm patri, quatuor requirit. ibidem, num.2. fol.* eod.
*Donatione facta primò nato ex tali matrimonio, ſeu alteri maſculo, ſi maluerit, an primò natus, vel omnes admitti debeant. q.505. num.1. fol.* 314
*Donator omnium bonorum medietatis, an poßit vnam rem inſolidum alienare inuito donatario. q.602. num.1. fol.* 376
*Dos & alimenta fauorabilia ſunt. quæſt.96. nume.4. fol.* 65
*Dos an reuertatur ad extraneum, qui eam conſtituit, extantibus liberis ex ipſo matrimonio. q.523. numer.1. fol.* 324
*Dos, & donatio, differunt. q.145. nume.4. fol.* 101
*Dotalitij dominium an tranſeat in vxorem ſine traditione. q.523. num.1. fol.* 324
*Dotis collatio, an habeat locum in ſucceßione materna. q.426. num.5. fol.* 260
*Dotis & augmenti inæqualitas quandoq; toleratur. q.163. num.1.2. & 3. fol.* 494
*Duelli vnum exemplum. & eius origo. q.613. num.1. fol.* 386
*Duellum quomodo fiat. q.617. nume.1. fol.* 382
*Duellum in quatuor caſibus conceditur tantùm. q.617. num.7. fol.* eod.
*Duo ſi contendant, vter eorum poßideat, & dubitetur de veritate facti, Iudex qualiter prouidebit. q.578. num.1. fol.* 364
*Dux, ſi ferat aliquam ſententiam, ad quem debeat appellari. q.436. nume.82. fol.* 275

## E

*ECheuta legalis quid, & quando locum habeat. q.192. num.1. & 2. fol.* 133
*Eccleſia poſsidet per ſuos Canonicos. q.355. nume.2. fol.* 219
*Eccleſia collegiata quomodo cognoſcatur. q.258. nu.1. fol.* 171
*Eccleſia conceſſa in commendam, an dicatur vacare. q.152. nume.2. fol.* 106
*Eccleſia an poſsit fundari infra aliquam parochiam. q.360. num.1. fol.* 221
*Eccleſia an teneatur quid conferre pro reparatione mæniorum, & fortificatione ciuitatis. q.78. nu.1. fol.* 49
*Eccleſiæ an reſtituatur aduerſus præſcriptionem. q.594. nume.2. fol.* 374
*Eccleſiæ res vt alienentur, quid requiratur. q.149. num.1. fol.* 105
*Eccleſiæ immediatè dependentes à Romana Eccleſia, non gaudent præſcriptione centum annorũ, ſicut ipſa Romana. q.36. num.1. fol.* 22
*Eccleſia quot, & quibus caſibus poßit alienare. q.100. nume.2. fol.* 69
*Eccleſiaſtica perſona patri plebeio ſuccedens in bonis paternis, an teneatur ad ſubſidia Delphinalia. q.382. num.1. fol.* 232
*Edictum Diui Adriani, an & quomodo competat poſſeſſori. q.218. num.1. fol.* 154
*Electio facta ſine conſenſu patroni laici, an valeat. q.374. num.7. fol.* 229
*Eleuamentum an & à quo debeat fieri. q.185. num.2. fol.* 127
*Emancipare quid. q.632. nume.2. fol.* 389
*Emphyteuta ſi tempore ſuo impoſuerit aliquam penſionem, dominus directus tenebitur eam ſoluere. Limit. q.575. nume.2. fol.* 362
*Emphyteuta an poßit purgare morã, vt euitet commiſſum. q.123. num.1. fol.* 82
*Emphyteuta ſi ſoluerit cenſum in parte, & in parte non, an pro parte committatur. quæſt.435. nu.3. fol.* 267
*Emphyteuta an poßit repelli à poſſeßione feudali, cùm ius ſuum amiſit. quæſtio.107. numer.2. folio* 74

*Emphy-*

Emphyteuta & vaſallus an teneantur domino de damno per eos illato in re emphyteuticaria vel feudali.q.282.num.1.fol. 184
Emphyteuta poteſt ne ſeruitutem conſtituere in re emphyteuticaria.q.575.num.1.fol. 362
Emphyteuta ſoluens inſtitori domini, de cuius mandato non conſtat, an ſit liberatus.q.173.numer.1. diſting.num.3.fol. 120
Emphyteuta an poſſit rem emphyteuticariam donare domino irrequiſito.q.46.num.1.fol. 28
Emphyteuta donãdo, vel vendendo rem emphyteutecariam, an transferat dominium. ibid. num.2. fol. 29
Emptionis vel venditionis titulo accipiens, vel ex quolibet alio cõtractu, rem litigioſam ſciens, pretio etiam punitur.q.337.nume.1.fol. 207
Epiſcopus ſine mandato ſpeciali poteſt appellare pro ciuitate, vel ſubditis ſuis.quæſt.203.nume.3.fol. 144
Epiſcopus de quibus teſtari poſſit.q.110. num.3.fol. 75
Epiſcopus ſi committat cauſam, ad quem appellabitur.q.436.num.42.fol. 273
Epiſcopus an poſſit diſpenſare ſuper iuramento. q. 140.num.3. & 4.fol. 97
Epiſcopus quo caſu rem Eccleſiæ infeudare poſſit, & quo non.q.154.num.1.fol. 107
Epiſcopus an poſſit ſuum Archiepiſcopum excõmunicare delinquentem in ſua Diœceſi.q.328. nu.2. fol. 204
Epiſcopus an poſſit relictum pium conuertere in aliam piam cauſam.q.556.num.1.fol. 347
Epiſcopus an poſſit appellare pro ſua ciuitate, vel ſuis ſubditis.q.436.nume.27.fol. 271
Epiſcopus rem repertam in menſa Eccleſiæ non poteſt infeudare inconſulto Papa.quæſt.153.num.1. fol. 107
Epiſcopus an poſſit delegare Iudici laico cauſam criminalem contra Clericum coniugatum.q.138.nu. 8.fol. 95
Error adiectus in teſtamento, qualiter probetur.q. 130.num.1.fol. 87
Error partis, quomodo probandus.ibid.num.2.fol. eod.
Error in actis, an poſſit probari per duos teſtes.q. 528.nume.1.fol. 325
Errore probato & correcto, an Iudex mittere poſſit in poſſeſſionem bonorum, quæ poſſidebat teſtator. q.132.numer.1.fol. 88
Error adiectus in teſtamento, per quot teſtes probetur in teſtamento inter liberos, & per quot inter extraneos.q.504.num.1.fol. 313
Et copula, quam vim habeat.q.527.nu.1.fol. 325
Et copula, an ſemper requirat concurſum duorum. ibid.nume.2.fol. eod.
Et, indicit repetitionẽ qualitatis præcedentis. q.181. nume.3.fol. 124
Et, coniungit diuerſa.q.138.num.4.fol. 94
Exactores collectarum quando poſſint conueniri. q. 87.num.3.fol. 56
Exactor collectarum an poſſit compelli iuridicè facere duos aut plures.q.87.num.4.fol. eod.
Examinatio teſtium an & quando poſſit fieri die feriata.q.215.num.3.fol. 151
Examinationes teſtium ad tempus iuramenti referuntur.q.125.num.1.fol. 83
Exceptio diuidendarum actionũ quæ competit duobus vel pluribus reis, an poſſit opponi poſt litem conteſt.q.570.num.7.fol. 358
Exceptio, Ego ſum intra tempus conficiendi inuentarium, an impediat litis conteſtationem. q. 571. num.7.fol. 359
Exceptio excommunicationis, an obſtet petenti ſententiam exequi.q.215.num.6.fol. 152
Exceptio omnis, quæ non repugnat ſententiæ, poteſt opponi poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam.q.419.num.3.fol. 255
Exceptio excommunicationis, an impediat executionem ſententiæ.q.574.num.4.fol. 362
Exceptiones dilatoriæ poſt litis conteſtationem opponi non poſſunt. quæſt. 275. num.4. Limita nu.5. fol. 181
Exceptiones tres admittuntur.q.15.nu.1.fol. 10
Exceptio excommunicationis, obſtetne agenti interdicto Vnde vi, vel intentanti interdictum ſimile illi.q.212.num.2.fol. 149
Exceptiones quæ opponi poſſunt contra literas compulſorias.q.219.num.1.fol. 147
Exceptiones tres tantùm, quãdo admittuntur.q.15. num.4.fol. 11
Exceptio confuſionis habetur loco ſolutionis. ibidem. num.2.fol. eod.
Exceptio diſcuſſionis, an ſit peremptoria.q.432.numer.10.fol. 265
Executio an debeat fieri in bonis dotalibus, pro debitis vxoris, viuente viro. q.447.numer.1. diſtin. num.2.fol. 283
Executio iudicati, quem ſtylum obſeruet. q. 23.nu.1. fol. 15
Executio rei iudicatæ, vtrum & quando poſſit impediri.q.419.num.2.fol. 255
Executio ſententiæ an poſſit fieri die feriato. q. 215. num.1.diſtin.nume.2.fol. 150
Executio pœnæ corporalis per quẽ Iudicem fieri debeat.q.237.num.2.fol. 163
Executio ſententiæ cõtra filiumfam.latæ, fierine poſſit patre ſe opponente.q.526.nu.1.fol. 325
Executionis iudicati forma.q.281.nu.2.fol. 184
Executor nõ tenetur ſeruare ordinem iudisiorum in citationibus & aliis.q.329.num.2.fol. 205
Executor mixtus exceptiones admittere tenetur. q. 70.num.4.fol. 44
Executio ſententiæ, quod facit, videtur à Iudice factum.q.293.nume.1.fol. 189
Excommunicatio officialis de Clerico confeſſo debitum in iudicio, & cui mandatum fuit vt ſolueret intra 10. dies, & non fecerit, an valeat.q.588.nu. 1.fol. 370
Excommunicatus an præſcribit durante excommunicatione.q.416.num.16.fol. 253







Excommunicatus an poſſit petere executionem ſententiæ.q.329.num.3.fol. 206
Excuſationis forma ſic inſtituenda per Aduocatum, in cauſa duelli.q.619.num.1.fol. 384
Exhæredatio & præteritio quid differant.q.529.numer.2.fol. 326
Exhibere & Producere, quid differant. q. 241.nu.2. fol. 165
Exhibita Iudici pro animi informatione, dicantúrne de actis cauſæ.q.241.num.1.fol. eod.
Exhibitorum Iudici pro animi ſui informatione, an copia concedi debeat aduerſario. quæſt. 242.nu.1. fol. eod.
Exiſtenti in immunitate, poſſintne alimenta denegari.q.121.num.2.fol. 81
Expenſæ, quas quis domi feciſſet, an debeant referri in taxam expenſarum.quæſt.625.nume.11.fol. 388

F

FActa, acta & geſta, quid differant. q.616.num.3. fol. 382
Facere contra ſecuritatem quando quis videatur. q. 418.num.7.fol. 255
Falcidia, ad quid inducta ſit.quæſt.515.nume.2.fol. 320
Falſificans acta cauſæ, qualiter puniatur.q.245.numer.2.fol. 166
Falſificantes literas Papæ, aut Principum, qualiter puniantur.q.455.num.1.fol. 287
Famæ vis & effectus. Vide quæſt.301. & per diſcurſum. num.1.2.3.4.5.6.7.8.& 9.fol. 192
Facta in criminali, an fidem faciant in ciuili. q. 136. num.4.fol. 92
Feloniæ vaſalli contra dominum, qualiter probetur. q.18..num.1.fol. 124
Feudalia hodie redacta ſunt ad inſtar patrimonij, quo ad ius ſuccedendi. Et an in alio caſu. q.59.nu. 2. & 5.fol. 37
Feudales conſtitutiones, an faciant ius apud omnes. q.297.num.1.fol. 191
Feudum, natura nobilitat.q.385.num.2.fol. 234
Feudum gratia, non præmio conceditur.q.155.nu.2. fol. 109
Feudum habet certum ſeruitium.q.57.numer.2.fol. 36
Feuda de conſuetudine poſſunt, ſine conſenſu domini, legari, in dotem dari & alienari. q. 297.nu.2. fol. 191
Feudorum liber, an fidem faciat apud omnes. q. 59. num.4.fol. 37
Fideicommiſſario an competat rei vendicatio pro rebus alienatis ante reſtitutionem fideicommiſſi. q. 601.num.1.fol. 376
Fideicommiſſarius, an poſſit conficere inuentarium in perſona ſua.q.571.num.6.fol. 359
Fideicommiſſi remiſſio, quibus verbis fiat. q.232.numer.2.fol. 162
Fideicommiſſum non agnitum, an tranſmittatur. ibid.num.3.fol. eod.
Fideicommiſſum tacitum, quibus verbis per teſtatorem prolatis inducatur.q.469.num.1.fol. 295
Fideiuſſor datus per clericum, an coram Iudice ſeculari poſſit conueniri.q.562.num.6.fol. 351
Fideiuſſor quibus caſibus agere poſſit contra principalem debitorem.q.117.num.1.fol. 78
Fideiuſſor ſi obligauit vt principalis, an nihilominus debeat prius conueniri principalis, quàm fideiuſſor.q.570.num.6.fol. 358
Fideiuſſor, qui non renunciauit iuri de prius conueniendo principalem, quàm fideiuſſorem, an poſſit conueniri, ſi debitor latitet.q.570. nume.1.fol. eod.
Fideiuſſor non poteſt conueniri non diſcuſſo principali.q.94.num.1.fol. 64
Fideiuſſor ſi reum criminis nõ exhibeat, punitur pecunialiter.q.570.nume.3.fol. 358
Fideiuſſor an poſſit accidere, naturali obligationi tãtùm, vbi non ſubeſt naturalis obligatio, ſed officium Iudicis.q.570.num.5.fol. eod.
Filia quæ quittauit bona paterna an in aliquo debeat inſtitui in teſtamento patris, vt teſtamẽtum valeat.q.598.num.1.fol. 375
Filia quæ quittauit bona paterna, an faciat partem, licet non admittatur ad partem. Et an ea poterit ſuccedere, ſi in aliquo inſtituatur. q.599. nume.1. & 2.fol. 376
Filia quæ renunciauit bonis paternis, an debeat certiorari de beneficio l.pactum dotali. C. de coll. vt cum iuramẽto valeat ea renunciatio & quittantia.q.227.num.1.fol. 159
Filia dote contenta cum iuramento, ceſſit bonis paternis, his verbis adiectis. Salua legali echeuta, an eo caſu filia ſuccedat patri inteſtato? Et an debeat à patre in aliquo reſtitui.q.192.nu.2.& 3.fol. 133
Filia an petere poſſit ambas dotes, ſi pater eã ſecundò nubentem dotet, non facta mentione de prima dote.q.375.num.3.fol. 230
Filia, quæ renunciauit bonis paternis, videatúrne etiam renunciaſſe fraternis.quæſt.231.num.1.fol. 161
Filij, & filiæ, qui renunciauerunt bonis paternis, an poſſint ad ea regreſſum habere, diſt.q.228.num.2. fol. 160
Filij Doctorum, an gaudeant immunitate patrum.q. 389.nume.1.fol. 236
Filij Doctorum, an retineant patrum dignitatem. ibid.nume.2.fol. 137
Filij monetariorum, an gaudeant priuilegiis patrum. q.402.num.2. & 7.fol. 242
Filij maſculi, an cenſeantur inuitati ad bona teſtatoris ex diſpoſitione teſtamentaria, per verba hæc, Si ſine hærede maſculo, &c. quæſt.600.num.1.fol. 376
Filij ex filia, an dicantur ex alio corpore nati, vt faciant deficere fideicommiſſum.quæſt.353. nume.1. fol. 217
Filij ex filia ipſa viuente poterúntne dicere teſtamentum nullum.q.598.num.1.fol. 375
Filij fratrum, qualiter ſuccedant auo ab inteſtato, q. 134.numer.1.fol. 90

Filij primi gradus an perdant Trebellianicam per omiſsionem inuentarij. quæſtione 53. numer. 1. fol. 33
Filij naturalis appellatione & legitimus & non legitimus continetur. q. 482. num. 5. fol. 302
Filij præteritio, habetur pro exhæredatione. q. 426. num. 2. fol. 260
Filius præteritus, ſi non dixerit teſtamentum nullum, ſed deceſſerit, an teſtamentum confirmetur. num. 4. fol. eod.
Filio præterito an poſsit ſubſtitui pupillariter. q. 529. num. 1. fol. 326
Filio an debeat fieri ſuppletio in pecuniam, vel de ſubſtantia patris. quæſtione 487. numero 1. folio 304
Filiofamilias maiori agenti, vel conuento, an requiratur conſenſus patris. diſtin. quæſt. 54. numer. 2. 34
Filius an poſsit agere ad ſupplementum legitimæ, ſi quid acceperit à patre relictum, ſine tamen proteſtatione. q. 93. nume. 1. fol. 63
Filius ſibi acquirit hodie, ex omni cauſa aduentitia. q. 145. nume. 3. fol. 100
Filius reputatur habere ius in ipſa legitima, viuente patre. q. 632. num. 5. fol. 403
Filius vniuerſaliter inſtitutus, an admittatur ad ſubſtitutionem inſolidū, auo paterno vel materno hæredes naſcituros ex legitimo matrimonio filiæ ſuæ ſubſtituente, filij ſuis hæredibus per ipſum inſtitutis. q. 457. num. 4. fol. 289
Filius rogatus poſsitne duas quartas indiſtinctè detrahere. q. 52. num. 1. fol. 33
Filius an poſsit appellare pro patre, ſine eius mandato. q. 436. nume. 25. fol. 271
Filius an poſsit priuari legitima & Trebellianica per patrem, ex pacto. q. 96. num. 1. fol. 65
Filius non poteſt quoquo modo priuari legitima: nec onus ſibi imponi. quæſtione 476. numero 2. folio 298
Filius non poteſt de æquitate ſibi eligere legitimam & Trebellianicam in vna re inter viuos teſtando. q. 606. num. 1. fol. 378
Filius ſi iuret attendere teſtamentum, & diſpoſita in teſtamento paterno, an videatur renuntiaſſe detractioni legitimæ, & quartæ Trebellia. q. 427. num. 1. fol. 261
Filius non poteſt conueniri à patre, cauſa ciuilium munerum, vel cauſa ſui debiti. quæſt. 57. nume. 3. fol. 36
Filius an habeat ius in legitima, patre viuēte. q. 486. num. 1. fol. 303
Filiusfamiliàs appellare poteſt ſine mandato, nomine patris. q. 203. nume. 1. fol. 143
Filiusfamiliàs, qui quittauit bona paterna, an numeretur inter liberos. quæſtione 295. numer. 1. fol. 189
Filius emancipatus, an computetur in numero liberorum. q. 295. num. 2. fol. 190
Filius præteritus an poſsit dicere teſtamentum nullum vſque ad 30. annos. q. 597. num. 1. fol. 375
Filiusfamiliàs conuentus ſuper compulſoriis in Curia Parlamenti, an poſsit opponere de nullitate: eò quòd non fuerit conuentus de authoritate patris. q. 410. num. 1. fol. 248
Firmarij Curiarum Delphin. an habeantur loco conductoris, vel emptoris, vt eis poſsit fieri remiſsio mercedis. diſtin. q. 630. nume. 4. fol. 394
Firmarij Curiarum Delphinaliū & aliorum iurium & emolumentorum D. Delphin. non debent gaudere priuilegio fiſci, in exigendis eorum debitis. q. 208. nume. 1. fol. 147
Fiſcus dicitur ſaccus. quæſtione 453. numero 1. folio 286
Fiſcus hæres inſtitutus, non patitur pœnas ſtatutas contra non conficientes inuentarium. q. 333. nu. 1. fol. 206
Fiſcus, an lite pendente inter eum & priuatum, poſsit rem litigioſam in manus ſuas trahere, & priuare partem priuatam ſua poſſeſsione. q. 366. nu. 2. diſting. num. 3. fol. 224
Fiſcus læſus, an debeat in integrum reſtitui. q. 302. num. 1. fol. 193
Fiſcus non habet quid magis ſpeciale, quàm priuatus, niſi inquantum id iure cautum reperitur. q. 536. num. 2. fol. 330
Forma interdicti, Vti poſsidetis. quæſt. 552. numer. 4. fol. 345
Forma reſcripti Principis, circa duellum. q. 617. nu. 2. fol. 382
Forenſes adſtringantúrne ad ſoluendum integrum vintenum, pro loci, in quo poſſeſsiones habent, reparatione. q. 7. num. 2. fol. 5
Forum non declinare qui promiſit, an poſsit poſteà pœnitere. q. 77. num. 2. fol. 48
Fractio & ſignatio mēſurarum minus legitimarum ſunt miſti imperij. quæſtione 490. numer. 2. folio 306
Franci homines dicuntur dupliciter. q. 313. numer. 1. & 2. fol. 197
Frater tenetur ſororem inopem alere: Et aliquando dotare. q. 439. num. 7. fol. 280
Fructus rei hypothecatæ quomodo non computentur in ſortem. q. 432. num. 15. fol. 265
Fructus induſtriales, ſunt cōmunes marito & vxori. q. 468. num. 2. fol. 293
Fructus percepti per aſcendentes, an imputentur in legitima. q. 478. num. 1. fol. 299
Fructus reperti in hæreditate, an adueniente ſubſtitutione compendioſa debeantur, & peti poſsint. q. 468. num. 3. fol. 294
Fundus an cenſeatur hypothecatus, aliqua penſione impoſita ex conuentione partium, in aliquo contractu, vel ſuper aliquo fundo. q. 432. numer. 17. fol. 266
Fur non famoſus, an poſsit pro vno furto de iure ſuſpendi. q. 589. num. 1. fol. 371
Furnum conſtruere in fundo proprio, vtrum quilibet poſsit. q. 298. nume. 1. fol. 191
Furni habendi in priuato, ius præſcribi poteſt. ibid. num. 2. fol. eod.




G


GEneraliter quæ fiunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur neglecta. q. 537. nume. 2. fol. 331
Geſta per Procuratorem, quo caſu non poſsint ratificari. q. 320. nume. 6. fol. 200
Geſta per falſum Procuratorem, poſsintne ratificari poſt renunciationem & concluſionem in cauſa. q. 320. num. 1. diſtin. num. 3. fol. eod.
Geſta per falſum Procuratorem, an poſsint ratificari poſt ſententiam. ibid. num. 2. fol. eod.
Geſta per falſum tutorem vel curatorem, an poſsint ratificari per pupillum. q. 320. num. 4. fol. eod.
Gloſ. opinio in iudicando, quando ſequenda. q. 277. num. 2. fol. 182
Gratia redemptiua vt valeat, quæ debeant concurrere. q. 516. nume. 2. fol. 320
Gratia redemptiua non habet locum, niſi in vltimo anno ſeu tempore pacto inter emptorem & venditorem. q. 516. num. 3. fol. eod.
Gratiæ redemptiuæ vſus. q. 271. num. 1. fol. 177
Grationopolitani ciues, an poſsint ſe ſubmittere Curiæ Parlamenti Delphinal. quæſt. 275. num. 1. fol. 180
Grauamina omnia inſerta in appellatione, an ſint probanda. q. 436. num. 32. fol. 272
Grauato per ſuperiorem Iudicem, an poſsit via nullitatis ſubueniri. q. 38. num. 1. fol. 24


H


HAbitantes in Delphinatu, ibique habentes immobilia, an & quatenus teneantur ad ſubſidia. q. 396. num. 1. fol. 240
Habitantes in mandamento, & ibi habentes res & poſſeſsiones, ſoluántne integrum vinteniū. q. 372. num. 3. fol. 227
Hæres, verbum, qualiter ſumatur in teſtamentis & in contractibus: quæſtio. 591. numer. 1. & 2. fol. 372
Hæres vniuerſalis, debet declarari & palàm & nominatim. Et quid de particulari. q. 459. num. 1. & 2. fol. 290
Hæres rogatus an poſsit cogi facere inuentarium de rebus reſtitutioni ſubiacentibus, ad ſubſtituti poſtulationem. Et quid. quæſt. 351. num. 1. 2. 3. & 5. fol. 215
Hæres iurantis, an debeat petere diſpenſationem iuramenti. q. 224. num. 3. fol. 158
Hæres rogatus reſtituere fideicommiſſario quicquid ſupererit de hæreditate tempore mortis hæredis, an poterit alienare pro libito ſuæ volūtatis de bonis hæreditarius. q. 520. num. 1. fol. 323
Hæres inſtitutus, ſi non conficiat inuentarium ſecundum formam l. C. de iure delib. an patiatur pœnas dictæ legis. Et quid de Eccleſia, vel hoſpitali. q. 571. nume. 3. & 4. fol. 359
Hæres iurantis, an teneatur petere diſpenſationem iuramenti. q. 140. num. 5. fol. 97. & q. 224. nu. 3. fol. 158
Hæres donatoris, an poſsit donationem, quam donator decreuerat, reuocare. quæſt. 214. numer. 2. fol. 150
Hæres vſufructuarij, qui fecit impenſas in re, an repetere poſsit eas, finito vſufructu. quæſt. 438. numer. 2. fol. 279
Hæres inſtitutus quod acquirit ratione ſupplementi legitimæ, veniátne in fideicommiſſo vniuerſali. q. 303. num. 1. fol. 193
Hæres inſtitutus poteſt perpetuò hæreditatem adire. q. 332. num. 1. fol. 206
Hæres iurantis an ſortiatur forum eccleſiaſticum, ratione iuramenti per defunctum præſtiti in cōtractu. q. 414. num. 1. fol. 250
Hæres an quis poſsit inſtitui in re propria. q. 461. numer. 2. fol. 291
Hæres domini non poteſt opponere delictum commiſſum propter quod perdet feudum. q. 214. num. 4. fol. 150
Hæres notarij an poſsit groſſare notam ſine mandato iudicis. q. 2. nume. 3. fol. 2
Hæres, verbum, non comprehendit patrem. Et quos comprehendat. q. 457. num. 2. & 3. fol. 288
Hæredis appellatio nō extenditur ad extraneos, quādò in inſtitutione fit mentio de maſculo. q. 485. num. 3. fol. 303
Hæredis appellatione, an comprehendatur etiam hæres particularis, q. 458. num. 1. fol. 289
Hæredes an poſsint intra tempus conficiendi inuentarij alios conuenire. quæſtione 571. numer. 8. fol. 359
Hæredes fundatorum capellarum poſsintne, ſine authoritate ſuperioris, conferre capellas, cui lubet. q. 187. nume. 2. fol. 128
Hæredum ſuorum appellatione, intelligantúrne etiam extranei. quæſtione 230. numer. 1. 2. & 3. fol. 161
Hæredum ſuorum appellatione, qui comprehendantur. q. 306. num. 1. fol. 195
Hæreditas, verbum, an reſtringatur per verbum, bona, copulatiuè iunctum. q. 461. num. 1. fol. 291
Hæreditatis non aditæ tranſmiſsio, fit ad proximiores. q. 300. nume. 1. fol. 192
Hæreditatis appellatione, debita & credita continentur. q. 93. num. 3. fol. 63
Hypothecaria an agi poſsit contra debitorem debitoris, vbi bona ſunt obligata, etiā non diſcuſſo principali. q. 432. num. 13. fol. 265
Hypothecaria intentata in iudicio, an faciat rem litigioſam. q. 432. num. 7. fol. eod.
Hypothecaria an poterit intentari contra tertios poſſeſſores nō facta diſcuſsione, ſi debitor notoriè non ſit ſoluendo. q. 432. num. 3. fol. 264
Homo ſi abneget domino homagium, & alteri præſtet, vtrum dominus priuetur dominio ſuo. q. 305. nume. 2. fol. 195
Homo an poſsit ſe obligare ad pugni amputationem. q. 278. num. 1. fol. 182
Homines non ligij, qui dicantur. quæſt. 309. numer. 1. fol. 196
Homicida volūtarius an debeat gaudere eccleſiæ immunitate. quæſt. 121. nu. 1. fol. 80. & q. 138. nu. 6. fol. 95

Homicida deprehenſus in habitu clericali, an gaudere debeat priuilegio clericatus.q.138.nume.1.fol. 93

Homicida ad quem Iudicem ſit vocandus.ibid.nu.2.fol. 94

Homicidæ voluntario, an debeat in eccleſia compedes necti.q.121.num.3.fol. 80

Humbertus, Delphinus Viennenſis, inſtituit cōſilium Delphinale, ſuiſque decretis & legibus ſanxit, q. 554.num.1.fol. 345

Humberti inſtitutum de Grationopolit. vniuerſitate, doctoribus illuſtranda.ibid.nu.2.fol. eod.

I

IGnoranti quomodo ſubueniatur.quæſt.24.num.2.fol. 15

Immunitatum conceſſio, an ſit realis, an perſonalis.q. 489.num.4.fol. 305

Impedimenta appellationis proſequendæ qui allegat, an ſit audiendus.q.436.num.28.fol. 271

Impedimentum iuſtum, quod dicatur.q.64.num.2.fol. 40

Imperator an poſſit concedere aliquod priuilegiū ante coronationem.q.239.num.3.fol. 164

Incarceratus ſi appellat, an debeat remitti Iudici, ad quem.q.436.num.39.fol. 272

Incarceratus pro debito fiſcali, poteritne retineri pro debito priuati.q.61.nume.3.fol. 38

Incarceratus etſi appellet, nihilominus detinetur.q. 235.num.1.fol. 163

Incarceratus iam poſt menſem, an poſſit appellare.q. 236.num.1.fol. eod.

Incolæ circumuicinarum patriarum Delphinatui, an & quatenus adſtringantur ad ſubſidia, pro immobilibus in Delphinatu ſitis.quæſt.397.nume.1.fol. 240

Infamis an poſſit opponere teſtē contra ſe productum eſſe infamem.q.500.nume.3.fol. 311

Ingreſſus religionis, an valeat, ſine religioſorum conſenſu.q.502.nume.2.fol. 312

Iniuria illata vni de Collegio, vel Vniuerſitate, an ipſa Vniuerſitas agere poſſit.q.464.nume.1.& 2.fol. 292

Iniuriarum agi poteſt in executorem excedentem fines mandati.quæſt.293.numer.1.ad medium.fol. 189

Innouata medio tempore, an debeant reuocari, ſi appellans nō faciat citari partem ſuam infra terminum ſtatutorum Delphinal.corā Iudice, ad quem. q.436.nume.20.fol. 271

Inquæſtæ inchoatæ, & non diffinitæ tempore arrendamenti, an remaneant domino.q.535.numer.1.fol. 330

Interdicto Retinendæ quando quis poſſit vti.q.552. num.3.fol. 343

Intereſſe medij temporis an deduci poſſit.q.430.nu. 2.fol. 263

Interlocutoria, quando habeat vim diffinitiuæ.q.12. num.2.fol. 8

Inſtantia perimitur lapſu triennij.q.220.numer.3.fol. 154

Inſinuatio an requiratur in donatione mutua.q.616. num.2.fol. 379

Inſinuatio an poſſit fieri coram quocunque Iudice, etiam in competenti.q.350.nume.6.fol. 215

Inſinuatio donationis, poteſt fieri coram quocunque Iudice.q.325.num.1.fol. 202

Inſinuatio donationis, ad quid introducta.ibid.numer.2.fol. eod.

Inſinuationis diffinitio.ibid.num.3.fol. 203

Inſinuatio, an poſſit fieri poſt donationem.ibid.numer.4.fol. eod.

Inſinuatio, an requiratur in donatione cauſa mortis. ibid.num.5.fol. eod.

Inſtituo, verbum, qualiter ſumatur.q.308.numer.2.fol. 196

Inſtitutionibus duabus eodem teſtamento factis, an ſecunda valeat.q.308.num.1.fol. eod.

Inſtrumenta diuiſionis bonorum inter fratres, penes quem cuſtodienda.q.289.num.2.fol. 187

Inſtrumenta de nouo reperta, an probētur iuramento.q.244.num.3.fol. 166

Inſtrumēti clauſula an ſufficiat ad fidem faciendam. q.582.nume.5.fol. 368

Inſtrumenti groſſatio facta per Notarium de papyris alienis, non valet.q.221.num.6.fol. 156

Inſtrumenti copia extracta à proceſſu, an fidem faciat.q.471.num.1.fol. 295

Inſtrumentum productum, an debeat parti producenti reſtitui.q.471.num.2.fol. eod.

Inſtrumenti productio non intelligibilis, à parte facta, an valeat.q.242.num.1.fol. 165

Inſtrumenti perditio an iuramento probetur, vbi alia probatio deeſt.q.244.num.1.& 2.fol. 16

Inſtrumentum in quo dies eſt errore amiſſa, an valeat.q.582.nume.1.fol. 367

Inſtrumento, an protocolo potiùs ſtandum.q.19.numer.4.fol. 13

Inſtrumentum falſum qui dictat, qua pœna puniatur.q.433.num.2.fol. 266

Inſtrumentum groſſatum per Notarium, de protocolis alienis, an & quatenus fidem faciat.q.404.numer.1.fol. 243

Inſtrumenta de antiquo groſſata, quanto tempore dicantur.ibid.num.2.fol. eod.

Inſtrumētum an poſſit quis impugnare, ſubſcriptum manu propria.q.503.nume.3.fol. 313

Inſtrumentum publicum poteſt fieri de actis factis in iudicio, fallit in Delphinatu.quæſt.616.numer.1.fol. 382

Inſtrumentum, quo ſum vſus in aliqua cauſa, productum ab alio in alia cauſa, an poſſim reprobare.q. 503.num.1.diſting.nume.2.fol. 313

Inſtrumentum ſignatum per alterutrum ex Notariorum adhibitorum per partes, an fidem faciat. q.122.num.1.diſt.num.3.fol. 81

Inſtrumentum producens in actis cauſæ, & poſtmodum dicens ſe nolle eo vti, an poſſit ad ipſius exhibitionem cogi.q.243.num.1.fol. 166

Inſtrumentum qui dixit verum, an poſſit poſtmodum falſum arguere.q.131.num.2.fol. 88

Inter-

Interlocutoria quando habeat vim diffinitiuæ.q.12. num.2.fol. 8

Interlocutoria eſt præceptum Iudicis de ſoluendo.ibi. num.1.fol. eod.

Interruptio graduū ſubſtitutionum, vt procedat.q. 550.num.1.fol. 340

Iter arripiens poſt appellationem interpoſitam, an cenſeatur interim eſſe in protectione Iudicis ad quem.q.436.num.105.fol. 276

Inuentarij confectio poteſt remitti à teſtatore, vel Iudice.q.352.num.1.fol. 216

Inuentarium qui nō conficit, an teneatur in foro conſcientiæ vltra vires hæreditarias.q.571.nume.9.fol. 358

Inuentarium an ſit nullum, ſi nō inchoetur intra 30. dies, licet perficiatur intra 60. alios dies.q.571. num.1.fol. 359

Iudæus quid peccans in fidem Chriſtianam, ab vtro Iudice ſit puniendus.diſting.quæſt.63.numer.1.fol. 39

Iudæi aſtringuntur ad ſubſidia Delphinalia, & quid ita.q.395.nume.1.2.& 3.fol. 240

Iudex temporalis an poſſit præſentare clericum pro infractione Saluægardiæ Regiæ Delphin.q.77.nu. 3.fol. 48

Iudex, cuius prorogata eſt iuriſdictio, an poſſit ſententiam ſuam mandare executioni.ibid.nume.4.fol. eod.

Iudex qui defert appellationi, ob reuerentiam ſedis Apoſtolicæ, an totam iuriſdictionem à ſe abdicet. q.436.num.79.fol. 275

Iudex quo caſu poſſit facere iterato examinari teſtes, etiam poſt didicita teſtificata.quæſt.72.numer.1.fol. 44

Iudex temporalis cognoſcátne de poſſeſſorio in cauſis beneficialib.contra presbyteros, in interdicto Retinendæ, vel recuperandæ.quæſt.85.numer.1.fol. 54

Iudex quomodo debet verſari in ſalariis Aduocatorum.q.190.num.1.fol. 129

Iudex potior vter ſit in cognitione cauſæ, an qui perſonaliter delatum cepit: an qui verbaliter citare mandauit.q.202.num.4.fol. 143

Iudex an neceſſariò debeat pronuntiare diſcuſſionem bonorum fuiſſe factam antè, quàm agatur hypothecaria contra tertium poſſeſſorem.q.432.nu.8.fol. 265

Iudex non admittens appellationem, an poſſit ſtatuere terminum appellanti, ad introducēdam appellationem.q.436.num.106.fol. 277

Iudex appellationum, an poſſit pronunciare de his, quæ coram eo agi non poſſunt.quæſt.436.num.91.fol. 276

Iudex appellationis an cognoſcat de nullitate ſententiæ, ſi ſimpliciter appelletur, & opponatur ab appellante.q.436.num.55.fol. 273

Iudex appellationum cognoſcit an appellatio ſit recipienda.q.436.num.60.fol. 274

Iudex appellationum, num debeat ſequi ſtatuta primi Iudicis.ibid.nume.61.fol. eod.

Iudex poſſitne protocola & libros Notarij defuncti cuilibet committere.q.2.num.1.fol. 2

Iudex inferior poteſt punire Officiales iudicis ſuperioris delinquentes in ſuo territorio.q.328.nu.1.fol. 204

Iudex arreſtauit debitum meum in manibus debitoris mei, ad ſupplicationem cuiuſdam, cui tenebar: an durante eo arreſto poſſim agere contra debitorem meum.q.340.num.3.fol. 210

Iudex à quo, quatenus procedere poſſit in cauſis ciuilibus, ſi appelletur ab interlocutoria.q.74.num.1.fol. 46

Iudex laicus poteſt cognoſcere, & punire de periurio, ſacrilegio, & adulterio.q.178.num.1.fol. 123

Iudex à quo, an terminum datum à ſe appellanti ad introducendam appellationem, coram Iudice ad quem, poſſit prorogare.q.436.nu.23.fol. 271

Iudex eccleſiaſticus debet cognoſcere de clerico periuro, adultero, vel ſacrilego.quæſt.178.nume.2.fol. 123

Iudex appellationum habet iuriſdictionem in territorio ordinarij: ligata tamen eſt.quæſt.436.nu.3.fol. 270

Iudex cauſſæ principalis à quo, an poſſit eius ſententiam exequi, appellatione deſerta.q.436.num.24.fol. 271

Iudex an poſſit ſcribere acta, vt ei credatur.q.564. num.1.diſting.num.2.fol. 352

Iudex à quo, an poſſit præfigere terminum parti ad introducendam appellationem.q.436.nume.47.fol. 273

Iudex in quali re detrahendam Trebellianicam arbitrari debeat.q.608.num.1.fol. 378

Iudex quando ad ſequeſtrationem alicuius rei, vel iuris, vel ad appoſitionem manus Curiæ, procedere poſſit.q.246.num.1.& per diſcurſum.num.2. 3.4.& 5.fol. 167

Iudex appellationum, de quibus poſſit ſe intromittere.q.436.num.2.fol. 270

Iudex laicus quando ſit competens in beneficialibus. q.1.num.1.fol. 1

Iudex temporalis an poteſtatem habeat in beneficialibus: Et an in Clerum.quæſt.ead.numer.3.& 4.fol. 1

Iudex appellationum, an debeat confirmare ſententiam Iudicis à quo, latam expreſſa cauſa iniqua & indebita, etiamſi ſecundum proceſſum potuerit aliter ſententia ferri.quæſtione 436.numer.12.fol. 270

Iudex eccleſiaſticus, an poſſit cognoſcere de cauſa feudali, contra clericum.q.562.nu.4.fol. 351

Iudex ſecularis in tribus caſibus habet poteſtatem in clericum.ibid.num.5.fol. eod.

Iudex debeátne arbitrari, quòd in re mala fide poſſeſſa, alienata, detrahatur Trebellianica inuito fidei commiſſario.q.605.nu.1.& 2.fol. 377

Iudex an poſſit condemnare partem in fructibus, intereſſe, & expenſis, ſi à parte non petantur.q.405. num.1.& 3.fol. 243

Iudex ſi omiſerit condemnare in fructibus petitis à parte,

parte, an poterunt illi denuò peti. ibidem. num. 2. fol. 244

Iudex alterius territorij, requiſitus ſententiam exequi, an poſſit cognoſcere de nullitate ſententiæ, & aliis opponendis per partem, cõtra quam exequitur ſententiam. q. 574. num. 1. fol. 361

Iudex an poſſit ex iuſta cauſa pœnam libertatum augere vel minuere, non obſtante iuramento. q. 206. num. 1. & 2. fol. 145

Iudex an poſſit terminum per ſe ſtatutum ad introducendum appellationem prorogare. q. 213. nu. 4. fol. 149

Iudex an poſſit ſuam ſententiam exequi appellatione deſerta. q. 213. num. 5. fol. eod.

Iudex qui non detulit appellatione, an poſſit exequi ſuam ſententiam. quæſtione 436. numer. 66. folio 274

Iudex appellationum, an debeat ſtatim inhibere. ibi. num. 67. fol. eod.

Iudex appellationum, an ſit Iudex nullitatis. ibidem. num. 68. fol. eod.

Iudex, ad quem, an poſſit de nullitate ſententiæ cognoſcere, ſi appellatio à ſententia fuerit deſerta, lapſu fatalium, vel aliàs. quæſtione 436. num. 97. fol. 276

Iudex an debeat admittere præſcriptionem, ſi pars non opponat de eadem. quæſtione 416. numer. 12. fol. 253

Iudex appellationum, ſuccedit in locum Iudicis cauſæ principalis. q. 436. num. 6. fol. 270

Iudex à quo, non debet executionem reintegrationis retardare. q. 37. num. 1. fol. 23

Iudex ad quem, ſi pronunciet bene interlocutũ à Iudice à quo, an deſinat eſſe Iudex. quæſt. 436. num. 37. fol. 272

Iudex requiſitus an poſſit cognoſcere de viribus ſententiæ iudicis requirentis. quæſtio. 23. num. 2. fol. 15

Iudex an poſſit ſupplere & æſtimare, ſi valor rei nõn probetur. q. 221. num. 7. fol. 156

Iudex ſecularis an poſſit facere capi clericum in flagranti crimine. q. 73. num. 1. fol. 45

Iudex appellationum, num ſuccedat loco Iudicis cauſæ principalis. q. 436. num. 94. fol. 276

Iudici delegato non creditur, niſi conſtet de eius mandato. Quid de ordinario. quæſtione 322. nume. 1. fol. 201

Iudicis præceptum de ſoluendo, eſt ſententia interlocutoria, q. 12. num. 1. fol. 8

Iudicis præceptum, præcedente cauſæ cognitione, an habeat vim diffinitiuæ. ibid. num. 5. fol. eod.

Iudicis commiſſio ad formandã notam defuncti Notarij, qualiter fiat. q. 2. nume. 4. fol. 2

Iudicis officium, an poſſit implorari pro aliqua re, quam quis prætendit ad ſe pertinere, vt ſibi reſtituatur. q. 362. num. 1. fol. 222

Iudicis officium debet implorari, vbicunque deficit actio, & æquitas inde reſultat. ibidem. numer. 2. fol. 223

Iudices Delphinales inferiores, an compellantur contribuere in ſubſidiis patriæ. quæſtione 378. num. 1. fol. 231

Iudicandi ratio militaris. q. 113. num. 1. fol. 77

Iudicati executio, quem ſtylum obſeruet. q. 23. num. 1. fol. 15

Iudicaturæ finito termino, an idem Iudex poſſit adminiſtrare, donec ſucceſſor acceperit poſſeſſionem. q. 501. num. 1. fol. 312

Iudicium introductũ die feriato ob neceſſitatem hominum, valet. q. 221. num. 3. fol. 156

Iugum quid. q. 470. num. 1. fol. 295

Iura potiora qui probat in petitorio, obtinet in poſſeſſorio, in materia interdicti, Vti poſſidetis. q. 71. num. 2. fol. 44

Iura negatiua vt alicui competant, & ab alio auelli iura affirmatiua poſſint, duo debent concurrere. q. 631. num. 13. fol. 399

Iura & actiones, an contineantur appellatione rerum in donationibus. q. 442. nu. 2. fol. 281. & q. 584. nume. 1. fol. 368

Iurans tenere obſtagia, & tandem non habet vnde viuat & ſoluat, an excuſetur. quæſtio. 61. num. 2. fol. 38

Iuramenti illiciti ratione, non poteſt quis conueniri. q. 463. num. 1. fol. 291

Iuramenti diffinitio. q. 190. num. 3. fol. 129

Iuramentũ inducit obligationem de iure Ciuili. ibid. num. 4. fol. eod.

Iuramento partis de impedimento, an ſtetur. q. 64. num. 1. fol. 39

Iuramento executoris vel curati ſuper complemento relictorum ad pias cauſas, an ſtari debeat. q. 614. nume. 1. fol. 381

Iuramentum calumniæ, an exigetur à Procuratore, allegante cauſas abſentiæ domini. q. 338. numer. 3. fol. 208

Iuramentum in ſecundo teſtamẽto adiectum, an habeat vim verborum derogatoriorum. q. 128. nu. 1. fol. 86

Iuramentum purgationis remiſſ. quæſt. 423. num. 3. fol. 258

Iuramentum debet intelligi ſecundum terminos iuris communis. q. 96. num. 3. fol. 65

Iuramentum an conualidet & cõfirmet in ſe contractum, ſiue pactum inter patrem & filiam. q. 226. num. 1. fol. 159

Iuramẽtum ciuile, æquam interpretationem recipit. q. 427. nume. 2. fol. 261

Iuramentum minoris, ſupplet ætatem. q. 35. nume. 1. fol. 22

Iuramentum præſtitum ſuper alio libro, quàm Euangeliorum, an ſit validum. ibid. num. 2. fol. eod.

Iuramentum non debet extendi ad grauamen eccleſiæ. q. 156. nume. 2. fol. 109

Iuramentum præſtitum per promittentem ſoluere ſimoniam, eſt nullum. q. 80. num. 3. fol. 50

Iuramentum an impediat præſcriptionem. q. 416. num. 11. fol. 252

Iuramentum interiectũ, an impedit præſcriptionem immunitatis. q. 316. num. 3. fol. 199





Iuramentum habet tacitam conditionem, ſi res in eodem ſtatu permanſerit. quæſtione 199. num. 3. fol. 139

Iuramentum an faciat quem teneri præciſè ad factum. q. 627. num. 1. fol. 389

Iuramentum an ſit quid perſonale, vel reale. q. 414. num. 1. fol. 250

Iuramentum illicitum an poſſit quis reſpuere propria authoritate. q. 463. num. 2. fol. 291

Iuramentum fidelitatis præſtandum ab habitantibus in territorio alicuius Bannereti. q. 307. num. 1. fol. 195

Iuramentum moræ purgationem impedit. q. 123. numer. 3. fol. 83

Iuramento an probentur inſtrumenta de nouo reperta. q. 244. num. 3. fol. 166

Iuratus an habeat officiũ de publico, perinde ac Notarius. q. 317. num. 1. fol. 402

Iuriſdictio quid. q. 275. nume. 2. fol. 180

Iuriſdictio an ſit apud fiſcum. quæſtione 259. num. 1. fol. 172

Iuriſdictio prorogata, an expiret per ſententiam Iudicis, cuius iuriſdictio eſt prorogata. q. 462. nu. 1. fol. 291

Iuriſdictio delegati, perpetuatur per ſolam citationem. q. 421. nume. 2. fol. 256

Iuriſdictio Iudicis appellationum expirat, ſententia per eum lata. q. 436. num. 4. fol. 270

Iuriſdictio in via publica, ad quem pertineat. q. 577. nume. 1. fol. 163

Iuri quod introducit inſinuationem, an renunciari poſſit cum iuramento. quæſtione 350. num. 1. 2. & 5. fol. 214. & 215

Ius agendi ad ſupplementum legitimæ filij, quanto tempore præſcribatur. quæſtione 82. nume. 1. fol. 52

Ius filio dicenti teſtamentum patris nullum, in quo præteritus eſt, quanto tempore præſcribatur. ibid. num. 2. fol. eod.

Ius competens agnato proximiori de vendicanda re, an alteri poſſit cedi. quæſtione 257. numer. 5. fol. 171

Ius accreſcendi in contractibus. quæſt. 204. numer. 1. fol. 144

Ius prælationis an poſſit alteri cedi, ſiue remitti. q. 411. nume. 1. fol. 248. & in quibus locum habeat. q. 508. num. 1. fol. 316

Ius Canonicum tollit præſcriptionem in mala fide. q. 199. num. 2. fol. 139

Ius cõmune & ſtatutum poſſunt ſtatuere, quòd malæ fidei poſſeſſor præſcribat odio negligentis. q. 199. num. 4. fol. eod.

Ius repetendi quid requirat. quæſtione 288. numer. 2. fol. 187

Ius patronatus an pertineat ad hæredem, ante reſtitutionem fideicommiſſ. quæſt. 507. num. 1. 2. & 3. fol. 315. & 316

Ius vt dicatur pendere ſex requiruntur, quæ vide per diſcurſum. quæſtione 488. num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. fol. 305

Iuſiurandum, & res iudicata, æquiparantur. q. 549. num. 2. fol. 339

Iuſſus Iudicis, an excuſet à pœna. quæſtio. 340. num. 1. fol. 209

Iuſtitia, vna eſt ex comitibus iuramenti. quæſt. 227. nume. 2. fol. 160

## L

LAici hodie poſſident decimas ex tolerantia Prælatorum & quo iure. quæſtione 288. numer. 3. & 4. fol. 187

Laicus ſpoliatus decimis an poſſit petere ſe in integrum reſtitui. q. 288. num. 1. fol. eod.

Lata culpa in delictis non æquiparatur dolo. q. 446. num. 2. fol. 283

Laudes & vendæ, ad quem pertineant. q. 477. nu. 2. fol. 298

Laudimia quibus caſibus non debeantur domino. q. 48. num. 2. fol. 30

Laudimia an debeantur pro re feudali. q. 167. nume. 2. fol. 115

Laudimia an debeantur ex permutatione. q. 92. numer. 1. fol. 62

Laudimia cui debentur. quæſtione 477. nume. 2. fol. 298

Laudimium an debeatur ex remiſſione, quæ fit inter ſocios cohæredes. q. 411. nume. 2. fol. 249

Legata in teſtamento relicta, hæredes ſoluere tenentur. q. 541. num. 2. fol. 333

Legata an debeantur hæreditate non adita. q. 604. num. 1. fol. 377

Legata in cauſa alimentorum relicta, an debeantur ex minus ſolenni teſtamento. quæſt. 200. numer. 6. fol. 141

Legati ademptio, facta in codicillo, an ad hæredem hæredis, an verò ad fideicommiſſarium pertineat. q. 484. num. 1. fol. 303

Legatorum & debitorum ſolutio, ad quem pertineat. q. 296. num. 1. fol. 190

Legatum hæreditatis quid importet. q. 460. nume. 3. fol. 290

Legatario competunt tres actiones ad legatum conſequendum. q. 483. num. 1. fol. 302

Legatarius vel donatarius teneantúrne rei legatæ, vel donatæ dominium probare. quæſt. 442. nu. 1. fol. 281

Legatarius an poſſit accipere poſſeſſionem propria authoritate. q. 609. num. 1. fol. 379

Legitima filij an debeat detrahi de regno vel comitatu, vel ducatu. q. 476. num. 1. fol. 298

Legitima filij non debet detrahi de regno, ducatu, aut comitatu. q. 487. nume. 2. fol. 304

Legitimæ ſupplementum an habeat etiam locum in matre. q. 426. num. 6. fol. 260

Legitimati à Papa, an cenſeantur legitimati ad temporalia. q. 482. num. 2. fol. 301

Legitimatus per Principem, an poſſit petere hæreditatem cum aliis fratribus naturalib. & legitimis. ibid. nume. 1. fol. eod.

*Legitimatio an habeat locum in filiis natis ex clandeſtino matrimonio, quæſtione 580. numer. 4. fol.* 366
*Legitimatio quid, & an retrotrahatur. q. 482. nu. 3. fol.* 301
*Legitimatio an habeat locum in filiis natis ex matrimonio legitimo. ibid. num. 4. fol.* eod.
*Læſio grauis, quæ dicatur. q. 519. num. 3. fol.* 323
*Læſio an præſumatur in minore adeunte hæreditatem, vel in omiſſione teſtamenti. q. 141. numer. 1. fol.* 98
*Lex imperialis ſuper diffidamentis, qualiter fieri debeat. q. 191. nume. 1. fol.* 132
*Lex vbi prohibet contractum, præcepto directo ad perſonam, talis contractus iuramento non firmatur. q. 350. num. 3. fol.* 214
*Lex penultima. C. de appellatio. ad quæ poteſt adduci in argumentum. quæſtione 436. numer. 44. fol.* 273
*Lex, filio præterito. ff. de iniuſt. rupt. & irrito teſtament. an locum habeat in filio præterito à linea materna. Et an filius præteritus poſſit dicere teſtamentum nullum vſque ad 30. annos. q. 426. num. 1. & 3. fol. 260. q. 597. nume. 1. fol.* 375
*Lex quando ſubrogat loco obligationis aliquam pœnam, vel aliquid aliud, illa ſubrogatio dicitur alternatiua. q. 172. num. 3. fol.* 119
*Libelli forma in præſcriptione 40. annorum. q. 408. num. 2. fol.* 246
*Libelli forma in materia. c. ſi. de fideiuſ. remiſſiuè. q. 117. num. 2. fol.* 179
*Libelli forma, contra obligatos inſolidum. q. 570. numer. 4. fol.* 358
*Libellus debet dari, quando mutatæ ſunt perſonæ de iure. q. 21. num. 1. fol.* 14
*Libera poteſtas à teſtatore prolata, quid importet. q. 475. num. 1. fol.* 297
*Liberi nati tempore mortis hæredum, ſi ſubſtituantur, an etiam nati poſt hæredum mortem videantur inuitati. q. 511. num. 1. fol.* 317
*Liberi cenſeantúrne admiſſi ad hæreditatem teſtatoris, per hæc verba, Si hæres meus, ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo Caium. quæſtione 39. num. 1. fol.* 24
*Liberi venientes ex teſtamento, reuocant alienata. ibid. nume. 2. fol.* 25
*Liberi qualiter ſuccedant parentibus. q. 280. num. 2. fol.* 183
*Liberi maſculi filiis teſtatoris, an cenſeantur ſubſtituti, ex verbis teſtatoris, Si filij mei deceſſerint ſine maſculis, ſubſtituo Sempronium. q. 184. nu. 2. fol.* 126
*Liberis ſubſtitutis vel immutatis an remaneat patri inſtituto facultas eligendi. ibidem. numer. 3. fol.* eod.
*Liberi liberorum, in quibus terminis cenſeantur inſtituti. ibid. num. 4. fol.* eod.
*Liberorum maſculorum appellatione, an contineantur maſculi ex filiis, in patrimonialibus. q. 133. nu. 1. fol.* 89
*Liberos habentes duodecim ann. an immunes ſint à ſubſidiis Delphina. quæſtione 401. numero 1. fol.* 241
*Libitum vnde ducatur. Et quid in teſtamentis importet. q. 475. nume. 1. fol.* 297
*Licentia, verbum in teſtamentis ſcriptum, quid importet: Et vnde ducatur. ibidem. numer. 1. folio* eod.
*Licentia patris an requiratur ſpecialis, vel ſufficiat generalis in donatione facta per filium. q. 223. numer. 5. fol.* 157
*Licentiati in legibus an teneantur ad ſubſidia Delphinalia. q. 390. nume. 1. fol.* 237
*Ligij, qui dicantur. q. 309. num. 1. fol.* 196
*Ligiorum hominum diuiſio bifaria. q. 312. numer. 1. fol.* 197
*Ligius homo non poteſt facere homagium duobus pro diuerſis rebus. quæſtione 310. numer. 1. folio* 196
*Litigioſa res, an poſſit hypothecari? quæſt. 337. nu. 5. fol.* 207
*Litigioſi vitium qualiter contrahatur. ibid. nume. 6. fol.* 208
*Litigioſi vitium an duret perempta inſtantia. ibid. num. 4. fol.* 207
*Lis quando dicatur pendere. ibidem. numer. 7. folio* 208
*Lis non dicitur, per ſimplicem citationem. q. 488. numer. 1. fol.* 304
*Lis vt dicatur pendere, ſex requiruntur. quæſtione 488. per diſcurſum. numer. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. fol.* 305
*Litis conteſtatio nõ eſt neceſſaria in curia Parlamenti. q. 58. num. 1. fol.* 36
*Literæ compulſoriæ in contumacem. quæſt. 99. num. 1. fol.* 68
*Literæ quinquennales conceſſæ creditoribus, an extendantur ad creditores futuros. quæſt. 109. nu. 1. fol.* 75
*Literæ præciſæ in contumaciam obtentæ ſuper inſtrumento obligatorio, habent vim & authoritatem rei iudicatæ. q. 66. num. 1. fol.* 41
*Literæ compulſoriæ obtentæ ſuper inſtrumento obligatorio, cum appoſitione dici, quid operentur. ibi. num. 2. fol.* eod.
*Literæ iudiciales, vt fidem faciant, quid requirant. q. 481. num. 1. fol.* 301
*Literæ ſine teſtium ſubſcriptione, non probant. q. 175. num. 1. limit. num. 2. fol.* 121
*Literæ quinquennales an impediant executionem ſententiæ Parlamenti. q. 97. num. 1. fol.* 68
*Literarum præciſarum conceſſio an validam conſuetudinem inducat. q. 80. num. 2. fol.* 50
*Literas gubernatoris Delphinatus frangentes, qua pœna puniatur. q. 283. num. 1. fol.* 162
*Literas curiæ amouens, qua pœna puniatur. q. 579. nume. 5. fol.* 365
*Locum tenens poteſt expedire ea, quæ ſunt meri imperij, de iure Canonico. quæſtione 624. num. 2. fol.* 388





*Locus debeatne inſpici in iure ſcripto ſeruando. q. 23. num. 4. fol.* 15
*Locus delicti commiſſi, an debeat attendi: an locus, in quo eſt mandans delictum fieri. q. 104. nume. 1. fol.* 72
*Ludouicus, Rex Francorum, Parlamentum Gratianopolitanum inſtituit. quæſtione 44. nume. 1. fol.* 27
*Lugduni, ceſſio bonorum liberat, etiam in futurum. q. 342. num. 2. fol.* 211

M

*Machinans mortem alterius, quàm Imperatoris, an incidat in crimen læſæ maieſtatis. q. 344. num. 1. diſting. num. 2. fol.* 211
*Machinans mortem vnius ex dominis Parlamenti Delphinalis, an incidat in crimen læſæ maieſtatis. ibid. num. 3. fol.* eod.
*Magiſtratus officium falsò aſſumentes, qua pœna puniantur. q. 423. nume. 1. fol.* 257
*Magiſtri particulares monetarum, tenentur ad ſubſidia Delphinalia. quæſtione 403. numero 1. folio* 243
*Mala fides authoris, an noceat ſucceſſori. q. 416. num. 10. fol.* 252
*Malæfidei poſſeſſor, quòd præſcribat, an ſtatuto poſſit induci. remiſſ. quæſtione 409. numer. 4. folio* 248
*Mandatum procuratoris, an expiret mortuo domino. q. 119. num. 1. fol.* 79
*Mandatum ſpeciale, an requiratur in compromiſſo feudo. q. 69. num. 3. fol.* 43
*Manifeſtum dicitur quod plurib. innoteſcit. q. 473. num. 3. fol.* 296
*Manus mortua eſt, quòd ſi ruſticus decedat ſine libero, vel alio deſcendente, dominus totum accipiet iure peculij. q. 361. num. 1. fol.* 222
*Manus mortua, an locũ habeat, ſubſtituto filio presbytero. ibid. num. 2. fol.* eod.
*Manutenentia an vtatur Delphinatus. q. 552. nu. 9. fol.* 344
*Manu tenentiæ practica, in Francia. q. 552. nume. 7. fol.* eod.
*Maritus an faciat fructus ſuos, de fructibus rerum Paraphernalium. q. 468. nume. 1. fol.* 293
*Maritus ſi ſæuiat atrocius in vxorem, an liceat ei aufugere, & extra domum mariti ſit alimentanda ſumptibus mariti. quæſtione 439. nume. 6. fol.* 280
*Maritus an teneatur alimentare vxorem, durante litigio. q. 439. num. 1. fol.* eod.
*Maritus an teneatur alere vxorem, nulla dote ab ea ſibi conſtituta. q. 439. nume. 1. fol.* eod.
*Martini Papæ confirmatio circa ſtylum manutenentiæ, etiam reſpectu cauſarum beneficialium. q. 552. num. 8. fol.* 344
*Maſculi cenſeantúrne inuitari ad bona teſtatoris, ex tacita mente teſtatoris, excludendo filias. q. 148. num. 1. fol.* 126
*Maſculis, verbum, adiectum, in inſtitutione hæredis, vel in primo gradu ſubſtitutionum, an cenſeatur repetitum in ſequentibus gradibus. q. 485. nume. 1. fol.* 303
*Mater tutrix liberorum, ſi conuolet ad ſecundas nuptias, repellitur à tutela. Et quid ita. q. 539. nu. 1. fol.* 332
*Medici nõ tenentur ad ſubſidia Delphinalia. q. 394. num. 1. fol.* 239
*Medicus qui promiſit aliquem curare à podagra, ſi ipſum curet, & poſtmodũ ille in eundem morbum reincidat, an Medicus ſit liberatus à promiſſione. ibid. num. 2. fol.* eod.
*Medicus qualiter petet ſalarium à curato. ibid. nu. 3. fol.* eod.
*Meliorationes factæ in rebus hæreditatis, ad quem ſpectent. q. 296. nume. 2. fol.* 190
*Membrorum ſuorum dominus nemo eſt. q. 278. nu. 2. fol.* 182
*Menſa eccleſiæ, quid dicatur. quæſtione 54. numer. 4. fol.* 108
*Mẽſuræ qualitas, & forma, & vbi aſſeruari debeat. q. 490. num. 1. fol.* 305
*Menſurarum conceſſio, & ſignatio, & fractio minus legitimarum, ſunt miſti imperij. ibid. num. 2. fol.* 306
*Mercatores qui dicantur. quæſtione 287. num. 1 fol.* 286
*Mercantiæ prohibitæ extrahi extra Delphinatum, an in alieno captæ, cùm prohibitis cenſeantur confiſcatæ. quæſtione 572. numero primo, folio* 359
*Mercatores ſe immiſcentes quandoque monetariorum collegio, an debeant gaudere beneficio immunitatis. quæſtione 402. numero quarto, folio* 242
*Mercatorum libris vt fides adhibeatur, quæ requirantur. quæſtio. 441. numer. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. fol.* 281
*Meritorum probatio, non in omni donatione neceſſaria eſt. q. 95. nume. 2. fol.* 64
*Meum, quid propriè dicatur. quæſtione 524. num. 2. fol.* 324
*Minor, qui non appellauit, an petens reſtitui, audiatur. q. 436. nume. 107. fol.* 277
*Minor qualiter probetur læſus. quæſt. 142. numer. 1. fol.* 98
*Minor debet probare facultates non ſufficere ad credita. Et id quomodò. ibidem. numero 2. & 3. fol.* eod.
*Minor ſi ceſſauerit triennio in ſolutione Canonis, an tempus ſibi currat. quæſtione 174. nume. 2. fol.* 121
*Minor adultus petens ſe reſtitui aduerſus lapſum temporis, an audiatur. q. 31. num. 5. fol.* 19
*Minores & reliqui fratres Monachi, an poſſint hæredes inſtitui: & ſi inſtituantur, an valeat teſtamentum. q. 327. num. 1. & 2. fol.* 203
*Mobilium & immobilium an habeatur conſideratio propter æquatores. q. 87. num. 8. fol.* 57

Monachi delinquentis punitio ad quem pertineat.q.559.nume.1.fol. 348
Monacho clauſtrali poſsintne cauſæ delegari.q.563.nume.4.fol. 352
Monachus, an poſsit eſſe officialis ſeu iudex.q.563.num.1.diſting.numer.2.fol. eod.
Monachus clauſtralis, an poſsit eſſe aduocatus, procurator, arbiter, vel defenſor. ibidem. num.3.fol. eod.
Monaſterium an habeatur loco filij, vt faciat deficere fideicommiſſum.quæſtione 477.numer.5.fol. 299
Monaſterium an poſsit petere bona vxoris, quæ poſt mortem ſuam omnia bona ſua donabat dicto monaſterio.q.204.num.2.fol. 144
Moneta aurea, an contineatur appellatione monetæ.q.492.num.1.fol. 306
Monetam quis primùm cuderit.quæſt.493.nume.2.fol. 307
Monetam cudendi ius, cui competat.q.498.nume.1.fol. 310
Monetarij an quid conferant ſubſidiis Delphinal.q.402.nume.1.5.& 6.fol. 242
Moræ purgatio quando admittatur vſque ad litem conteſta.q.171.num.2.fol. 117
in Mora an quis conſtituatur ante interpellationem.q.497.nume.1.fol. 310
Mors ciuilis eſt triplex.quæſt.547.numer.2.3.& 4.fol. 337
Mulier an contribuat quid, & vbi, pro bonis paraphernalibus.q.396.num.3.fol. 240
Mulier nobilis, nubens plebeio, an retineat paternam dignitatem, q.349.num.2.fol. 214
Mulier an nubendo videatur bona ſua in dotem conſtituiſſe.q.499.num.2.fol. 311
Muliebris ſexus verecundiæ, ac pudori parcitur.q.256.in gloſſa prima, fol. 170
Mulier an cenſeatur conſtituiſſe in dotem nomina, ſiue debita.ibid.num.3.fol. eod.
Mulier prægnans citata, an teneatur in iudicio perſonaliter comparere. Et quod ſit non comparentis periculum? q.445.numer.5.fol.283.& q.256.num.1.fol. 170
Mulier pro debito ciuili non debet incarcerari. ibid. num.2.fol. eod.
Mulier an debeat totã donationem propter nuptias, vel augmentum dotis lucrari, moriente marito, pendente termino dato ad ſoluendum ſibi dotem.q.430.num.1.fol. 263
Mulier poteſt habere bona triplicis conditionis.q.468.num.4.fol. 294
Mulier nobilis, nupta plebeio, an mortuo viro debeat conferre in ſubſidiis Delphin. vnà cum plebeis.q.349.num.1.fol. 214
Mulier, minor & ruſticus, an poſsint alios teſtes producere poſt didicita teſtificata.quæſt.124.num.2.fol. 83
Mulier quomodo cauere debeat pro doario ſibi facto à viro.q.248.num.1.fol. 167
Mulier an poſsit eſſe teſtis in teſtamento, vel codicillis inter liberos.q.538.num.1.fol. 332
Mulieres & ex eiſdem deſcendentes, an ſuccedant in rebus feudalibus. quæſtione 59.numero 1.folio 37
Mulctæ inflictæ clerico antè, quam ſe allegaret clericum, an poſsint exigi per fiſcum.quæſt.450.nu.1.fol. 285
Munus perſonale gerere quis dicatur.q.68.nume.3.fol. 42
Mutuans pecuniam ad mercandum, ad medium lucrum & damnum, an ſit vſurarius contractus.q.168.num.1.fol. 127


N


NEgatoriæ natura. quæſtione 28. numero 4.folio 18
Negligentia multiplex.quæſtione 473.numero 1.fol. 296
Negligentia magna, dolo æquiparatur.q.473.nu.2.fol. eod.
Negotia grauia, vel maiora, quæ dicantur.q.429.nume.4.fol. 262
Negotia quænam debeant omnino fieri in ſcriptis.q.582.num.2.fol. 367
Negotiationes quæ clericis & nobilibus ſint permiſſæ.q.196.num.2.fol. 137
Negotiator qui.q.287.num.1.fol. 186
Negotiorum geſtor, ſolùm expenſas petere poteſt.q.68.num.5.fol. 42
Nepos ex filia, an excludat ſubſtitutum. Et quid nepote nato ex filia poſt mortem hæredis.q.612.nu.1.& 2.fol. 380
Neptis an dicatur ex proprio corpore nata.q.353.numer.2.fol. 217
Nobiles, exercentes officium notariatus, conferunt pro ſubſidiis, vnà cum popularibus.q.90.num.1.fol. 61
Nobiles, laborantes ſuiſmet manibus in propriis poſſeſsionibus, nobilitatis priuilegio non priuantur.q.392.num.1.fol. 238
Nobiles nobiliter viuentes, ad ſubſidia nõ tenentur, ne quidem pro rebus regiſtratis. quæſt.384.nu.1.fol. 233
Nobiles quo caſu priuentur priuilegio nobilitatis.q.196.num.1.fol. 136
Nobiles exercentes mercaturam, adſtringuntur ad ſubſidia Delphinalia.q.391.num.1.fol. 238
Nobiles ſi operantur in operibus eorum ruſticalibus, an perdant eorum nobilitatem, & contribuere debeant in ſubſidiis Delphinalibus. quæſt.41.nu.1.fol. 26
Nobilis nobiliter viuens, an teneatur ad ſubſidia Delphinalia: licet bis aut ter ea ſoluerit.q.387.numer.1.fol. 235
Nobilitas quomodo probetur.quæſtione 387.num.2.fol. eod.
Nobilitatem aſſumens per ſe, an & qua pœna puniatur.q.89.num.2.fol. 60
Nomen debitoris, an poſsit in cauſa iudicati capi. Et quid de conſuetudine Delphinali.q.568.numer.1.fol. 355





Nomina debitorum an intelligantur publicata, facta publicatione bonorum.quæſtione 341.num.2.fol. 210
Nomina non comprehenduntur appellatione bonorum mobilium, præſentium & futurorum: nec veniunt legatis mobilibus & immobilibus.quæſt.291.numer.1.fol.418.& quæſtione 499.nume.1.fol. 311
Notarij duo cur ferè adhibeantur. quæſt.122.nu.2.fol. 81
Notarij recipientes inſtrumenta falſorum contractuum, qua pœna puniantur.quæſtio.433.nu.1.fol. 266
Notario cauſæ, aſſerenti in ſuis actis commiſſam ſibi fuiſſe teſtium examinationem, an credatur.q.116.num.1.fol. 84
Notarius vt poſsit alterius Notarij protocola redigere in formam, quæ & quot requirantur.q.2.numer.2.fol. 2
Notarij hæres, an poſsit groſſare notam ſine mandato Iudicis.ibid.num.3.fol. 3
Notarius, hæres alterius Notarij, an poſsit inſtrumẽta eius redigere ſine iuſſu Iudicis. quæſt.118.nu.1.fol. 79
Notarius recipiens inſtrumẽtum contractus iure reprobati, an puniatur. ibidem. numero 2.fol. eodem.
Notarius an poſsit conficere inſtrumentum procurationis in cauſa propria. quæſtio.318.numer.1.fol. 199
Notarius poteſt facere inſtrumentum, in quo ſe obliget alteri.ibid.num.2.fol. eod.
Notarius an poſsit notam per eum receptam per interuallum extendere.quæſtione 120.numer.1.fol. 68
Notarius ſi fateatur in tortura, vel aliàs, ſe inſtrumentum falſum cõfeciſſe, an noceat parti illa confeſsio.q.433.nume.3.fol. 266
Notorium requirit, quòd pars proponat in iudicio.q.221.num.4.fol. 155
Nullitas oppoſita contra ſententiam impedit executionem ipſius ſententiæ.quæſtione 50.nume.2.fol. 31
Nummularij qui & quo tempore eligebantur publica authoritate.q.287.num.2.fol. 186
Nuntiatio noui operis, locum etiã habet pro Republ.q.360.num.2.fol. 221
Nuntio Delphinali ſuper opprobrioſa reſponſione ſibi, vt ait, facta, non creditur. Fallit.q.628.numer.1.& 2.fol. 389
Nuntius falſam relationem faciens, qualiter puniatur.q.44.nume.3.fol. 27


O


OBiectus contra teſtes rei vel contrà, non probati in cauſa principali, non admittuntur in cauſa appellationis.q.500.num.1.fol. 311
Obligatio requirit duo extrema. quæſt.146.nume.2.fol. 102
Obligatio & actio an oriantur ex pacto clientuli facto cum Aduocato de eminenti ſalario. quæſt.190.numer.2.fol. 129
Obliuio præſumatúrne in teſtatore ſecundò teſtante.q.117.nume.4.fol. 84
Occultans inſtrumentum aliàs à ſe productum, qua pœna puniatur. quæſtione 245. numero 1. folio 166
Occupatio iure peculij, hodie correcta eſt.q.300.nu.3.fol. 192
Oeconomum Eccleſiæ citari ſufficit, in cauſis tangentibus Capitulum Eccleſiæ. Et quid de qualibet vniuerſitate.q.321.num.1.& 2.fol. 200
Officialis an poſsit laicum punire, pro iniuria illata Clerico.quæſt.562.numer.1.diſting.num.2.& 3.fol. 351
Officium quod ſit hodie ſubrogatum loco Quæſtoris.q.436.num.40.fol. 273
Officium publicum bonam fidem inducit.q.129.numer.2.fol. 86
Omne qui dicit, nihil excludit.quæſt.458.numer.2.fol. 289
Onus ſpecificandi clauſulas derogatorias ſcienti imponitur.q.127.num.3.fol. 84
Operas ſuas an quis poſsit locare in perpetuũ.q.314.num.2.fol. 197
Opinio Doctoris an releuet ab expenſis.q.277.num.1.fol. 182
Opinio gl. in iudicando quando ſequenda.q.277.numer.2.fol. eod.
Opponi de nullitate contra tres conformes ſententias, quando poſsit.quæſtione 579.numer.4.folio 365
Ordinarius an poſsit beneficium conferre irrequiſito patrono Eccleſiaſtico.quæſtio.374.nume.3.fol. 228
Ordo iudiciarius, quando ſeruandus in commiſsione cauſæ facta à Iudice. quæſtione 70. numero 2.folio 43


P


PActa de dote lucranda, & de donatione propter nuptias debéntne eſſe æqualia reſpectu quotæ.q.555.num.4.fol. 354
Pactum adiectum, quòd ſi infra 18. menſes reſtitueret, venditio haberetur pro non facta, vtrum excuſet proximiorem à lapſu anni.quæſt.257.nu.2.fol. 170
Pactum ſi apponatur in venditione aut reuenditione alicuius rei, quòd ſi emptor alteri vendat, venditor poſsit habere rem pro eo pretio, quo alteri vendetur, an non obſtante tali pacto dominium tranſeat in emptorem.quæſtione 569.num.2.fol. 356
Pactum creditoris cum debitore, quòd ipſe faciat fructus ſuos, an valeat.quæſtione 432.numer.14.fol. 265
Pactum legis cõmiſſoriæ qualiter fiat in pignoribus.q.6.num.1.fol. 4
Pactum legis commiſſoriæ an in pignoribus iuramento firmatur.ibid.num.2.fol. eod.
Pactum de redimenda re pignori data, an valeat.ibid.num.3.fol. 5

Palatium Epiſcopi, an gaudeat immunitate, q.121. num.4.fol. 81

Papa moriente, an expiret poteſtas data conſeruatoribus.q.247.num.1.fol. 167

Papa vel delegatus an poßit conferre beneficium, inconſulto patrono laico.quæſtio.374.numer.4.fol. 228

Papæ authoritas.q.589.nume.5.fol. 371

Paraphernalia, vnde dicantur.q.468.numer.5.fol. 294

Pars vna an teneatur alteri parti exhibere inſtrumentum faciens pro limitatione mãdamenti ſui. q.193.nume.4.fol. 135

Pars vna an poßit cõpellere aliam ad concludendum in cauſa.q.587.num.1.fol. 370

Pars vna petitionis ſi probetur, an pro illa parte probata, poßit ſententia ferri in actione reali vel perſonali.q.27.nume.1.fol. 17

Pars maior cõgregatorum, ad collectæ impoſitionem, an liget minorem.q.631.num.7.fol. 397

Pars poteſt petere ſecuritatem ſibi præſtari à Iudice. q.418.num.6.fol. 255

Pars volẽs deducere petitorium in beneficialibus, admittitur ad corroborationem poſſeſſorij.q.71.numer.1.fol. 44

Pars quomodo, & quando poßit inſtrumentum de falſo arguere.q.131.num.1.fol. 87

Pars non citata ad videndas teſtium atteſtationes, an poßit conſentire.q.216.nume.2.fol. 152

Partem ſi quis reliquit ad pias cauſas, & partem non, an valeat teſtamentum.quæſt.543.nume.14.fol. 335

Partem cenſus qui ſoluit, an euitet commiſſum totius rei emphyteuticariæ.q.174.nume.1.fol. 121

Parti, cõtra quam dantur obiectus, licitúmne ſit dare alios articulos ſaluatorios. quæſt.500.numer.2. fol. 311

Pater ſi quid donet filio, & id tacitè, an intelligatur de donatione propter nuptias.q.145.num.5.fol. 101

Pater ſi iuramentum adiecit in recognitione talliæ, an filius tali iuramento adſtringatur.q.315.nu.3. fol. 198

Pater an teneatur aliquid relinquere filio naturali, in teſtamento.q.426.num.8.fol. 260

Pater quantum conferre poßit filio.q.146.numer.3. fol. 103

Pater an poßit per fideicõmiſſum indotatæ filiæ ſubſtituere.q.613.num.1.fol. 380

Pauperi non habenti vnde cauſam tueatur, Iudex debet ſumptus decernere.quæſt.561.numer.1.fol. 350

Peccatum non eſt in promittente ſoluere vſuras.q. 581.num.3.fol. 367

Pecunia mutatio ſi fiat, & agatur de ſolutione, an de fortiori vel viliori fienda ſit ſolutio.q.493.nu.1. fol. 307

Pedagium ſi quis fregerit, emolumentum condemnationis cui applicetur.q.413.num.1.fol. 249

Pedagium qui emit, an videatur pœnas tranſgreſſorum emiſſe.ibid.nume.2.fol. eod.

Pœna corporalis, poteſt à Curia ſæpe mutari in pecuniariam.q.579.num.2.fol. 365

Pœna ſtatuti non habet locum, ſi ſtatuto ciuitatis caueatur, ne quis alienet rem ſine ſolutione gabellæ. q.590.num.1.fol. 372

Penſio annua ſuper furno aßignata, an furno minuto nihilominus integra peti poßit.quæſt.8.num.1. fol. 5

Penſio annua ſuper feudis Delphinalibus impoſita. q. 183.num.1.fol. 125

Penſio an poßit imponi in re emphyteuticaria. ibid. num.2.fol. eod.

Penſio annua, an poßit peti pro annis futuris.q.576. nume.5.fol. 363

Penſionis diminutio, an debeat fieri propter belli, aut peſtis interuentum.quæſtio.630.nume.1.& 2.fol. 393

Percepta iure ſubſtitutionis pupillaris, an veniant fideicommiſſo vniuerſali. quæſt.303.numer.3.fol. 193

Perdita in ludo alearum an poßint repeti. quæſt.581. num.2.fol. 367

Permißio comparatiua.q.111.nume.1.fol. 76

Permißio ſimplex.ibid.nume.3.fol. eod.

ex Permutatione aliquis recepit rem aliquam immobilem, & prætereà decem florenos, an ſit in totum permutatio, vel venditio, vel pro parte.q.92.numer.2.fol. 62

Periurus qualiter puniatur. quæſtio.178.numer.4. fol. 123

Perſonalis & hypothecaria an poßint eodem libello intentari.q.108.num.1.fol. 75

Perſonæ miſerabiles, quæ dicantur.q.566.num.1.fol. 354

Peti aliud pro alio an poßit: ſicut ſolui aliud pro alio. q.358.num.1.fol. 220

Petitio hæreditatis directa, an competat ei, qui agit vigore Codicillorum.q.323.num.1.fol. 202

Petitorium & poſſeſſorium nihil inter ſe habent commune.q.1.nume.2.fol. 1

Pignoratio poßítne fieri die feriata ob honorem Dei, vel Sanctorum.diſting.q.215.nume.5.fol. 151

Piſces ſtagni, dicantúrne pars fundi. q.91.numer.4. diſtin.num.5.fol. 62

Plebeij habentes iuriſdictionem in caſtra & homines, an teneantur ad ſubſidia Delphinalia.q.385.nu.1. fol. 234

Plebeij non habentes caſtra, ſed feuda particularia, tenentur ad ſubſidia Delphinalia. q.386.nume.1. fol. eod.

Pœna infringentis ſaluam guardiam.q.56.numer.2. fol. 35

Poſitione negata, an poßit quis ſe iuuare. q.182.nu.1. fol. 125

Poſſeßio, duplex eſt.q.629.nume.4.fol. 391

Poſſeßio dictio, eſt ambigua.ibid.num.5.fol. 392

Poſſeßio an continuetur de patre ad filium.q.355.numer.3.fol. 219

Poſſeßio naturalis, an transferatur, ſi fiat contractus intra rem propriam.q.603.num.1.fol. 377

Poſſeßio, an continuetur contra ſucceſſorem in beneficio, vel in re prophana.quæſt.629.nu.1.fol. 390

Poſſeßio ficta, non ſufficit ad conſtitutionem precarij.q.509.num.2.fol. 316

Poſſeßio ciuilis, quot & quos effectus operetur. q.356. num.1.fol. 219

Poſſeßio ei adiudicari debet, qui potiora iura oſtenderit.q.85.num.2.fol. 54

Poſſeßio, an transferatur per inueſtituram. q.415. num.2.fol. 251

Poſſeßio, an transferatur iure ipſo abſque reali traditione.q.22.num.2.fol. 14

Poſſeßionem habens realem, an præferatur habenti ciuilem.q.22.num.3.fol. eod.

Poſſeßione de præterito probata, non præſumitur ex ea dominium.q.28.num.2.fol. 17

Poſſeßionem habens rei venditæ vel donatæ, per precarium, vel retentionem vſusfructus, præfertur habenti poſtea realem.quæſt.112.nu.1.fol. 76

Poſſeßionem habens in aliquo territorio, contribuere debet pro munitione loci.q.7.num.1.fol. 5

Poſſeſſor pacificus quis dicatur.q.85.nu.3.fol. 54

Poſſeſſor malæ fidei, quòd præſcribat, an ſtatuto poßit induci.q.409, num.4.fol. 248

Poſſeſſori hæreditatis, competátne ſemper beneficium l.edicto. C. de edi.di.Adriani.toll.q.132.num.4. fol. 89

Poſſeſſores tertij, an debeant generaliter vocari in declaratione hypothecariæ actionis.q.432.numer.3. fol. 264

Poſſeſſoribus pluribus exiſtentibus, vtrum creditor poterit eligere, quem voluerit, vel agere contra quemlibet pro rata.quæſt.432.nu.4.fol. eod.

Poßidens rem aliquam & dubitans in ea turbari, appellat extra iudicium.q.436.num.73.fol. 275

Poßidens an & quando contra fiſcum manu tenendus ſit.q.366.num.1.fol. 224

Poteſtas paterna ſola, an attẽdatur in iudiciis. q.54. num.1.fol. 34

Practica manutenentiæ in Francia.q.552.numer.7. fol. 344

Precarij conſtitutio.q.509.num.1.fol. 316

Precarij cõſtitutio poßitne idem operari in perſonam ſecundi donatarij, quod in perſonam primi, factis donationibus duabus ſucceßiuè in contractu, diuerſis perſonis.q.512.num.1.fol. 318

Præceptum iudicis de ſoluendo: eſt interlocutoria. q. 12.num.2.fol. 8

Præceptum iudicis præcedẽte cauſæ cognitione an habeat vim diffinitiuæ.quæſt.12.nu.5.fol. eod.

Præcepto iudicis an ſit obtemperandum. Et an negligentibus pœna infligatur.quæſtion.359. numer.1. fol. 221

Præciſarum literarum ſpecies. quæſt. 421. numer. 4. fol. 256

Prædicatores an debeant præcedere minores. q. 502. num.5.fol. 313

Præfecti prætorio, ſecundum conſcientiam iudicant. q.29.num.1.fol. 18

Præfectus prætorio quis dicatur: & eius poteſtas. q.50.num.4.fol. 32

Prælationis ius an poßit alteri cedi ſiue remitti. q. 411.num.1.fol. 248

Prælatus nouus, an poßit res ſeu iura Eccleſiæ poßidere.q.355.num.1.fol. 223

Prælatus an poßit dare laico in compenſationem, aliquam penſionem ſine conſenſu Capituli. q. 179. num.1.fol. 123

Prælegata vtrum veniant in fideicommiſſo vniuerſali.q.303.num.3.fol. 194

Presbyter an liberetur à patria poteſtate. q.382. numer.2.fol. 233

Præſens, quis, & quot modis dicatur.q.570.nume.2. fol. 357

Præſentatio in campo duelli, quomodo, & quando fieri debeat, & quæ proteſtationes ſint præſtandæ.q. 622.num.1.fol. 385

Præſcribátne excommunicatus, durante excommunicatione.q.416.num.16.fol. 253

Præſcribatúrne contra fiſcum. diſt. q.416. numer.1. fol.251. & quo tempore præſcribatur officio iudicis.q.416.num.14.fol. 253

Præſcriptio contra eccleſiam, an incipiat currere à tempore prælati malè alienantis.q.105.num.1.& 2.fol. 106

Præſcriptio ſi non opponatur, an iudex poterit ſupplere & admittere.q.221.num.1.fol. 155

Præſcriptio actionis perſonalis debitoris contra creditorem.q.199.num.1.fol. 138

Præſcriptio an interrumpatur per ſententiam arbitri.q.416.num.7.fol. 252

Præſcriptio an aliquibus caſibus ceſſet.ibid.num. 8. fol. eod.

Præſcriptio debitoris an currat contra debitorem, intermißione vnius penſionis annuæ. q.406.nume. 1.& 2.fol. 234

Præſcriptio triplex, odioſa, fauorabilis, & partim odioſa, partim fauorabilis.q.416.num.1.2.3.& 4. fol. 251.& 252

Præſcriptio annuæ præſtationis, quanto tempore acquiratur.q.407.num.1.fol. 245

Præſcriptio quadraginta annorum currit contra Eccleſiam, excepta Roma. quæſt.161.numer.2.fol. 112

Præſcriptio vel vſucapio an aliquo caſu dormiat. q. 416.num.13.fol. 253

Præſcriptioni annuæ præſtationis, non ſufficit probare curſum temporis, ſed debet cauſa ſpecifica allegari.q.408.num.1.fol. 246

Præſcriptionis cuiúſnam hîc rationem habeamus. q. 416.num.5.fol. 252

Præſcriptionis 30. annorum exceptio, an impediat litis conteſtationem.q.416.num.15.fol. 253

Præſcriptio introducta ex ſtatuto, curratne contra pupillum.q.31.num.2.fol. 19

Præſcriptiones legales an & quando currant contra minores.q.31.num.3.fol. eod.

Præſcriptio inchoata in perſona minoris, an currat contra minorem.ibid.num.4.fol. eod.

Præſumptio oritur ex facto antiquo.q.357.numer.2. fol. 220

Pretium, an poßit peti pro annis præteritis. q.576. num.6.fol. 363

Præteritio, & exhæredatio, quidnã differant. q.529. num.2.fol. 326

Primogenitus, ſeu primonatus, quis dicatur. q.506. num.3.fol. 315

Princeps alicuius patriæ an poßit à ſuis ſubditis quid exigere pro bello inferendo, & ſubſtituendo. q. 551.num.11.fol. 342

Princeps temporalis, an ſuper iuramento poßit diſpenſare. q.194.num.1.fol. 135

Princeps an poßit appellationem deſertam admittere. q.436.num.95.fol. 276

Princeps ſecularis an poßit diſpenſare ſuper iuramento. q.178.num.3.fol. 123

Princeps an poßit cauſam in alio iudicio pendentem, indeciſam ad ſe euocare.q.440.num.1.fol. 280

Princeps quilibet, an poßit habere Parlamentum, ſicut Rex Franciæ.q.43.num.2.fol. 27

Princeps non debet bellum ſuſcipere & gerere in præiudicium ſubditorum.quæſt.113.num.3.fol. 77

Principi quid aſſerenti in ſuis literis patentibus, an credi debeat.q.481.num.2.fol. 301

Principes adorantes falſos deos, qua pœna puniantur. q.589.num.2.fol. 171

Prior conuentus prædicatorum, minorum, an poßit cõferre Euchariſtiam vel extremam vnctionem ſuo religioſo, extra terminos Conuentus. q.502. num.3. & 4.fol. 312

Priuilegia de decimis non ſoluendis quatenus extendantur.q.207.num.1.fol. 146

Priuilegiorum conſeruatores non ſunt hodie reuocati per pragmaticam ſanctionem.q.18.num.1.fol. 12

Priuilegium conceſſum ab alio, quàm ab Imperatore, Papa, Rege Frãciæ, vel Delphino, teneátne. q.354. num.1.fol. 222

Priuilegium conceſſum per Principem alicui villæ de exemptione pedagij per terram eiuſdem Principis, an ad terras poſteà quæſitas extendatur. q. 489.num.1. & 3.fol. 305

Pro dictio, condictionem importat. q.632.numer.7. fol. 403

Probandum in iudicio aliquid qui ſe adſtringit, ſi non probet, perdit cauſam.q.365.nu.1.fol. 224

Probari ſtatim, vel de proximo fieri, quando quid dicatur.q.132.num.2.fol. 89

Probatio ad obtinẽdum in hypothecaria an ſufficiat, ſi creditor probat per teſtes, quòd vidit debitorem poßidere.q.432.num.6.fol. 265

Probatio tituli clericalis, eſt quid ſpirituale. q.138. num.3.fol. 94

Probatio meritorum non in omni donatione neceſſaria.q.95.num.2.fol. 64

Probatio centum annorum quomodo poterit fieri. quæſt.357.numer.1.fol. 488. & q.193.nume.3. fol. 135

Probatio ſepulturæ electionis.q.540.nu.1.fol. 335

Procedendi ratio in cauſa appellationis, quæ interponitur à reintegratione poſſeßionis, vigore ſtatuti Delphinal.q.436.num.51.fol. 273

Procedi poteſt in cauſa inquiſitionali, ſine litis conteſtat.q.143.num.4.fol. 99

Procedi qualiter debeat in actione hypothecaria, ſi tertius poßidet.q.432.num.1.fol. 264

Proceſſus contra abſentem accuſatum de grauamine, de iure Canonico, an valeat.q.429.numer.3.fol. 262

Proceſſus nullus poßitne de partium conſenſu validari.q.216.num.1.fol. 182

Proceſſus quomodo fiat contra abſentem de graui crimine accuſatum.q.429.num.1.fol. 262

Procurator, in cauſa, quam ducit, non debet admitti in teſtem.q.45.num.1.fol. 28

Procurator falſus, quis dicatur.q.173.nu.2.fol. 120

Procurator an poßit ſine ſpeciali mãdato iuriſdictionem prorogare.q.285.num.2.fol. 185

Procurator num admittatur ad probãdas cauſas abſentiæ, quas allegat.q.338.num.4.fol. 208

Procurator num interueniat, ſi ſtatuto pro pœna corporali debeat imponi pœna pecuniaria. ibid. numer.5.fol. eod.

Procurator generalis ad omnes cauſas, an poßit comparere in cauſa criminali ſine ſpeciali mandato. ibid.num.6.fol. eod.

Procurator an admittatur ad declinatoriã fori, vel dilationem cauſæ opponendam. ibid. nume.2.fol. eod.

Procurator an admittatur in cauſis criminalibus ad media cauſæ.q.338.num.1.fol. eod.

Procuratores, quamuis nobiles, tenentur ad ſubſidia Delphin.q.399.num.1.fol. 241

Procurator an poßit prorogare iuriſdictionem ſine ſpeciali mandato.q.462.num.2.fol. 291

Procurator ſi decedat ante cauſæ ſententiam, an poſſit ſententia ferri in perſonam domini cauſæ.q.86. num.1.fol. 55

Procuratore domino litis, & domino cauſæ mortis, in cuius perſonam ferenda ſit ſententia.ibid.num.2. fol. eod.

Procuratores nobiles, teneantúrne conferre in ſubſidiis Delphinalibus, q.89.num.1.fol. 60

Procuratorium an ſit reuocatum domino moriente, pendente lite.q.431.num.2.fol. 264

Proditor, quis dicatur.q.191.num.5.fol. 133

Productio inſtrumenti, non intelligibilis, à parte facta, an valeat.q.242.num.2.fol. 165

Productio teſtium per partem priuatam facta, non prodeſt, neque nocet parti fiſcali.q.342.numer.1. fol. 211

Profeßionem facere quando quis cenſeatur. q. 502. num.1.fol. 312

Promißio & iuramentum, debent intelligi ſecundum terminos iuris Communis. q.96.num.3.fol. 66

Pronũnciari an poßit in criminali, ex probatione habita in cauſa ciuili. quæſtione 342. num.3.fol. 211







Pronunciatio ſermonis in maſculino, quando non porrigatur ad fœmininum. q. 506. numer. 2. fol. 315

Pronuncians ſe Iudicem non competentem, an poßit illam interlocutoriam reuocare. q.536, numer.93. fol. 276

Pronunciatio ſuper exceptione dilatoria, an ſit interlocutoria.q.10.num.3.fol. 7

Pronunciationes latæ pòſt in executionem ſententiæ, ſintné interlocutoriæ. q.11.num.3.fol. eod.

Proprietarius, an vſufructuarius debeat laudare vel inueſtire de re feudali, vel emphyteuticaria. q. 477.num.1.fol. 298

Prorogatio an videatur facta iuriſdictionis, ſi quis ſe ſubmittat cognitioni Iudicis. q.370. num.1.fol. 226

Protectio & defenſio an intelligantur cum armis. q. 583.num.1.fol. 368

Protegere verbum quid importet. q.583. num.2.fol. 368

Proteſtatio vel denuntiatio alicui facta, an poßit per iuramentum probari.q.614.nume.2.fol. 381

Proteſtatio per aliquem facta probatur iuramento. q.205.num.2.fol. 145

Proteſtatio domini an valeat, quòd vtrunque petere poßit, penſionem & commiſſum. q.172. numer.1. fol. 119

Proteſtationis vſus. q.55. numer.2.fol.35. & q.172. num.2.fol. 119

Protocolorum emolumenta, an veniant in legato omnium bonorum.q.541.nume.4.fol. 334

Protocolum debet exhiberi, ſi inſtrumentum de falſo redarguatur. q.19.num.5.fol. 13

Protocola debent remanere penes hæredem Notarij. ibid.nume.6.fol. eod.

Prouiſio facta reſpectu caſus expreßi, non porrigitur ad omiſſum.q.531.nume.2.fol. 328

Puella, Ioanna nuncupata, quando regnarit. q. 84. num.2.fol. 53

Pupillaris expreſſa, an excludat matrem etiam in legitima: & quomodo intelligantur illa verba, Vulgariter, pupillariter, & per fideicõmiſſum. q.533. nume.1.fol. 328

Pupilli cauſa, fauorabilis eſt, vtroque iure id teſtante.q.631.nume.3.fol. 268

Pupillus & adultus, vbi æquiparentur. q.435.nu.2. fol. 267

Pupillus non ſeruiens domino, an priuetur feudo. q. 435.nume.4.fol. 268

Pupillus non debet educari apud tutorem, ſi ſit ſubſtitutus.q.539.num.3.fol. 332


Q


QVarta Trebellianica retenta, an poßit ex ea detrahi alia, ſi hæres detrahens alium inſtituat, & per fideicommiſſum ſubſtituat. q.53.numer.2. fol. 33

Quarta Trebellianica nõ detrahi poteſt delegato de portione hæreditatis, vel aliqua re facto vel de legitima filij.q.296.nume.3.fol. 190

Quartæ Trebellianicæ prohibitio facta per teſtatorem in primo gradu ſubſtitutionis, an porrigatur ad omnes ſubſtitutiones in cæteris gradibus ſubſtitutionum ſubiunctas. quæſt.545. numer.1.fol. 336

Quæſita per filium patri, nõ quæruntur eo mortuo. q.147.num.2.fol. 104

Quinquennales literæ conceſſæ debitoribus, an extendantur ad creditores futuros. q.109. numer.1. fol. 75

Quomodocunque, & Qualitercunque vſus. q.229. num.2.fol. 161

Quo tempore præſcribatur officio Iudicis.q.416.numer.14.fol. 253


R


RAtificare infra decem dies an debeam appellationem meo nomine factam. quæſt.436.nu.103. fol. 276

Ratificationis vſus, & tempus.q.13.num.2.fol. 9

Rebelles & infideles qui dicantur.q.589.num.4.fol. 171

Rebellis contra Papam, qua pœna puniatur. ibid. numer. 6.fol. eod.

Recedere quando liceat à proprio verborum ſignificatu.q.548.nume.2.fol. 338

Recedente in commiſſum, an dominus non poterit agere poſt quinquennium. quæſt.412. nume.1.fol. 249

Recognitio ſola, an efficiat quem hominem alterius. q.272.num.4.fol. 179

Reconuentio an admittatur in cauſa appellationis. q. 436.num.102.fol. 276

Regiſtrum notæ, an faciat fidem. quæſt. 19. numer.3. fol. 13

Regiſtrum, quid remißiuè.q.381. nume.2.fol. 232

Regionis conſuetudo inſpicitur in ſolennitate actus, de quo agitur.q.262.num.3.fol. 173

Regula, Dolo facis, an & quãdo locum habeat in materia reintegrationis.q.37.num.5.fol. 25

Relaxans à carcere delatum, vel compeditatum, an incidat in crimen legis Iuliæ maieſtatis. q.437. num.5.fol. 279

Relictum pium an poßit Epiſcopus in aliã piam cauſam conuertere.q.556.num.1.fol. 347

Religioſi & fratres mendicantes, an poßint adhiberi teſtes in teſtamentis & codicillis. q.517. nu. 1.fol. 321

Religioſi & fratres mendicantes, quatenus videntur ſimiles mortuo.ibid. num. 2.fol. eod.

Religioſi & fratres mendicantes, an poßint eſſe teſtes in contractibus. ibidem. numer. 4.fol. eodem.

Religioſus an ſufficiat, quòd iuret ad pectus. Et quid de conuerſo.q.615.num.1.& 2.fol. 381

Remaneat, verbũ inducit donationem inter viuos. q.510.num.1.fol. 317

Remißio criminoſi de vno loco ad alium vt fiat, ſex requiruntur.q.202.num.1.fol. 142

Remißio an debeat fieri in contractibus. q.202. nu.3. fol. 143

Remiſſus an debeat præſentari cum eodem proceſſu

factо coram remittente. quæſt.202. numer.6. fol. eod.

Remouens literas Curiæ Parlamẽti, vel alterius Curiæ inferioris, à manu ſeruientis, qua pœna puniatur. q.579. num.5. fol. 365

Renunciari an poſſit præſcriptioni 30. vel 40. annorum, ex pacto inter contrahentes adiecto. q.319. num.2. fol. 200

Renunciatum ſi fuerit arbitrio boni viri, cum iuramento: ad illud tamen poteſt recurri, vbi foret grauis læſio. q.519. num.1. fol. 322

Renunciatio ſuper fundi dotalis alienatione, aut pacto de non ſuccedendo patri, non valet. q.350. nume.4. fol. 215

Renunciatio filiæ circa bona paterna & materna, extendatúrne ad ea, quæ pater perdidit conuolando ad ſecunda vota. q.228. num.2. fol. 160

Renunciatio & concluſio an requirantur in cauſa denunciationis vel accuſationis. quæſt.201. num.2. fol. 142

Renunciatio boni viri arbitrij, habet tacitam conditionem. q.519. num.2. fol. 323

Renunciatione & concluſione facta in cauſa, an partes poſteà admittantur ad productionem inſtrumentorum. q.201. nu.1. fol. 142

Renunciationes à iure prohibitæ, non recipiunt interpretationem extenſiuam. quæſti.231. nume.2. fol. 161

Repetendi ius, quid requirat. q.288. nu.2. fol. 187

Reſponſio ad poſitiones per credit, vel, non credit, an ſufficiat. q.334. num.1. fol. 206

Repreſaliæ non ſunt de iure Ciuili, aut Canonico permiſſæ. q.32. nu.1. fol. 20

Repreſaliæ poſſintne concedi contra clericos. Et quomodo. q.34. num.1. fol. 21

Repreſaliæ poſſunt concedi contra eum, cuius culpa conceduntur. q.34. num.2. fol. eod.

Repreſaliæ vt concedantur, an ſuperior ſit primò adeundus. q.33. num.1. fol. 20

Repoſita in commiſſum, an dominus non poterit agere poſt quinquennium. quæſt.412. nume.1. fol. 249

Repoſita ad manus Curiæ, an poſteà fiat recredentia potius ius habentibus in poſſeſſorio. q.552. num.6. fol. 344

Rem feudalem ſi emerim, & velim præſtare fidelitatem domino, cum recognitione homagij, an dominus poſſit recuſare. q.415. num.1. fol. 250

Rem emphyteuticariam quibus ſit prohibitum alienare. q.454. num.7. fol. 287

Res inutiles & oneroſæ Eccleſiæ, poſſintne alienari ſine vlla ſolennitate. q.156. num.1. & 2. fol. 109

Res an poſſit auferri conductori, non obſtante hypotheca, ſoluendo ei intereſſe. q.480. numer.6. fol. 300

Res Eccleſiæ vt alienentur, quid requiratur. q.149. num.1. fol. 105

Res quando dicatur integra, vt mandatum non expiret morte mandantis. q.491. num.1. fol. 306

Rem meam apud Officiarios ſequeſtratam, an poſſim vendere pro victu, ſi non ſit mihi vnde viuam. q.81. num.2. fol. 51

Res emphyteutica an poſſit alienari irrequiſito domino. q.48. num.1. fol. 30

Res litigioſa an poſſit hypothecari. q.432. numer.16. fol. 226

Res Eccleſiæ in emphyteuſim dari poſſint ſine ſolennitate. q.1. num.1. fol. 69

Res emphyteuticaria quo caſu cadat in commiſſum. q.101. num.2. fol. 70

Res an dicatur litigioſa per ſimplicem citationem. q.479. num.3. fol. 300

Res an poſſit capi iure prælationis in donatione. q.508. num.2. fol. 313

Res teſtatoris alienari poſſunt propter æs alienum, non obſtante quacunque prohibitione. q.96. nu.2. fol. 66

Res Eccleſiæ quibus de cauſis poſſint alienari. q.594. num.1. fol. 374

Res Eccleſiæ an præſumatur alienata in vtilitatem eius. q.151. num.1. fol. 106

Res iudicata & iuſiurandum æquiparantur. q.549. num.2. fol. 339

Res ſequeſtrata an poſſit interim vendi. q.210. nu.3. fol. 148

Rerum appellatione an contineantur iura, & actiones. q.291. num.2. fol. 188

Reſcindens & reſciſſorium poſſunt in eodem iudicio intentari. q.143. num.1. fol. 99

Reſcripta papalia, Conqueſtus vulgariter nuncupata, hodie ſublata ſunt per pragmaticam ſanctionem. q.17. nume.1. fol. 12

Reſcriptum impetratum à Principe, quòd ſententia non mandetur executioni, donec de meritis cauſæ reuiſionis fuerit cognitum, an valeat. q.420. numer.1. fol. 256

Reſcriptum Philippi Francorũ Regis circa materiam duelli. q.617. num.2. fol. 382

Reſortus quid. q.518. num.1. fol. 322

Reſortus an ſit de eſſentia feudi. quæſt.518. numer.2. fol. eod.

Reſtitutio in integrum non perpetuatur litis conteſtatione. q.143. num.2. fol. 99

Reſtitutio in integrum poſtulata, an impediat executionem ſententiæ. q.215. num.7. fol. 152

Reſtitutio in integrum, ex generali clauſula, Si qua iuſta cauſa, &c. vtrum maiori negligentia conficere inuentarium infra tempus à iure ſtatutum, dari poſſit. q.473. num.4. fol. 296

Reſtitutionis in integrum beneficium, an poſſit cedi. q.141. num.2. fol. 98

Reuocatio donationis an tranſeat ad hæredes. q.214. num.1. vide & num.3. fol. 150

Reus confeſſus an poſſit condemnari ſuper proceſſu nullo. q.216. num.3. fol. 153

Reus quando dicatur eſſe in mora. q.496. num.2. fol. 309

Reus ad quem locum debeat adduci ad perſeuerandum in confeſſione facta in tormentis. q.339. numer.2. fol. 209

Rex Franciæ, an ſit ſubditus Imperatori. q.239. nu.2. fol. 164

Rex Franciæ, an poſſit alienare de patrimonio ſui regni. q.239. num.1. fol. eod.

Rhodani flumen an pertineat inſolidum ad Regem Franciæ: an verò ad Principes circumuicinos. q.578. num.3. fol. 364

Rumor & vox publica in patria excuſant à dolo & calumnia. q.446. num.1. fol. 283

S

Sabaudiæ Iudex laicus, cognitionem & iudicium Iudæorum blaſphemantium fert. q.63. num.1. fol. 39

Sacerdotes ſunt exempti à ſubſidiis Delphin. q.388. num.7. fol. 235

Salarium operariis quomodo ſoluendum ſit, in multiplici ſalariorum differentia. quæſt.252. nume.1. fol. 269

Salarium cum expenſis quibus ſolui debeat. q.68. numer.6. fol. 42

Saluagardia Delphinalis nõ tollit ordinariam iuriſdictionem de iure, aut ſtylo Curiæ. q.56. numer.1. fol. 35

Saluamgardiam infringentis pœna quæ ſit. ibid. numer.2. fol. eod.

Saluamgardiam infringens, qua pœna puniatur. q.418. num.1. fol. 254

Saluagardia an poſſit concedi in territorio alieno. q.418. nume.2. fol. 255

Saluagardia à quo detur, & quanto tempore duret. ibid. num.3. fol. eod.

Saluagardia pro eundo, an intelligatur etiam data pro redeundo. ibid. num.4. fol. eod.

Saluuſconductus datus hoſti, an debeat ſeruari. q.418. num.5. fol. eod.

Sanctio pragmatica, quando, & vbi habeat locum. q.103. num.1. fol. 71

Sanctiones conſeruatoriæ ſunt permiſſæ de iure communi. q.18. nume.2. fol. 12

Scripturæ in monumẽtis faciunt rem notoriam, non tamen fidem. q.582. num.4. fol. 368

Schiſmatici adorantes falſam Eccleſiam, capti in bello, furca ſuſpenduntur. quæſtio.589. numer.3. fol. 371

Secretarij ſupernumerarij in Curia Parlamenti Delphin. tenentur ad ſubſidia Delphin. q.392. num.1. Ratio. num.2.3.4.5. & 6. fol. 238. & 239

Secretarij Parlamenti an debeant exigere decimam de condemnationibus. Et pœna exigentium. q.434. num.1. & 2. fol. 267

Seditio ſi fiat publicè, vel priuatim, ad quem ſpectet cognitio. q.437. num.8. fol. 279

Sententia Iudicis à quo, an confirmetur per appellationem interpoſitam. q.436. num.14. fol. 271

Sententia lata contra vnum ex mercatoribus pro ſolutione pedagij, an noceat aliis, qui partem non fecerunt. q.549. num.1. fol. 339

Sententia condemnatoria an abſolutoria debeat ſequi, ſi qualitas in actione vel accuſatione nõ fuerit probata. q.553. nume.1. fol. 345

Sententia, Condemno te in 20. reſeruata tibi exceptione ſolutionis, an & quando valet. q.67. nu.1. limit. num.2. fol. 41

Sententia, in qua Iudex ſe non nominat, ſed ſolùm Curiam commemorat, an valeat. q.451. nume.1. fol. 285

Sententia an valeat, intentata hypothecaria contra tertiũ poſſeſſorem, non facta diſcuſſione bonorum principalis. q.432. num.9. fol. 265

Sententia an valeat, in qua Iudex ſe non nominat, ſed ſolùm Curiam commemorat. q.451. numer.1. fol. 285

Sententia lata teſtibus non publicatis, an ſit ipſo iure nulla. q.586. num.1. & 2. fol. 369

Sententia lata contra minorem 25. annis, curatorem non habentem, eſt ipſo iure nulla. Et quid de contractu. q.494. num.1. & 2. fol. 308

Sententia Iudicis appellationem lata poſt deſertionem, an ſit nulla. quæſtione 436. numer.17. fol. 271

Sententia lata ſuper nullitate proceſſus, an ſit interlocutoria, vel diffinitiua. quæſtio.220. num.1. fol. 154

Sententia diffinitiua vel interlocutoria ſuper aliquo crimine prolata, an poſſit mandari executioni infra decem dies datos ad appellandum. q.436. numer.54. fol. 273

Sententia ſi contineat plura capitula, an appellari poſſit ab vno. q.336. num.74. fol. 275

Sententia ſuper deſertione appellationis, eſt interlocutoria. q.11. num.1. fol.7. & quæſt.220. num.4. fol. 154

Sententia interlocutoria quãdo habeat vim diffinitiuæ. q.12. num.2. fol. 8

Sententia, lata ſuper deſertione appellationis, an habeat vim diffinitiuæ. q.12. num.4. fol. eod.

Sententia poſſitne mandari executioni contra procuratorem litis. q.86. num.3. fol. 55

Sententia in reſtitutione in integrum quando poſſit ferri ſine litis conteſtatione. quæſt.143. numer.3. fol. 99

Sententia lata in confeſſum, iudicio etiam minus legitimè inſtituto, valet. quæſtio.120. numer.1. fol. 80

Sententia lata contra homines alicuius ciuitatis, an noceat eorum ſucceſſoribus. quæſtio.279. numer.1. fol. 183

Sententia expreſſè lata contra ſtylum Curiæ, eſt nulla. q.292. num.2. fol. 188

Sententia lata contra debitorem, mandatur executioni in bonis debitoris ſui. quæſt.26. numer.2. fol. 16

Sententia an poſſit mandari executioni cõtra illum, qui cauſam habet ab illo, qui dolo deſiit poſſidere. q.215. num.8. fol. 152

Sententia, quæ nulla eſt, an poſſit per aliam confirmari. Et an in ea confirmatione poſſit opponi de nullitate primæ. q.294. num.1. fol. 189

Sententia quid in propoſito themate. q.16. numer.1. fol. 11

Sententia lata contra principalem, poteſt mandari executioni contra fideiuſſorem ſine nouo proceſſu. q.26.num.1.fol.16. & q.215.num.9.fol. 152
Sententia ſuper exceptione peremptoria, an ſit interlocutoria. q.10.num.4.fol. 7
Sententia ſuper impoſitione ſecundi decreti, eſt interlocutoria. q.10.num.5.fol. eod.
Sententia lata per iudicem appellationis ſuper nullitate ſententiæ iudicis à quo, eſt interlocutoria. q.16.num.1.fol. 11
Sententiæ prolatæ in executionem iudicati, ſintne interlocutoriæ. q.75.num.4.fol. 46
Sententia iudicis appellationum, eſt interlocutoria. q.16.num.2.fol. 11
Sententia lata ſuper nullitate proceſſus, an ſit interlocutoria, vel diffinitiua. q. 220.nu.1.fol.154.& q.436.num.18.fol. 271
Sententiæ diffinitiuæ proprium.ibid.nu.2.fol. 154
Sententiæ prolatæ in executionem iudicati, ſintne interlocutoriæ. q.75.num.4.fol. 46
Sententia lata poſt deſertionem appellationis, an ſit nulla. q.11.num.2.fol. 7
Sententia an ſit ipſo iure nulla, teſtibus non publicatis. q.369.numer.4.fol. 226
Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, retractari poteſt ſi æquum videatur Iudici. q.368.num.1.fol. 225
Sententia an ſit ferenda in perſonam Procuratoris, an domini. q.431.num.1.fol. 263
Sententiæ latæ, Curiæ nomine, valent. q.451.num.2.fol. 286
Sententiã quis mandabit executioni, an iudex à quo, an iudex ad quem. q.436.num.43.fol. 373
Sententiarum tria ſunt genera. quæſt. 12. numer. 6. fol. 8
Sepulturæ electionis probatio vt fiat, & quid de iuriſdictione. q.544.numer.1.& 2.fol. 335
Sermonis pronunciatio in maſculino, quando nõ porrigitur ad fœmininum. q.506.num.2.fol. 315
Sequeſtratio neceſſaria, facta ad mandatum iudicis, priuétne quem ſua poſſeſſione. q. 246. num.6.fol. 167
Sequeſtrationes ſiue Seyſinæ, an impediant conceſſionem præciſarum. q.210.num.1.fol. 147
Seruiens Delphin. qui falsò refert, qua pœna puniatur. q.628. numer.3.fol. 389
Seruiens ex officio ſuo, poßitne quem citare.ibi.nu.4.fol. 390
Seruitia annua quanto tempore acquirantur. q.407. num.2.fol. 245
Seruitus realis quanto tempore præſcribatur remiſſ. ibid.num.3.fol. 246
Seruitus pecoris paſcendi, quanto tempore præſcribatur. q.573.numer.1.fol. 360
Seruitutes, habentes cauſam diſcontinuam, non præſcribuntur. ibid.num.1.fol. eod.
Sigillum in quo literæ non apparent, non meretur dici ſigillum. q.481. num.3.fol. 301
Signatio, cõceſſio & fractio menſurarum, minus legitimarum, ſunt miſti imperij. q.490.nu.2.fol. 306
Simoniáne ſit, aliquid accipere pro ingreſſu Monaſterij. q.80.num.1.fol. 50
Soluta per ſimoniam an poßint repeti. q. 481. nu.1. fol. 366
Soluta per ſimoniam, cui applicabuntur. q.581.nu.4. fol. 377
Solutio, eſt facti. q.171.num.3.fol. 117
Spoliatus omnibus bonis vel maiori parte, an poßit à quocunque conueniri antè, quam reſtituatur. q. 38.num.2.fol. 24
Spoliatus quibus caſibus non reſtituatur, ſi per partem opponatur. q.37.num.6.fol. 23
Sponſalitia largitas, quid dicatur. q.145.num.2.fol. 100
Spurij an ſuccedant matri, ſi non ſit illuſtris. q. 280. num.3.fol. 183
Spurio poßitne quid relinqui à patre. q.280. num.1. fol. eod.
Statuto ſtante, quòd vir mortua vxore lucretur dotem, vel certam partem dotis datæ, an locum habeat in dote non ſoluta. q.274.nu.2.fol. 180
Statutorum interpretatio qualis eſſe debeat. q.30.numer.1.fol. 18
Statutum an poßit tollere præſcriptionem longißimi temporis, 30. vel 40. annorum. quæſt.319.num.1. fol. 200
Statutum Delphin. Si quis per literas, an videatur prohibere cauſam nullitatis. q.436. nume.52.fol. 273
Statutum Delphin. Si quis per literas, &c. an poßit intentari pro re mobili, vel ſe mouente. q.212.numer.1.fol. 149
Statutum, quòd muliere moriente in matrimonio ſine liberis, maritus lucretur dimidiam partem dotis, & aliam tantùm partem teneatur reſtituere, an intelligatur in dote ſoluta, vel tantùm promiſſa. q.565. nume.3.fol. 353
Stipulatio interpoſita per Notariũ ad opus futurum, an valeat. q.267.numer.2.fol. 175
Stylo Curiæ potiùs, quàm conſuetudini ſtandum. q. 292.num.3.fol. 188
Stylus curiæ ſanctæ Marcellini, habeátne locũ in inſtrumento debiti, non etiam ſigillatò. q.181. nu.1. & 2.fol. 124
Stylus & conſuetudo Curiarum, pro lege habetur. q. 198.num.2.fol. 137
Stylus eſt legitimus interpres ſtatutorum. q.30.nu.2. fol. 18
Subdelegatio ſuperueniens an retrotrahatur, vt confirmet promiſſum, vel ſententiam illius, qui præceßit vt Iudex delegatus. q.286.num.2.fol. 186
Subdito licet ſe eximere à dominica poteſtate ob atrocem ſæuitiam. q.62.num.1.fol. 38
Submittens ſe miſericordiæ alicuius, an intelligatur ſe ſubmiſiſſe eius arbitratui. quæſt.495. numer.1. fol. 309
Submittens ſe alienæ iuriſdictioni, an, & quãdo poßit pœnitere. q.77.num.1.fol. 48
Submißio debitoris ad carceres, an ſit obligatio valida. q.61.num.1.fol. 38
Submiſſus Curiæ ſancti Marcellini, poßitne ante litem conteſtatam pœnitere. quæſtio.181. numer.4. fol. 125
Subſidij, verbi, etymologia. q.371.num.1.fol. 226
Subſidium voluntarium, quid. quæſtio.371. nume.3. fol. eod.
Subſidium neceſſarium, quid. ibid.num.4.fol. eod.
Subſtitutio facta perſonæ incertæ, an valeat. q. 467. num.1.fol. 293
Subſtitutionum graduum interruptio, vt procedat. q.550.num.1.fol. 340
Subſtitutio compendioſa an fiat filio impuberi, q.534. num.1.fol. 329
Subſtitutio facta in perſonam vnius, an cenſeatur repetita in perſonam alterius ſibi coniuncti. q. 531. num.1.fol. 326
Subſtitutio compendioſa, facta per verbum Commune, continet vulgarem, ante aditam hæreditatem, & pupillarem expreſſam. q.521.nu.1.fol. 323
Subſtitutio facta filiæ, per patrem, in certa pecuniæ quantitate inſtitutæ, an ſit fideicõmiſſaria. q. 521. num.1.fol. eod.
Subſtitutiones pupillares, vulgares & fideicommiſſariæ, ſi concurrant, an in electione ſit eius, in quem collatæ ſunt, vti qua malit. quæſt.532. num.1.fol. 328
Subſtitutionis ſpes an poßit alteri cedi ante conditionis euentum. q.232.num.1.fol. 161
Subſtitutis duobus, quorũ vnus decedit antè, quàm hæres, an eius portio remaneat hæredi hæredis, vel deueniat ad conſubſtitutum. quæſt.335. numer.1. fol. 206
Succeſſor vniuerſalis tenetur ſtare locationi ſui prædeceſſoris: Secus de particulari. Et quid ita. q. 480. num.3.4.& 5.fol. 30
Succeſſores etiam particularis hæredis appellatione ſignificantur. q.458.num.1.fol. 289
Suites an conueniat mulieribus, & quomodo capiatur. q.548.nume.3.fol. 339
Summariè procedere, quid importet. q.369. nume.2. fol. 500
Superuita an debeatur dote non ſoluta. q.565. nume. 1. & 5.fol. 353. & 354
Supplicare ſecundò nõ licet à ſententia Præfecti Prætoris Delph. quæſt.345 .numer.1. limi. num.2.fol. 212
Supplicari bina voce an poßit à ſententia Parlamenti. q.189.num.3.fol. 129
Supplicatio an faciat rem litigioſam. q.337.numer.3. fol. 207
Syndici vniuerſitatis poßintne quem accuſare nomine vniuerſitatis. q.106.num.2.fol. 74
Syndici debeant præſtare iuramentum fidelitatis. q. 631.num.8.fol. 397
Syndicus & tutor, eiuſdem ſunt iuris. q.68. nume.4. fol. 42

T

Tabellio quis ne poßit effici, de cõſuetudine. q.317. nume.2.fol. 199
Tallia Delphinalis an debeat peræquari inter ſubditos pro ſolido & libra, vel per capita. Et quid de forenſi. q.87.num.5.& 6.fol. 56. & 57
Tallia an debeat æqualiter imponi pro rebus, quas quis extra ciuitatem habet. quæſt.87. num.7.fol. 57
Talliabilis an poßit immunitatem conſequi præſcriptione 40. annorum. quæſt.316. nume.1. & 2.fol. 198. & 199
Talliabiles qui dicantur. q.314.nume.1.fol. 197
Talliabiles quibus æquiparentur. quæſt.314. nume.3. fol. eod.
Tempora fataliũ, an currant contra minores. q.436. num.45.fol. 273
Tempora fatalium, an poßint prorogari cõſenſu partium. ibid.num.46.fol. eod.
Tempora fatalium an currant, facto compromiſſo ſine termino. q.436.num.100.fol. 276
Tempora fatalium, an currãt in Curia Grationopol. q.436.num.29.fol. 271
Tempus præfixum ad appellandum, an currat, etiam nullitate propoſita. quæſt.436. nume. 78.fol. 275
Tempus ſtatutorum ad redimenda pignora, curratne contra minores. quæſtione 31. numero 1. folio 19
Tempus conficiendi inuentarij, à quo tempore incipiat currere. q.571.nume.5.fol. 359
Tempus an debeat inſpici in contractibus alienationis rerum eccleſiaſticarum. quæſtio.157. numer.1. fol. 110
Tempus reuocandi rem, an currat minori 25. annis. q.257.num.3.fol. 171
Tempus contra eccleſiam præſcribendi, quantum requiratur. q.161.nume.1.fol. 112
Tempus magnum vel paruum dicitur arbitrio Iudicis. q.132.num.3.fol. 89
Tempus, quo Eccleſia fuit in commendam cõceſſa, an debeat ſubduci de præſcriptione. q. 152. numer.1. fol. 106
Tempus conficiendi inuentarij, an currat minori. q. 571.num.2.fol. 358
Tempus datum ad redimendum pignus, à quo die currat. q.22.num.1.fol. 14
Terræ appellatione villæ comprehenduntur. q. 489. num.2.fol. 305
Terræ eccleſiæ incultæ, poſſunt per Prælatum ſine ſolennitate dari in emphyteuſim perpetuã, vel feudum. q.158.num.1.fol. 110
Tertiamentum emolumentorum Delph. qualiter & quomodo fiat. q.536.num.1.fol. 330
Tertius an poßit interuenire, opponendo de dominio, vt impediatur reintegratio. quæſt.37.num.4.fol. 23
Teſtamentum militare non requirit niſi duos teſtes etiam non rogatos, modo in conflictu. q.543. num. 9. 10. & 12.fol. 334. & 335
Teſtamentum, in quo mater eſt inſtituta, nulla cauſa incerta, & filius eſt hæres inſtitutus, an poßit dicere teſtamentum nullum. quæſt.426 .nume.7. fol. 260

Teſtamentũ capti ab hoſtibus, an valeat. q. 268. numer. 2. fol. 176

Teſtamentum an valeat, in quo filius non reperitur inſtitutus, ſed ſubſtitutus per fideicommiſſum, q. 425. num. 1. fol. 259

Teſtamentum primum, an poßit reuocari per ſecundum. q. 127. num. 2. fol. 85

Teſtamentum an cenſeatur reuocatum per hæc verba teſtatoris, Nolo teſtamentum meum valere. q. 200. num. 2. fol. 140

Teſtamento reuocato, an cenſeantur reuocata prælegata. quæſtio. num. 5. fol. 318

Teſtamentum an valeat, filio inſtituto, quandocunque deceſſerit hæres. q. 456. nu. 1. & 2. fol. 288

Teſtamentum an poßit probari per inſtrumentum. q. 331. nume. 1. fol. 205

Teſtamentum ſolenne, an poſsit reuocari in minus ſolenni voluntate. q. 200. nume. 1. & 3. & diſting. num. 4. fol. 140. & 141

Teſtationes inualidæ, poſſunt conſenſu partium validari. q. 136. num. 2. fol. 91

Teſtator excluſione filiarum, videtúrne voluiſſe hæreditatem ſuam ad maſculos peruenire. Et an ea diſpoſitio inducat fideicommiſſum, quò ad maſculos. q. 291. nume. 1. & 2. fol. 192

Teſtator ſi prohibuerit alienationem, an res ſubiacentes reſtitutioni in caſib. exceptuatis in authen. res quæ poterunt alienari. quæſt. 611. nume. 4. fol. 379

Teſtatoris voluntas maximè debet attendi. q. 353. num. 3. fol. 217

Teſtatoris verba ad hæredem ſuum, quòd faciat ad libitum, vel iudicium, vel beneplacitum, de bonis ſuis, quomodo illa verba capiantur. q. 475. nu. 2. fol. 297

Teſtes alij debeántne examinari in cauſa appellationis, ſuper eiſdem articulis traditis in prima inſtantia. q. 14. num. 1. fol. 10

Teſtes ſi in prima & ſecunda depoſitione ſibi non conſtent, vtri depoſitioni ſit ſtandum. q. 546. num. 1. fol. 336

Teſtes ſi contradicant inſtrumento, vtri potiùs credendum, Notario, an teſtibus. q. 540. nume. 1. fol. 333

Teſtes quot præiudicent inſtrumento. ibid. numer. 2. fol. eod.

Teſtes producti à falſo Procuratore, alia parte præſente, an valeant, q. 342. nume. 2. fol. 211

Teſtes an poßint denuo examinari ſuper articulo primo à iudice miſſo. q. 124. num. 1. fol. 83

Teſtes in teſtamento, an debeant eſſe rogati, an ſufficiant fortuiti. q. 538. nume. 2. fol. 332

Teſtis iteratò deponens ſi ſe referat primæ ſuæ depoſitioni, an valeat depoſitio. q. 72. num. 2. fol. 44

Teſtes an poßint poſt didicita teſtificata repeti ſuper amißis interrogatoriis, ſi fortè nõ fuerint examinati ſecundum interrogatoria tradita à partibus. ibid. num. 3. fol. eod.

Teſtes producti ab aduocato, in cauſa appellationis, ſuper eiſdem articulis, de quibus in prima inſtantia, an valeant. q. 547. num. 2. fol. 213

Teſtes variè deponunt, vtri diſpoſitioni ſit ſtandum. q. 593. num. 1. fol. 373

Teſtes an poßint recipi in cauſa inquiſitionali ante litem conteſtatam. q. 593. num. 2. fol. eod.

Teſtes variè deponentes de loco & tempore, an ſepulturæ electionem probent. Et quid de iuriſdictione. q. 544. num. 1. & 2. fol. 335

Teſtibus examinatis ſuper valore alicuius rei, pars aduerſa producit alium articulum, quòd res pluris valet, an debeant ſuper hoc articulo teſtes examinari. q. 585. num. 1. fol. 369

Teſtis falsò deponentis pœna quæ ſit. q. 44. numer. 1. fol. 27

Teſtis falſus puniendus, non ſecundum rerum euentum, ſed ſecundum affectum. ibid. nu. 2. fol. eod.

Teſtis domeſticus, an debeat admitti in teſtem contra dominum. q. 45. nume. 2. fol. 28

Teſtium productio, per partem priuatam facta, non prodeſt, neque nocet parti fiſcali. q. 342. numer. 1. fol. 211

Thares, Abrahæ pater, primus monetã cudit. q. 493. nume. 2. fol. 308

Theſaurarius Delphinalis ſi quem trahat in curiam Parlamenti, & ſuccumbit, an debeat in expenſis condemnari. q. 269. num. 2. fol. 176

Theſaurarius Delph. vel locator, an debeat facere diminutionem mercedis. q. 630. num. 3. fol. 393

Titulum habens alium à defuncto quàm teſtamenti, an ſit legitimus contradictor. q. 132. num. 6. & 7. fol. 89

Tonſura collata à non ſuo Epiſcopo, an valeat. q. 449. num. 1. fol. 284

Tonſura collata laico à nõ ſuo prælato, tenet. Et quid ita. ibid. num. 2. & 3. fol. eod.

Traditio facta per precarium operetúrne traditionem veram. q. 101. num. 1. fol. 69

Tranſactio facta inter duos Priores, vel curatores, an ſit perſonalis, vel realis. q. 178. nu. 5. fol. 123

Trãſacto ſuper negotio principali, an videatur trãſactum & ſuper expenſis. q. 55. nume. 1. fol. 35

Tranſmißio hæreditatis non aditæ, fit ad proximiores. q. 300. num. 1. & 2. fol. 192

Trebellianica quarta an detrahi poßit delegato de portione hæreditatis, vel aliqua re facto, vel de legitima filij. q. 296. num. 3. fol. 190

Trebellianica an poßit detrahi pro re particulari, reſtitutioni ſubiacente. q. 366. num. 1. fol. 293

Trebellianica an poßit prohiberi per teſtatorem, in liberis primi gradus: & quid in extraneis. q. 51. num. 1. fol. 32

Trebellianica an detrahatur, de re prohibita alienari per teſtatorem. ibid. num. 2. fol. eod.

Trebellianica an detrahatur de piis relictis. q. 188. num. 1. fol. 128

Trebellianica an poßit detrahi in vna re, inuito fideicommiſſario. q. 607. num. 1. fol. 378

Trebellianica an cenſeatur prohibita per hæc verba, Pleno iure, &c. adiecta in reſtitutione fideicommißi. q. 537. num. 1. fol. 331







Trebellianicæ prohibitio facta per Patrem filio, reſpectu primi gradus porrigatúrne ad omnes ſubſtitutiones ſubiunctas. q. 592. num. 1. fol. 373

Tunc, dictio, denotat temporis extremitatem. q. 629. num. 2. fol. 391

Tutor & Curator nihil niſi expenſas ab adultis vel pupillis repetere poſſunt. quæſtio. 68. numer. 1. fol. 42

Tutor, qui datur ex inquiſitione, debet pronunciari idoneus, antè, quàm ſibi decernatur tutela. q. 330. num. 7. fol. 205

Tutor an poßit ratificare geſta per falſum actorem. q. 320. num. 5. fol. 200

Tutor teſtamentarius quo caſu debeat priuari relictis per teſtatorem. q. 144. num. 1. fol. 100

Tutor antè, quàm accedat ad adminiſtrationẽ, quinque ſunt neceſſaria. quæſt. 330. nu. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. fol. 205


## V


VAgabundus quis dicatur. q. 202. numer. 2. fol. 142

Vapinienſes, an ſint ligij & iuriſditiabiles Regis Siciliæ. quæſt. 551. numer. 1. 3. 6. & 8. fol. 340. 341. & 342

Vapinienſes an poßint vti Saluagardia Delphinali, contra Regem Siciliæ. ibid. numer. 2. 9. & 10. fol. 340. & 341

Vapinienſis Epiſcopus ad quæ teneatur Regi Siciliæ. q. 551. num. 5. fol. 341

Vaſallo ſufficit petere inueſtituram ad euitandum commiſſum. q. 167. num. 1. fol. 115

Vaſallus rem feudalem vendens irrequiſito domino, quo pacto euitet pœnam commißi. q. 163. num. 1. 2. & 3. fol. 113

Vaſallus ſi non præſtiterit fidelitatem domino infra annum & diem perdit feudum. Et quod ita. q. 164. num. 1. & 2. fol. 114

Vaſallus ſi vendat rem feudalem irrequiſito domino, & poſteà recuperet, an euitet pœnam commißi. q. 162. num. 2. fol. 113

Vaſallus quot, & quibus caſibus teneatur iuuare dominum. q. 57. num. 1. fol. 35

Vaſallus ſi meliorauerit feudum, dominus non poteſt illud vendicare, niſi refectis expenſis meliorationum. q. 169. num. 1. fol. 116

Vaſallus an poßit purgare moram. q. 123. num. 2. fol. 82

Vaſallus ſi nõ petierit inueſtituram infra tempus debitum, an & quãdo poßit moram purgare. q. 166. num. 1. fol. 115

Vaſallus iuriſdictionem alterius prorogare nõ poteſt ſine voluntate domini ſui. q. 275. nu. 3. fol. 181

Vaſallus ſi commiſit delictum, propter quod perderet feudũ, an hæres domini poßit id opponere. q. 214. num. 4. fol. 150

Vaſallus an poßit feudum alteri & ſine conſenſu domini infeudare. q. 162. nume. 1. fol. 112

Vaſallus qui non poßidet, non tenetur domino ad onera feudalia. q. 165. num. 2. fol. 114

Vaſallus vaſalli mei non eſt homo meus. quæſt. 551. numer. 7. fol. 34

Vaſallus & emphyteuta an teneantur domino de damno per eoſdem illato in re emphyteuticaria, vel feudali. q. 282. num. 1. fol. 184

Vectigal nõ ſoluendum pro qualibet re ad vſum proprium. q. 4. num. 1. fol. 3

Vectigal exigendi ius, per cõſuetudinem acquiritur. q. 498. num. 2. fol. 31

Venari in alieno territorio ſiue guarena non licet. q. 218. num. 1. Limit. nume. 2. fol. 153

Veniens ab inteſtato, per tit. ſi quis omiſſ. cauſa, vel, ſi non valet iure teſt. &c. an poßit detrahere Trebellianicam. q. 53. num. 3. fol. 34

Vendicanti rem, an non debeant reſtitui fructus. q. 257. nume. 4. fol. 171

Venditio rei allodialis qualiter fiat. q. 305. numer. 1. fol. 195

Venditore puniatúrne in plus, quia rem litigioſam vendit emptori ignoranti. quæſt. 337. num. 2. fol. 207

Venditor an conſtituatur in bona fide ſi rem, quam vendit, francam & liberam aſſerat, falsò tamen. q. 24. num. 1. fol. 15

Venditor ſi conſtituat ſe precario poßidere, transferatúrne in emptorem dominium. q. 112. numer. 3. fol. 76

Verba in donatione appoſita, ad habendum, tenendum, poßidendum, permutandum, quid operentur. q. 147. num. 3. fol. 104

Verba præcedentia limitant ſequẽtia obſcura. q. 485. num. 2. fol. 303

Verba, quòd hæres meus portet nomen & arma mea, an importent conditionem. quæſt. 251. num. 1. fol. 169

Verba derogatoria primo teſtamento adiecta, quid operentur. q. 127. num. 1. fol. 84

Verba illa, Præſcriptione, &c. in aliquo cõtractu adiecta, an impediãt curſum præſcriptionis. Et quid ſi proferuntur à ſtatuto. Et quid, ſi à contrahentibus. q. 409. nu. 1. 2. & 3. fol. 247. & 248

Verba, Contentum eſſe, quid operentur. q. 93. num. 2. fol. 63

Verba ad aptitudinem ſæpe, non ad actum referuntur. q. 619. num. 3. fol. 391

Verba plura, aut plures clauſulæ ſi apponuntur, ſingula ſingulis referenda ſunt. quæſt. 533. numer. 2. fol. 329

Verbi, Inquiratis, vis. q. 70. num. 3. fol. 43

Verbum, Sine hærede in materia feudali, quomodo accipiatur. q. 59. nu. 3. fol. 37. & quæſt. 133. nu. 2. fol. 90

Verbum Suos, an poßit adaptari fœminis, in quibus ſuitas non conſiſtit. quæſtione 548. numer. 1. fol. 338

Via publica deſtructa, quomodo ſubueniatur Reipublicæ. q. 444. num. 4. fol. 282

Vicarius domini Gubernatoris Delphin. à quo poßit conſtitui. q. 234. num. 1. fol. 163

Vicarius generalis Epiſcopi, an poßit beneficia conferre ſine ſpeciali mandato. q. 374. nu. 5. fol. 229

*Vicarius Epiſcopi, an poſſit alium ſubſtituere Vicariū. ibid. numero 6. fol.* eod.

*Vicini an poſſint collectam indicere pro puteo reparando, aut via reficienda. q.444. nu.1. fol.* 282

*Victus victoriam condemnari debeat in expenſis in cauſa appellationis. q.436. nu.56. fo.* 274

*Vidua ignobilis, relicta viri nobilis, vel qui foret immunis à ſubſidijs, an debeat contribuere cum plebeis in ſubſidijs. q.349. num.3. fol.* 214

*Vidua, quæ dicatur. q.566. num.2. fol.* 355

*Vidua plebeia, relicta nobilis, aut aliàs exempti, an durante Viduitate gaudeat priuilegio immunitatis. q.380. num.3. fol.* 232

*Vidua nobilis, relicta plebeij, an teneatur ad ſubſidia Delphinal. q.380. num.1. fol.* 231

*Viduæ relictæ Conſiliariorum Delphinal. an compellantur conferre quid in ſubſidijs. Et quid de cæteris. q.379. num.1. & 2. fol.* eod.

*Villæ comprehenduntur appellatione terræ. q.489. num.2. fol.* 305

*Vincentius Ferrarien. ordinis prædicatorū, Lugduni concionatur. q.84. num.1. fol.* 53

*Vintenium an ſit ſoluendum nomine prædiorum in alieno territorio ſitorum, licèt ibi non habitem. q.372. num.1. & 2. fol.* 227

*Vintenium vnde dicatur. q.372. num.4. fol.* eod.

*Vnio ad quid fiat. q.103. num.4. fol.* 72

*Voluntas debet attendi in raptu virginum. q.555. num.2. fol.* 346

*Voluntas teſtatoris expreſſa maximè attendi debet. q.353. num.3. fol.* 217

*Voluntatem vltimarū octo ſunt ſpecies. q.543. num. 1.2.3.4.5.6.7. & 8. fol.* 334

*Vox publica, & rumor in patria, excuſant à dolo & calumnia. q.446. num.1. fol.* 281

*Vniuerſitas ipſa an poſſit agere pro iniuria facta vni de Collegio vel Vniuerſitate. q.454. num.1. & 2. fol.* 292

*Vniuerſitas non poteſt ſe in vnum congregare, ſine licentia Iudicis. q.106. num.1. fol.* 74

*Vſufructuaria omnium bonorum ſe alimentare tenetur, & veſtes lugubres ſibi comparare. quæſt.541. num.3. fol.* 334

*Vſufructuarius an proprietarius debeat laudare vel inueſtire de re feudali vel emphyteuticaria. quæſt. 477. num.1. fol.* 298

*Vſufructuarius omnium bonorum, an teneatur ſoluere debita. q.541. num.1. fol.* 333

*Vſura inficit contractum. q.226. num.3. fol.* 159

*Vſus nihil operatur, niſi habeat implicitum q.631. num.14. fol.* 400

*Vſufructus an finiatur, ſi vſufructuarius efficiatur Monachus. q.477. num.4. fol.* 299

*Vxor an lucrabitur donationē propter nuptias, marito eam alimentante, durante litigio. quæſt.439. num.5. fol.* 280

*Vxor an cēſeatur proprietaria, vel vſufructuaria in bonis ſibi à viro conſtitutis pro doario. quæſt.525. num.1. fol.* 325

*Vxor diues, an teneatur alimentare virum. q.439. num.2. fol.* 280

*Vxori iuſtè mittitur repudium, ſi maritus non cognoſcat eam infra biennium. ibid. numero tertio. fol.* eod.

FINIS.